



JOANNIS DO  
ARCHIEPISCOPI LU  
ETATIS SUE



MINICI MANSI  
GENSIS EFFIGIES  
LXXVII

SACRORUM  
CONCILIORUM

NOVA,

ET AMPLISSIMA COLLECTIO.

TOMUS PRIMUS.



# SACRORUM CONCILIORUM

NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,  
IN QUÆ PRÆTER EÆ QUÆ  
PHIL. LABBEUS, ET GABR. COSSARTIUS S. J.

*Et novissime NICOLAUS COLBTI in lucem edidit*

EA OMNIA INSUPER SUIS IN LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ  
JOANNES DOMINICUS MANSI  
LUCENSIS, CONGREGATIONIS MATRIS DEI EVULGAVIT.

EDITIO NOVISSIMA

AB EODEM PATRE MANSI.

POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSTANTE

EM.<sup>MO</sup> CARDINALI DOMINICO PASSIONEO

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,  
ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS, CURATA.

Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata  
Ad MSS Codices Vaticanos, Lucenses, aliosque recensita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTE, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CETERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.

## TOMUS PRIMUS.

*Ab initiis Æræ Christianæ ad Annum CCCIV.*





### FLORENTIÆ

MDCCLIX.

EXPENSIS ANTONII ZATTA VENETI.

*(Editio iterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Welter. Bibliopola, Via di S. Bernard Pulzay 4, Parisius M.D.CCCCL.)*





# SYLLABUS

EORUM QUÆ TOMO I. CONCILIORUM

C O N T I N E N T U R .

Quæ hoc indice notata sunt, huic nostræ editioni noviter accessere.

ANNO CHRISTI		ANNO CHRISTI	
	<b>P</b> RÆFATIO prior Dionysii Exigui in suam canonum collectionem. col.1.		annotatig. 157.
	Ejusdem Præfatio altera in suam canonum collectionem. 3.		Ejusdem Clementis decreta. 158.
	Ejusdem Præfatio in suam collectionem decretorum. 4.		Præcepta S. Petri ab eodem Clemente descripta. 157.
	Præfatio Isidori Mercatoris. 5.		Veterum testimonia de Clemente & ejus scriptis. 160.
	Ordo celebrandi Concilii ex Concilio Toletano IV. 10.		Monitum P. Constant in Clementis epistolam ad Corinthios. 166.
	Exhortatio ad principem, sive via regia. 15.		Clementis ad Corinthios epistola I. Gr. Lat. 171.
	Præfatio decaistica conciliorum. 19.		Admonitio P. Constant in Clementis epistolam II. ad Corinthios. 215.
33.&52	Synodus Apostolorum quadruplex. 21. & seq.		Clementis I. Epistola II. ad Corinthios. Gr. Lat. 222.
	Eadem tertia Gr. & Lat. ex libello Synodico. 25.		Fragmenta superiorum epistolarum; seu aliorum operum apud veteres relicta. 230.
	Canones Apostolorum Gr. Lat. LXXXIV. Gentiano Herveto interprete. 29.		Patritii Junii in priorem ad Corinthios epistolam notæ. 235.
	Canones Apostolorum I. Latine, interprete Dionysio Exiguo. 49.		De Clementis & ejus epistolarum tempore, Godef. Vendelini divinatio. 250.
56.	Synodus Antiochena Apostolorum. 67.		In Constitutiones Apostolicas adnotatio critica & chronologica. 254.
	<b>VITA SANCTI PETRI.</b> 69.		Constitutionum Apostolorum, auctore Clemente Romano Pontifice, libri VIII. Gr.Lat. 258.
	Ejusdem S. Petri decretum. 71.		Index capitum Constitutionum Apostolorum Gr. Lat. ibid.
	Tractatus de primatu Romanæ Ecclesiæ. ibid.		<b>VITA SANCTI ANACLETI PAPÆ:</b> 597.
67.	<b>VITA SANCTI LINI PAPÆ.</b> 79.		Ejusdem Pontificis epistolæ III 598. & seq.
78.	<b>VITA SANCTI CLETI PAPÆ.</b> 81.		Ejusdem decreta duo. 622.
91.	<b>VITA SANCTI CLEMENTIS PAPÆ I.</b> 83.		<b>VITA SANCTI EVARISTI PAPÆ.</b> ibid.
	In epistolas decretales Romanæ Pontificum Præfatio. 84. & seq.		Ejusdem duæ epistolæ. 623. & seq.
	Clementis I. epistola I. ad Jacobum fratrem Domini. 91.		Ejusdem decreta duo. 631.
	Eadem Gr. & Lat. ex recensione P. Constant. 111.		<b>VITA SANCTI ALEXANDRI PAPÆ I.</b> 633.
	Ejusdem Clementis epistolæ II. III. IV. & V. 125. & seq.		Ejusdem epistolæ III. 634. & seq.
	Ejusdem Clementis epistolæ VI. & VII. novissime a Wetstennio vulgatæ. 144. & 151.		Ejus-
	P. Mansi in superiores epistolas Concil. General. Tom. I.		

S Y L L A B U S

ANNO CHRISTI		ANNO CHRISTI		
	Ejusdem decretum unum. 647.		Hierapolitanum Gr. Lat.	ibid.
	Concilium Siculum. ibid.		Achillanum Gr. Lat.	724.
125.	VITA SANCTI SIXTI PAPÆ		Galicum Gr. Lat.	725.
130.	I. 649.		Hierosolymitanum Gr. Lat.	726.
	Ejusdem epistolæ duæ. 650. & seq.		Mesopotamicum Gr. Lat.	727.
	Ejusdem decretum unum. 656.		Romanum alterum Gr. Lat.	728.
140.	VITA SANCTI TELESPHORI		Romanum III. Gr. Lat.	ibid.
	PAPÆ. ibid.	201.	VITA SANCTI ZEPHYRINI	ibid.
	Ejusdem epistola una. 657.		PAPÆ I.	
	Synodus Romana Gr. Lat. ex Synodi-	217.	Ejusdem epistolæ duæ. 730. & seq.	
	co. 662.		Concilium Africanum de rebaptizandis	
152.	VITA SANCTI HYGINII PA-		improbatur. 734.	
	PAPÆ. 663.		Concilium Carthaginense II. sub Agrip-	
	Ejusdem epistolæ duæ. 664. & seq.		pino. 735.	
152.	Ejusdem decreta quinque. 668.	219.	VITA SANCTI CALLISTI PA-	
156.	Concilium Pergamenie. 669.		PAPÆ I. ibid.	
	VITA SANCTI PII PAPÆ I. 670.		Ejusdem Epistolæ duæ. 737. & seq.	
	Ejusdem epistolæ quatuor. 672.		Ejusdem decretum unum. 746.	
	Ejusdem decreta decem. 679.	224.	VITA SANCTI URBANI PA-	
160.	Concilium Orientale. 681.		PAPÆ I. 747.	
165.	VITA SANCTI ANICETI PA-		Ejusdem Epistola una. 748.	
	PAPÆ. 682.	230.	Concilium Alexandrinum. 754.	
	Ejusdem epistola una. 683.	231.	VITA SANCTI PONTIANI	
	Synodus Romana Gr. Lat. ex Syno-		PAPÆ. 755.	
	dico. 686.	235.	Ejusdem epistolæ duæ. 756. & seq.	
173.	VITA SANCTI SOTERIS PA-		Concilium Alexandrinum. 762.	
	PAPÆ. 687.	235.	VITA SANCTI ANTERI PA-	
	Ejusdem epistolæ duæ. 688. & seq.		PAPÆ. ibid.	
	Ejusdem decreta quatuor. 691.		Ejusdem epistola unica. 763.	
173.	Concilium Hierapolitanum. ibid.	236.	VITA SANCTI FABIANI PA-	
177.	VITA SANCTI ELEUTHERII		PAPÆ. 769.	
	PAPÆ. 694.		Ejusdem epistolæ tres. 771. & seq.	
	Ejusdem epistola I. 695.		Ejusdem decreta decem. 785.	
	Ejusdem epistola altera, seu re-	237.	Concilium Romanum. 787.	
	scriptum ad Lucium Britannæ	240.	Lambetanum. ibid.	
	regem. 698.	247.	Arabicum. ibid.	
192.	VITA SANCTI VICTORIS	line 243.	Bostrenum, & Arabicum Gr. Lat. ex	
	PAPÆ. 699.		Synodico. ibid.	
	Ejusdem epistolæ quatuor. 700.	245.	Concilium Asiaticum. 789.	
	Synodus incerti loci in Grecia. 706.	250.	Concilium Achaie. ibid.	
	& seq.	250.	Interregnum Pontificum unius anni.	
	Assemani censura in epistolam Syn-		ibid.	
	nodicam ejusdem Concilii. 708.		Sancti Cypriani epistola ad cle-	
197.	Concilium Romanum. 709.		rum Romanum. 793.	
	Idem Gr. Lat. 725.		Epistola cleri Romani ad clerum	
	Palatinum sive Casariense. 709.		Carthaginensem. 794.	
	Idem Gr. Lat. 726.		Epistolæ tres S. Cypriani ad cle-	
	Idem ex Baluzii Collectione. 711.		rum Romanum. 795. & seq.	
	Ponticum sive Asiaticum. 715.		Epistolæ duæ cleri Romani ad S.	
	Idem Gr. Lat. 727.		Cyprianum. 799. & seq.	
	Galicum sive Lugdunense. 715.	250.	Romanum Concilium, vacante sede.	
	Idem Gr. Lat. 726.		805.	
	Idem ex Baluzii Collectione. 715.	251.	VITA SANCTI CORNELII	
	Ostroenum. 719.		PAPÆ. 806.	
	Idem Gr. Lat. 727.		Ejusdem epistolæ sex. 811. & seq.	
	Asiaticum sive Epheesium reprobatum.		Tertia Gr. Lat. cum notis P.	
	719.		Constant. 818.	
	Idem Gr. Lat. 725.		Ejusdem epistola VII. ex Balu-	
	Idem ex Baluzii Collectione. 719.		zio. 832.	
	Lugdunense aliud Gr. Lat. 723.		S. Cypriani epistolæ IX. 833.	

T O M I P R I M I.

ANNO CHRISTI		
	Decretum Cornelii Papæ.	864.
252. <i>fu</i>	<i>Concilium Carthaginense I.</i>	ibid.
251.	<i>Romanum I.</i>	865.
253. <i>no</i>	<i>Romanum II.</i>	ibid.
251.	<i>Italicum.</i>	867.
	<i>Carthaginense II.</i>	ibid.
252.	Synodica ad Cornelium Papam.	868.
	<i>Synodi eres ex libello Synodico Gr. Lat.</i>	871.
	<i>I. Romana, Cornelii</i>	
	<i>II. Carthaginensis, Cypriani.</i>	
	<i>III. Antiochena Demetrii.</i>	
	<i>Eadem ex Baluzii Collectione.</i>	ibid.
253.	VITA SANCTI LUCII PAPÆ.	874.
	Epistola S. Lucii Papæ.	875.
	S. Cypriani ad eundem epistola.	881.
	Decreta tria Lucii Papæ.	882.
	Decretum alterum Lucii Papæ.	884.
255.	VITA SANCTI STEPHANI PA- PÆ I.	ibid.
	Ejusdem epistolæ duæ.	885.
	S. Cypriani ad Stephanum Papam	
	<i>I. epistolæ duæ.</i>	895.
	<i>Concilium Africanum I. sub Stephano.</i>	899.
255. <i>no</i>	Epistola S. Cypriani.	900.
253. <i>li</i>	Altera ejusdem.	902.
	Tertia ejusdem.	904.
	<i>Concilium Africanum II. sub Stephano.</i>	905.
256. <i>11</i>	Epistola S. Cypriani.	906.
255.	<i>Concilium Iconense.</i>	910.
	Epistola Firmiliani ad S. Cypria- num.	911.
	<i>Concilium Synadense.</i>	921.
	<i>Carthaginense I. sub Stephano.</i>	ibid.
	Epistola Synodica Sancti Cypriani.	923.
	<i>Carthaginense II. sub Stephano.</i>	925.
	Epistola S. Cypriani ad Stephanum Papam.	926.
	Ejusdem ad POMPONIUM.	928.
	<i>Synodus Romana Gr. Lat.</i>	931.
	<i>Eadem ex Baluzii Collectione.</i>	ibid.
	Tractatus Ursini monachi Afri ad- versus baptismum hæreticorum.	ibid.
	In eundem notæ Nicolai Rigaltii.	949.
	<i>Carthaginense III. sub Stephano repro- batum.</i>	951.
	<i>Idem Gr. Lat. cum notis Zonara, præ- missa epistola S. Cypriani.</i>	967.
	<i>Concilium Africanum.</i>	991.
257.	VITA SANCTI SIXTI PAPÆ	
257.	II.	993.

ANNO CHRISTI		
	Ejusdem epistolæ duæ.	995. & seq.
	Ejusdem decreta duo.	1000. & seq.
258.	<i>Concilium Narbonense.</i>	1001.
	<i>Concilium Romanum.</i>	ibid.
258.	VITA SANCTI DIONYSII PA- PÆ.	1003.
	Ejusdem epistolæ duæ.	1004.
	Epistolarum, seu scriptorum, quæ ad Dionysium Papam attinent, notitiæ, & fragmenta.	1009.
263.	<i>Concilium Romanum.</i>	1015.
	<i>Alexandrina Synodi duæ, Gr. Lat.</i>	1018.
	Epistola canonica S. Dionysii Ale- xandrini, Gr. Lat.	ibid.
	Epistola canonica S. Gregorii Thau- maturgi, Gr. Lat.	1023.
	Expositio fidei ejusdem S. Grego- rii, Gr. Lat.	1030.
	Eadem fides S. Gregorii majoris ex veteri interpretatione.	1031.
264.	<i>Concilium Antiochenum I.</i>	ibid.
	Synodica ad Paulum Samosatenum, Gr. Lat.	1033.
	Epistola Sancti Dionysii Alexandri- ni adversus Paulum Samosate- num, Gr. Lat.	1039.
	Pauli Samosateni decem quæstio- nes cum responsionibus Sancti Dionysii Alexandrini Gr. Lat.	1047.
270. <i>no</i>	<i>Concilium Antiochenum II.</i>	1089.
269. <i>li</i>	Observatio P. Antonii Pagii.	ibid.
	Synodica ad Dionysium Papam.	1092.
	Eadem Gr. Lat.	1095.
	<i>Synodus eadem Antiochena Gr. Lat. ex Synodico.</i>	1099.
	<i>Eadem ex annalibus Eutychii patriar- che Alexandrini.</i>	1101.
	Additio ad Concilium Antioche- num II. ex Baluzio.	ibid.
270.	VITA SANCTI FELICIS PA- PÆ I.	1103.
	Ejusdem epistolæ tres.	1105. & seq.
	Fragmentum epistolæ IV. Gr. Lat.	1114.
275.	VITA SANCTI EUTYCHIANI PAPÆ.	1115.
	Ejusdem Epistolæ duæ.	1117. & seq.
	Ejusdem decreta decem.	1125.
	<i>Mesopotamica Synodus ex libello Syno- dico Gr. Lat.</i>	1128.
277.	Acta disputationis Archelai cum Manete, cum Notis Laurentii Alexandri Zagagni.	1129. & 1141.
	Fragmentum ejusdem disputationis Gr. Lat.	1126.
283.	VITA SANCTI CAII PAPÆ.	1229.

Epi



SYLLABUS TOMI PRIMI.

ANNO CHRISTI		ANNO CHRISTI	
296.	Epistola Cui Papæ decretalis uni- ca. 1231.	303. Nr.	<i>Sirveffanum.</i> 1250.
	VITA SANCTI MARCELLINI PAPÆ. 1237.	305.	VITA SANCTI MARCELLI PA- PÆ I. 1259.
	Ejusdem epistolæ duæ. 1239. & seq.	304.	Ejusdem epistolæ duæ. 1262. & seq.
	<i>Synodus incerti loci.</i> 1245.		Ejusdem decretum. 1270.
	Assemani Censura in epistolam ejusdem Synodi. ibid.		<i>Concilium Alutinense.</i> ibid.
	<i>Concilium Cirsense in Numidia.</i> 1247.		<i>Canones XV. Petri Alexandrini de po- nissentia Gr. Lat.</i> ibid.



xi

# JOANNES DOMINICUS MANSI

IN HANC EDITIONEM.

## P R A E F A T I O .

**P**LENA ; absolutaque Conciliorum omnium quotquot in catholica Ecclesia habita sunt collectio quantae sit utilitatis , quantique ad omnem ecclesiasticam eruditionem comparandam momenti , verbis exponere neque possum , neque si potuerim , praefens institutum meum in hoc argumento ut diutius immorarer permitteret ; cum praesertim provinciam istam jam occuparint ante me viri plures doctissimi in luculentis illis praefationibus , quas collectionibus a se adornatis praemisérunt , easque praefationes legendas Lectoribus offeram in apparatu novissimae hujus nostrae editionis mox promeudo . In his etiam praeterquam quod utilitas instituti hujus verbis amplissimis exaggeratur , diligens etiam singularum , quae huc usque paruerunt Conciliarium complexionum catalogus instituitur , ut novum hic dare indicem , nec juvet , nec res ipsa postulet . Unum est quod ex me harum rerum studiosi lectores expostulant , ut novae hujus editionis consilium , oeconomiam , rationemque totam exponerem , quod statim praestandum aggredior .

Inter eas , quae huc usque lucem aspexerunt nulla amplior , uberiorque Conciliorum collectio prodiit supra novam illam Labbei editionem Venetiis a Viro erudito Nicolao Coleti , typographi fratre , curatam , in qua praeter ea omnia , quae Labbeus dederat , caetera etiam inserta sunt , sive quae Harduinus adjecerat , sive quae Baluzius , de la Lande , Martene , Dacherius , Mabillonius , Bessin , alique adjecerunt . Hanc igitur editionem , quam annorum usu sibi familiarem Viri eruditi effecerunt , nec sibi e manibus excuti faciles permitterent , repraesentandam mihi assumpsi , cum iterum typis subiiciendam suadebat ejus raritas tanta , ut vix in officinis librariis sese offerat , neque cum offertur nisi caro pretio ematur . Ordinem , chronologiam , notas , caeteraque omnia Labbei , editorisque Veneti retineo . Erant qui vellent Binii notas expungi , quod fusiores sint , minusque utiles , cum nihil ferant , nisi proletarium , & ex Baronio expressum . Verum retinuit me timor , ne criminationes plurium incurrerem , accusantium non satis fideliter me reddidisse Labbeum ; quod & Harduino olim crimini datum est in sua collectione ea refecanti , quae sibi supervacanea videbantur . Opportunius utique reputassem notas illas Binianas ad calcem singulorum voluminum rejicere ; sed continuit me timor , ne forte erratum aliquod incideret , cum ego absens a loco ubi editio praestanda erat , vitam agere cogerer .

Quam-

Quamquam autem Labbeum & collectorem Venetum ducem sequor, multa sunt tamen, & pene dixerim infinita, quae editionis hujusce novae pretium supra caeteras huc usque productas relevant. Typorum in primis & chartae nitor longe praestantior, quam sit etiam Harduiniana Parisiensis, propiusque ad Regiam Lupaream accedens; scitis emblematis aeneis formis expressis hinc inde, cum res maxime poscebat, pagellarum supra fronte, nec dissimilibus ornamentis vacuis interstitiis decoratis.

Externa tamen haec sunt nonnisi recreandis oculis, non vero menti illustrandae ordinata, quamvis Operibus id generis insignioribus, ac celebrioribus maxime congrua. In eo vero potissima cura impensa est, ut Eruditis serviretur, totumque me illis juvandis impenderem. Eorum igitur gratia cura omnis adhibita est, ut Graecus, Latinusque textus quam emendatissimus prodiret, qua de re correctores non proletarios, sed doctos, selectosque diligentissimus typographus Antonius Zatta, nec sumptibus, nec officiis parcens, meo suasu adhibuit; ac spero factum, ut ejus sedulitati eventus plene responderit. Crassiora saltem sphalmata correctae esse constat, quod unico hoc exemplo planum efficio. Graeca Concilia cum Latina interpretatione dedit Binius, eisque titulos praefixit; tum & titulo & reliquis suas notas aptavit. Eadem & Labbeus inseruit in sua collectione, sed titulo plane diverso & versione paululum immutata. Labbeanam editionem servavit Venetus Collector, apud quem pariter & notae Binii comparent. Fit inde ut notae textui interdum non congruentes lectoris mentem confundant; nos ubi non cohaerent, brevi apposita nota legentium tenebras disjicimus. Accipe & aliud. In Concilio Aquisgranensi anni 816. laudantur saepe testimonia petita ex authore libri de Vita Contemplativa, qui PROSPER in Editis appellatur; nos ex auctoritate codicis Vaticani restituimus POMERIUS, cum re ipsa Julianus Pomerius, non Prosper librum hunc scripserit. Ex hoc duplici exemplo lectores intelligent nos nihil pepercisse, ut defoecatum textum quam fieri maxime posset daremus.

Non infima etiam fuit cura adjungendi varias lectiones, quas alicujus fore momenti arbitrabar, easque non ex editis tantummodo libris, sed etiam ex MSS. codicibus undique conquisitis repetivi. Qua in re feliciter successit, ut unicum illum Cassinensem codicem, in quo additamenta ad Concilium Ephesinum continentur, consultum haberem, de quo inferius sermo recurret. Ita quoad viriliter potui, emaculato textu verti me ad immensam illam segetem Conciliorum, quam ego in sex integris voluminibus Additamentorum ad Concilia Veneto-Labbeanae Collectionis Lucae an. 1748. collegi, eaque omnia suis apte locis disposita in commune hoc, vere dixerim, horreum inveni.

Nec his contentus, additamenta etiam sedulo conquisivi: & labor mihi cessit non infeliciter. Habebunt enim Lectores hic primo vulgatas epitomes ex vetustissimo libro MS. petitas plurimum

Conciliorum Nicaeni , Sardicenis , Toletanorum , Agathensium , aliorumque . Occurrent additamenta nova , & nondum vulgata ad Concilium Ephesinum , Chalcedonense , Altinense , Aquisgranense anni 816 ; Ravennatense , ad epistolas canonicas Rhabani , ad epistolas canonicas Romanorum Pontificum Urbani II. Innocentii II. aliorumque , ut recentiora Concilia praeteream , Avenionense an. 1327. Constantiense generale , Pisanum , Basileense , Senense , Florentinum , Tridentinum &c.

Praeter haec , nova etiam Concilia adjunxi , cui augendo numero dioecesana etiam vetustiora ante Concilium Tridentinum celebrata omnino negligenda minime duxi . Id sibi quidem Labbeus proposuerat , ut dioecesana Concilia omnia post saeculum XIII. habita praeteriret . Ejus consilium ita temperandum in hac editione visum est , ut ea Concilia , siquidem aliunde facile comparari possent , uti sunt omnia jam edita in voluminibus , quae ad manus suppetunt , ommitterem ; quae vero difficile in promptu essent , ut ea quae nondum lucem publicam aspexerunt , utpote in codicibus MSS. servata , sive quae typis quidem prodierunt , sed rariora modo , sive casus , sive alia quaelibet causa effecit , ea reducenda maxime quae insignium essent ecclesiarum , in familiam judicavi . Hinc nata Concilium Perusinum anni 1320. Concilium Patavinum sub nomine Constitutionum Hildebrandinarum celebre anni 1339. circiter sub Hildebrandino episcopo , Aretinum sub Bosone episcopo saeculi XIV. Lucense , a vulgatis in meo supplemento diversum anni 1350. Firmanum sub Cardinali Dominico de Dominicis , Tridentina , Polonica varia , & alia sexcenta .

Sed nec desunt Provincialia Concilia , & Constitutiones seu novae , seu quae nondum insertae sunt in Collectionibus , ut Cardinalis Latini Constitutiones pro Etruria , Capitula tempore Azonis Vercellensis episcopi saec. X. collecta , Constitutiones Siculae saeculi XIV. Salsburgensia Concilia tria , atque alia plane multa . Adjungentur his alia ; quae Literati viri se submissuros polliciti sunt , fidemque liberaturos suam , qua sunt humanitate , minime despero .

Supereff ut codicum MSS. quibus maxime usus sum in eruendis ad vetera Concilia additamentis , & variantibus notitiam eruditae lectionibus exhibeam . Horum principem locum praebent MS. codici in Lucensis Capituli Cathedralis Bibliotheca servato , ante annos fere mille descripto ; quod ego non ex conjectura aliqua incerta , sed ex apposita hac nota vetustissimis characteribus signata deduxi . *A Resurrectione D. N. J. C. usque ad praesentem annum Caroli regis in Longobardiam in mense Septembrio quando sol eclypsim patuit indict. X. anni sunt DCCLII. M. V.* Haec omnia cum anno Christi 787. quadrant ; nec abhorrent ab ea aetate opuscula illa varia , quae simul collecta in eodem volumine occurrunt . Nactus ibi sum Pontificale illud , sive Pontificum Romanorum historiam sub Anastasii Bibliothecarii nomine celebrem , quamvis ibi simplici hoc titulo , & melius quidem , praenotatur : *Incipit Episcopale . Contu-*

li hoc opusculum cum Anastasio Labbeano, & variantes plane multas, ac insignes in imo paginarum hujus editionis descripsi. Praeter hanc voluminem illud offert veterem Latinam collectionem, quae cum Justelliana in multis concurrat; quamvis & aliquid habet de Quenelliana. Descripsi illam diligenter in commentario de *Libro Caroli Magni aetate scripto*, qui inter opuscula Calogeriana to. XLV. lucem aspexit. Multa pariter ex ea dedi in meo Supplemento Conciliorum; & ex utroque, Commentario scilicet, & Supplemento, proficientes Ballerini fratres in Dissertatione praemissa tertio volumini Operum S. Leonis Magni Venetae editionis a se adornatae, illam docte expendunt, animadvertentes persimilem alteram contineri in codice Colbertino num. 784. a P. Coustant descripto. Quam in seriem Concilia digesta sint inter se, quousque pertingant in eo Commentario distinximus. Variantes nec paucas nec contemnendas ex his deductas, partim ex eodem supplemento, partim vero nunc primum ex codice acceptas in hanc editionem transtuli. Subjungitur huic integrae collectioni alia Canonum breviatio per singula Concilia praemisso titulo distincta, de qua pariter Ballerini in eadem Dissertatione agunt, & ego satis differui in Praefatione ad meum Conciliorum Supplementum in volumine apparatus ad hanc editionem iterum evulganda. Breviarium istud utpote vetustissimum per singula Concilia distributum hic datur. Codex iste signabatur olim num. 89. nunc vero est num. 490. & a me vel hac designatione numeri, vel nomine codicis vetustissimi Lucensis indicatur.

Codici huic omnium principi subdo alium ex eadem Bibliotheca signatum num. 123. saeculo XIII. scriptum in quo sunt decretales illae epistolae Romanorum Pontificum spuriae ab Isidoro Mercatore evulgatae. Plures ex eo variantes dare pronum fuisset, sed manum continendam censui, ne variantium densam silvam lectores horrerent, cum praesertim majoris momenti Harduinus jam dederit, quae & in hac editione comparent, neque tanti sint hae lucubrations ut singula earum verba expendi mereantur. Nonnullas tamen selegi meo iudicio non negligendas, cum additamenta ad eas epistolas huc usque nondum in lucem producta exhibeant. Adde quod ex hoc codice suspicandi iusta ratio suppetit Isidorum hanc efformasse ex pluribus fragmentis forte in Collectionibus priorum canonum aetate sua vulgatis a se simul junctis, & in unam epistolae seriem redactis; bis enim in eodem codice lego: *item Cletus in eadem epistola ait*: tum subdit ea quae in praecedentibus verbis absque interjectione ulla continuantur.

Tertius est codex item ejusdem Bibliothecae signatus num. 125. saeculi, ut arbitror, XI. Initium praestat breviatio canonum Cresconiana absque praefatione, & nomine Auctoris sub uno hoc simplici titulo: *Concordia Canonum*, continuoque succedit Indiculus Conciliorum quorum in eo codice dantur canones, & Romanorum Pontificum quorum ibi pariter insertae sunt epistolae. Desinit indiculus iste cum GREGORIO JUNIORI, i. e. secundo, cum  
sub.

subjectis nonnullis canonibus poenitentialibus a me in Supplemento editis. Secundum hæc apparet Dionysiana Collectio cum additionibus hoc indice præmissis cum titulo: *Ordo hujus Canonum: Post titulos Canonum Apostolorum; tituli Nicaeni Concilii, Ancyran, Neocaesariensis, Gangrensis, Antiocheni, apud Laodiciam Phrygiae, apud Constantinopolim, Chalcedonensis, Sardicensis, apud Carthaginem. Tituli canonum diversorum Conciliorum Africanorum provinciae num. CV. Decretorum Papae Siricii, decret. Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Caelestini, Leonis, Hilarii, Simplicii, Felicis, Gelasii, Anastasii Symmachi ejusdem Concilii (sic) Hormisdæ, Gregorii Junioris. Hoc ultimum noster non habet; Eundem pariter indicem in fine post collectionem exscriptor hujus codicis repetit, additque utrinque: Sunt vero in nostro quae in literis non habentur Silvestri, Liberii, Sixti, apocrypha scilicet. Ab hac Collectione distincta sequuntur additamenta in indiculo designata nempe Silvestri Papae, Liberii, & Sixti apocrypha; tum Chalcedonenses Canones XXVII. ex antiqua versione a Quesnello, & Justello vulgata, epistola illa Canonica, quam ego in meo Supplemento dedi, & hic recusa est, Canones LIX. Laodicensi ex versione, quae dicitur Isidori, Canones quidam Africani qui & in codice Canonum Africanorum extant, totum volumen claudit Romanum Concilium sub Zacharia Papa, quo plura in editis luxata egregie sanantur.*

Quartus ex eo penu prolatus est integer Burchardi codex saeculo XII. scriptus, signatus num. 124. & in libros XX. distinctus, quot revera Burchardus dedit. Rara quaedam mihi codex iste suffecit, quae hujus codicis scriptor in fine librorum aliunde petita adjecit, sed & appendicem adjunxit, quam a Burchardiana lucubratione interjecto paginarum quarumdam vacuarum interstitio diligenter sejunxit. Additio ista continet Caesarienses Canones ex interpretatione non quidem Dionysii, nec Prisca Latina quae & Isidori appellatur, sed ex utraque mixta. Succedunt Canones Arelatensis I. sub Sancto Sylvestro cum additamentis nonnullis, quae in hac nostra editione comparent. Sequuntur Arausici Canones XXX. Quae sit ibi lectio Canonis II. ex hac editione petatur; Regenses Canones VIII. Agathenses Canones XLVII. quibus & jungitur tanquam Canon XLVIII. idem qui in editis est Canon LXXI. caeteri intermedii desunt. Subscriptiones etiam hujus Synodi variant in nonnullis, ut ex hac editione eruditi Lectores intelligent. Carthaginenses Synodi illius, quae in pluribus Codicibus est anni 419. in aliis vero inscribitur *Statuta Orientalium*, qua de re videnti Ballerini Fratres in Diss. de vetustis Canonum Collectionibus pag. LXXXVIII. Valentini sub Damaso Canones IV. Tarraconenses sub consulatu Petri Canones XIII. Gerundenses sub Agapeto consule Canones X. Toletani sub Amalarico rege Canones V. ubi subscriptiones multo plures sunt, quam in editis, & in hanc editionem transferentur. Succedit Synodus Constantinopolitana generalis praecedente Symbolo cum Canonibus jam ubique vulgatis. Secundum hæc sub-

dun.

duntur Canones Toletani sub S. Isidoro Hispalensi numero LXXV. Tum & alii Toletani anni 638. qui editis cohaerent. Post haec fit transitus ad Synodum Romanam sub Eugenio II. qua exacta intruditur epistola apocrypha Damasi ad Africanos, ac demum clauditur liber cum Concilio Placentino an. 1095. ab Urbano Papa II. habito cum iis additamentis, quae ego primus in meo Supplemento Synodorum evulgavi. Alia nonnulla aliena manu, sed vetustissima, addita tum in fronte, cum in calce libri reperi, quae olim in meo Supplemento vulgavi, & hic iterum repetuntur.

Hos Codices familiares habui: nunc aliqua de externis a me consultis liceat mihi praefari; atque in primis de Cassinensi Codice, quem sibi negatum cum maxime expetiisset Baluzius, alte conqueritur. Inofficiosos clamitat Benedictinos Cassinenses, qui nec auctoritatem celebris Cardinalis Casanatae veriti sunt, cui postulanti morem gerere negarunt. Sed excusare juvat viros religiosos, utpote quod ea tunc erant tempora, quibus, si codicum pretiosorum usus concessus fuisset, discrimen praesentissimum incurrebatur, ne casu aliquo tam pretioso thesauro carere cogerentur. Denique si tunc aliquid fuit inofficiositatis, praesenti urbanitate emendatur. Mihi enim Cassino pertranseunti non monstrarunt tantummodo codicem, sed conferendi cum editis duros se copiam professi sunt, hospitio etiam oblato, siquidem per tempus mihi licuisset. Post biennium vero accidit me Romam pergere consilio adeundi Cassinense monasterium, ibique codicem conferendi; sed Emin. Card. Fortunatus Tamburinus hac me molestia levavit, narrans se antehac codicem sedulo recensuisse, atque variantes totamque ejus descriptionem in adversaria sua redegisse; nec rogari se morosius permisit, quin scripta illa omnia mihi commodaret. Tanta diligentia a Viro scientia, dignitate, & humanitate summo, ea collatio facta est, ut nec pagellarum MS. codicis numerum negligeret, quod & Lupus quidem sed paulo incuriosius praestiterat. Ejus labore me profecisse gratus agnosco. Quanti vero sint pretii Cassinensia additamenta ad Concilium Ephesinum generale Eruditi omnes sciunt, & intelligunt; ex illis unice enim epistolae, & monumenta CCXXV. ad idem Concilium pertinentia innotuerunt. Latinae sunt interpretationis vetustissimae, ex codicibus Monasterii Acoemensium, unde tam multa vetera documenta prodierunt, ab Authore ignoto accreta. P. Christianus Lupus Augustinianus, vir celebris, primus ea produxit in lucem, ex quo Baluzius in suum Conciliorum Supplementum transtulit; questusque de Lupi supinitate, qui nec titulum in codice quaesierit, ex sua conjectura inscripsit: *Synodicon adversus tragoediam Irenaei*. Verum culpa omni Lupus vacat, cum nullus in codice titulus legatur, nisi hic unicus & quidem non additamentis, sed toti veteri actorum Ephesini Concilii translationi, quae ibi extat, praefixus: *In nomine Domini nostri Iesu Christi. Incipit translatio primi Ephesini Concilii contra prava dogmata Nestorii: almae con. . . . li. - Lege feliciter; statimque incipit ab epistola, seu ut est in excusis, a tractatu primo Beati Cyrilli:*

rilli: *Cyrillus presbyteris* &c. ut est in editione versionis Latinae antiquae, quae ex Baluzio hic editur. Variat tamen ibi ordo, & multa occurrit varietas lectionum, quas & Card. Tamburinus diligenter notavit, & ego ex eo in hac editione. Tandem post epistolam Cyrilli ad Maximianum, quae in Baluzio est cap. LXXXI. sequitur, non quidem illa adnotatio, quae in Baluzio habetur, sed haec altera: *Emendavi, & Distinxi interpretationem S. Synodi. Deo gratias.* Exinde dantur epistolae a Lupo editae, factae ab ea exordio, quae in Lupo est cap. II. et incipit: *Obtinuit pietas:* quae enim in Lupo signatur cap. I. incipiens: *Salvatore nostro* &c. in codice inter praecedentes epistolas num. VIII. legitur. Reliquae dein succedunt, ut apud Lupum, & Baluzium, quamvis capita in eo non signantur, quae suo Marte ab eodem Lupo adjecta Baluzius retinuit. Nomen Irenei varie scribitur, *Irineus, Hyrineus, Hiereneus.* Variantes sedulo adnotavit Emin. Card. Tamburinus, & ego ex illo suis in locis. Fateri tamen oportet, Lupum satis fideliter codicem expressisse, ut raro cespitaverit; aliqua sunt tamen addenda ab eo omissa, quae a me hic dabuntur.

Unum erat, quod dolerem, neglectas scilicet ab Emin. Tamburino epistolas S. Isidori Pelusiota ex vetustissima interpretatione, quas praecedentibus ad Consilium Ephesinum pertinentibus in eo codice interjectas a Lupo omissas Baluzius tantopere conquestus est. Accidit tamen bono meo fato, ut & has reperirem in Codice Vaticano 1313. Docuerant me Ballerini Fratres in dissertatione, de qua saepius, in eo Vaticano codice ea contineri, quae Lupus ex Cassinensi vulgaverat; qua spe ego illectus Vaticanum illud volumen consului, ac sedulo evolvens reperi nonnulla quidem quae sunt in Lupo, & Baluzio, majorem tamen partem abesse; quin & ordine plane a Cassinensi diverso ibi referri, quamvis & ibi Irenei nomen in subjectis adnotationibus legitur. Mancum esse codicem indicium praebere posset, quod statim transit ad Acta Concilii Chalcedonensis, consueto illo *Explicit* nequaquam appposito, nulloque vacuae pagellae signo relicto. Seculi XI. scripturam praefert. Caeterum emendatorem lectionem supra Cassinensem exhibet, quod ex variantibus eximiis a me suo loco signatis Lectores intelligent. Plurima me laetitia affecerunt epistolae illae Isidori Pelusiota in Cod. Cassinensi a Lupo repertae, sed ab eo neglectae, quae in hoc Vaticano numero sunt XLIX. nempe duae supra eas quas fert Codex Cassinensis, quarum XLVII. Em. Tamburinus adnotavit. Statim mihi illas descripsi, non quidem omnes, cum plures ad res Conciliares non spectent, sed illas tantummodo, quae ad Concilium utcumque referebantur. Igitur & has daturus sum suo loco, cum praesertim & nonnullae neque Graece, neque Latine hucusque lucem viderint. His praestitis non erit posthaec qui de Codice Cassinensi consulendo vehementi sollicitudine tangatur, mihi que grates habituri sunt Lectores, quod primus ego rarum hunc Codicem integre in lucem produxerim. Illud etiam animadversione dignum iudico, quod ex variantibus Vaticanis intelligimus lectionem Cassinensem mendosissimam esse, & in multis mancam, quo nomine defectus Vaticani Codicis maxime laudendus est.

Ex his, quae fusius deduxi, intelligent Lectores, me Vaticanos Codices non incuriose excurrisse, e quibus multos, antiquioresque consului, excerpsti, & in succum meum transtuli. Insigne est additamentum ad Conoilium



Francfordiense, in quo integra, & plena Canonorum in commune viventium regula inserta est ex Vaticano Codice sec. XI. repetitum; quanquam non dubito, quin sit interpolamentum usui Canonorum Leodiensium, quorum nomen ibi legitur, destinatum. Nec invisas praeterivi celebres alias Romanas Bibliothecas, at praesertim Barberinam, ex qua nonnulla in rem meam habui.

Consulvi etiam in rem praesentem Bibliothecam Accademiae Taurinensis, MSS codicibus divitem, nec consilio huic meo parum profuit; nam acta Concilii Pisani, illius a quo tres Pontifices Romani parti sunt, auctiora ex ea prodeunt. Amicorum etiam ope Bibliothecas alias celebres Italiae excussi, nec sine fructu, ut ex hac editione apparet.

Qui tam sedulo manuscripta conquisi, excusos libros profecto inexploratos non volui. Quo in loco commemorandum est cum laude insigne Opus Fratrum Ballerinorum, Veronensium, qui opera S. Leonis a se recensita, & animadversionibus plane eruditis illustrata, Venetiis anno 1757. evulgarunt. Tertium hujus operis volumen thesaurus rerum Conciliarium habendum est, nec ullum unquam mihi occurrit opus tanto eruditionis apparatu ornatum, tam multa rerum novarum copia dives, tanta manuscriptorum recensione abundans. Ex illo Carthaginensium Conciliorum labyrinthus extricatur; ex illo Codices Quaesnellianus, & Justelli perficiuntur; quare temperandum mihi non censui, quin integram editionem priscam a Justello vulgatam, et ab illis recognitam, ac ultimae perfectioni redditam, in appendice tertii voluminis hujus editionis exhiberem. Gratiae sunt etiam ex me habendae P. Cacciaro Carmelitae, qui & ipse hanc Spartan operum S. Leonis adornavit, ediditque opus suum Romae anno 1752. Illi monumenta quaedam Conciliaria nondum in lucem producta gratus refero. P. Froelich S. J. presbyter Germanus, cujus nunc recens est jactura dolenda, diplomata Syriae evulgavit, ex quibus profeci. Praetereo reliquos, neque enim hic vacat omnes exscribere.

Hac comparata strue moles ista crevit, ea dispositione, quam modo Lectorum oculis subjicio. Principio quidem me tenere fateor Labbeanum ordinem, eandem cum illo Chronologiam ita sequutus, ut cum aliquod occurrebat in alios annos transferendum, ordinem tamen Labbeanum retinerem, adjecta brevi admonitione docente Concilium illud alterius anni esse, adductis ea de re argumentis. Epistolas etiam SS. Pontificum eam digessi in seriem, quam & Labbeus, cujus textum sequi malui, indicatis tamen majoris momenti variantibus recentium editionum. Postremi hujus consilii mei has causas reddo, quod scilicet Labbeum recudenti ineptum videretur Labbeum sus deque invertere, quae etiam inversio molesta accidisset Lectoribus; Labbeo enim assueti, Labbeum tunc in Labbeo quaerent. Adde me longe agere ab urbe, in qua editio haec praestanda erat; quare jure meritoque metuebam ne in tanta librorum permutandorum varietate erroris aliquid irreperet. Epistolas tamen novas in praecedentibus editionibus minime reperiendas invexi; quod etiam tunc praestiti cum nova aliqua ex Graeco translatior accuratio facta est. Ita servatum in versione Graecarum epistolarum S. Clementis Papae, rejectae enim Labbeanae P. Constantii interpretationem substitui.

Concilia, seu additamenta, quae de novo in editione nostra suo singula loco inserta sunt, exceptis iis, quae ex meo supplemento accesserunt,

hoc signo apposito *S* distinguenda judicavi, ut intelligant eruditi quid novi ex ea quaerant.

Variantium cum multae sint & variae, ratio habenda erat ut distinguerentur. Ex his plures dederat Labbeus; alias ex Harduino aliisque Venetus editor subjunxit; ego etiam meas apposui. Labbeanae in margine excusae sunt; Veneti editoris in textu literis elementaribus minimis signantur, quae etiam literae e regione lineae in qua jacent, in margine reproducentur majoris lucis gratia. Lectiones vero illae dantur in calce ejusdem pagellae. Nostrae demum eisdem elementaribus literis sed inter geminas anfulas sic (a) notantur, & in fine pariter pagellae apponuntur. Haec sedulo animadvertentes Lectores, facile intelligent, cui singula debeant.

Cum in fronte Operis indicatum sit plures viros doctos operi huic perficiendo insudasse, res ipsa poscebat, ut praefationem hanc non ante clauderem, quam nomina eorum gratae posteritati commendarem.

Horum prior occurrit Eminentiss. S. R. E. Card. Dominicus Passioneus Apost. Sedis Bibliothecarius meritissimus; saeculi nostri decus, ac literatorum hominum praesidium. Vix enim intellexit me, quem in amore semper habuit, ac favore singulari prosequutus est, huic Operi dirigendo destinatum esse, datis statim ad me literis Romam accivit, Bibliothecae Vaticanae pluteos aperuit, atque omnium insignium codicum excubendi copiam fecit, commendatumque me voluit Vaticanis Custodibus, ut se mihi sedulo praestarent. Alias etiam ejusdem urbis Bibliothecas, ut libere adirem, & quae mihi opus erant describerem, ea qua praestat, auctoritate utilem operam dedit. Neque haec satis, nam & insignem Bibliothecam, suam rarissimis voluminibus tum editis cum Manuscriptis ad miraculum refertissimam mihi expandit, ex qua plura hucusque ignota didici, obtinui, & in rem meam transtuli. Vivat ad Nestoreos annos Cardinalis literatissimus, vivatque ad aeterna saecula, qui tam egregio operi opem tam grandem tulit. Eadem pariter gratiae habendae sunt Em. Cardinali Tamburino, cujus hac de re merita ex his, quae supra dicta sunt, Lectores agnoscent. Ex privatis, qui mihi opem tulerunt, praecipuum est praesidium *P. Antonius Sammartini* Venetus, Ordinis Min. Conventualium Definitor perpetuus, & Sac. Theologiae Magister, non dumtaxat sacris eruditionibus refertus, sed omni humaniorum literarum genere imbutus, qui ultraquam quod multa, & varia huic Editioni inferenda suppeditat, scitu digna, & maximopere necessaria; quae addidi, omnia suo loco disposita solerti cura, ne a Compositoribus hinc inde inscianter sint transposita, acu tangit, ut ita dicam, sollicitate; & accurate quidquid ad praela, & typos interest, quibus praest. Eiusdem Ordinis *P. Franciscus Maria Leoni*, etiam Sac. Theol. Magister, publicus Universitatis Paduae in eadem disciplina Professor ad hanc editionem exornandam non infimum locum tenet; dignus plane vir, cujus meritis nulla laus respondere potest.

Accedit etiam ex nobili, & pervetusta Familia Cassinensium *P. D. Benedictus Andreas Ganessoni*, S. Georgii Majoris Venetiarum, qui labore, amore, & industria, rimulas quasque perquirit, ut Studiosis omnibus abunde consulat, quae didicit sine invidia communicat, nec satis; nam ex Bibliotheca insignis sui Monasterii, multis Voluminibus, Codicibus rarioribus & MSS. apprime locupletata, quamplurima eruit insignia Monumenta ad hanc Sacrorum Conciliorum Collectionem spectantia.

Concurrit non parvo adjumento *P. Franciscus Antonius Zaccaria* Societatis Jesu, Serenissimi Ducis Mutinæ Bibliothecarius, cujus Nomen eruditatis jam notum, juvandis literis natus; qui quum in ferendis suppetiis, lubenti animo, ut Reipublicæ literariæ proficit, licet luculenter, multa, quæ in tenebris latebant in lucem proferens, ecclesiasticis literis faceret satis, sibi metipsum tamen nunquam satis facere videtur.

Panormo manum subsidiariam admovet Clarissimus Vir, Rev. adu. & J. U. D. *Dominicus Schiavo*, Siculus, communium literarum, et politioris Humanitatis non expertus, omnibus plane bonis artibus instructus, variis suis elucubrationibus Juri publico datis, Literatis omnibus notus, non dumtaxat Panormitanæ Accademiæ decus, et fulcimentum, sed de Florentina, et Perusina optime meritis, quas doctis, et eruditis Dissertationibus illustravit, ipse, inquam, per epistolas, tenerioris amoris indices, multa Documenta transmisit, & labori indefessus non parcens, alia spondet.


*P. Benedictus Bonelli*, Ordinis Minorum Strictioris Observantiæ, Tridentina multa conquisivit, quo nomine de Literatis omnibus promeruit et ut optimus Philologus, literariæ Reipubl. Sacrarum, variarumque Eruditionum Amantibus studens, nequid huic novæ Editioni deesse possit, sollicitè inquirat.

Comes *Henricus Zapata de Cisneros* Literatissimus, cui accepta refero Concilia Sarmatica, & alia plura nobis Italis exhibuit, plane ignota.

Ad semper magis decorandam antiquis documentis, scitu dignissimam hanc Conciliorum uberrimam Collectionem, ut undique Viri eruditi convolant suis auspiciis, ut de Republica literaria bene mereantur, inter alios eruditissimus accessit Illustris admodum, & maxime Reverendus Vir D. Bartholomæus Prosper Camellini Reginus, qui ineditam Bullam Joannis PP. XIII. de Synodo Ravennatensi sub anno Domini 968. vel 967. regnante Mathilda perhumaniter misit.

Græca curavit diligentissime R. D. *Spiridion Milia* Corcyrensis, natione Græcus, ex Joannina urbe Epiri oriundus, ordinis Concionator, & Ecclesiæ Sancti Georgii Græcorum a Publico Vicarius destinatus. Reliqua prætereo, ne longius excurrere cogar, modestiamque illorum religiosam offendam; quippe qui malint aliorum potius utilitati, quam suæ gloriæ adlaborare; licet tamen tot celebrium & illustrium Virorum magna sit cura, & impigra sollicitudo, ut supra dictum est, fortasse aliquid latere potest, nam ut dicitur: *Non omnes omnia*. De quo quemque virtute præditum exoro, ut si quid habeat reconditum, manifestare non dedignetur. Quod si etiam varii protulissent Tomi, nam longum est opus, in quibus confectis aut in conficiendis, extra ordinem mitti non potest, Supplementum me facturum promitto, nil Typographo impensis indulgente, in quo Literatorum nomina, magnum operæ pretium ducens grati animi ergo ad æternam memoriam inscribam. Demum rogandus est Deus O. M. ut tot Virorum doctorum labores, sicut optime inceperunt, ita feliciter optatum in exitum redigantur.

*Advertendam censet Typographus, bocce Voluminem Specimen exhibere minoris molis, quæ forte in toto Opere contingeret; siquidem cætera majora, ad summum perparca equalia in lucem prodibunt.*



# CONCILIORUM OMNIUM, AMPLISSIMA COLLECTIO,

## PRÆFATIO DIONYSII EXIGUI (a)

IN SUAM PRIMAM CANONUM COLLECTIONEM.

EDITORUM HUIUS COLLECTIONIS IN SUBSEQUENTEM EPISTOLAM

### ADMONTIO.

*P. Philippus Labbens diligentissimam collectionem suam a vulgata Dionysii Exigui præfatione exorsus est. Optime ille quidem; sed cum Dionysius in colligendis canonibus bis laboraverit, semel quidem in unum conferens canones Conciliorum; iterum vero Decretales summorum pontificum epistolas selectas congregans, quam primo dedit amplioris collectionis suæ partem brevi præfatione ad Petronium episcopum directa instruxit. Cum vero integram collectionem suam absolveret, priorum quidem præfationem toti operi præmisit, sed auctiorem, & passim immutatam ac alteri inscriptam. Id quidem non certo sed ex conjectura deducimus ex cod. 557. Vat. Palat. in qua prior tantum pars ejusdem collectionis Dionysianæ exhibetur cum breviori illa præfatione ad Petronium episcopum. Hanc primi omnium repræsentarunt Ballerini fratres in editione a se adornata operum S. Leonis P. tomo III. pag. CI XXXII. ex quibus huc transferendam opportune censuimus.*

DOMINO VENERANDO MIHI PATRI PETRONIO EPISCOPO

DIONYSIUS EXIGUUS IN DOMINO SALUTEM.



Uamvis carissimus frater nos-  
ter Laurentius assidua &  
familiari cohortatione par-  
vitatem nostram regulas ec-  
clesiasticas de græco trans-  
tere pepulerit, imperitia credo  
prisæ translationis offensus,  
nihilominus tamen ingestum  
laborem tuæ beatitudinis consideratione suscepti,  
cui Christus omnipotens Deus solita populis  
pietate prospiciens lumini Sacerdotii contulit di-  
gnitatem. Ut inter plurima virtutis ornamenta,  
quibus Ecclesiam Domini morum sanctitate  
condecoras, etiam sacratissima jura pontificali-  
bus per Dei gratiam digesta conventibus inte-

Concil. General. Tom. I.

merata conservans perfecto regimine clerum,  
plebemque modereris: nullatenus nostri sæculi  
more contentus quo pronius desideramus recta  
more quam facere; sed divino junctus auxilio  
quæ fieri præcipis ante perficias, ut efficacissimo  
fidelibus protis exemplo. Magna est siquidem  
jubentis auctoritas eadem primitus jussa com-  
pletis, quatenus inconvulla Ecclesiastici ordinis  
disciplina servata ad capessendam perennem be-  
titudinem, & prævis cuncti illustrentur officis,  
& spiritualibus populi locupletentur augmentis.  
Incolorem beatitudinem vestram, & orantem  
pro vobis gratia divina custodiat.

Explicit Prologus.

A

Do-

<sup>1</sup> Dionysius, cognomento Exiguus, gente Scythæ, Monachus & Abbas monasterii curiam Romanam, sæculo sexto floruit, & rogante Stephano Episcopo Salonitano, Canones Ecclesiasticos & Græcos exemplaribus venit. Hæc autem Dionysii collectio, sive Codex Canonum Ecclesiasticorum, 50. priores Apostolicos Canones, tum 8. Concilii Nicæni, 24. Antiocheni, 14. Neocalcedonensis, 20. Gangrensis, 21. Antiocheni, 39. Laodicensis, 3. Constantinopolitanæ, 27. Chalcedonensis, 21. Sardicensis, 138. Carthagenensis, & diversorum Conciliorum Africanæ Provincie complectitur, quos omnes Labbens exhibet suo loco.

(a) Hæc Epistolæ collectionis Ludovicianæ collatas esse nunc primo cum MS Cod. Luc. Sec. XI. nocte lectore juvat, ex quo pauculas varietates majoris momenti hic dare videtur, neglectis reliquis quæ minus necessariæ vel ab aliis jam animadvertæ videbantur.



4 Solonio-  
no. Gerge.  
Saloniano ex  
Castro. 23.  
divinorum Le  
dionum.

Domino venerando mihi Patri Stephano † Episcopo: DIONYSIUS EXIGUUS  
in domino salutem.

PREFATIO ALTERA

DIONYSII EXIGUI

In suam collectionem Decretorum Romanorum Pontificum.

Domino venerabili mihi Juliano presbytero  
tituli Sanctæ Anattatiæ, Dionysius Exiguus.

Sanctitatis vestræ piis exercitiis studiis, quibus nihil proctus eorum, quæ ad ecclesiasticam disciplinam pertinent, omittit inquirere, prætorum sedis apostolicæ præsulum constituta, qua valui cura diligentique collegi; & in quendam redigens ordinem, tyulis distincti compositis: ita dumtaxat, ut singulorum pontificum quotquot a me præcepta reperta sunt, sub una numerorum serie terminarem, omnique titulos huic præfationi subnecterem, eo modo quo dudum de Græco sermone patrum transferens canones ordinaram. Quod vobis nimium placuisse cognoveram. Quia vero sincerissimo affectu Deum diligitis, & ideo famulos ejus laudanda sollicitudine continetis: quis enim peregrinantium serviens Christo, vestro non sovetur hospitio? iustum credidi vobis in hac parte familiari: quatenus indignitiam vestram, quare celestibus impenditis regulis, & præsens imitetur ætas, & posteritas admiretur. Nam præ virtutis amore cuncta que sunt iustitia desideratis agnoscere, licet omnem venerandi iuris observantiam moribus impleatis. Quantique sit apud Deum meriti beatus papa Gelasius, & nos qui cum præsentia corporali vng vidimus, per vos alumnos eius facilius estimamus: cuius eruditione formati gradum presbyteri sancta conversatione decoratis; ut in vestrorum morum perspicuo munere ejus quodammodo videatur actio prælucere. Quem, sicuti vestra relatione comperimus, tantum bonæ voluntatis existisse gratulamur, ut annuente Domino principatum in ecclesia pro multorum salute suscipiens, eum serviendo potius quam dominando sustolleret, vitæque castimoniam doctrinæ meritis amplaret. Denique omne opus ejus aut oratio fuisse memoratur, aut lectio. Interdum quoque scribendi curam sumebat, prout causa vel ratio poposcisset, terrorumque Dei maxime consortio atque societate gaudebat: quorum spirituali collatione tanto divini amoris studio, tanta verbi Dei meditatione fruebatur, ut huic etiam quod psalmista cecinit, antaretur: *Beatus homo quem tu cruciaveris, domine. & de lege tua docueris eum, ut mitiges eum a diebus malis.* Hujus enim seculi malos dies ita Domino mitigante atque gubernante transegit, ut univærsas tentationes mira prudentia & longanimitate sufferret, delicias jejuniis & mereret.

Quamvis carissimus frater noster Laurentius A assidua & familiari cohortatione parvitatem nostram regulas ecclesiasticas de Græco transferre perpulerit, confusione credo præca translationis oblectus; nihilominus tamen ingentium laborem tuæ beatitudinis consideratione, futepti, cui Christus omnipotens Deus, solita populo pietate prospiciens, summi sacerdoti contulu dignitatem, ut inter plurima virtutis ornamenta, quibus Ecclesiam Domini morum sanctitate condecoras, etiam sacratissima iura pontificalibus per Dei gratiam digesta conventibus intemerata conservans, perfecto regimine ceterum plebemque modereris: nullatenus nostri sæculi more contentus, quo promus ætheramus recta nosse, quam tacere: sed divino adiutus auxilio, quæ fieri præcipis, ante pericias, ut efficacissimo fidelibus prois exemplo. Magna est siquidem tubenus auctoritas, eadem primitus iusta completis: quatenus ecclesiastici ordinis disciplina inviolabilis permansens, ad capendum peregrine præmii Christianis omnibus præstet accessum, per quem & sancti præules paternis munitur regulis: & obedientes populi spiritalibus umbuantur exemplis.

In principio itaque canones, qui dicuntur Apostolorum, de Græco translulimus: quibus quia plurimi contentum non præbuere facilem; hoc ipsum ignorare vestram nolimus sanctitatem: quamvis postea quædam constituta pontificum ex ipsis canonibus assumpta esse videantur. Deinde regulas Nicæni Concilii, & deinceps omnium conciliorum, siue que antea, seu que postea facta sunt usque ad synodum centum quinquaginta pontificum, qui apud Constantinopolim convenerunt, sub ordine numerorum, id est, a primo capitulo usque ad centesimum sexagesimum quintum, sicut habentur in Græca auctoritate, digestimus. Tum sancti Chalcedonenis concilii decreta subdentes, in his Græcorum canonum finem esse declaramus.

Ne quid præterea notitiæ vestræ videamur velle subtrahere, statuta quoque Sardicenis concilii, atque Africani, quæ Latine sunt edita, tus a nobis numeris cernuntur esse distincta. Unværsarum vero definitionum titulos post hanc præfationem strictus ordinantes, ea que in singulis passim sunt promulgata conciliis, sub uno aspectu locavimus, ut ad inquisitionem cuiusque rei compendium aliquod attulite videamur.

Explicit.

Ab hac Dionysii Exigui Romani sedis apostolicæ collectione, quæ a te per nos in manus tuas est translata, præcipue est hoc notandum, de antiquitate ecclesiasticæ legis. V. G. Stephanus Romanus. Non enim & antea canonum Dionysii subarguentis est, qui ex codice præterea R. P. Jacobi Serrini, S. I. præfatione, quæ in collectione in lucem dicitur antequam perissimam, Franciscus Florentis, & Constantinus Lattinius.

1. Hanc alteram præfationem quam verius cum Harduino Gelasii Papæ laudationem dixeris, præfavit Dionysius in collectione Decretorum Pontificum Romanorum, quam a Sixto ad Anastasium II. concinnavit, inscripsitque Juliano presbytero Romano tit. S. Anattatiæ qui synodus Romæ an. 488 & 499. habita subserinavit. In hac autem collectione habentur Decret. 15. 8. c. 57. Innocentius 4. Zozimus 4. Bonifacius 22. Celestini, 49. Leonis 1. 20. Gelasii & Anastasii primi; & hæc præter tus loca singula adnectit Labouss.

a Titulus  
iste decet in  
veteri codice  
MS  
b sedulus  
procurator  
officium.

c med

d celesti  
oper.  
e commu-  
tetur in  
structur.

f v. legis

g presbyte

h per lucere  
i opera

k & alio-  
rum,

l omnis 2  
100

m flamma  
n sovebat  
o ps. 93. 14

p v. de  
q. hinc  
r delictis  
s prima  
t. meret

superbiam humilitate calcaret, tanta misericordia animi claritate claresceret, ut omnes fere pauperes satians inops ipse moveretur. Proletto beatus hac inopia, per quam divinis laudibus semper inhærebat: sicut propheta dicit ad Dominum: Pauper & inops laudabant nomen tuum. Fuit enim vir ingenio luculentus, vita præcipuus, auctoritate reverendus; & ideo tot virtutum ornatus insignibus, ad tam celsum officium non accessit indignus; honorem summæ dignitatis grave nimis onus existimans, parvamque negligentiam pontificis ingens animarum discrimen esse contestans. Idcirco nullo se desidioso otio tradidit, neq; luxurioso convivio effusoque servivit: ex quibus rebus & animarum morbi nascuntur & corporum. Hic itaque pastor summi atque boni pastoris imitator existens, egregius præsul sedis apostolicæ fuit, qui divina præcepta fecit & docuit. Unde cum magnum inter sanctos esse confidimus, juxta promissionem Christi domini dicentis: Qui fecerit & docuerit, maximus vocabitur in regno caelorum.

a satians  
b moveretur  
c laudabant  
d inops  
e existimans  
f contestans  
g inter  
h sanctos  
i magnum

Atum pravumque quid corrigat. Synocum autem dicunt ex Græco interpretari comitatum, vel cætum. Concilii vero nomen tractum ex more Romano. Tempore enim quo causa agebatur, conveniebant omnes in unum, communique intentione tractabant. Unde & concilium a communi intentione dictum, quasi consilium, & consilium quasi considium, D in L. Iterum transeunte. Vel concilium dictum ex communi intentione, eo quod in unum omnes diripant mentis obtutum: cilia enim oculorum sunt. Unde & qui sibi met dissentiant, non agunt concilium, quia non sentiunt unum. Cætus vero, conventus est vel congregatio, a coeundo, id est, conveniendo in unum. Unde & conventus est nuncupatus, quod omnes conveniant: & sicut conventus & cætus, sic concilium dicitur a societate multorum in unum.

Ex VII  
apud  
Hæc ab  
fuit

In principio vero voluminis huius, qualiter concilium apud nos celebretur, potuimus: ut qui nostrum ordinem sequi voluerint, sentiant qualiter hoc agere debeant. Qui autem hoc agere melius elegerint, faciant quod iusto canonicoque atque sapientissimo consilio iudicaverint. Denique propter eorum auctoritatem ceteris conciliis præposuimus canones, qui dicuntur apostolorum (licet a quibusdam apocryphi dicantur) quoniam plures eos recipiunt, & sancti patres eorum sententias synodali auctoritate corroboraverunt, & inter canonicas potuerunt constitutiones. Deinde quarundam epistolarum decreta virorum apostolicorum interierimus, id est, Clementis, Anacleti, Evaristi & ceterorum apostolicorum, quas potuimus hactenus reperire epistolas usque ad Silvestrum papam. Postmodum vero Nicenam synodum constituimus, propter auctoritatem eiusdem magni concilii. Deinceps diversa concilia Græcorum & Latinorum, sive quæ antea, seu quæ postmodum facta sunt, sub ordine numerorum ac temporum capitalis suis distincta sub huius voluminis aspectu locavimus, subsidentes etiam reliqua decreta præsulum Romanorum usque ad sanctum Gregorium, & quaedam epistolas ipsius, in quibus pro culmine sedis apostolicæ non impar conciliorum extat auctoritas; quatenus ecclesiastici ordinis disciplina in unum a nobis constituta atque digesta, & sancti præules paternis instituantur regulis, & obediens ecclesiæ ministri vel populi spiritualibus imbuantur exemplis, & non malorum hominum pravitate decipiantur. Multi enim pravitate & cupiditate deprethi, accusantes sacerdotes oppreslerunt. Ideo sancti patres leges constituerunt, quas sanctos canones appellaverunt. Multi ergo idcirco alios accusant, ut se per illos exculent, aut eorum bonis ditentur. Plerique vero boni Christiani propterea tacent, & portant aliorum peccata quæ noverunt, quia documentis tæpe

Hæc  
fuit  
Hæc  
apud  
Hæc  
fuit

Explicit.

PRÆFATIO ISIDORI MERCATORIS

In suam collectionem Canonum.

Isidorus peccator, servus Christi, & confervo tuo & parenti fidei, in Domino salutem.

Constantius 4. d. l. xvi.

Isidorus  
inter MS  
V. C. Iustelli  
de quo plura  
dicimus in  
notis nostris.  
Dei.

ditiones.

Romano

rescripserunt.

Compellor a multis tam episcopis, quam reliquis servis Christi, canonum sententias colligere, & in unum volumen redigere, & de multis unum facere. Sed hoc me oppido conturbat, quod diversæ interpretationes varias sententias faciunt, & licet unus sit sensus, diversæ tamen sunt sententiæ, & aliæ longiores, aliæ breviores. Ea vero concilia, quæ Græco sunt edita stylo, amplius quam tripliciter aut quadrupliciter interpretata atque conscripta reperimus. Quod si veritas est querenda est pluribus, Græcorum sequamur stylium, eorumque imitemur editiones atque exemplaria. Sin minus, ipsi dicant atque exponant, quibus tot sunt exemplaria, quot codices. Nobis tamen videtur, cum in nostro discrepaverint sermone, ut unitas & veritas ab ipsis querenda sit, quorum lingua edita esse noverunt. Quod & nos fecimus, & sicut a veris eorum reperimus magistris, in volumine, cui hæc præponitur præfatiuncula, inserere curavimus.

Canon autem Græce, Latine regula nuncupatur; regula autem dicta, quod recte dicit, nec aliquando aliorum trahit. Alii dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte vivendi præbeat, sive quod distor-

deruntur, quibus ea quæ ipsi sentunt iudicibus

corpo us

Concilii Generali. Tom. I.

1 Quam tenet Auctor Collectionis Canonum, quæ Isidori Mercatoris, seu Mercatoris nomine postea demum scripta est, non eadem est Isidorus sententia, & licet nonnulli Card. de Aguirre in Apparatu ad Concilium Hispanicum, in quibus conciliorum Hispaniarum adhibere ea, veterum ac recentium emittentium nam exponebat, sed quibus potius in collectione Decretalium par. 2. Clemente nuncupantur ad Synodum (suppositiva videtur). Quod quidem tenet illa collectio, præter ipsam. Et Epistola Pontificis a Clemente ad Papam Deum deditur, sed sedem Romanam tenuit ab anno 526 usque ad eam ordinem celebrandi Concilii, Apostolicorum Canonum versionem, & plurimum synodorum, tum in a. un. tum in a. un. o. c. ceta continet, in quibus fere Constitutum est in quibus, ac Labbeana nostra locum obtinet, nec tunc eadem præfati Harduinus, cui nonnulla per Dominicanam antiquam canonorum collectio nulla certum, aut hoc dicitur. Hanc præfationem cum v. c. cæno Cod. ap. Constanti Card. de Aguirre, & cum MS. Collegii Paris. Soc. IESU H. c. c. c. a quibus demum ea collectio lectio, ac notulis subserimus. 2 In Cod. Vatic. accipitur: Præfatio Isidori Episcopi. 3 In eodem. Mercator, verum manu, ut apparet, recentiori Idem in Cod. Parisiensi, & apud Iacobum. 4 Vatic. præfatio in Domino fidei, salutem. 5 Vatic. non volumine. 6 Vatic. faciant. 7 Vatic. distorperunt. 8 In Vat. fuit præfatio, & a circulis, & præfatiuncula hæc. 9 Abest vox ista volumine a Cod. Vatic. recte distorperunt.

ecclesiasticis probare non possunt : quoniam licet vera sint quedam, non tamen iudicibus credenda sunt, nisi quæ certis iudiciis demonstrantur, nisi quæ manifesto iudicio convincuntur, nisi quæ iudicario ordine publicantur. Nullus enim qui ius est rebus spoliatus, aut a sede propria vi aut terrore pulsus, antequam omnia sibi ablata ei legibus restituantur, & ipse pacifice diu suis fruatur honoribus, sedique propriæ regulariter restitutus, eius multo tempore libere potiarum honore. iuxta canonicam accusari, vocari, iudicari, aut damnari institutionem potest. Unde & ecclesiastica historia ab Eusebio Cæsariensi episcopo confecta, de muliere quadam, quæ pro castitate a marito accusabatur, ait: *Præceptum est interdictum est ab imperatore lege lata, ut primo permetteretur ei rem familiarem libere diutius ordinare, tum deinde respondere objectionibus.* Hæc omnes leges tam ecclesiasticæ quam & vulgares publicæque præcipiunt.

Horum vero concinnantur, si omnia ponantur, ante deficeret dies, quam horum singula explicarem, & nimis prolixa fieret epistola. Ex pluribus tamen aliqua hic ad provocationem aliorum inferere iudicavimus. Ait namque sanctus Leo Romanæ ecclesiæ antistes in epistola Chalcedonenſi concilio missa, cuius initium est: Leo episcopus synodo Chalcedonenſi: *Optaxeram quidem, dilectissimi, & reliqua: in qua inter cetera sic testatur, dicens: Quia vero non ignoramus per prævas amulationes multarum ecclesiarum statum fuisse turbatum, plurimosque fratres iniuste sedibus suis pulsos, & in exilia deportatos, atque in locum superstitum alios substitutos, his primitus vulnibus adhibeat medicina iustitiae: nec quisquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis. Quem ita evolvere omnes relinquat, ut nemini quidem perire honor debeat, sed prioribus episcopis cum omni privilegio suo jus proprium reformetur.* Eadem & antiqui apostolici, qui fuerunt ante synodum Nicenam, sanxerunt. Eadem synodus, quæ habita est Larissa sub Valeriano, loquitur. Eadem plurimæ Romanæ synodi testantur. Eadem papa Symmachus & ceteri sancti patres sanxerunt: quorum statuta, prolixitatem vitantes, hic inferere distulimus. Si quis autem hæc plenius scire & legere voluerit, suis in auctoribus invenire & legere pleniter poterit. Nobis vero hæc in præfatione ista sufficiant. Et sicut militi ex multis armis illa sufficiunt, quæ ferre congruenter super se poterit, sic nobis de multis sententiis una aut duæ, vel quantum tunc temporis necesse fuerit, sufficiunt: quoniam sicut cum uno telo aut duobus inimicum vincimus, sic cum una aut duabus sententiis auctoritate plenius æmulum superamus. Si enim de mulieribus & secularibus hominibus hæc constituta sunt, multo magis ecclesiasticis viris & sacerdotibus sunt concessa. Hæc eadem vero & ecclesiastica iura iubent, & sæculi leges præcipiunt. Similiter accusatores & accusationes, quas sæculi leges prohibent, canonica funditus repellit auctoritas. Synodorum vero congregandarum auctoritas, apostolicæ sedi privata commissa est

potestate; nec ullam Synodum ratam esse legimus, quæ ejus non fuerit auctoritate congregata vel sulsa. Hæc canonica testatur auctoritas, hæc historia ecclesiastica roborat, hæc sancti patres confirmant.

Scire autem vos octoginta episcopos, qui hoc opus me incipere & perficere coegistis, & cunctos reliquos domini sacerdotes oportet, quod plura quam illa viginti capitula, quæ apud nos habentur, Nicenæ synodi reperimus, & in decretis Julii papæ septuaginta capitula ejusdem synodi esse debere legimus. Quam epistolam in suo ordine inter cetera decreta apostolicorum posuimus; hæc scrutantibus, & cunctis nosse volentibus rimanda. Nam quod plura quam viginti capitula sint Nicenæ concilii, in multis invenitur locis. Legitur enim in Constantino politano concilio ita: *Manifestum est quod illa quæ sunt per unamquamque provinciam ipsius provincie synodus dispenset, sicut Nicæno constat decretum esse concilio.* Legitur & in epistola Innocentii papæ, Vitrício Rothomagensi episcopo directa, ita: *Si qua causa vel contentiones inter clericos & laicos, vel inter clericos tam majoris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exorta, placuit ut secundum synodum Nicenam, congregatis omnibus ejusdem provincie episcopis, iudicium terminetur; & reliqua.* Sanctæ etiam memoriæ Theophilus Alexandrinus episcopus, suis in epistolis meminit, in concilio Nicæno statutum esse, ut ab VIII. Idus Martii, usque in diem Nonarum Aprilis, diebus scilicet 28. qualicumque Luna nata fuerit, in quolibet medio spatio perhibet facere initium primimensis, XIV. vero a XII. Kalendas Aprilis usque in XVI. Kalendas Maii, solerter inquiri & si etiam die sabbatorum incidere, consequenti die dominico, id est luna 15. pascha celebrare conscripsit: & si die dominico luna 13. ejusdem mensis, id est primi mensis, eveniret, ipsa hebdomada transmissa, in alterum diem dominicum pascha sine dubio celebrare conscripsit. His & aliis quamplurimis exemplis patet, plura esse quam viginti Nicæni concilii capitula, & veram esse prædictam Julii papæ epistolam. Nobis autem quidam è consortio fratrum nostrorum orientales, testati sunt se vidisse concilium Nicænum, habens potiorem quatuor evangeliorum magnitudinem, continens in se sediones episcoporum, & introductiones, iudiciaque querimoniarum atque definitiones, & constitutiones, nec non & subscriptiones eorum; ad cuius similitudinem magnum Chalcedonenſe concilium conscriptum esse confirmaverunt, & demum alia Constantinopoli condita: unum videlicet sub Justiniano imperatore contra Dei impugnatores, Originem, Didymum, & Evagrium, & aliud temporibus Agathonis papæ, & Constantini imperatoris, contra Macarium episcopum, & Stephanum ejus discipulum, ac reliquos episcopos, qui pro frumento zizania in ecclesia seminaverunt, vinum miscuerunt aquæ, & proximo potum dederunt evertione turbida, & tamquam lupi agni simulabant mendacium, & veritas ut mendacium refutabatur.

Nosse etiam oportet licet cetera non infir-

Judicio

indictum

a concilia  
partia  
b similia

Epist.

l'emp'aco  
Cod. Valenti-  
niano.

a rimandam.

ita & MS  
Justelli codex.

ad xiv.

14. ex c.  
Justelli aliis  
que ad

edita,

b Hinc quoque arguas ab  
Hispaniensi  
Isidoro diversum esse hunc  
Mercatorem l

c evertionem  
turbidam.

a Vatic. appellata. b Vatic. non. In Vatic. deest vox explicarem. c Vatic. nullis. d atque in locum superstitum alios substitutos. Cod. Vat. e Vatic. Lassa eadem significatione. f deest in Vat. g in Vat. LXXX. h Vatic. prohibet. i Vatic. Maii. j Hæc verba esse die etc. sunt ad marginem Cod. Vatic. 630.

\* Hic omnia nonnulla sunt, necio quo concilio, quia in exemplaribus MSS. in omnibus editio nibus, Meritum, S. rri, curant, que alia, reperiuntur. Hic ergo restituendo fuit. Lab. de in append. tom. 1

firmantur) quatuor esse principalia concilia, A ex quibus plenissimam fidei doctrinam tenent ecclesie, tam de Patris, & Filii, & Spiritus sancti divinitate, quam de prædicti Filii & salvatoris nostri Incarnatione. Prior harum Nicæna synodus est trecentorum decem & octo episcoporum, sub Constantino Augusto peracta, in qua Ariani perfidia blasphemia condemnata, qua inæqualitatem sanctæ Trinitatis idem Arius asserbat: consubstantialem Deo Patri Deum Filium eadem sancta synodus per symbolum definiit. Secunda synodus est centum quinquaginta patrum sub Theodosio seniore, Constantinopoli congregata, qua Macedonium, sanctum Spiritum Dominum esse negantem, condemnans, consubstantialem Patri & Filio eundem Paracletum demonstravit; dans latius symboli formam, quam tota Græcia & Latinitas in ecclesiis prædicant. Tertia synodus est Ephesina prima, ducentorum episcoporum, sub minore Theodosio Augusto edita, qua Nestorium duas personas in Christo asserentem justo anathemate condemnavit, ostendens manere in duabus naturis unam Domini nostri Jesu Christi personam. Quarta est synodus Chalcedonensis, sexcentorum triginta sacerdotum, sub Martino principe habita, in qua Eutychem Constantinopolitanum abbatem, Verbi Dei & carnis unam naturam pronunciantem, & ejus defensorum Dioscorum quondam Alexandrinum episcopum, & ipsi rursus Nestorium, cum reliquis hæreticis, una patrum sententia prædamnavit: prædicans eadem synodus Christum Dominum sic natum de Virgine, ut in eo unam personam & Divinæ & humanæ confiteatur naturæ. Hæc sunt, ut prædiximus, quatuor principales & venerabiles synodi, fidem catholicam complectentes: Sed & si qua sint concilia, qua sancti patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem, omni manent stabilita vigore, quorum etiam gesta in hoc opere condita continentur.

In hoc errasse Binium & R. C. editione Suriana deceptos constat.

Grat. l. c. incertus

Sequitur in MS. Aurelio Carth. ep. afferta epistola cum recepto Damiani papæ.

ORDO CELEBRANDI CONCILII,

Desumptus ab Isidoro Mercatore ex quarto concilio Toletano cap. 4. & Gorgia Loaisa Hispaniarum conciliarum editoris diligentia emendatus. Quare sciat lector non esse generalem hunc ordinem, sed tantum forte servatum in Toletanis, vel aliis in Hispania celebratis conciliis.

a ex cod. Vigilano, ve Alverden, qui asseruntur in Bibl. Scorialensi sancti Laurentii

ORDO DE CELEBRANDO CONCILIO.

HOra itaque diei prima, ante solis ortum, ejiciantur omnes ab ecclesia; obseratisque foribus, cuncti ad unam januam, per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarii stent. Et convenientes omnes episcopi pariter introeant, & secundum ordinationis sue tempus resideant. Post ingressum omnium episcoporum, atque confesum, vocentur deinde presbyteri, quos causa probaverit introire. Nullus inter eos audeat ingredi diaconorum. Post hos ingrediantur diacones probabiles quos ordo poposcerit interesse: & corona facta de sedibus episcoporum, presbyteri a tergo eorum resideant; diacones in conspectu episcoporum stent; deinde ingrediantur & laici, qui electione concilii interesse meruerint. Ingrediantur quoque & notarii, quos Cad recitandum vel excipiendum ordo requirit: & obserentur januæ. Sedentesque in diuturno silentio, dicat archidiaconus: Orate: Statimque omnes in terra prostrabuntur, & orantibus diutius tacite cum stetitibus atque gemitibus, unus ex episcopis senioribus iurgens, orationem palam fundet ad Dominum, cunctis adhuc in terra jacentibus, dicens.

Y b se ingrat

c concilio

d atque cor totam habentes ad Dominum sacerdos

e immanteste

f esto nobiscum,

g efficere debeamus ut te auxiliante tibi in omnibus placere valeamus.

h summam

Adsumus, domine sancte Spiritus, adsumus; peccati quidem humanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati. Veni ad nos, adesto nobis, & dignare illabi cordibus nostris: doce nos quid agamus, quo gradiamur ostende, quid efficiamus operare. Esto solus & suggestor & effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre & Filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse iustitiam, qui summe diligis æquitatem. Ut in sinistram nos non ignorantia trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corumpat, sed junge nos tibi efficaciter, solius tuæ gratiæ dono: ut simus in te unum, & in

1 Ita MSS. Isidori. Gratianus in quibusdam MSS. Dei Filium  
2 Eundem MSS. omnes. Latini, nec sine causa quævis Græce Eudoxie.  
3 Vatic. intermissum. 4 Hunc ordinem edidit Harduinus ex MS. Parisiensis Soc. Jesu alicubi immutatam; nobis intacta Vigilani, sive Alerdensis codicis lectione satis est variantem Parisiensis indicare, nonnullisque notas e pluribus, ac faustoribus Card. de Aguirre excerptas asserre. In Parisi deest itaque. 5 Inducatur hæc verba mos illorum temporum, quo Christiani etiam sæculares frequenter adibat Ecclesiam, aut circa mediam noctem, qua matutina hora in choro cantabantur, aut paulo post usque ad diluculum, sive auroram. Ea sane conuertunt Christianorum pernoctantium, & orantium in templo a primis sæculis viginti in Ecclesia. Ecclesia vero Toletana a primis sæculis usque modo retinet morem canendi matutinam media nocte Card. Aguirre. 6 Id servatum fuit apud Hispaniam semper, ut Episcopi juxta tempus ordinationis uniuersique residerent, proindeque & loquerentur, sive sententiam proferrent, ac tandem subsciberent Card. Aguirre. 7 Patres Ecclesie Hispanice in hoc ordine non quilibet Presbyteros sive simplices Sacerdotes sinunt ad Concilium celebrandum accedere, sed selectos tantum, sive probatissimæ vitz, & doctrinæ. Et ita videmus factum in Concilio Elberitano, ubi præter andregintis Episcopos, referunt Presbyteri triginta sex. In sequentibus autem Hispaniæ Conciliis non ita facile in extiter Presbyteros iugressos fuisse, nisi forte ubi gerebant vices Episcopi absentis. Idque æquidem observatum legitur in Concilio Occumenico, ubi nullus eis locus fuit. Card. Aguirre. 8 Non veretur omnino ingressus Diaconorum hoc loco, sed solum prohiberi, ut simul cum Presbyteris ingrediantur: nam statim subditur: Post alios ingrediantur Diacones probabiles, quos ordo poposcerit interesse: nimirum, quos Episcopi iudicaverint dignos interveniendi sacro eidem congressui. Unde & ad Concilium Elberitanum ingressi sunt Diaconi aliquot. Quamvis vero de cetero Diaconi non fuerint admitti in sequentibus Hispaniæ Conciliis, ut nuper de Presbyteris monuimus; admittentur tamen instar eorum, ubi gerebant Episcoporum absentium vices. Card. Aguirre. 9 In Parisi. restituit, quos tamen seorsum Metropolitanus elegerit. qui atque & cum eo iudicare aliquid, & diffinire possunt.  
10 Parisi. Obseratisque januis, & sedentibus in diuturno silentio sacerdotibus, atque cor totam habentibus ad Dominum, dixerit ep. Archidiaconus. 11 Parisi. proferentur tam Episcopi, quam presbyteri. 12 Parisi. & ceteri sim.



ORDO CELEBRANDI CONCILII.

in nullo deviemus à vero: qualiter in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderatione pietatis iustitiam, ut hic à te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro pro bene gestis consequamur præmia sempiterna. Amen.

Tè condonante, qui cum Patre & Filio unus permanes Deus per infinita sæcula sæculorum.

In qua oratione, nec oratio paterna, nec benedictio, sed ipsa solummodo oratio confirmetur. Quando autem plurimi metropolitani fuerint, tunc ab altero hæc oratio dicitur.

Alia.

Domine, qui nos iustitiam loqui, & quæ re-cta sunt præcipis judicare, tribue nobis, ut nec iniquitas in ore, nec pravitas inveniatur in mente; ut puro corde purior sermo consentiat, procedat in operibus iustitia, nec appareat dolus in lingua.

A tertio vero metropolitano, loco tertio hæc oratio pronuntiatur.

Jesu Domine, qui sacro verbi tui oraculo promisisti, ut ubi duo vel tres in nomine tuo fuerint aggregati, medius dignareris adesse, adesto cætui nostro propitius, & cor nostrum perlustra misericors, ut ita rectum iustitiæ tran-quitatem teneamus, ne a bono misericordiz ali-quatenus aberremus.

Alia.

Dissolve, Domine, nostrarum mentium li-gaturam, & obligationis impiæ confringe ca-tenam, ut tibi laudem pro liberatione red-damus, cujus ultionem pro transgressione pa-velscimus.

Alia.

Deus, qui veritatem loqui filios hominum cupis, & eorum casto iudicio delectaris, men-tem nos dignare habere rectam; ut possimus labiis veram depromere iustitiam.

Finita autem oratione, & responso ab omni-bus, Amen, rursus dicit Archidiaconus: Erigite vos. Et confestim omnes surgant, & cum om-ni timore Dei, & disciplina, tam episcopi, quam presbyteri sedent. Sicque omnibus in suis lo-cis in silentio confidentibus, diaconus alba in-dutus, codicem canonum in medio proferens, capitula de conciliis agenda pronuntiat, id est, ex concilio Chalcedonensi, æra xviii. item ex capitulis orientalium patrum, quæ Marti-num episcopus de Græco in Latinum vertit, æra xviii. de synodo facienda; item ex concilio Toletano IV. æra lli. Item ex concilio Aga-theni, æra xvi. sive ex sermone sancti Ambro-sii de pace, vel aliud de canonibus, quod me-tropolitano aptius visum fuerit ut legatur. Fi-nititque titulis, metropolitano episcopus con-cilium alloquitur, dicens:

Exhortatio.

Ecce sanctissimi sacerdotes, præmissis Deo præ-cibus, fraternitatem vestram cum pia exhorta-tione convenio, & per divinum nomen obtestor, ut ea, quæ a nobis de Deo, de sacris ordini-bus, vel vestris moribus vobis fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis, & cum summa reverentia perficere intendatis. Quod si forsan

aliquis vestrum aliter quam dicta fuerint sente-rit, sine aliquo scrupulo commotionis, in no-strorum omnium collatione, ea ipsa, de quibus dubitaverit, conferenda reducat: qualiter, Deo mediante, aut doceri possit, aut doceat. Deinde simili vos obtestatione conjuro, ut nullus vestrum in iudicando, aut personam excipiat, aut quolibet favore vel munere pulsatus a veritate discedat; sed cum tanta pietate quid- quid cætui nostro se iudicandum intulerit iudicet, ut nec discordans contentio ad subversio-nem iustitiæ inter nos locum inveniatur; nec item in perquirenda æquitate vigor nostri ordinis vel sollicitudo tepescat.

(a) Post allocutionem concilii, qua metro-politanus solet synodum alloqui universalem, statim rex cum suis optimatibus ingreditur in concilium: & in primis, corona sacerdotum post se dimissa, ad altare conversus, ibi orationem dicit: sed ipsa oratione supra acta, ad concilium conversus dicit: Et homo prostratus, atque inde se erigens, & seipsum precibus sacerdotum commendat, & alloquendo concilium, ut iustiti- fiam agant, religiosa exhortatione insinuat. Post- quam autem expleverit exhortationem suam, a diacono dicitur: Oremus.

Tunc rege converso ad orientem, omnes sacerdotes in terra pariter prosternantur, ut- rit & prius: sicque dicatur hæc oratio domi- nica.

Rex Deus, a quo regum regitur regnum; quo gubernante sublime, quo deservente fit fragile, famulo tuo N. moderator assiste. Da, ci domi- ne fidei rectitudinem firmam, & legis tuæ cu- stodiam indefessam: ita morum honestate præ- polleat, ut tuæ majestati complacere: ita nunc præsit populis, ut coronetur post transitum cum electis. Pater noster.

Benedictio.

Benedicat tibi, serenissime princeps, virtutum dominus, & omnipotens Deus. Amen.

Intpiret tibi facere misericordiam, & tempera- re iustitiam. Amen.

Qui tibi tribuit regnum, ipse cor tuum con- servet illæsum à nocibilitate omnium populorum. Amen.

Et qui conventum nostrum pro Domino vene- reris, cum tuis omnibus post longa sæcula coroneris. Amen.

Per dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Deo Patre, & sancto Spiritu, unus Deus gloriatur in sæcula sæculorum.

Qua benedictione suscepta, dicitur illi à dia- cono:

In nomine domini nostri Jesu Christi, ite cum pace.

Sicque cunctis respondendum est: Deo gra- tias.

Statimque idem princeps secedit a conven- tu concilii.

Post egressum igitur regis, & exhortationem metropolitani, quæ prius dicta est, introibunt omnes quique fuerint presbyteri, diacones, vel religiosi ad audiendam doctrinam. Sicque archidiaconus lecturus est canonem Toletani concilii

a modera- tione  
b dicatur  
c defuit in V. C. Ju- stitii.

a contentio  
b copula- tione  
c auxiliante  
d a iusto iudicio scienter avertatur  
e aut  
f tota  
g retrahate.

h hanc ex- hortationem.

i quæ dicuntur de rege de- sunt in C. Just. k Scribendum omnino ut habet Lousia, hu- mo, licet Bi- nius & R. C. habeant ho- mo

d Lousia & alii Hispani credunt hæc vel Hæc. Inc. hinc scri- bunt æra, & qd videntur

xxxv

exhortatio- ne illa

g sanctis

l universi. m hinc arguet non esse au- torem huiusce ordinis Ildo- tum Hispani- lensem.

a In Paris deest. Antea. Te condonante utique in: qua oratione.  
b Fuit in Codex Canonum erat, qui a tempore S. Leonis Papæ ubique receptus fuerat. & cujus MSS. duo extant nunc in Monasterio Ripoll. Catalonia. Car. Aguirre. c Paris. de Concilio Toletano lxxxv.  
d Paris Chalcedonensis æra xviii. item ex Concilio Agathensi æra xxv. vel xxvi vel aliud de Canonibus etc.  
e Paris. de concilio. C. scriptura, ut etc. (a) Luc. Cod. addit. Post hæc exhortationem introibant omnes qui usque fuerint Pres- byteri, Diacones, vel Religiosi universi ad audiendam doctrinam. Sicque Archidiaconus etc. ut est pag. 11.  
f In Paris. Post hæc exhortationem, qua etc.

cilii XI. era 1. Ne tumultu concilium agitetur. A Quo canone perlecto, statim concilium Ephesium ex ordine perlegetur: deinde collatio pariter & instructio de mysterio sanctæ Trinitatis habebitur, simulque & ordinibus officiorum, si in omnium sedibus ejusdem celebritatis unitas teneatur. Pro his quoque causis, prout spatium diei permiserit, & epistolæ Papæ Leonis ad Flavianum episcopum de erroribus Eutyche- tis, & mysterio sanctæ Trinitatis legendæ sunt: canones quoque de unitate officiorum.

Nec ad aliud aliquid ante transibitur, quam ista omnia explicentur; ita tamen, ut in totis tribus diebus litaniarum nihil aliud agatur, nec retractetur, nisi sola collatio de mysterio sanctæ Trinitatis & de ordinibus sacris, vel officiorum institutis, ita ut hæc tota peragantur per istos tres dies; nihil aliud, sicut jam dictum est, nisi sola questio, de his quæ prædicta sunt, habeatur; ita ut lectio semper congruens causam ordinis, quæ querenda est, antecedit.

Item oratio in secundo die in inchoatione Concilii dicenda.

Nostrorum tibi, Domine, curvantes genua quæsumus, ut bonum quod nobis a te requiritur, exequamur, scilicet ut prompta tibi sollicitudine gradientes, discretionis arduæ subtile iudicium faciamus, ac misericordiam diligentes clareamus fluidis tibi placitæ actionis.

Item oratio, die tertio, quæ in inchoatione concilii dicitur.

A te, Domine, interni clamoris vocibus unanimiter postulamus, ut respectu tuæ gratiæ solidati, præcones veritatis efficiamur intrepidi, tumque valeamus verbum cum omni fiducia loqui.

Post hæc in quarto die reliquæ causæ per ordinem admittendæ sunt. Sicque omnes qui de religiosi in retroactis diebus pro spirituali intrusione interfuerunt concilio, foras egredientur: residentibus aliquibus presbyteris in concilio, quos metropolitanus ordinaverit honorandos. Per singulos tamen illos tres dies litaniarum, episcopi, vel presbyteri cum admonitore primum orationibus prostrabuntur. Sicque collecta a metropolitanis oratione, & dicente diacono: Erigite vos, conlurgent, & de divinis tantum, ut dictum est, rebus collationem habebunt. In reliquis tamen diebus, cunctis adstantibus, oratio colligenda est. Et sic confidentes causarum negotia iudicabunt. Nullus tamen tumultus, aut inter confidentes, aut inter adstantes habebitur. Eodem autem modo, eodemque ordine ad concilium omnes per singulos dies ingrediantur, quo superius jam præmissum est. Nam etsi presbyteri, & reliqui, aut diaconus, clericus, sive laicus de his qui foris steterint, concilium pro qualibet re crediderit appellandum, ecclesiæ metropolitanæ archidiacono causam suam intimet, & ille concilio denunciaret: tunc illis & introcundi & proponendi licentia concedatur. Nullus autem episcoporum a cætu communi secedat, antequam hora generali secessionis adveniat. Concilium quoque nullus solvere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita ut quæcumque deliberatione communi finiuntur, epi-

scoporum singulorum manibus subscribantur. Ita tamen ut ante duos vel tres dies, quam solvatur concilium, omnes constitutiones à se editas diligenti consideratione retractent. Item in die, qua concilium absolvendum est, canones qui in sancta synodo constituti sunt, coram Ecclesia in publico relegantur. Quibus explicitis, respondetur Amen.

Deinde ad locum redeuntes, ubi in concilio residebant, canones ipsos subscripturi sunt. Admonendi quoque a metropolitano sunt, de pascha ventura, quo tempore veniet. Admonendi sunt etiam quo tempore, superveniente anno, ad concilium faciendum veniant, & eligendi etiam de episcopis, qui cum metropolitano die festo nativitatæ domini, & sanctum pascha debeant celebrare. Post hæc dicente archidiacono, Oremus, omnes simul in terram pariter prostrabuntur, ubi diutissime orantibus, hanc unus ex majoribus orationem dicturus erit:

Oratio.

Nulla est, Domine, humanæ conscientiæ virtus, quæ inoffense possit tuæ voluntatis iudicia expedire. Et ideo, quia imperfectum nostrum viderunt oculi tui, perfectioni deputa, quæsumus, quod perlecto æquitatis sine concludere præoptamus: te in nostris principiis occursum poposcimus; te quoque in hoc sine iudiciorum nostrorum indultorem nostris excessibus speramus: scilicet ut ignorantie parcas, ut errori indulgeas, ut perfectis votis perfectam efficaciam largiaris. Et qui conscientia remordente tabescimus, ne aut ignorantia nos traxerit in errorem, aut præcepta forsitan voluntas impulerit iustitiam declinare, ob hoc te poscimus, te rogamus, ut si quid offensionis in hac concilii celebritate attraximus, te condonante, remissibile habeamus: ut in eo quod soluturi sumus aggregatum concilium, à cunctis primum absolvamus nostrorum nexibus delictorum: qualiter & transgressores venia, & confitentis tibi subsequatur remuneratio sempiterna. Per Dominum, &c.

Benedictio.

Patris Dei Filius, qui est initium & finis, complementum vobis tribuat charitatis. Et qui vos ad expletionem huius fecit pervenire concilii, absolutos vos efficiat ab omni contagione delicti. Amen.

Ut ab omni reatu liberiores effecti, absoluti etiam per donum Spiritus sancti, felici reditu vestrarum sedium cubilia reperatis illæsi. Amen.

Præcedente lumine divinitatis Domini nostri qui omnia regit in sæcula sæculorum.

Quibus explicitis, dum dictum fuerit ab archidiacono. Erigite vos, omnes illico pariter surgentes, residente metropolitano, ab ipso primum incipientes, osculum sibi invicem omnes pariter dabunt. Sicque post datam sibi invicem pacem, dicit diaconus.

In nomine Domini nostri Jesu Christi eamus cum pace. Deo gratias.

Et sic conventus totus absolvitur.

a transca-

b partian-

c ordini & causæ.

Hæc in C. Justitii cum sequenti alio loco reperitur adscrip- ta, & in editione Surii d. tecum.

e procla-

f Hic de- finit editio Surii.

g probave-

a se profer-

i iuste & religiose cogent, vel colligant.

k regula-

a meta ast. quo officiant

b in chore

c ventura quo veniat die.

d natali.

e orate.

f occursum.

g adesse peccamur.

h operis.

i condonante ac remissibile facere digneris.

k Huius orationi oratio pacerna ad- iungatur, & cunctis adhuc presentibus hæc benedictio explicetur.

l quod ipse prestare dignetur, &c

m explicitis.

a Paris. totos illos tres dies. b Paris. oratione confurgant. & de divinis &c. c Paris. habentur. d Paris. diaconi, clerici, sive laici crediderint intiment. e Paris. sedant. f Paris. residerant. g Paris. subscribant. h Paris. se proferant. i Paris. Christus Dei filius. j In Paris. inverse. scilicet: in nomine Domini nostri Jesu Christi eamus cum pace, omnes illico &c. k sequæ data sibi invicem pace conventus concilii absolvitur.

## (4) EXHORTATIO AD PRINCIPEM.

*Alias via regia, ex eodem Garfa  
Loaisa adjecta:*

Ex codice  
Alveldensi,  
bibliothecae  
regiae sancti  
Laurentii in  
Hispania.

Ungaban-  
tur Hispanie  
reges.

Jerem. 4.

Prov. 16.

Isa. 30.

Deut. 17.

**D**EUS omnipotens, o clarissime rex, quando voluit, & ubi voluit de regali nobilique genere te nobiliter procreavit, & misericorditer ad lavacrum regenerationis perduxit, caput tuum sacri chrismatis oleo linivit, & dignanter in filium adoptavit; constituit te regem populi terrae, & proprii filii sui in caelo fieri iussit haeredem; his etenim sacris ditatus muneribus, rite portas diademata regis; primum, quia de femore regis, regalique descendis protapia, decenter tibi convenit & bene multa regere regna. Secundo, quia te regem esse & sacri chrismatis unctio, & fidei confessio operisque confirmat & actio. Tertio, quia ut aeternum cum Christo perciperes regnum, misericorditer adhuc te parvulum rex regum adoptavit in filium. Haec te perspicua claraque indicia ab infantia regem clamitant, regemque confirmant. Superest, ut haec ipsa regalia, quae perceperisti, bona a Domino munera sollicite salva custodias, & operibus pariter moribusque defendas: exiguo etenim tempore in hac, qua vivimus, morabimur vita: quia viam univerſae carnis pergitur, & celeri cursu ad promissam quotidie patriam festinamus. Restat ergo, ut de illa tantum sollicite interrogemus via, quae nos a latronibus tutos, vitiosque defaectos desideratam feliciter ducat ad patriam: hortatur etenim nos de hac re propheta, cum dicit: *Stare super vias, & videte & interrogate de semitis antiquis; & videte quae sit via bona, & ambulante in ea, & invenietis requiem animabus vestris.* Sollicite ergo haec a nobis discreteque quaerenda est via, quae nos salvos ad requiem perducat aeternam: & cum, Domino nobis monstrante, fuerit inventa, caute discreteque ambulandum est per eam, ne ad dexteram inclinantis, aut ad sinistram, occurrat illa, de qua propheticus sermo denunciatus clamitat: *Est via, quae videtur hominibus recta, cujus novissima demergunt ad inferna.* Sed ne aliquis nostrum per ignorantiam in hoc oberrans incidat devium, pie nos propheta admonet Isaias, & ad rectam sanctamque viam dulciter revocans clamat: *Et erunt oculi tui videntes praecceptorem tuum, & aures tuae audient verbum post tergum monentis: Haec est via, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Nam & Israeliticus populus cum per aliena transiens regna, ad repromissionis tenderet patriam, nuncios misit ad Sehon regem Amorrhoeorum, dicens: *Obsecro ut transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus ad dexteram, neque ad sinistram; sed per viam regiam gradiemur, donec pertranseam fines tuos.* Et tibi ergo, nobilissime rex, si vis ad supernam feliciter promissionis tendere patriam, diligenter regia quaerenda est via: quia, cum sis rex in terra, ad caelorum properans regna, per regiam debes currere viam: trita etenim via est, & antiquitus sanctorum regum vestigiis contricata. Per illam Josue firmissimo properans gradu, multorum re-

Agum colla comminuit, & nefandorum phalanges stravit, Jerichuntinos muros evertit, & Israelitico populo terram repromissionis distento fune divisit: per illam David indeclinabiliter gradiens, persecutori Sauli pepercit, lapideo istu Goliath extinxit, & ab improprio allophylorum Dei populum liberavit, & sibi regnum perpetuum solidavit: per illam firmiter ambulante Ezechiam misericorditer Dominus visitavit, a mortis termino revocavit, & quinquies ternos ad vitam addidit annos: per illam adhuc ambulans Salomon, quasi fluvius aqua, impletus est sapientia; & ab illa recedens, inexpiabilem gloriae suae intulit maculam: per illam intrepidus Josias rex justus ambulans, excelsa comminuit regna, abominaciones diversas a populo Dei abstulit, & justificationes a Domino multiplices accepit. Ecce conspicias perspicue, rex nobilissime, qualiter per regiam ad Dominum reges ambulant viam, & ad caelorum regna cum ceteris sanctis reges quoque feliciter volant. Via etenim regia est, quae per prophetam vocatur sancta: *Per quam non transibit pollutus, ait idem propheta, nec invenietur ibi leo, diabolus scilicet, qui rugiens circuit quaerens quem devoret; nec mala bestia, daemone videlicet, ascendet per eam; sed est directa via, & ambulabunt, qui redempti a Domino, & liberati fuerint, per eam, per quam & te quotidie, auxiliante Domino, ire cognoscimus & gratulamur, & ad aeternam gloriam te esse venturum fideliter credentes non dubitamus. Tantum est, ut quod cepisti bonum perficias, & usque ad perseverantiae finem perducas: quia non qui inchoaverit, sed qui perseveraverit, salvus erit.*

*De observandis mandatis Dei.*

Attende ergo, o clementissime ac mitissime rex, quantum nos diligit dominus noster Jesus Christus, qui cum promissione suam a nobis exigit dilectionem, & Spiritum sanctum dicit nobiscum esse in aeternum mansurum, si post dilectionem suam mandata ejus servaverimus: ab ipso enim, ut jam superius diximus, nobis omnia bona conceduntur; & velle bonum, & operari, ab illo prius nobis largitur: Diligimur enim ut diligamus, amamus, ut amemus, cognoscimur ut cognoscamus, adjuvamus ut operemur, & operando virtutibus ditemur. Ergo si te dilectio Dei proximique demulcet, consequens est ut facias quod ille praecipit. quia intantum diligis inquantum facis: neque enim potest sincere Deum diligere qui mandata ejus fideliter non custodit. Ipso te Domino docente, intellige: ait enim: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum: & ad eum veniemus, & mansorem apud eum faciemus: & Qui non diligit me, sermones meos non servat.* Joannes quoque apostolus dilectione Dei repletus in epistola sua ait: *In hoc scimus quoniam cognovimus eum, si mandata ejus observamus. Qui dicit se nosse eum, & mandata ejus non custodit, mendax est, & in eo veritas non est: qui servat verbum ejus, vere in hoc caritas Dei perfecta est.* Liber quoque Job ore Domini sacratus, de hoc ipso testis est, maxime de regibus dicens; *Non auferet a justo*

Isa. 31.

Joan. 14.

Ibidem.

1. Joan. 1.

Job 36.

CCM-

(a) Haec in Cod. Luc. haec exhortatio, sed loco ejus ponuntur duae orationes quae hic leguntur. *Nostrum tibi Domine &c.* & alia. *Ad te Domine &c.* Tum additur alia manu, sed antiqua: *Hic debent fieri Canones Apostolorum num. L.*

1. Privati alicujus scriptoris, non synodi, quae saltem nota sit, opella moralis; ideoque ab Harduino in sua collectione praetermissa.

2. Haec omnia videntur desumpta ex Concilio Arausino II. quod celebratum fuit an. 709 vel ex capitulis sedis Apostolicae adversus Pelagianos, atque ipsorum reliquias. *Card. Aguirre.*

oculos, & reges in solio collocat in perpetuum, & illuc eriguntur: revelat quoque aurem eorum, ut corripiat; & loquitur, ut revertantur ab iniquitate. Si audierint & observaverint, complebant dies suos in bono, & annos suos in gloria: si vero non audierint, transibunt per gladium, & stultitia consumuntur. De se quoque ipse Job bonum rectumque dans testimonium, ait: Vestigia Dei secutus est pes meus: viam ejus custodi, & non declinavi ex ea: a mandatis labiorum ejus non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris ejus. Tale ergo de te, o bone rex, volumus semper audire testimonium; tale videre frequenter & opus. Ipse quoque Dominus de dilectione sua, atque mandatorum suorum observantia populum Israeliticum admonens, dicit: Et nunc, Israel, audi precepta & judicia quae ego doco te, ut facias ea vivas in eis. Observa & cave ne quando obliviscaris domini Dei tui, & negligas mandata ejus, atque judicia & ceremonias quas ego precipio tibi hodie, ne postquam comederis & satias fueris, domus pulchras adificaveris, & habitaveris in eis, habuerisque armenta & ovium greges, argentum & aurum, cunctorumque rerum copiam, elevetur cor tuum, & non reminiscaris domini Dei tui. Et nunc, Israel, quid dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & diligas eum, ac servas ei in toto corde tuo, & in tota anima tua, custodiaque mandata & ceremonias ejus, quas ego precipio tibi hodie, ut benefici tibi? Si autem audieris, ut facias omnia mandata ejus, satiet te Dominus excelsorem cunctis gentibus, quae versantur in terra: benedictus eris in civitate, & benedictus in agro benedictus fructus ventris tui, & fructus terra tua: mittet Dominus super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum benedictionem: dabit Dominus inimicos tuos, qui consurgunt adversum te, corrumpentes in conspectu tuo. Addit quoque Dominus adhuc ad Israel, dicens: Si in preceptis meis ambulaveritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pacem in finibus vestris, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium trituram vindemiam, & vindemia occupabit sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pavore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterreat: aufervam malas bestias, & gladius non transibit terminos vestros: persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis: persequentur quinque de vestris centum alienas, & centum ex vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Quod si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea: si spreveritis leges meas, & judicia mea contempseritis, ut non faciatis ea quae a me constituta sunt, ut ad irritum perducatis pactum meum, ego haec faciam vobis: visitabo vos velociter in egestate & ardore: corruetis coram hostibus vestris, & subjiciemini his qui oderunt vos, fugietisque nemine persequente. Per Isaiam quoque Dominus ad Israel clamat, & dicit: Utinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua: & justitia tua sicut gurgites maris: & fuisset sicut arena semen tuum; & stirpes uteri tui, ut lapilli ejus: non interisisset, & non fuisset attritum nomen ejus. Bonum ergo tibi est, o rex, ut diligas dominum Deum tuum, & ob dilectionem ejus nimiam sollicitè & diligenter custodias illius precepta: sancta sunt enim mandata ejus & justa: observantibus vero salutaria:

Concil. General. Tom. I.

propterea Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ad te venient, & in perpetuum lætam mansionem facient; & beatus eris in perpetuum, tali hospite visitatus: propterea complebuntur in benedictionibus dies tui, & in gloria anni tui.

- De judicio.

In judicando esto pupillis misericors ut pater, & pro viro, matri illorum: & eris tu velut filius altissimi obediens, & miserebitur tui magis quam mater. Job quoque ait: Oculus sui cæco, & pes claudens; pater eram pauperum, & causam quam nesciebam diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius aufereram prædam: sedam quondam super eum qui afflictus erat, & compatiebar pauperi. Nam & hanc regiam esse virtutem rex Salomon approbat dicens: Rex

qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur. Si vis ergo, o rex, ut thronus tuus a Domino in æternum firmetur, non cesses justificare pauperem & pupillum, non cesses subvenire viduæ & oppresso, non cesses defendere advenam & desolatam: subveni mihero, eleva jacentem, solida confracta, consorta & robora lassum: divitiis non cesses fulcire mendicum, de manu peccatoris non cesses liberare oppressum. Audi quid regibus, regumque iudicibus dominus per David clamitat, dicens: Judicaste egenum & pupillum; humilem & pauperem justificaste: erigite pauperem & egenum, de manu peccatoris liberabitis eum. Huic sententiæ concordans

liber Ecclesiasticus ait: Libera eum qui injuriam patitur de manu superbi. Isaias nihilominus prædicans ait: Querite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me; dicit dominus. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur; & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana munda erunt. Si volueritis & audieritis me, bona terra comedetis. Vide ergo & diligenter attende, rex, quid defensoribus evenit pauperum: se illis esse debitorem, seque redditorem pronunciat Deus; nivis candorem peccatoribus promittit, & albæ lanæ munditiam pollicetur: postremo bona terræ comedere tribuit, terræ scilicet illius de qua scriptum est: Sancti in terra

sua duplicia possidebant; & de qua psalmista ait: Credo videre bona domini in terra viventium. Vides quia bona terræ æternæ illis regibus conceduntur, qui hic pauperum defensores exiitunt, illis in eicam fructus æternæ conceditur terræ, qui hic pauperes sciunt defendere pie; fructus optimos, scilicet angelorum, fructus æternos, fructus perpetuos, fructus dulcissimos & amantissimos, plenos saturitate & pinguedine, plenos lætitiæ & gaudio, plenos felicitate & gloria. O quam beata est vita regum justorum, quæ & hic temporalibus rebus fula nitescit, & in æternum cum angelis immortaliter requiescit! hic terrenis nutritur deliciis; illic gloria vestitur decorus: hic populorum constipatur catervis, illic chorus comitatur angelicis: hic hominum multitudine delectatur; illic cum angelorum choro lætatur: hic illi militia imperatoris obtemperat; illic in militia redemptoris exultat: hic stola vestitus regali nitescit; illic gloria immortalitatis indutus refulget: hic regis diademata portat; illic gaudio exultationis refultat: hic terreni regis filius vocatur; illic cœlestis regis filius confirmatur: hic terreni regni decenter magnam capit hereditatem; illic cœlestis regni felicem accipit portionem. Hæc ut tibi eveniant, clarissime rex,

B

totis

totis viribus laborare non cesses : nullus te se-  
licitus erit, si tibi hæc, auxiliante Deo, eve-  
nerint: nullus te transcendet in gloria, si hæc  
tibi a domino feliciter fuerint collata. Amen.

INCIPIT PRÆFATIO CONCILIORUM  
ex cod. MS. V. C. Claudii Hardy.

CONCILIIUM sacrum venerandi culmina juris  
Condidit, & nobis congrua freno dedit.


Ut bene fundatus, iusto moderamine possit  
Intemerata (a) regens, clavicus ordo regi.  
Pontifices summi veterum præcepta sequentes  
Planius hæc monitis exposuere suis.


Hinc fidei nostræ se pandit semita, & omnes  
Errorum damnans dogmata sancta vias.

Quisque Dei famulus fuerit Christi quo sacer-  
dos,

Hoc sale conditus, dulcia mella suet.

<sup>a</sup> Carmen hoc deestichum Concilii Niceni potius præfatio est, illique præpositum est ab Haddano ex MS. Pithemano. Idem pariter Canonibus Nicenis prægitur in vetustissima & ampliori Collectione Canonum Codicis 490. Lucensis de quo in Præfatione notia. (a) Luc. genus.





D E

Q U A D R U P L I C I

S Y N O D O

A P O S T O L O R U M ,

J U X T A G L O S S A M O R D I N A R I A M ,

In Actis Apostolicis per Sanctum Lucam Evangelistam  
diversis in Capitibus studiose descripta.

ANNO CHRISTI 34. seu postius 33.

ANNO CHRISTI 34. seu postius 33.

Glossa ordinaria colligit tantum has 4. alii alias 4. plures.

Hæc Crabbus quem secuti sunt Surinus, Nicollinus, Binius, & R. C. ab sunt vero ab utraque Merlini editione.

**E**X Actis apostolicis colliguntur a scriptoribus ecclesiasticis, ac potissimum Glossa ordinaria, conventiones five concilia aliquot apostolorum primitivæ quoque ecclesie: in quibus exempla, formæ, imagines ac ceremonie certæ conciliorum, tam generalium quam provincialium, traduntur; postea per sanctos patres & ecclesie catholice posteros observandæ.

NOTA SEVERINI BINII.

καὶ λαλεῖ οἷς αὐτὸς ἐχθραίνει, εἰς ἐστὶν καὶ αὐτὸς  
τῆσ' ὁλοθροῦθεν θιλοῦτων τῶν ἐκκλησίαν. τὸ γὰρ  
σώματι σιωπῶν ὑμῶν, τῆ γνῶμη μὴ ὦν μεθ' ὑμῶν,  
καθ' ὑμῶν ἐστίν, πολλῶν χειρῶν τῆσ' ἐξωθεν φαινομέ-  
νων ἐχθρῶν, μὴ δοκῶσθαι φίλιος σκερπίζων τοὺς  
ἑσῶν.

19. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐν μέσῳ ἐπὶ πάντων  
μοι τῆσ' χειρῶν ἐπίθετος, εἰς τὴν αὐτοῦ καθέδραν  
καθίσθηναι αἰ ἐδυσώπησεν. καθίσθοντι δὲ πρὸ  
μοὶ ἄδως ἴφη. ἀξῶ σε ἐπὶ πάντων μου τῆσ' ἀμ-  
παρόντων ἀδελφῶν, ὅπως ὁποῖαν τὴν ἐπιτομήν,  
ὡς ἐμοὶ ὁφείλεται, ἀπαλαξῶ βίου, σὲ Ἰακώβου  
τῶ ἀδελφῶ τῷ κρείου διατίμῃσιν ἐν ἐπιτομῇ, ἀ-  
ναγραφῆσιν μέχρι καὶ τῆσ' ἐκ παιδῶν σου λογισ-  
μῶν, καὶ ὡς ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τοῦ νῦν συνώδυσάσ-  
μαι, ἐπακῶν τῆσ' κατὰ πόλιν ὑπ' ἐμοῦ κηρυχθέν-  
των λόγων τε καὶ πράξεων. ἐπειτα πρὸς τὰ τελευτῆ  
τῆσ' αὐτοῦ θανάτου μου πορεύσθαι, ὡς πορεύσθαι, δη-  
λῶσαι μὴ ὀκνήσεις. ὅτι γὰρ λίαν αὐτὴν λυπήσει  
τοῦτο, εἰδὼτα ὅτι ὁ πάσις εἰδόμε σαθεῖν, ἀσε-  
βῆς ἀπιδουλεύ. μερίσθαι δὲ παρὰ μῶσθαι τῆσ' ἐπι-  
μαθῶν ὅτι μετ' ἐμὲ οὐκ ἀμαθῆς ἀνὴρ, καὶ ζω-  
ποῦσθαι λόγους ἀγνοῶν, καὶ ἐκκλησίας κακοῖα οὐκ  
εἰδῶς, τῶν τῶ διδάσκοντες ἐπιστάθη καθέδραν.  
\* πλάνος γὰρ ὁμιλία, τῆσ' ἀκούοντων ὄχλων ἀναί-  
ρει τὰς ψυχὰς.

20. Ὅθεν ἐγὼ, κρείε μου Ἰακώβου, αὐτῷ  
ταῦτα εἰπόντες, ὑποχρῆσθαι, οὐκ ὀκνήσα, ὡς  
ἐκέλευσθαι, πρὸ πολλῶν κατὰ πόλιν λόγων,  
τῶν ἤδη σοι παραγραφῶν, καὶ ὑπ' αὐτοῦ δια-  
τιμῶσθαι ἐν βιβλοῖσιν ἐστὶ κεφαλῶν ποιῆσαι,  
ἄσπερ σημεῖον χάριν, καὶ εὐτως διατίμῃσιν σοι,  
ἐπιγράφαντι, Κλήμης τῶν Πέτρον ἐπίδημιον κη-  
ρυγμάτων ἐπιτομή. πλὴν τῶ ἐκτιθεῖσθαι ὡς ἐκέλευ-  
σθαι ἀξῆμαι.

EPI

Notae Coriellius in uno codice graece haberi in uocabulo. Plura refert expendere qua ratione libri Recognitionum, qui sub Clementis ad Iacobum fratrem Domini scribentis nomine confecti sunt, inciderunt. Incipiunt nempe ab his uerbis: Ego Clementis in urbe Romana natus, ex prima aetate praedicatione Iacobum gessi. Cum me animi ingenio uelut uinculis quibusdam sollicitum. Quibus totis intercessit. Interat enim uobis cogitatione, inuicem sane unde inuicem fuerit. Verbo enim ad inuicem meam conditionem inuicem adducit. De. Unde non absurde colligas, pseudo Clementem libris illis id praestare, quod modo praecipitur, cum ab ipis pueritiae suae cogitationibus Iacobo pendendis exordium sumat. Quocirca minime alienandum uideatur Rufino qui epistola hanc libris Recognitionum tempore praestitit cecit.

EPISTOLA II. CLEMENTIS

PAPAE I.

AD JACOBUM FRATREM DOMINI

De sacris vestibus & vas

Clemens Romane Ecclesie Presul. Jacobo Hierosolymorum Episcopo

QUONIAM, sicut a Beato Petro Apostolo accepimus, omnium Apostolorum patre...

Anuerit ministeria, & postea cum grandi humilitate matri reconcilietur Ecclesie...

Præceptum sancti Clementis Papae ad fratrem Domini... De consecratione... De consecratione...

g luo par... h abluat... i Altera in MSS... j Turon III...

In altero e MSS notis, qui sunt ex antiquissimis... MS habet ministeria... MS admonetur...

ror fuerit. Et hoc cum magna sollicitudine fiat. Non ignoramus malitias satanae. Univerſa hæc cum manuſtudine Eccleſiaſtica complenda ſunt miniſteria. Negotium enim Dei non decet negligenter expleri. Iterum atque iterum de fragmentis dominici corporis demandamus. Calicem vero ad perferendum ſanguinem Domini, præparatum cum tota munditia, miniſterii, miniſter præparet, ne, non bene lotus calix, diacono peccatum fiat offerenti. Ita cum omni honeſtate, cuncta quæ ſupra expoſuimus, oportet impleri. Tales ad miniſterium elegantur clerici, qui digne poſſint dominicæ ſacramenta tractare. Melius eſt enim Domini ſacerdoti paucos habere miniſtros, qui poſſint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui omnis B grave ordinatori adducant. A principio epiſtolæ uique ad hunc locum, de ſacramentis delegavi bene a intuendis: ubi non murium ſtercora inter fragmenta dominicæ portionis appareant, neque b putrida per negligentiam remaneant clericorum, & convenientes, qui accipere ſibi medicinam deſiderant, putrida cum viderint, magis cum ridiculo & ſtultitia videantur accipere, & in peccatum magis decidant per negligentiam clericorum. Quapropter nemo clericorum ultra hæc diſſimulet, aut negligere ullatenus audeat, ſed libenter, quæ juſta ſunt, expleat, & ſacramenta divina nequaquam negligenter contrectet. Ideoque tam juvenes quam ſenes de his, & de omni conſeruatione ſua, & converſione, & pœnitentia valde eſſe ſollicitos oportet, ſatilique agere, ut hæc condigne agant, & de reliquo ornamentis clericorum quam ſæculares, animas ſuas ornamentis digniſſimis, dogmatibus ſcilicet veritatis, decore pudicitie, ſplendore juſtitie, candore pietatis, aliſque omnibus, quibus compoſitam decet eſſe rationabilem mentem. Tum præterea declinare a confortiis inhoneſtis & infidelibus, & ſocietates habere fidelium, atque illos frequentare conventus, in quibus de pudicitia, de juſtitia, de pietate tractatur. Orare ſemper Deum ex toto corde, & ab ipſo petere quæ decet, ipſi gratias agere, veram pœnitentiam gerere præteriſtorum geſtorum, aliquantulum etiam (ſi poſſibile eſt) per miſericordias pauperum juvare pœnitentiam. Per hæc enim facilius venia dabitur, & indulgenti citius indulgebatur. Quod ſi proſedioris ætatis ſit is, qui ad pœnitentiam venit, eo magis gratias agere debet Deo, quod poſtquam a finis eſt omnis impetus concupiſcentiæ carnalis, ſcientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam, inſurgentes adverſus animam, reprimat corporis voluntates. Superest ergo ei in agnitione veritatis, & miſericordiæ operibus exerceri, ut afferat fructus dignos pœnitentiæ. Nec putet, quia in temporis longitudine documentum converſionis oſtenditur, & non in devotionis ac propoſiti firmitate. Deo enim manifeſte ſunt mentes, quia non temporum rationem colligit, ſed E animorum. Ipſe enim probat, ſi quis, agnita veritatis prædicatione, non diſtulit, neque tempus negligendo a conſumpſit, ſed ſtatim & (ſi dici poteſt) eodem momento præterita perhorreſcens, tuturorum deſiderium cepit, & in amorem regni cœleſtis exarſit. Propter quod nemo veſtrum ultra diſſimulet, nec retro reſpiciat, ſed ad Evangelium regni Dei libenter accedat. Non dicat pauper, Quia, cum dives factus fuero, tunc

converterar. Non requirit a te Deus pecuniam, ſed animum miſericordem & piam mentem. Neque dives converſionem ſuam diſſerat pro ſollicitudine ſæculari, dum cogitat, quomodo diſpenſet abundantiam frugum. Neque dicat intra ſemetipſum. Quid faciam? ubi recondam fructus meos? Neque dicat animæ ſuæ; *Habes multa bona reſpoſita in annos multos, epulare & letare.* Nam dicetur ei: *Stulte, hac nocte auferetur abſ te anima tua, & quæ paraſti cujus erunt?* Itaque ſeſtinet ad pœnitentiam omnis ætas, omnis ſexus, omniſque conditio, ut vitam conſequatur æternam. Juvenes quidem in eo grati ſunt, quod in ipſo impetu deſideriorum, certices ſuas jugo ſubjiciunt diſciplinæ. Senes & ipſi laudabiles, quia multi temporis conſuetudinem, in qua male præventi ſunt, pro Dei amore commutant. Nemo ergo diſſerat, nemo cunctetur. Quæ enim cauſa cunctandi eſt ad bene agendum? Animus ſibi male conſcius, dum videtur ſibi nullam pœnam pati, credit quia non judicet, Dominus; cum abuti patientia Dei, & non intelligere parentis benignitatem, jam ſit magna damnatio. Unde ſcriptum eſt: *Maledictus omnis qui opus Domini negligenter agit.* Quapropter paſtoralis ordinis eſt, inſatigabiliter rovocare, quidquid ad correccionem populorum, imo magis filiorum ſpiritualium, quantum (eſt ſas intelligere) cognoverit pertinere, & non (quod abſit) cum ſuo periculo alienæ ſpei, per ſolam negligentiam facere detrimentum, ſed quod ad generalis ſalutis ſpectat compendium, ſalubri necelle eſt providere tractatu. Homini religioſo parum eſſe debet inimicitias aliorum non exercere, vel non augere male loquendo, niſi eas etiam extingueret bene loquendo ſtuderit. Ecce oris noſtri buccina ad aures hominum perſonamus, neque ſe deinceps excuſabit non montium, qui, quod ſequi debeat, tam verbis quam literis edocetur. Qualis autem condemnatio, & qualis imminet maledictio his qui in patres peccant, divina nos docet ſcriptura. Si enim Cham filius Noe, cum vidiffet nudum ſuum patrem, quoniam non cooperuit patris corporalis nuditatem, ſed egreſſus; nunciavit Deam fratribus, & illi veſtimento cum cooperuerunt: ipſe quidem Cham, & illi qui ex eo nati ſunt, ſub maledicto facti ſunt: qui autem cooperuerunt, magnam benedictionem meruerunt: multo magis iſti majore & ampliore condemnatione digni ſunt qui patribus obviare, aut contra eos inſurgere nituntur, aut injuriam vel contumeliam eis inferre moliantur: quoniam qui eis reſiſtit, Deo reſiſtit: & qui eis injuriam vel contumeliam facit, Deo, cujus legatione funguntur, facit. *Expaviſ cœlum ſuper hoc, & borſuit amplius vehementer, dicit Dominus.* O intolerabilem malignitatem: o linguam loquentem iniquitatem contra Deum, & mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum: *Impones homo tue linguæ oſtium & ſeram.* Ceſſa eſt altitudinem extollens, & loquens adverſus Deum iniquitatem & proximum tuum. Quoiſque inſultas patienti Chriſto & fratribus? Hæc nos familiariter docebat, & hæc nobis publicitus prædictus magiſter & inſtructor atque ordinator noſter, Princeps Apoſtolorum Petrus, in Eccleſia prædicabat, exemplum dans, ut & nos ſimiliter faciamus; *Humiliamini, in conſpectu Domini, & exaltabit vos.* Nolite detrabere altitudinem.

Diffin. ad. 11

tuendis.

b S Greg la facram cap de ord ſubdico ni.

Optimz in ſtutione.

comptam ita MS.

gradus.

voluptates

d contempti.

Luc. 11

timore

Aug. in Pf. 9. apud Propev. tum ſent. 178.

Jerem. 48.

Proſper. ſent. 178. Ca. lxx. ep. 1.

1. quæſt. 7. Sacerdotes, & reliqui.

Juſtina. de 3. capitula.

Genſ. 9. b b corporalem

7tem.

Eccl. 10. c cornu.

d publice

1 Pet. 1 & Jac. ad quam ſancti hæc ſcribi dicuntur epiſtola.

rum, quoniam qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, & judicat legem. Qui autem judicat legem, non est factus legem, sed iudex. Unus est enim legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. Tu autem quis es, qui judicas proximum? Non oportet. Non precipit nos judicare invicem, sed magis auxilium ferre.

Alex. ep. 1.

Vae erit, inquit, his qui fratres tribulant, & eis qui eos persequuntur. Vos autem quanto magis tribulamini, tanto purgatiore atque beatiore efficiemini, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata: Quod etiam ipse nos Dominus docuit: *Beati qui persecutionem patientur propter justitiam.* Et item, *Beati eritis, cum vos oderint homines, & persecuti vos fuerint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum.* Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces vestra multa est in celo. Unde & ipse ait: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum.* Non enim (inquit) recte diligit Deum, qui fratrem insequitur: nec diligit proximum qui ei detrahit, vel qui illum accusat: quia quod sibi quis fieri non vult, hoc alteri nullatenus facere debet. Discite (inquit) filii mei sapientiam, & tenetote fidem rectam, & amplectimini caritatem, ut non excidatis.

Matth. 5.

Matth. 22.

Matth. 6.

\* crediderint  
b abest hac  
vocalibus  
sunt.

10. q. 7. Ec-  
clesias per  
de conf. dist.  
Ecclesias.

Matth. 4.

Matth. 3.

Luc. 10.

Matth. 9.

*Data est enim a Domino potestas, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur vestras.* Qui autem custodierint iustitiam, iuste judicabuntur: & qui didicerint iusta, iuste inveniunt quid respondeant. Semper cavetote. Præcepit enim, ne aliquando peccato consentiamus: & prætermittamus præcepta Dei nostri. Ecclesias per congrua & utilia facite loca, quæ divinis precibus sacrare oportet, & in singulis sacerdotes, divinis orationibus Deo dicatos, poni. Quos ab omnibus venerari oportet, & non quoquam gravari. Semper veritate mala, & pro animabus vestri ne confundamini dicere verum. Mendacia fugite, & veritatem corde proferte, quoniam multos iam supplantavit suspicio. Caritatem semper diligite, & fratres adjuvate. Erunt enim quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt vobis. Unde & Dominus ait: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: & qui spernit me, spernit eum me qui misi.* Et item: *Qui enim non est adversum vos, pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aque in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Et qui scandalizaverit unum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis, si circumdaretur mola asinaria collo ejus, & in mare mitteretur. Et si scandalizaverit te manus tua, abscinde illam. Bonum est tibi, debilem introire in vitam, quam duas manus habentem, bibe in gebennam, in ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te, amputa illum. Bonum est tibi, claudum introire in vitam eternam, quam duos pedes habentem, mitti in gebennam ignis inextinguibilis, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quod foculus tuus scandalizat te, eice eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem, mitti in gebennam ignis, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim homo igne salietur, & omnis víctima*

ferre. Vae erit, inquit, his qui fratres tribulant, & eis qui eos persequuntur. Vos autem quanto magis tribulamini, tanto purgatiore atque beatiore efficiemini, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata: Quod etiam ipse nos Dominus docuit: *Beati qui persecutionem patientur propter justitiam.* Et item, *Beati eritis, cum vos oderint homines, & persecuti vos fuerint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum.* Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces vestra multa est in celo. Unde & ipse ait: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum.* Non enim (inquit) recte diligit Deum, qui fratrem insequitur: nec diligit proximum qui ei detrahit, vel qui illum accusat: quia quod sibi quis fieri non vult, hoc alteri nullatenus facere debet. Discite (inquit) filii mei sapientiam, & tenetote fidem rectam, & amplectimini caritatem, ut non excidatis.

*Data est enim a Domino potestas, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur vestras.* Qui autem custodierint iustitiam, iuste judicabuntur: & qui didicerint iusta, iuste inveniunt quid respondeant. Semper cavetote. Præcepit enim, ne aliquando peccato consentiamus: & prætermittamus præcepta Dei nostri. Ecclesias per congrua & utilia facite loca, quæ divinis precibus sacrare oportet, & in singulis sacerdotes, divinis orationibus Deo dicatos, poni. Quos ab omnibus venerari oportet, & non quoquam gravari. Semper veritate mala, & pro animabus vestri ne confundamini dicere verum. Mendacia fugite, & veritatem corde proferte, quoniam multos iam supplantavit suspicio. Caritatem semper diligite, & fratres adjuvate. Erunt enim quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt vobis. Unde & Dominus ait: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: & qui spernit me, spernit eum me qui misi.* Et item: *Qui enim non est adversum vos, pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aque in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Et qui scandalizaverit unum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis, si circumdaretur mola asinaria collo ejus, & in mare mitteretur. Et si scandalizaverit te manus tua, abscinde illam. Bonum est tibi, debilem introire in vitam, quam duas manus habentem, bibe in gebennam, in ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te, amputa illum. Bonum est tibi, claudum introire in vitam eternam, quam duos pedes habentem, mitti in gebennam ignis inextinguibilis, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quod foculus tuus scandalizat te, eice eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem, mitti in gebennam ignis, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim homo igne salietur, & omnis víctima*

*Concil. General. Tom. I.*

salietur. Bonum est sal. quod si sal insulsum fuerit, in quod illud salietur? Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos: quia quisquis vestrum recte docuerit, & iuste vixerit, habebit gloriam. Qui autem secus egerit, indubitanter poenam sustinebit. Ideo bona agere vos semper oportet, ut bravium eternæ vitæ percipiatis.

His ergo bene parete sententiis. Ne quis hæc præcepta minime credat implenda, & iudicio Dei æterni ignis tormenta sustineat, qui ecclesiastici operis sacra neglexerit. Hæc igitur, frater Jacobe, de ore sancti Petri jubentis audivi: Si quis præcepta hæc non integra custodierit, sit anathema usque ad adventum domini nostri Jesu Christi. Hæc præcepta a sancto Petro apostolo accepti: & tibi, frater carissime, insinuare curavi, ut servari omnia præcipias sine macula. Si quis vero audierit te, utilis erit minister Jesu Christi. Qui autem non audierit te, imo loquentem dominum per te; ipse sibi damnationem accipiet. Omnipotens Deus, carissime, sua te protectione custodiat, atque ad celestis remunerationem patriæ, multiplicitate animarum fructu perducatur. Deus te iterum iterumque incolumem custodiat, reverentissime frater. Amen.

His ergo bene parete sententiis. Ne quis hæc præcepta minime credat implenda, & iudicio Dei æterni ignis tormenta sustineat, qui ecclesiastici operis sacra neglexerit. Hæc igitur, frater Jacobe, de ore sancti Petri jubentis audivi: Si quis præcepta hæc non integra custodierit, sit anathema usque ad adventum domini nostri Jesu Christi. Hæc præcepta a sancto Petro apostolo accepti: & tibi, frater carissime, insinuare curavi, ut servari omnia præcipias sine macula. Si quis vero audierit te, utilis erit minister Jesu Christi. Qui autem non audierit te, imo loquentem dominum per te; ipse sibi damnationem accipiet. Omnipotens Deus, carissime, sua te protectione custodiat, atque ad celestis remunerationem patriæ, multiplicitate animarum fructu perducatur. Deus te iterum iterumque incolumem custodiat, reverentissime frater. Amen.

EPISTOLA III.  
CLEMENTIS  
PAPAE

Rufino Torano Aquilejensi interprete.

De officio sacerdotis & clericorum.

*Clemens urbis Romæ episcopus omnibus coepiscopis, presbyteris, diaconis, ac reliquis clericis, & cunctis principibus majoribus, minoribusque, omnibusque generaliter fidelibus, benedictio, claritas & gloria in gratia Dei, qua data est nobis in Christo Jesu domino nostro.*

URget nos, fratres, multus amor vester, & religiosa invitat devotio, quia debitores sumus, ut quædam vobis scribamus. Vos ergo, qui sacerdotio domini fruimini, & in specula estis positi, plus scire oportet, ut subditos vobis populos pleniter docere possitis, eisque ad regna celorum ducatur præbere; Deo annuente, valeatis. Unde & ipsa per se veritas ait: *Vobis datum est, nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis, &c.* Propter quod consilium do unicuique vestrum, constanter docere verba divina: & discipulis, libenter accommodare aurem verbo Dei. Vestrum enim, quia legatione domini fungimini, est docere populos: eorum vero, est vobis obedire ut Deo. Si autem vobis episcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac subdiaconi, & reliqui clerici, omnesque principes, tam majoris ordinis quam inferioris, atque reliqui populi, tribus, & linguæ non obtemperaverint, non solum infames, sed & extorres a regno Dei & consortio fidelium, ac a liminibus sanctæ Dei ecclesiæ alieni erunt. Nam vestrum est, eos instruere: eorum est, vobis obedire ut Deo, cujus legatione fungimini, dicente domino: *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Et qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me misit.*

calesabeta

S. Greg. ep. 17. lib. VII.

No. adeo certum nisi de Recognitionum, laciniis

In c. Iust. dicitur episcopa generalis

Si autem vobis c. Com. Tribur. c. 8

Luc. 10. Matth. 20.

In MS. nostro titulus est: Item incipit Epistola generalis Clementis Papa, omnibus tam majoribus, quam inferiori ordinis clericis, & cunctis fidelibus scripta. Harduani

si. Nihil enim iniustius vel inhonestius est, quam filios patribus rebelles, aut clericos vel laicos doctoribus, seu discipulis magistris inobedientes vel protervos existerent. Novimus enim, primum hominem per inobedientiam cecidisse: idcirco omnes hoc vitium summopere cavere monemus. Et quia dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, dominus noster mittens vos vice sua in loco apostolorum ad predicandum, praecepit vobis docere omnes, omnesque vobis fideliter obedientes, ut ipsi, existerent: quoniam nec aliter terra pariet fructus suos, nisi culta receperit semen, & irrigata germinaverit, & pariat quae est paritura. Sic & omnis homo, qui libenter non receperit verbum Dei, illudque in corde suo germinare non siverit, ac minime crediderit doctoribus & episcopis suis, non benevolus, sed rebellis atque inobediens extiterit, fructum non germinabit nec pariet, sed similis est arbori illi, de qua dominus ait: *Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Primus enim pontifex Aaron, chrismate compositionis perunctus, princeps populi fuit: & tamquam rex, primitias & tributum per capita accepit a populo: & iudicandi populum forte suscepta, de mundis immundisque iudicabat. Sed & si alius ex ipso unguento perunctus est, virtute inde concepta, etiam ipse rex aut propheta aut pontifex fiebat. Quod si temporalis gratia ab hominibus composita, tantum potuit, intelligite jam quantum sit illud unguentum, quod a Deo de virgulto vitae prolatum est, cum hoc quod ab hominibus factum est, tam eximias inter homines conferat dignitates. Quid enim in praesenti saeculo propheta gloriosius, pontifice clarius, rege sublimius? Omnis enim pontifex sacro chrismate perunctus, & in civitate constitutus, scripturis sacris conditus, carus & pretiosus hominibus oppido esse debet. Quem, quasi Christi locum tenentem, honorare omnes debent, eique servare, & obedientes ad salutem suam fideliter existerent, scientes quod sive honor sive injuria, quae ei defertur, in Christum redundat, & a Christo in Deum. Audire ergo eum attentius oportet, & ab ipso suscipere doctrinam fidei, monita autem vitae a presbyteris inquirere, a diaconis vero ordinem disciplinae. Propter quod deprecor vos conservos & adjuutores meos, ut discatis attentius animarum curam gerere, & pro omnibus stare, maxime tamen pro his qui in cultu divino laborant. Ecclesiarum omnium curam habetote, servisque earum adiutorium praebete, viduarum religiosam curam gerite, pupillos enixius liberate, pauperibus misericordiam facite, juvenes pudicitiam docete. Et (ut breviter totum dicam) alterutrum vos, in quibus res poposcerit, sustentate. Deum colite, qui creavit caelum & terram, & Christo credite, invicem vos diligite, & misericordes estote in omnes, non verbo solo, sed opere & rebus implere caritatem. Agite pro viribus, conservi dilectissimi, quia bonum est ut unusquisque vestrum, secundum quod potest, proficit accedentibus ad fidem religionis nostrae. Et ideo non vos pigeat, secundum sapientiam, quae vobis per Dei providentiam collata est, instruere ignaros & docere. Desiderium ergo habere omnes erga doctorem veritatis, eumque ut oculos suos amare oportet; quia & ipsum populum sibi commissum, ceu proprios filios, amare & docere concedet: hoc enim ei a Patre caelesti do-

natum est. Sed & salus in eo est, ut voluntatem eius cupis amorem & desiderium, Deo largiente, conceperint, faciant. Si quis ergo fidelis voluerit existerent, & desiderat baptizari, exutus prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus haeres bonorum caelestium ex gestis propriis fiet. Accedat autem qui vult, ad sacerdotem suum, & ipsi det nomen suum, atque ab eo audiat mysteria regni caelorum, jeuniis frequentibus operam impendat, ac semetipsum in omnibus probet, ut tribus mensibus jam consummatis, in die festo possit baptizari. Baptizetur autem unusquisque in aquis perennibus, nomine trinae beatitudinis invocato super se, perunctus primo oleo per orationem sanctificato, ut ita edemur, per haec consecratus, possit percipere locum cum sanctis. Nullus enim propter opprobrium senectutis aut juventutis, vel nobilitatem generis, a parvulis & minus eruditis, si quid forte est utilitatis aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter vivit, & discere atque agere bona recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur, & potius infidelis quam fidelis monstratur. Quomodo ergo non omnibus hoc amabile est, cunctisque exoptatum, ut quae ignorat, discat, & quae didicerit, doceat? Certissimum namque est, quod neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni sublimitas, homini debet esse pretiosior veritate, quia nihil est pretiosius anima. Dominus autem creator omnium, ex initio ad imaginem suam hominem fecit, eique dominationem terrae, marisque & aeris ipsius dedit, veritatemque inquirere praecipit, sicut & verus nobis propheta enarravit, & ipsa rerum ratio docet. Solus enim homo rationalis est; & consequens est, ut ratio in rationalibus dominetur. Hic enim ab initio, cum adhuc iustus esset, cunctis vitiis & omni fragilitate superior erat: ubi autem peccavit, & factus est servus peccati, simul & fragilitati efficitur debitor & obnoxius. Quod idcirco scriptum est, ut sciant homines, quia sicut ex impietate passibiles facti sunt, ita per pietatem possunt esse impassibiles: & non solum impassibiles, verum & parva in Deum fideliorum passiones curantes. Ita enim verus ipse propheta promissit, dicens: *Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc, & transibit.* Hujus vocis etiam vos ipsi documenta cepistis, & jam facta quaedam per magistros nostros, ipsos videlicet apostolos, non ignoratis; quia, adstantibus nobis, eorum meritis daemones cum passionibus, quas hominibus invexerant, transierunt & fugati sunt. Quia ergo alii quidem homines patiuntur, alii patientes sanant, causa sine dubio vel patiendi vel curandi noscenda est: quae non alia esse, quam patientibus quidem, infidelitatis, curantibus vero, fidei, demonstratur. Infidelitas enim, dum non credit futurum Dei iudicium, peccandi licentiam praebet: peccatum vero, hominem passionibus obnoxium facit. Fides autem, futurum Dei iudicium esse credens, continet homines a peccato. Non peccantes vero, non solum liberi sunt a daemonebus & passionibus, verum & aliorum daemones & passiones fugare possunt. Ex his ergo omnibus colligitur, quod origo totius mali ab ignorantia descendat, & ipsa sit omnium malorum mater; quae incuria & ignavia gignitur, negligentia vero alitur & augetur, atque in sensibus, hominum radicatur, dum amatur: quam si quis forte doceat effugant.

Jan. 4. & Tit. 1.

Mat. 7. Recognit. 1.

eruditus. Recognit. 1. c. 66.

Diff. 5. Audire episcopum.

JUVIIO

a repleti caritate. Recognit. 1. c. 37.

Recognit. 1. c. 3.

Recognit. 1. c. 67.

Diff. 3. Nullus episcopus. Recognit. 1. c. 67.

Anf. Luc. lib. 1 in VViberrum.

Recognit. 1. c. 1.

a rationalibus irrationalibus.

b impassibiles.

Matth. 17.

Recognit. 1. c. 1.

Recognit. 1. c. 4.

gaudam velut antiquis & hæreditariis sedibus, moleste & indignanter avellitur. Et ideo paululum laborandum nobis est, ut indignantes, ignorantiam præsumptionem scientiæ ratione refecimus; in his præcipue, qui in aliquibus minus rectis opinionibus præventi sunt, per quas, quasi sub specie alicujus scientiæ, ignorantia in his vehementius radicata est. Nihil enim est gravius, quam si id quod ignorat quis, scire se credat, & defendat verum esse, quod falsum est: quod tale est, quale si quis ebrius sobrium se putet, & agat quidem cuncta ut ebrius, sobrium se tamen & ipse putet, & dici a ceteris velit. Ita sunt ergo & hi, qui ignorantes quod verum est, speciem tamen alicujus scientiæ tenent, & mala quasi bona gerunt, atque ad perniciem quasi ad salutem festinant. Propter quod ante omnia properandum est ad agnitionem veritatis, ut possimus, quasi lumine nobis inde accenso, errorum tenebras depellere. Grande enim malum est (ut diximus) ignorantia: sed quia substantiam non habet, facile ab his, qui studiosi sunt, effugatur. Non enim aliud est ignorantia, nisi non cognovisse quod expedit. Ubi autem cognoveris, perit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet veritatis agnitio, quam utmo alius assignare potest, nisi verus propheta. Hæc enim <sup>a</sup> via est, vitam volentibus ingredi, & <sup>c</sup> summum iter bonorum operum pergentibus ad civitatem salutis. Si quis sane audiens sermonem veri prophete velit aut nolit recipere & amplecti onus ejus, id est, mandata vite, habet in sua potestate: liberi enim sumus arbitrii. Nam si hoc esset, ut videntes ea, jam non haberent in potestate aliud facere, quam audierant; vis erat quedam nature, per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiam. Aut si rursus ex audientibus nullus omnino reciperet, & hoc nature vis erat, quæ unum aliquid fieri cogeret; & alteri parti non daret locum. Nunc autem, quia liberum est animo, in quam velit partem declinare judicium suum, & quam probaverit, eligere viam; constat evidenter, inesse hominibus arbitrii libertatem. Igitur priusquam audiat quis, quod ei expedit, certum est quia ignoret: & ignorans vult & desiderat, quod non expedit agere, propter quod pro hoc non judicatur. Cum vero audierit causas erroris sui, & rationem veritatis acceperit, tunc si permanserit in his erroribus, quibus dudum fuerat præventus, recte jam vocabitur ad iudicium, daturus pœnas, quia vite hujus spatium, quod ad bene vivendum accepit, in ludibriis consumpserit errorum. Qui vero audiens hæc, libenter accipit, & gratulatur bonorum sibi doctrinam fuisse delatam; requirit intentius, & discere non desinat, usquequo cognoscat, si est vere aliud sæculum, in quo bonis præmia præparata sint. Et cum certus de hoc fuerit, gratias agat Deo, quod sibi veritatis lumen ostenderit, ac de cetero dirigat actus suos in omnibus operibus bonis, quorum sibi in futuro mercedem certus est præparatam, demirans per omnia & stupens ceterorum hominum errores, & quod ante oculos positam veritatem nemo videat. Ipse tamen gaudens super divitias sapientiæ, quas invenit, satiabiliter his persuat, & exercitio bonorum operum delectetur, festinans ad sæculum futurum mundo corde & pura conscientia pervenire, ubi etiam videre Deum regem omnium possit. His autem omnibus ca-

Arere nos & fraudari, sola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines, quantum boni habeat scientia, ignorantiam malum de se non patiuntur excludi: nesciunt enim, quanta sit in horum permutatione diversitas. Propter quod, consilium do unicuique discenti, libenter præbere aures verbo Dei, & cum amore veritatis audire quæ dicimus, ut mens optimo semine suscepto, per bonos actus letos afferat fructus. Nam si, me docente ea quæ ad salutem pertinent, recipere quis abnuat, & animo pravis opinionibus occupato obfistere nititur; non ex nobis, sed ex semetipso habebit pereundi causam. Debet enim iusto iudicio examinare quæ dicimus, & intelligere, quia verba loquimur veritatis; ut cognitis his quæ sunt, ut sunt, in bonis actibus dirigens viam suam: regni cælorum possit particeps inveniri, subjiciens sibi carnis desideria, & dominus eorum factus, ut ita demum etiam ipse fiat dominatoris omnium jucunda possessio. Nam qui permanet in malo, & servus est mali, non potest effici portio boni, donec permanet in malo: quia ab initio (ut ante jam diximus) duo Regna statuit Deus; & potestatem dedit unicuique hominum, ut illius regni fiat portio, cui se ad obediendum ipse subjecerit. Et quia definitum est apud Deum, non posse unum hominem utriusque regni esse servum; omni studio date operam, in boni regis aulam ac jura concurrere. Propter hoc denique verus propheta, cum esset præsens nobiscum, & quosdam ex divitiis negligentes erga Dei cultum videret, hujus rei ita aperuit veritatem: *Nemo potest, inquit, duobus dominis servire: &, Non potestis Deo servire, & mammona: Mammona, patria eorum voce, divitias vocans. Hic ergo verus propheta, qui in Judæa nobis apparuit, ut auditis: qui, stans publice, sola iussione faciebat cæcos videre, surdos audire, fugabat demones, ægris sanitatem reddebat, & mortuis vitam: cumque nihil esset ei impossibile, etiam cogitationes hominum pervidebat, quod nulli est possibile, nisi soli Deo. Hic annunciabat regnum Dei: cui nos de omnibus quæ dicebat, tamquam vero prophete, credimus; firmitatem fidei nostræ non solum ex verbis ejus, sed & operibus assumentes: quia dicta legis, quæ ante multas generationes de præsentia ejus exposuerant, in ipso designantur, & imagines gestorum Moïsi, & ante ipsum patriarchæ Jacob, ipsius per omnia typum ferebant. Tempus quoque adventus ejus, hoc est ipsum in quo venerat, prædictum ab his constat: & super omnia, quod esset a gentibus expectandus, sacris literis comprehensum est, quæ in eo pariter universa completa sunt. Quod autem Judæorum propheta prædixit eum a gentibus expectandum, supra modum in eo fidem veram firmat. Si enim dixisset a Judæis expectandum, non aliquid eximium prophetasse videretur, quod a contribuli populo, & a propria gente speraretur is, cujus adventus ad salutem mundi fuerat repromissus. Videtur enim magis consequens ratio esse, ut hoc fieret, quam quod prædicebat magnificentia prophetalis. Nunc autem cum prophete dicant, omnem illam spem, quæ de salute mundi repromittitur, & novitatem regni, quæ instruenda per Christum est, atque omnia quæ de eo indicantur, ad gentes esse transferenda, jam non secundum consequentiam rerum, sed incredibili quodam vaticinationis eventu, magnificentia prophetica con-*

Recogn.  
ibid. c. 5.

a successio.

Ignorantia  
quid.

b poena.

c semita.  
Recogn.  
c. 4.

Recogn.  
ibid. c. 7. to-  
tidem ver-  
bis.

Iniatiabi-  
liter.

Recogn.  
ibid. c. 8.

Recogn  
ibid. c. 9.

4 sedum

Matth. 6.

Recogn. 1.  
c. 10.

425  
Recogn.  
ibid. c. 11.  
Genes. 49. 10.

135

firmatur. Judæi namque ex initio, affore ali-  
quando hunc virum, per quem cuncta reparen-  
tūr, verissima traditione susceperunt: & quoti-  
die meditantēs ac prospicientes, quando ejus fie-  
ret adventus; ubi adesse eum viderunt, & si-  
gna ac prodigia (sicut de eo scriptum fuerat) adimplentem; invidia excæcati, agnoscere ne-  
quiverunt præsentem, in cujus spe lætabantur  
absentis. Intellexerunt tantum sancti apostoli,  
qui a Deo electi sunt, & nos, qui post ab eis  
electi sumus. Hoc autem providentia Dei factum  
est, ut agnitio boni hujus etiam gentibus trade-  
retur: & hi qui nunquam de eo audierant, nec  
a prophetis didicerant, agnoscerent eum; illi ve-  
ro, qui quotidianis meditationibus evanuerant,  
ignorarent. Ecce enim nunc per vos, qui præ-  
sentes estis, & desideratis audire doctrinam fi-  
dei ejus, & agnoscere, quis & quomodo & qua-  
lis sit ejus adventus, prophetica veritas adimple-  
tur. Hoc enim a prophetæ prædixerant, quia a  
vobis quaerendus esset, qui de eo nunquam au-  
distis. Et ideo videntes in vobis ipsis propheti-  
ca dicta compleri, huic uni recte creditis, ut non  
recte expeditis, de hoc recte inquiritis, ut non  
solum expeditis eum, sed & hæreditatem regni  
ejus credentes consequamini, secundum quod ip-  
se dixit, quia unusquisque illius sit servus, cui  
se ipse subjecerit. Propterea ergo vigilate, &  
dominum Deumque nostrum vobis conscribite  
dominium, qui & cæli ac terræ dominus est.  
Et ad ipsius vos imaginem ac similitudinem re-  
formate, sicut ipse verus propheta docet, di-  
cens: *Estote boni, & misericordes sicut & pater  
vester cælestis misericors est, qui oris facit solem  
suum super bonos & malos, & pluit super justos  
& injustos.* Hunc ergo imitami, & hunc time-  
te: & sicut mandatum datur hominibus, *Dom-  
num Deum suum timebis, & illi soli servies.* In-  
fidelibus quidem dormit dominus, & absens  
habetur his a quibus esse non creditur, & man-  
datis ejus non obediunt: atque ob id illis vide-  
tur quasi dormire dominus, quia pro peccatis  
suis non exaudiuntur. Quapropter cunctis fide-  
libus, & summo opere omnibus presbyteris & dia-  
conis & reliquis clericis attendendum est, ut  
nihil absque episcopi proprii licentia agant. Non  
utique missas sine ejus jussu quisquam presbye-  
rorum in sua parochia agat, non baptizet, nec  
quidquam absque ejus permisso faciat. Similiter  
& reliqui populi, majores scilicet ac minores,  
per ejus licentiam, quidquid agendum est, a-  
gant: nec sine ejus permisso a parochia abse-  
dant, vel in ea adventantes morari præsumant.  
Animæ vero eorum ei creditæ sunt. Ideo om-  
nia ejus consilio agere debent, & eo inconsulto  
nihil. Quicumque enim obediunt episcopis  
suis, videntur quidem aliquid gratiæ conferre  
Deo. Qui autem eis non obediunt, indubitan-  
ter rei & reprobi existunt. Porro ipsi a Deo  
donum summi muneris consequuntur, qui per  
justitiæ & præceptorum ejus veritas incedentes,  
doctoribus suis (qui recte episcopi intelliguntur)  
libenter obediunt. De quibus & beatus Petrus,  
instructor & ordinator noster, & princeps apo-  
stolorum, manifeste cunctos audientes instruebat,  
dicens: *Videntur mihi, qui loquuntur verba  
veritatis, & qui illuminant animas hominum,  
sicut esse radii solis: qui ut processerint &  
apparuerint mundo, celari ultra aut occultari  
nullatenus possunt, dum non tam videntur ab  
omnibus, quam videre omnibus præstant. Unde  
& bene ipsa per se veritas ad veritatis præcones*

ait: *Vos estis lux mundi. & Non potest civitas Machi  
abscondi supra montem posita, neque accedunt lucer-  
nam & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum,  
ut luceat omnibus qui in domo sunt.* Si quis  
ergo his obdierit, Deo (ut dictum est) ma-  
gnum munus offert. Qui autem his resistit,  
aut inobediens extiterit, non his, sed Domino  
salvatori nostro, cujus legatione funguntur, re-  
sistit. Propter quod primum est omnium, ju-  
stitiam Dei, regnumque ejus inquirere, & suis  
jussionibus obtemperare: justitiam quidem, ut re-  
cte agere doceamur: regnum vero, ut, quæ sit  
merces posita laboris & patientiæ, noverimus:  
in quo est bonis quidem æternorum bonorum  
remuneratio, his autem qui contra voluntatem  
ejus egerint, pro uniuscujusque gestis poenarum  
digna restitutio. Hic ergo; hoc est; in præsen-  
ti vita positus, oportet nos agnoscere volunta-  
tem Dei, ubi & agendi, & sacrificandi est lo-  
cus: quoniam in aliis locis sacrificare & mis-  
sas celebrare non licet, nisi in his, in quibus  
episcopus proprius jusserit, aut ab episcopo re-  
gulariter ordinato, tenente videlicet civitatem,  
consecratus fuerit. Aliter enim non sunt hæc  
agenda, nec rite celebranda: docente nos novo  
& veteri testamento. Hæc apostoli a domino  
acceperunt, & nobis tradiderunt: hæc nos doce-  
mus, vobisque & omnibus, absque reprehensio-  
ne; tenere & docere, quibus agendum est,  
mandamus. Unaquæque etenim res tempus  
suum habet & locum. Operum hic locus est,  
tempus vero meritum est sæculum futurum. Ne  
ergo impediamur, ordinem locorum ac tempo-  
rum permutantes, primo, quæ sit Dei justitia,  
requiramus, & tamquam iter acturi, abundantius  
viatico bonis operibus repleamur, quo possimus  
ad regnum Dei, tamquam ad urbem maximam,  
pervenire. Deus enim his qui recte sentiunt per  
ipsa opera mundi, quæ fecit, manifestus est; ip-  
sius creaturæ suæ utens testimonio: & adeo cum  
de Deo dubitatio esse non debeat, de sola nunc  
ejus justitia requiramus & regno. Idcirco per-  
suadeo primum, justitiam ejus esse requirendam,  
ut per hanc iter agentes, & in via veritatis po-  
siti, verum prophetam invenire possimus, non  
velocitate pedum, sed bonorum operum veloci-  
tate currentes; ut ipso duce usi, nullum viæ  
hujus patiamur errorem. Si enim ipsum sequen-  
tes, ingredi meruerimus illam, quo perveniro  
cupimus, civitatem; omnia jam de quibus que-  
runtur, oculis videbimus, tamquam hæredes om-  
nium facti. Intelligite itaque viam esse hunc vi-  
tiæ nostræ cursum: viatores, eos qui nos in-  
struunt, vel bona opera gerunt: portam vero,  
prophetam de quo dicimus: urbem, regnum esse,  
in quo residet omnipotens Pater, quem soli  
videre possunt hi qui mundo sunt corde. Non  
ergo nobis difficilis videatur hujus itineris la-  
bor, quia in fine ejus requies erit. Nam & ipse  
verus propheta, ab initio mundi per sæculum  
currens, festinat ad requiem. Adest enim nobis  
omnibus diebus: & si quando necesse est, ap-  
paret, & corrigit nos, ut obtemperantes sibi,  
ad vitam perducatur æternam. De his autem qui  
negligunt viam suæ salutis, & adhuc non bene  
fideles, & præceptis ejus tuorumque pontifi-  
cum jussionibus inobedientes, vel contumaces  
eis existunt, Dominus noster Jesus Christus,  
mittens discipulos suos, præcepit nobis, dicens,  
*Ut in quamcumque civitatem aut domum introjeri-  
mus, dicamus. Pax huic domui. Et si quidem (in-  
quit) fuerit ibi filius pacis, veniet super eum pax  
vestra.*

Recogn. ibid. c. 22.

a est quod Marc. 6.

Recogn. ibid. c. 13.

Luc. 6. Matth. 6.

Deuter. 6.

Recogn. 8.

16. quod est cunctis fide- libus. Conc. Tr. bul. 17. lvo p. 1. c. 123.

b Seniores ac juniores.

Recogn. 7.

Hæc beati Petri apostoli verba habentur in libro recognitionum c. 4.

Recogn. 7. c. 20.

De consec. dist. 1. Hic ergo, id est.

Folia IV. ep. 1.

Recogn. 1. & supra in epist. 1.

Rom.

ob hoc.

Recogn. 4.

Matth. 20. & Luc. 10.

vestra. Si vero non fueris, pax vestra ad vos re-  
vertetur. Euntes autem de domo vel civitate illa,  
etiam pulverem qui adhaerit pedibus vestris, excu-  
tatis super eos. Tolerabilis erit terra Sodomorum  
& Gomorrhœorum in die iudicii, quam illi civitati  
vel domus. Quod utique ita demum fieri præce-  
pit, si prius in civitate vel domo veritatis ser-  
mo prædicetur: ex quo vel recipientes veritatis  
fidem, filii pacis & filii Dei fiant: vel non re-  
cipientes arguantur, quasi inimici pacis & Dei.  
Ita ergo & nos, magistri instituta sectantes,  
primo pacem proponimus auditoribus, ut absque  
ulla perturbatione possit via salutis agnosci.  
Quod si quis pacis verba non suscipit, neque  
acquiescit veritati, scimus adversus eum pugnam  
verbi movere, & arguere acrius, contutando  
ignorantiam, & redarguendos peccata. Necessa-  
rio igitur pacem proponimus, ut si quis est fi-  
lius pacis, pax nostra veniat super eum. ab eo  
autem qui se alienum paci effecerit, regredie-  
tur ad nos pax nostra. Et si iterum in man-  
datis habemus, ut venientes ad civitatem, dis-  
camus prius, quis in ea dignus sit, ut apud  
eum cibum sumamus: quanto magis convenit  
noscere, quis, qualisve sit is, cui immortalitatis  
verba credenda sunt? Solliciti enim, & valde  
solliciti esse debemus, ne margaritas noctas mit-  
tamus ante porcos. Sed & alias ob causas, uti-  
le est viri hujus habere me notitiam. Si enim  
sciam, quia in his, de quibus non potest du-  
bitari quod bona sint, emendatus est & incul-  
pabilis: hoc est, si sobrius, si misericors, si ju-  
stus, si mitis & humanus est, quæ utique bona  
esse nullus ambigit: tunc consequens videbitur,  
ut ei qui obtinet bona virtutum, etiam, quod  
deest fidei & scientiæ, conferatur: & in quibus  
maculati videtur ejus vita, quæ est in reliquis  
probabilis, emendetur. Si vero in his quæ pa-  
lam sunt peccatis involutus permanet inquina-  
tus, non me oportet aliquid de secretioribus &  
remotis divini scientiæ proloqui, sed magis pro-  
testari & convenire eum, ut peccare desinat, &  
actus suos a vitiis emendet. Quod si ingesserit  
se, & provocaverit nos dicere, quæ eum, minus  
recte agentem, non oporteat audire; prudenter  
enim debemus eludere: nam nihil omnino res-  
pondere, auditorum causa, utile non videtur;  
ne forte existiment, nos responsonis penuria de-  
clinare certamen, & fides eorum lædatur, non  
intelligentia propositi nostri. Magna contume-  
lia, & grave nobis erit peccatum, si ita desipia-  
mus, ut cum videamus eum qui idola colit  
esse sobrium, nos qui Deum colimus, sobrii  
esse recusemus. Non hoc sit inter nos, sed ma-  
gnum habeamus studium, ut si illi qui errant  
homicidium non faciunt, nos ne irascamur qui-  
dem. Et si illi adulterium non committunt,  
nec concupiscamus quidem alienam mulierem.  
Si illi amant proximos suos, nos etiam diliga-  
mus inimicos nostros. Si illi mutuo dant his qui  
habent unde reddant, nos etiam his demus, a  
quibus recipere non speramus. Et per omnia  
nos, qui aeterni sæculi hereditatem speramus,  
debemus præcedere eos, qui præsens tantum  
sæculum noverunt: scientes, quia si opera illo-  
rum nostris operibus collata, in die iudicii simi-  
lia inveniantur ac paria, confusio nobis erit,  
quod æquales inveniamur in operibus, his qui  
propter ignorantiam condemnantur, & nullam  
spem futuri sæculi habuerunt. Et vere digna  
confusio est, ubi nihil amplius gessimus ab his

quibus amplius intelleximus: Quod si confusio  
nobis erit, æquales his inveniri in operibus bo-  
nis; quid erit nobis, si inferiores nos ac deterio-  
res, examinatio futura reperiat? Audite ergo,  
quomodo de his nos ipse verus Propheta docue-  
rit. Ad eos autem qui negligunt audire verba  
sapientiæ, ita ait: *Regina Austri surget in iudicio*  
*cum generatione hac, & condemnabit eam quia*  
*venit a finibus terre audire sapientiam Salomonis.*  
*& ecce plusquam Salomon hic, & non audiunt.*  
Ad eos vero, qui de malis actibus gerere detro-  
debant penitentiam, ita ait: *Viri Ninivite sur-*  
*gent in iudicio cum generatione hac, & condemna-*  
*bunt eam, quia penitentiam egerunt in prædica-*  
*one Jonæ, & ecce plusquam Jonas hic.* Videtis er-  
go, quomodo eos, qui erudiebantur ex lege,  
adducis ad exemplum illis qui ex gentili igno-  
rantia veniebant, & ostendens eos nec æquales  
illis esse qui in errore positi videbantur, ex ipsa  
tantum comparatione condemnat. Ex quibus om-  
nibus sermo, quem proposuimus, approbatur, ut  
castimonia, quæ aliquatenus etiam ab his in er-  
rore sunt positi custoditur; multo prius & atten-  
tius, & per singulas quasque (sicut supra osten-  
dimus) species a nobis, qui veritatem sequimur,  
teneatur; eo magis, quod apud nos observantiæ  
ejus præmia æterna sunt posita. Aliter enim ne-  
mo salvus esse poterit, nisi his observationibus  
pro viribus operam dederit. Deus vos in sua  
voluntate, unumquemque in suo ordine semper  
custodiat, fratres, sibi placere in omnibus con-  
cedat. Amen.

EPISTOLA IV.  
CLEMENTIS  
PAPÆ I.

Scripta discipulis suis Julio & Juliano, qui malorum ho-  
minum persuasionibus aliquatenus a recta via  
desinaverant, & gentibus, inter quas  
habitant, directa.

Clemens Romanæ urbis Episcopus, carissimis fra-  
tribus Julio & Juliano, ac reliquis consodalibus  
nostris, gentibusque quæ circa vos sunt.

OPORTET fratres, omnes doctores, qui ad  
salutem animarum instituti sunt, & ad lu-  
crandas animas Episcopi sunt consecrati, pro-  
cunctis sollicitudinem gerere, & errantes ad viam  
veritatis & ad portum salutis reducere. Et licet  
propter gentes, quæ circa vos sunt, in modico  
vos errasse contigerit; melius est tamen redire ad  
veritatis viam, quam diutius in ipso errore per-  
severare. Quoscumque enim de his, qui vos er-  
rare fecerunt, vel de his, qui adhuc verbum præ-  
dicationis non audierunt, potestis, vobiscum af-  
sumite, & ad viam veritatis adducite, ne intru-  
sivos, sed fructuosos Domino inveniamini. Et  
quoniam quidem, sicut a cultore neglecta terra,  
spinæ & tribulus necessario producit, ita sentus  
vester longi temporis incuria multas & noxias  
opinionis rerum & intelligentias falsæ scientiæ  
germinavit: opus est nunc multa diligentia ad  
excolendum rus mentis vestræ, ut hoc sermo  
veritatis (qui est verus & diligens cordis colo-  
mus) assiduis excolat disciplinis. Vestrum ergo  
est præbere obedientiam, & occupationes ac so-  
licitudines superfluas amputare, ne bonum ver-  
bi semen enecat noxium germen. Potest enim  
se-

urgere  
Recogn. 5  
c. 3 & 4  
Matth. 10  
Matth. 7  
d. erudire.  
c. causæ.  
d. non intel-  
lecta diligen-  
tia.  
Recogn. 6  
23.  
e. quia.  
f. præcellere.  
Recogn. 1. 6  
c. 14.

Matth. 23 &  
Luc. 11.  
Matth. 23 &  
Luc. 11.  
\* & his atque  
perdurare.  
Recogn. 6  
c. 23.

1. Recognicionum: non intelligitur propositum nostrum. Harduinn.



fieri, ut multi temporis negligentiam brevis & assidua repararet diligentia. Incertum namque est uniuersumque tempus vitæ: Et ideo festinandum est ad salutem, ne forte cunctantem mors repentina præueniat. Et ob hoc acrius adnitendum est, ut (dum est temporis spatium) collecta male consuetudinis vitia relecentur. Quod non aliter facere poteritis, nisi ut irascamini quodammodo aduersum vosmetipsos pro his quæ inutiliter gessistis ac turpiter. Hæc enim est utilis vita, & iusta & necessaria iracundia, ut unusquisque, in quibus errauit, & perperam gessit, indignetur, & semetipsum accuset. Ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui velut agro sterili immixtus, consumptis & excorticis radicibus pessimæ voluntatis, bono semini verbo Dei fecundiorum cordis præparet glebam. Puto autem, quod satis dignas habeatis causas iracundiæ, ex quibus iustissimus ignis iste coalescat, si consideretis, in quantos vos errores deduxerit ignorantie malum, quantosque lapsus & quantas præcipitias ad peccandum dederit: a quantis vos bonis abstraxerit, & in quæ præcipitavit mala, & (quod est super omnia grauius) quod vos in futuro sæculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nonne pro his omnibus, ubi vobis veritatis lumen effulsit, ignis iustissimæ indignationis accenditur, & iracundiæ Deo placitæ intra vos confurgit incendium, quo consumatur & radicitus intereat omne germen, si quod forte intra vos malæ conscientie pullulauit? Unde & ipse qui misit nos, cum venisset, & omnem mundum vidisset ad malitiam declinasse, non continuo ei pacem, in erroribus posito, dedit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantie eius ruinis scientiam veritatis opposuit: ut, si qui forte respicerent, lumen veritatis adspicerent, deceptos se, & in præcipitias erroris abstrahos merito dolerent, & iracundiæ salutaris ignem aduersus decepticem suam conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat: *Ignem veni mittere in terram, quem volo, ut accendatur.* Est ergo pugna quædam, quæ gerenda nobis est in hac vita. Sermo enim veritatis & scientie necessario separet homines ab errore & ignorantia; sicut sæpe videmus, putrefactas & emortuas carnes corporis a connexione viuientium membrorum, ferro secante, separari. Tale ergo aliquid est, quod agit veritatis agnitio. Necessè enim, ut salutis causa filius (verbi gratia) qui sermonem receperit veritatis, a parentibus separetur incredulis, aut rursus pater separetur a filio, aut filia a matre. Et hoc modo inter propinquos atque consanguineos, credentes atque incredulos, scientie atque ignorantie, veritatisque & erroris pugna consistit. Et ob hoc iterum dicebat, qui nos misit: *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium.* Quod si dicat aliquis: Et quomodo iustum videri, separari filios a parentibus? Audi quomodo: Quia cum ipsi si in errore permaneant, neque illis proderunt; & ipsi cum illis pariter interibunt. Iustum igitur & valde iustum est, separari eum qui saluari vult, ab eo qui non vult. Sed & illud adverte, quia non ex illis qui rectius intelligunt venit ista separatio. Illi enim volunt interesse pariter, & prodesse his, & docere meliora. Sed & illud proprium est ignorantie vitium, ut confutantem se veritatis lucem non terat habere de proximo. Et ideo ex illis ista nascitur sepa-

ratio. Nam qui scientiam veritatis accipiunt, (quia bonitatis plena est) tanquam a bono Deo datam, cupiunt eam (si fieri potest) cum omnibus habere communem, etiam cum his qui oderunt eos & persequuntur. Sciunt enim quia peccatum, ipsorum causa ignorantie est. Propterea denique ipse magister, cum ab his qui ignorabant eum, duceretur ad crucem, orabat Patrem pro interfectoribus suis, & dicebat: *Pater, ter dimitte eis peccatum, quia nesciunt quid faciunt.* Imitantes quoque discipuli magistrum, etiam ipsi, cum paterentur, similiter pro interfectoribus suis orabant. Quod si disciplina nobis est, orare etiam pro interfectoribus & persecutoribus nostris, quomodo non etiam parentum & propinquorum persecuciones ferre, & pro conversione eorum orare, credimus? Tum deinde etiam diligentius consideremus, quæ sit nobis causa parentes diligendi. Pro eo, inquam, quia vitæ nostræ videntur auctores. Auctores quidem vitæ nostræ parentes non sunt, sed ministri. Non enim vitam præbent, sed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent ministerium: auctor autem vitæ unus & solus est Deus. Si autem auctorem vitæ diligere volumus, illum nobis esse diligendum sciamus. Sed illum (inquunt) cognoscere non potuimus, istos autem & novimus, & in affectu habemus. Est, non potuistis cognoscere, quis sit Deus: quid tamen non sit Deus, per facile scire potuistis. Nam quomodo latere potuit hominem, quod lignum, aut lapis, aut æs, vel alia huiusmodi materia, Deus non sit? Quod si in his quæ facile deprehendere potuistis, animum ad discutiendum nolulistis intendere; certum est, quia in agnitione Dei impediti estis, non impossibilitatis, sed ignaviæ vitio: nam si voluissetis, ex his ipsis inutilibus simulacris profecto accepissetis intelligentiæ viam. Certum est, quia per ferrum facta sunt simulacra: ferrum vero per ignem confectum est, qui ignis aqua extinguitur: aqua autem per spiritum movetur, spiritus autem a Deo initium habet. Sic enim dixit Moses Propheta: *In principio fecit Deus cælum & terram. Terra autem erat invisibilis & incomposita, & tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus Dei erat super aquas.* Qui spiritus Dei iussu, quasi ipsa manus conditoris, lucem separavit a tenebris, & post illud invisibile cælum istud visibile produxit, ut superiora quidem habitaculum faceret Angelis, inferiora vero hominibus. Propter vos ergo iussu Dei, aqua, quæ erat super faciem terræ, recessit, ut terra vobis produceret fructus. Cui etiam humorum venas latenter interit, ut vobis ex ea profluerent fontes & flumina. Propter vos producere iusta est animantia, & omnia quæ vestro usui voluntatiue seruiunt. An non propter vos venti spirant, ut ex ipsis concipiens fructus vobis terra parturiat? Nonne propter vos imbres profluunt, & tempora vicissitudines mutant? Num propter vos sol oritur, & occidit, mutationes luna perpetitur? Propter vos mare exhibet famulatum suum, ut vobis ingratis cuncta subjaceant. Nonne pro his omnibus iusta erit ultionis pœna, quia horum omnium largitorem, quem ante omnia & agnoscere & venerari debuistis, solum præ ceteris ignoratis? Sed & nunc per idem vos adhuc in intelligentiam ejus duco. Videtis etenim, quod omnia gignuntur ex aquis, aqua vero per unigenitum ex initio

Recogn. ibid. c. 3. a. sanitandum.

b. hæc vox videtur superflua.

voluptatis.

d. conculescat.

Recogn. 6. c. 4.

Luc. 12.

seccantibus.

congruit. Marc. 10.

Recogn. 6. c. 5.

Luc. 23.

illud

Recogn. 6. c. 6.

Recogn. 6. c. 6.

Gen. 1.

Recogn. 6. c. 8.

1. Forte vitæ. In Recognitionibus. Hæc vitæ est iusta, vocibus aliis omittis. Hæc iustus. 2. Recognitionum. concupientia. Harduinus. 3. Recognitionum. zeta. Harduinus. 4. Recognitionum rectius. peccati ipsorum causa ignorantia est. Harduinus. 5. Recognit. debemus. Harduinus.

tio facta est, unigeniti vero Omnipotens Deus A  
caput est, per quem tali ordine (ut supra dixi-  
mus) pervenitur ad Patrem. Cum autem per-  
veneritis, agnoscite hanc esse voluntatem ejus,  
ut per aquas, quæ primæ a creaturæ sunt, de-  
nuo renascamini. Qui enim regeneratus fuerit per  
aquam; bonis operibus repletus, hæres efficitur  
ejus a quo in incorruptione regeneratus est. Pro-  
pter quod, paratis animis accedite, quasi filii ad  
patrem, ut peccata vestra diluantur, & causa eor-  
um sola ignorantia fuisse probetur apud Deum.  
Nam si post agnitionem horum permanetis in  
incredulitate, vobis jam perditionis vestræ cau-  
sa, & non ignorantia, reputabitur. Nec pute-  
tis, quod etiam si omnem pietatem colatis, om-  
nemque justitiam, baptismum vero non accipia-  
tis, spem possitis habere apud Deum: imo ma-  
jore pœna digni eritis, qui bona opera non bene  
operati estis. Conferunt enim meritum homini  
ex bonis gestis; sed si ita gerantur, sicut Deus  
jubet. Deus autem iussit, omnem colentem se  
baptismo consignari. Quod si vos renueritis, ut  
vestræ voluntati magis, quam Dei, obtemper-  
etis; contrarii sine dubio & inimici estis volun-  
tati ejus. Sed dicitis fortasse. Quod confert aquæ  
baptismus ad Dei cultum? Primo quidem, quia  
quod Deo placuit, impletur. Secundo, quia re-  
generato ex aquis, & Deo renato, fragilitas prio-  
ris nativitatæ, quæ vobis per hominem facta est,  
amputatur, & ita demum pervenire poteritis ad  
salutem: aliter impossibile est. Sic enim nobis  
cum sacramento verus Propheta testatus est, di-  
cens: Amen amen dico vobis, nisi quis denuo rena-  
tus fuerit ex aqua & vino, non introibit in regnum  
celorum. Et ideo accelerate: est enim in aquis  
istis misericordia ejus quedam, quæ ex initio fe-  
tebatur super eas: & agnoscit eos qui baptizan-  
tur sub appellatione triplicis sacramenti, & eri-  
pit eos de supplicis futuris, quasi donum quod-  
dam offerens Deo animas per baptismum conse-  
cratas. Confugite ergo ad aquas istas: solæ sunt  
enim, quæ possint vim futuri ignis extinguere:  
ad quas qui moratur accedere, constat in eo ad-  
huc infidelitatis idolum permanere, & ab ipso  
prohiberi ad aquas properare quæ salutem conse-  
runt. Sive enim justus, sive sit injustus, bap-  
tismus ei per omnia necessarius est. Justo quidem,  
ut adimpleatur in eo perfectio, & regeneretur  
Deo; injusto vero, ut peccatorum quæ jessit, re-  
missio concedatur. Omnibus ergo testinandum  
est, sine mora renasci Deo, & demum consi-  
gnari ab Episcopo, id est, b septiformem gratiam  
Spiritus sancti percipere, quia incertus est unius-  
cujusque exitus vitæ. Cum autem regeneratus  
fuerit per aquam, & postmodum septiformi spi-  
ritus gratia ab Episcopo (ut memoratum est) con-  
firmatus, quia aliter perfectus esse Christianus ne-  
quaquam poterit, nec sedem habere inter per-  
fectos, si non necessitate, sed incuria aut volunta-  
te remanserit, (ut a Beato Petro accepimus, &  
ceteri Sancti Apostoli, præcipiente Domino, do-  
cuerunt) & demum ex operibus bonis ostendat  
in se similitudinem ejus, qui eum genuit, Pa-  
tris. Post hæc vero agnoscat Deum honorare.  
Honor autem ejus est, ut ita vivat, sicut ipse  
vult: vult enim unumquemque ita vivere, ut  
homicidium & adulterium nesciat, odium & ava-  
ritiam fugiat, iram, superbiam, jactantiam res-  
puat & excreetur, invidiam quoque, & cetera his  
similia, penitus a se ducat aliena. Est sane propria  
quædam nothæ religionis observantia, quæ non

tam imponitur hominibus, quam proprie ab uno-  
quoque Deum colente, causa puritatis expetitur:  
de castimonie dico cautela, cujus species multæ  
sunt. Sed primo, ut observet unumquique, ne  
menstruatæ mulieri misceatur: hoc enim execra-  
bile dicit lex Dei. Quod si lex de his non admo-  
nisset nos, ut (\*) catulliliberter voveremur in  
stercore. Debemus aliquid amplius habere ani-  
malibus, utpote rationales homines, & cœle-  
stium sensuum capaces, quibus summum studium  
esse debet, ab omni inquinamento cordis conscien-  
tiam custodire. Bonum est autem, & puritati  
conveniens, etiam corpus aqua diluere. Bonum  
vero dico, non quasi principale illud, in quo  
mens purificatur, sed quod sequela sit illius bo-  
ni hoc, in quo caro diluitur. Sic enim & magi-  
ster noster quosdam Phariseorum, & Scribarum,  
qui videbantur esse ceteris meliores, & a vulgo  
separati, increpabat, dicens eos hypocritas: quia  
ea solummodo quæ hominibus videbantur; puri-  
ficabant; corda vero, quæ solus Deus aspicit;  
inquinata relinquebant & sordida. Ad quosdam  
ergo ex ipsis, non ad omnes, dicebat: *Vae vobis  
scribis & pharisæis hypocritæ, quia mandatis quod de-  
foris est calcatis & parophtis, intus autem plena sunt  
sordibus. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est:  
& quod deforis est, erit mundum.* Vere enim, si  
mens mundetur luce scientiæ, cum ipsa fuerit  
munda ac splendida, tunc etiam ejus, qui defo-  
ris est, hominis ipsa necessario curam gerit; id  
est, carnis suæ, ut & ipsa purificetur. Ubi au-  
tem ista, quæ deforis est, purificatio carnis ne-  
gligitur certum est, neque de puritate mentis ac  
munditia cordis curam geri. Ita ergo fit, ut is  
qui intrinsecus mundus est, mundetur sine dubio  
& extrinsecus. Non temper autem is, qui munda-  
datur extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est,  
videlicet cum agit hæc, ut hominibus placeat. Sed  
& illa species castimonie observanda est, uti ne  
passim & libidinis solius causa, cum feminis coeat  
quis, sed posteritatis reparande gratia: quæ ob-  
servantia cum etiam in nonnullis pecudibus in-  
venitur, pudoris est, si non ab hominibus ratio-  
nalibus & Deum colentibus observetur. Ergo  
omnes peccaverunt & egent auxilio Dei. Pro-  
pter quod, carissimi, sectamini, temper caritatem,  
& æmulamini meliora & spiritualia, & adjuvate  
vos invicem, ut Deo semper in omnibus place-  
re valeatis. Amen.

NOTA SEVERINI BINI.

(\*) Ergo omnes peccaverunt, &c.) Hæc conclusio calu-  
miose reprehenditur ab hæreticis: ita enim Sanctus Cle-  
mens argumentatur: Si ratio naturalis & lex colendi  
Deum non sufficit ad observandam hanc speciem casti-  
tatis, quam pecudes, sine ratione & lege solo nature in-  
stinctu servant, & ita mutabiles sunt homines; sequi-  
tur omnes esse peccatores, & auxilio Dei egere, ad be-  
ne vivendum. Quo nihil verius, nihil fabricius, nec ad  
tem accommodatus dici potuit.

Leviti 18.  
cantabiles  
imo cantabiles  
ut bene Tur-  
rianus ex Gra-  
co codice lib.  
3 cap 24  
Deest hæc  
comparatio in  
c. Iust.  
Recogno. 6  
c. 11.

Matth 23.

Hæc He-  
reobaptismus  
Ebrionis in  
sent 94 vi-  
dentur.

Recogno. 6  
c. 11.

1. Cor. 14.

aut qui sub  
ejus persona  
desiderat.

creatur

Recogno. 6. c. 9.

3. 14.

De confir-  
matione loqui-  
tur.  
Sicut ep-  
istolo.  
Recogno.  
c. 10.

E

(\*) Luc. legit carbari.

EPISTOLA V. CLEMENTIS PAPA I.

De communi vita & reliquis causis, suis discipulis scripta, Hierosolymitanisque directa.

Dilectissimis fratribus & condiscipulis, Hierosolymis cum carissimo fratre Jacobo coepiscopo habitantibus, Clemens Episcopus.

12 q. 1 d. lectid. irati- bus. Faustina nus hanc dicit lib. 10. Recogn. p. 218 que refe- lit. in pte. Clemens. b Platonem intelligit. c In MS. at que estis. Mer- liti & Crabb. pauca. in pte. tur. de qua- lus. in pte. Ex. huius. & post. eum. ali- retulerunt. cum. tamem. e- rantus. f. 1. Recogn. 7. at. 14. Actus. d Non. cel- tar. tum. He- rosolymis. ce- nse. Cae- nus. natus. Romanus. et. plures. q. illan- nos. idem. in- cepit. Verba. I. huius. omni- nostris. intere- mus.

COMMUNIS vita, fratres, omnibus necessa- ria est, & maxime his qui Deo irreprehen- sibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumque discipulorum imitari volunt. Communis enim usus omnium, quae sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit: sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, & alius illud, & sic inter mortales facta divisio est. Denique Graecorum quidam sapientissimus hanc ita sciens esse, ait: Communis debere esse amicorum omnia. Et sicut non potest (inquit) dendi aer, neque splendor solis, ita nec reliqua quae communiter in hoc mundo omnibus usata sunt ad habendum, dividi debere, sed habenda esse communia. Unde & Dominus per Prophetam loquitur, dicens: Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. Illius enim consuetudinis more retentum, etiam Apostoli, eorumque discipuli, ut praedictum est, una nobiscum & vobiscum communem vitam duxere. Unde (ut bene nostis) erat multitudinis eorum cor unum & anima una: nec quisquam eorum aut nostrum, de his quae possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed omnia illi & nobis erant communia, nec quisquam egens erat inter nos. Omnes autem, qui domos vel agros possidebant, vendebant eas, & pretia eorum, & reliquas res quas habebant, afferbant, ponentes ante pedes Apostolorum, sicut nobiscum quidam vestrum cognoverunt & viderunt: & dividebant singulis, prout cuique opus erat. Ananias autem vir auferus, & Sapphira uxor eius, qui mentiti sunt Apostolis de pretio agrorum suorum, quos vendiderant, nobis presentibus; in conspectu omnium circumstantium, a conspectu Apostolorum, propter peccatum eorum & mendacium quod fecerunt, motui delati sunt ambo. Ceteraque quae de talibus cognovimus & vidimus, nec recordatione, nec demonstratione digna sunt. Quapropter haec vobis cavenda mandamus, & doctrinis & exemplis Apostolorum obedire praecipimus: quia hi qui mandata eorum postponunt, non solum rei, sed & omnibus praedicanda sunt. Relatum est etiam nobis, quod quidam in vestris partibus commorantes, advertantur sanis doctrinis, & (prout eis videtur) non secundum traditionem Patris, sed juxta sententiam suam docere videntur. Multas enim quidam (ut audivimus) vestrarum partium, secundum ingenium hominum, ex his quae legunt, verisimilitudines capiunt: & ideo diligenter observandum est, ut lex Dei, cum legitur, non secundum propriam ingenii intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis divinis, quae possunt trahi ad eum sensum, quem sibi unusquisque sponte praesumpsit, sed fieri non oportet. Non enim sententiam extrinsecus adul-

teretis, alienum & extraneum debetis querere, aut quomodo ipsum scripturarum auctoritate confirmetis; sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam a majoribus, secundum veritatem sibi traditam servavit ut & ipse possit ea, quae recte suscepit, competenter asserere. Cum enim ex divinis scripturis integram quis & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studiis, quae forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat; ita tamen, ut ubi vera didicit, falsa & simulata declinet. Incertum est enim etiam juvenibus vitae tempus, senibus autem jam nec incertum est: non enim dubitatur, quin quantumcumque est quod putatur superesse, breve sit. Et ideo tam juvenes quam senes oportet de conversione & poenitentia valde esse sollicitos, & satagere, ut de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis, id est, dogmatibus veritatis, pudore castitatis, splendore justitiae, candore pietatis, aliisque omnibus, quibus comptam decet esse rationabilem mentem. Unde, consilium dantes, vestram prudentiam hortamur, ut ab Apostolicis regulis non recedatis, sed communem vitam ducentes, & scripturas sacras recte intelligentes, quae Domino vovistis, adimplere satagatis. Et cum oratione assidua Dei gratiam obtinere merueritis, tunc, sine suspitione mali interitus, vota possint celebrari festiva. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

NOTA SEVERINI BINII.

De Clementis epistola sub Romanae Ecclesiae persona, ad Corinthios ecclesiam, quae non extat, ineminit Euseb. libro 3. Eccles. hist. cap. 32. quam omnium consensu approbatam dicit, & epistola Beati Pauli ad Hebraeos simillimam. Item D. Hieron. in catalogo, & in commentariis li. cap. 52. ubi pauca quaedam ex illa citat. Epiphanius haeretic. 30. citat quendam encyclicam de virginitate, in Ecclesia isto tempore receptam & extantem. Vide quae diximus in vita Clementis verbo, epistole canonice.

Sequuntur duae aliae Clementis Epistolae, quas nuper vulgavit VVesseningus in Tomo II. Novi Testamenti Graeci ex Cod. MS. Syriaco, de quarum veritate iudicium doctis relinquimus. Nobis sat est eas huc translulisse eodem consilio & cetera Clementis apocrypha scripta hic collecta sunt.

EPISTOLA VI. B. CLEMENTIS DISCIPULI PETRI, APOSTOLI.

I. Omnibus amantibus, & diligentibus salutem suam in Christo, per Deum Patrem, & obedientibus veritati Dei in spe vitae aeternae, diligentibus fratres suos, & diligentibus proximos suos in amore Dei, virginibus (Fratribus) beatis, qui constituerunt servare virginitatem propter regnum caelorum, & virginibus (sororibus) sanctis in Deo salutem. II. Unicuique virginum (fratrum) & virginum (sororum) qui in veritate constituerunt servare virginitatem propter regnum caelorum, necesse est, ut sit aptus ad regnum caelorum in omnibus. Non enim verbo, aut nomine,

12 q. 1 d. lectid. irati- bus. Faustina nus hanc dicit lib. 10. Recogn. p. 218 que refe- lit. in pte. Clemens. b Platonem intelligit. c In MS. at que estis. Mer- liti & Crabb. pauca. in pte. tur. de qua- lus. in pte. Ex. huius. & post. eum. ali- retulerunt. cum. tamem. e- rantus. f. 1. Recogn. 7. at. 14. Actus. d Non. cel- tar. tum. He- rosolymis. ce- nse. Cae- nus. natus. Romanus. et. plures. q. illan- nos. idem. in- cepit. Verba. I. huius. omni- nostris. intere- mus. e Traditiones Patrum. f Recogn. 10. c. 43.

a ut quoque modo. b Recogn. 10. c. 43. c satagere. d q. 1 dilectissimis. e inter vos.

1 MS. Zaphira. 2 MS. cetera que caetera. 3 Recogn. ad Iunio. Hae quoque ex Harduino desumpta sunt

aut forma, aut genere, aut pulchritudine, aut vi, aut tempore multo apprehenditur regnum cœlorum; sed apprehenditur virtute fidei, cum homo ostendit opera fidei. Qui enim iustus est vere, opera eius testantur de fide eius, ipsum vere fidelem esse fide magna, fide perfecta, fide in Deum, fide lucente per opera bona, ut glorificetur pater omnium per Christum.

Qui autem vere sunt virgines (*fratres*) & virgines (*sorores*) propter Deum audiunt eum qui dixit: *iustitias, & fides non deficiunt te. Liga illas in cœlis tuo, & invenies misericordiam animæ tuæ, & cogitabis bonitatem coram Deo, & coram hominibus, via ergo iusti ut lux lucant, & ibit lux carum donec ordinetur dies.* Splendores enim luminis eorum illustrant omnem creaturam etiam nunc per opera bona, tanquam qui vere sunt lux mundi, quæ lucet *sedentibus in tenebris*, ut surgant, & transeant ex tenebris per lucem operum bonorum timoris Dei, ut videant opera bona, & glorificent Patrem suum cœlestem. Homini enim Dei necesse est, & in omnibus verbis, & factis suis sit perfectus & ornatus in conversationibus suis in omni schemate honesto, & ordinato, & ut in iustitia faciat omnia opera sua, ut homo Dei.

III. Virgines enim (*fratres*) & Virgines (*sorores*) pulchra sunt exempla *credentibus*, & credituris. Nomen enim solum sine operibus non introducit in regnum cœlorum. Qui enim vere fidelis fuerit poterit servari: qui autem fidelis vocatur nomine solum, & in operibus non est fidelis, servari non potest. *Ne quis igitur seducat vos verbis inanimis deceptionis.* Qui enim vocatur virgo (*frater*) vel virgo (*soror*) & opera abundantia pulchra, & convenientia virginitati non habet, servari nequit. Dominus enim virginitatem talem *stultam* vocat, sicut ait in evangelio; quæ cum nec oleum, nec lumen haberet, mansit extra regnum cœlorum, & privavit se gaudio sponsi, & cum inimicis sponsi reputata est: apud tales enim est *forma timoris Dei solum, virtutem autem negant; putant enim in animo suo se esse aliquid, dum non sunt, & errant.* Quilibet autem exploret opera, & cognoscat seipsum, quia cultum vanum colit omnis homo, qui gloriatur in *virginitate*, & sanctitate, & virtutem eius abnegat. Virginitas enim talis est immunda, & reprobata ab omnibus operibus bonis. *Omnis enim arbor ex fructibus suis cognoscitur. Considera quæ dixi; det tibi Deus intellectum.* Quicumque enim proficitur coram Domino se servaturum castitatem, debet cingi omni virtute sancta Dei, & si vere in timore crucifixus corpus suum propter pietatem deprecatur verbum dicens: *cresecite, & multiplicamini*, & totam mentem, & cogitationem, & concupiscentiam mundi huius, & delicias, & ebrietatem, & omnem amorem eius, & otium eius; & exinanitus est ab omni conversatione mundi huius, & ex laqueis, & retibus, & impedimentis eius. Et ambulans super terram dilige, ut sit cultus tuus, & ministerium tuum in cœlo.

IV. Qui enim hæc sibi desiderat, magna, & excellentia, propterea exinanitur, & se separat a toto mundo, ut habeat, & vivat vitam divinam, & cœlestem, sicut angelus sancti in cultu puro, & sancto, & in sanctitate spiritus Dei, & ut serviat Deo omnipotenti per Jesum Christum propter regnum cœlorum. Propterea separat se ab omnibus concupiscentiis corporis,

Concil. General. Tom. I.

& non solum deprecatur illud: *fructificate, & multiplicate*, sed desiderat spem promissam, & preparatam & positam in cœlis Deo, qui promittit ore, & non mentitur; qui major est filiis, & filiabus, & dabit virginibus (*fratribus*) & virginibus (*sororibus*) locum celebrem in Domo Dei, excellentiorem filiis, & filiabus, & excellentiorem illis, qui celebres fuerunt in sanctitate, & non polluti sunt & concubitu suo. Dabit enim Deus illis virginibus (*fratribus*) & virginibus (*sororibus*) regnum cœlorum, ut angelis sanctis per confessionem hanc magnam, & ingentem.

V. Vis ne ergo virgo esse frater? Scis ne quantum laboris, & molestiæ sit in virginitate vera? *Hæc perseveranter stat coram Deo semper, & non recedit; & sollicita est quomodo placeat Domino in corpore sancto, & in spiritu.* Nostri ne quanta sit virginis gloria, & propterea facis hoc? An scis, & intelligis quid facere desideres? An scis opus sanctum virginitatis? An ut vir sciens legitime ostendere agonem luctaris in virtute spiritus sancti, eligens tibi hoc, ut geras coronam lucis? Et discernis naturam tuam in *Jerusalem superna*? Si igitur hæc omnia desideras, vince corpus, vince affectus carnis, vince mundum in spiritu Dei, vince vanitates temporis transeuntes, & veterascetes, corruptas, & deficientes. Vince draconem, vince leonem, vince serpentem, vince satanam per Jesum Christum, qui corroborat te per audium verborum suorum, & eucharistiam divinam. *Tolle crucem tuam, & abi retro illum, qui mundavit te, Jesum Christum Dominum tuum.* Luctare cursum recte, & certo, non in timore, sed in fiducia, sperans in expectatione Domini tui, ut apprehendas coronam *iustitia* vocationis tuæ *superna* per Jesum Christum. Omnis enim qui eruditus tuent in fide, & non timuerit, revera accipit coronam virginitatis, cuius labor multus est, & merces multa. An intelligis, & nosti quantam gloriam petat tantus? An intelligis quanta, & quam gloriosa, & excellens sit laus virginitatis?

VI. Uterus virginitatis sanctæ gestavit Dominum nostrum *Jesum Christum* filium Dei, & corpus, quod gestavit Dominus noster, & in eo agonem in hoc mundo fecit, ex virgine sancta induit. Hinc ergo intellige majestatem, & gloriam virginitatis. Christianus vis esse? Imitare Christum in omnibus. *Joannes Angelus* fuit, ut veniret ante Dominum nostrum, quo non fuit major inter natos mulierum, angelus sanctus Domini, virgo fuit. Imitare igitur lepatum Domini, & dilige Deum in omnibus. Rursus *Joannes, qui cecidit super pedes Domini*, qui dilexit eum valde; etiam sanctus fuit, non enim frustra dilexit eum Dominus. Porro *Paulus, & Barnabas, & Timotheus, cum ceteris quorum nomina scripta sunt in libro isto.* Hi enim omnes sanctitatem amant, & dilexerunt, & in certamine cucurrerunt, & cursum suum absolverunt sine macula, sicut imitatores Christi, & filii Dei viventis. Certe etiam *Ella, & Eliza* & multorum aliorum sanctorum repetimus conversationem fuisse sanctam, & sine macula. Si igitur hoc cupis imitari, imitate eos fortiter. Dixit enim: *seniores vestros honorate, & quando vidatis conversationes eorum, & mores eorum imitamini eorum fidem; & iterum dicit: estote imitatores mei, fratres, sicut ego Christi.*

K

VII.

VII. Qui igitur Christo similes sunt, omnino illi sunt similes. Qui enim Christum vere induerunt similitudinem eius efformarunt in mente sua, in omni vita sua, & in omni conversatione sua, & in verbis, & in factis, in patientia, in virtute, in cognitione, in castitate, in longanimitate, in corde puro, in fide, in spe, in amore perfecto, & pleno erga Deum. Omnis ergo virgo (frater) & virgo (soror) nisi fuerit omnino ut Christus, & ut illi, qui sunt eius servari non possunt. Omnis enim virgo (frater) & virgo (soror) in Domino sancta est in corpore, & spiritu suo, & perseverans in cultu Domini sui, & aliorum non secedit ab eo, sed ministrat semper in castitate, & sanctitate in spiritu Dei, ut placeat Domino suo pure, & sine macula, & sollicita est, ut placeat coram eo in omnibus. Talis non migrat a Domino, sed spiritu cum Domino suo est, sicut scriptum est: *estote sancti sicut ego sanctus sum dicit Dominus.*

VIII. Abili enim, si quis nomine tantum vocetur sanctus, ut sit sanctus, sed omnino sanctus sit in corpore, & spiritu, & laetetur semper virgo (frater) aut virgo (soror) Deo, & Christo eius similis fieri, & tales imitari. In talibus enim cogitatio carnis non est: qui vere fideles sunt, & spiritus Christi habitat in ipsis, in illis non potest esse cogitatio carnis, quæ est fornicatio, impudicitia, impuritas; idololatria, veneficium, inimicitia, invidia, contentio, ira, rixa, divisio, zelus, ebrietas, comessatio, scurrilitas, sermones stulti, contumelia, tumultus, obretractio, mullitatio, amarulentia, excandescencia, vociferatio, blasphemia, impudentia, malitia, inventio mala, mendacium, multiloquium, vaniloquentia, indignatio, stridor dentium, accusatio, contritio, consivium, supplantatio, declinatio, negligentia, susurratio, arrogantia, superbia, inflatio, genus, forma, locus, divitiæ, brachium carnis, altutia, stultitia, amor victoris, odium, inimicitia, emulatio, invidia, retributio malorum, ingluviæ, calumnia, que est idololatria, avaritia, que est radix omnium malorum, amor ornatus, vana gloria, amor primatus, audacia, superbia, quæ vocatur inors, contra quam Deus bellum gerit. Tales omnes, illique similes sunt homines carnis; qui enim nati sunt ex carne, caro est. Et qui de terra est, de terra loquitur, & de terra cogitat; & desiderium carnis inimicum est Deo, non enim subditum est regi Dei; nec potest quia in carne est, in qua non habitat bonum, quia spiritus Dei non est in eo. Propterea recte dicit generationi tali: non habitat spiritus meus in homine in facinoroso, quia caro sunt. Omnis igitur, in quo spiritus Christi non est, non est eius, sicut scriptum est: recessit spiritus Dei a Saul, & vexavit eum spiritus malus immisus ei Deo.

IX. In quocunque est spiritus Dei, is voluntatem spiritus Dei perficit; & quia consentit spiritus Dei, opera carnis mortificat, & vult Deo, subiciens & in servitatem redigens corpus suum, & adhucens illud, ut aliis predicans, sit signum & forma pulchra credentibus. Et dictum est de servis talibus, dignos esse spiritu sancto, tanquam qui non reprobantur, sed erunt electi coram Deo, & coram hominibus, in homine enim Dei ex desideriis carnis nihil est, præcipue in virginibus (fratribus) & virginibus (sororibus); sed omnes fructus eorum sunt spiritus, & vitæ, & vere sunt civitas Dei; & domus, & templum,

in quo hospitatur, & habitat Deus, & ambulat inter eos in civitate sancta cælesti. In his enim apparetis mundo ut luminaria, verbo vite attendentes, & ita eritis vere laus, & gloria, & corona oblectationis, & gaudium servorum bonorum in Domino Jesu Christo. Omnes enim vos videntes agnoscent, vos esse semel cui benedixit Dominus, vere semen gloriosum & sanctum, & regnum sacerdotale, populum sanctum, populum hereditatis, hæredes promissionum Dei, quæ non corrumpuntur, nec pereunt. Quod oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non ascendit, quod præparavit Deus diligentibus ipsam, & custodientibus præcepta eius.

X. Confidimus autem de vobis, fratres, vos cogituros ea, quæ necessaria sunt salutis vestræ, sed ita loquimur de iis, quæ loquimur, propter famam & rumorem malum de hominibus impudentibus, qui habitant cum virginibus prætextu pietatis, & conijciunt animam suam in periculum, & eunt cum illis in semita, & in deserto soli viam plenam periculis, & plenam offendiculis, & laqueis, & foveis. Prorsus non decet Christianos, & timentes Deum ita converitari. Alii autem edunt, & bibunt cum virginibus, & sanctis in accubitu, in remissionibus, & in turpitudinibus multis; id quod non decet fideles, illos præcipue, qui elegerunt sanctitatem. Alii autem congregantur ad verba vana, & otiosa, & ad ritum, & ut loquantur mala alter de altero, & venentur verba alter contra alterum, & sunt otiosi: cum quibus non panem quidem edere suademus. Alii autem circumcunctes per domos virginum fratrum, & fororum, prætextu visitandi eos, aut legendi scripturas, aut exorcizandi eos, aut docendi eos, qui sunt otiosi, & non laborant quicquam investigantes ea quæ non sunt necessaria, & per verba delicata mundinantes nomine Christi; quos averatur Apostolus divinus propter multitudinem nequitie eorum, sicut scriptum est, *spina germinant in manibus otiosorum: & via otiosorum plena spinis.*

XI. Quilibet enim otiosus est, sine opere est, & sine utilitate, Tales sunt vitæ omnium, qui non laborant, sed venantur verba, & sibi imaginantur, hanc esse utilitatem, & iustitiam. Talium enim labores similes sunt viduis otiosis, & garrulis, quæ circumvolvuntur, & aberrant inter domos in garrulitate sua, & venantur verba otiosa, & dederunt e domo in domum in extensione multa, sine timore Dei, & cum his omnibus in impudentia sua prætextu doctrine loquuntur verba varia. Utinam autem doctores essent doctrine veræ, & beati essent! sed sunt molesti, non intelligentes quid velint, & affirmantes quæ non sunt, quia volunt esse doctores, & videntur sibi scire ea, quæ loquuntur, quia mercantur iniquitatem in nomine Christi. Hæc contingunt multis, quod non decet servos Dei; & non audiunt dicentem: Non multi doctores sint in vobis, fratres, & ne sitis omnes propheta. Qui enim in verbo non transgreditur, hic homo perfectus est, potens domare, & in servitatem redigere totum corpus suum. Et si quis loquitur, loquatur in verbo Dei, & si est in te intelligentia, da verbum fratri tuo: & si non, pone manum tuam super os tuum; in tempore enim tacendum, & in tempore loquendum. Et iterum dicit: sint sermones vestri conditi in gratia. Opus est enim homini ut scias, quomodo detur

debet verbum omni homini in loco suo. Qui enim loquitur quicquid venit in hunc mundum, semper dispensationem facit, & qui loquitur verba abundantia aures dolent, & precepta in labiis suis cadit in male, nam per petulantiam lingue adducit iram, & integer castodis linguam suam, & diligit animam suam ad vitam. Hi enim qui per benedictionem, & verba blanda decipiunt corda simplicium, dentes ipsi beatitudinem, decipiunt eos. Cavo ergo pecuniam sanctitatem de doctoribus, iudicium enim abundantius accipiunt doctores qui docent & non faciunt, qui portant nomen Christi in falsitate, & dicunt, se vere doctores esse, & circumcumeunt & evagantur temere, & exaltantur, & gloriantur in cogitatione carnis. Hi autem sunt ut cecus, qui cecum ducit, & ambo cadunt in fossam, & portant iudicium, quia in garrulitate & in doctrina sua vana docent sapientiam animalem, & errorem vanum verborum persuasivam sapientiam humanam, juxta voluntatem principum, & potestatum aeris, & spiritus, qui efficax est in filiis inobedientia, secundum mundanitatem hujus seculi, & non secundum doctrinam Christi. Ex complemento enim sermonis homo nescitur. Verumtamen si accepisti verbum scientiae, aut occasionem doctrinae, aut prophetiae, aut ministerii, benedic Deo, qui juvat omnem hominem, nec invidet, Deo inquam, qui omni homini dat, & non exprobrat. In domo igitur, quod accepisti a Domino, infervi fratribus spiritualibus, prophetis, qui sciunt verba Domini; & enarra dona, quae accepisti in Ecclesia ad edificationem fratrum in Christo, ut sint bona, & abundantia, quae adjuvant homines Dei, si vere apud te sunt.

XII. Porro autem hoc pulchrum, & utile est, ut quis visitet orphanos & viduas, praecipue pauperes, habentes liberos multos: ante omnia autem domesticos fidei, qui sine dubio opus habent, & pulchri sunt, & speciosi servus Dei, sive vere sunt homines veritatis. Porro autem etiam hoc elegans est, & justum & pulchrum fratribus in Christo, ut visitent exagitat a spiritibus malis, & orant, & exorcizant super eos prudenter orationem acceptam coram Deo; non in verbis ornatis, & multis dispositis & preparatis, ut videantur hominibus eloquentia & felicitis memoriae, similes tibiae, quae dat sonum, aut cymbalo sonanti garrulitates eorum, & nihil juvant illos, super quos exorcizant, sed in verbis terribilibus loquuntur, & terrent homines verbis suis, & non faciunt in fide recta, secundum doctrinam Domini, qui dixit: Hoc genus non exit nisi in jejuniis, & oratione perseverante semper, & in mente attentae; sancte rogent & petant a Deo, in gaudio, & omni vigilantia, & castitate, sine odio & malitia. Sic appropinquemus ad fratrem, aut sororem aegrotantes, & visitemus eos: ut equum est, sine fraude, & sine amore pecuniae; sine tumultu, & sine garrulitate, & non in schemate peregrino pietatis; & sine superbia, sed in spiritu demisso, & humili Christi. In jejuniis igitur, & precibus exorcizant, non in verbis ornatis, & dispositis, & ordinatis doctrinae, sed sicut viri, qui acceperunt donum sanationis a Deo, gratis accepistis; gratis date, fidenter ad laudem Dei in jejuniis, & precibus, & vigilia vestra perseverante semper, cum factis aliis pulchris, mortificate opera, carnis in virtute spiritus sancti. Talis est templum spiritus sancti Dei. Hic eicit demonia, & Deus

Concilii Generalis, Tom. I.

illum adjuvat. Pulchrum enim est, ut quis adjuret aegrotantes. Dixit Dominus: demonia eicit cum sanationibus aliis multis, & gratis accepistis, gratis date. Talium est merces bona a Deo, qui serviunt fratribus suis donis a Domino datis. Hoc est pulchrum & utile servis Domini, ut faciant juxta praecipuum Domini, qui dixit: aegrotus fui, & visitastis me, & similia; & hoc pulchrum & equum rectumque est, ut visitemus vicinos propter Deum in omni schemate pulchro, & in conversatione veracunda, sicut dixit Apostolus: quis aegrotat, & ego non aegrotat? & quis offenditur, & ego non impingo? Et haec omnia propter amorem, quo quis amat proximum suum, dicta sunt; & in his sumus sine offendiculo, & non faciamus quicquam in acceptione peritorum, aut tanquam ad pudorem aliorum, sed diligamus pauperes ut servos Dei, & praeviamus eos visitantes. Hoc enim pulchrum coram Deo, & coram hominibus, ut sumus memores pauperum, & diligamus fratres, & peregrinos propter Deum, & propter eos qui credunt in Deum, sicut didicimus ex lege, & Prophetis, & Domino Jesu Christo de amore fraterno, & hospitalitate; quia hoc suave, & acceptum est vobis; propterea quod omnes vos estis doctores Dei. Nostis enim verba dicta de amore fratrum, & de amore hospitum, valide enim dicta sunt verba omnibus facientibus ea.

XIII. O fratres dilecti! quilibet edificet, & confirmet fratres in fide, quod unus sit Deus: hoc manifestum, & notum est: Rursus & hoc pulchrum, ne quis derideat proximum suum. Iterum autem decorum, & pulchrum est, ut, qui in timore Dei colunt cultum Domini, omnes Deum colentes colant; itaque oportet ut recordentur messis esse multam & operarios paucos; & hoc notum, & manifestum est, propterea petat a Domino messis, ut extrudat operarios in messem suam, tales operarios qui secant & proferunt acule sermonem veritatis, operarios non erubescerent, operarios fideles, operarios qui sunt lux mundi, operarios qui operantur non hunc cibum qui perit, sed cibum manentem in vitam aeternam, operarios qui sunt sicut Apostoli, operarios imitantes patrem & filium, & spiritum sanctum, qui solliciti sunt de salute hominum: non operarios mercenarios, non operarios, qui reputant timorem Dei, & justitiam ut negotiationem, non operarios, qui per benedictionem, & verba dulcia decipiunt corda simplicium, non operarios, qui similes sunt filiis lucis, cum non sint lux sed tenebrae, quorum finis est perditio, non operarios operantes iniquitatem, & nequitiam & fraudem, non operarios dolosos, non operarios ebriosos & infideles, non operarios, qui negotiantur in Christo, non deceptores nec avaros, nec inimicos. Propterea spectemus, & imitemur fideles illos, ut nos geramus decenter in Domino, sicut pulchrum, & equum est vocationis nostrae, & professioni nostrae. Sic serviemus, & placebitur coram Deo in rectitudine, & justitia sine macula, cogitantes bona, & pulchra coram Deo, etiam coram hominibus. Hoc enim pulchrum est, ut Deus glorificetur in nobis in omnibus Amen.

Explicit Epistola prima Clementis.

EJUSDEM  
C L E M E N T I S  
E P I S T O L A VII.

I. **V**olo autem scitis, fratres, ut, quomodo fuerunt conversationes nostrae in Christo cum omnibus fratribus nostris in locis, ad quas venimus, si haec vobis placent in timore Dei, etiam vos conversamini in Domino. Nos autem, Deo nos adjuvante, ita conversamur. Cum virginibus non habitamus, & inter illas nihil habemus negotii; & cum virginibus nec edimus nec bibimus, & ubi dormit virgo, non dormimus, nec lavant mulieres pedes nostros, nec unguunt nos, & prorsus ubi dormit virgo, quae viri non est, aut filia nubilus, non dormimus: etiam si sit in alio loco sola, non pernoctamus ibi.

Si autem accidit, ut opprimat nos tempus in loco, sive in agro, sive in arce, sive in villa, in quo loco nobis occurrunt, & reperiuntur fratres, intramus ad eum qui frater est, & eo convocamus omnes fratres, & loquimur cum illis verba exhortationis & honestatis, & qui inter nos sciunt loqui, loquuntur vigilantes, & cincti, & verba gravia, & reverenda, & sobria in timore Dei, & ut placeant Deo in omnibus, & ut excellent, & praeviant illos in operibus bonis, & sint in omnibus sine furo: sicut pulchrum, & iustum est populo Dei.

II. Sin autem contingat, nos longe abesse a domibus, & propinquis, & inclinent se dies, & obruat nos tempus vespere, & cogant nos fratres per *orandum* & *orandum*, ut maneamus apud ipsos, ita ut vigilemus cum ipsis, & ut audiant verba sancta Dei, & faciant, & alantur in verbis Domini, ut eorum sint memores: & offerant nobis panem & aquam, & quod preparavit Deus: & voluerimus, & submittamus nos pernoctare cum illis, si est ibi vir sanctus, ad ipsum ingredimur, & manemus, & ipse frater parabit, & ordinabit quicquid nobis est necessarium, & ipse ministrabit nobis, & ipse lavabit nobis pedes, & unget nos oleo, & ipse sternet nobis lectum, in fiducia Dei: & dormiemus. Haec enim omnia frater ille sanctus, qui est in loco illo, in quo manemus, faciet per semet ipsum, & ministrabit fratribus, & singuli fratrum, qui sunt in illo loco, ministrabunt cum illo omnem rem fratribus necessariam. Nobis autem mulier, quae est puella, aut quae habet maritum illo tempore, ne sit ibi, sive dives, sive filia nubilus, sive ancilla christiana vel ethnica; sed soli viri cum viris sint. Et si videamus, opus esse ut stemus & oremus propter mulieres, & loquamur verba exhortationis, & aedificationis, vocamus fratres & omnes sorores sanctas & virgines, & omnes mulieres, quae ibi sunt, in omni modestia & in figura decente, ut veniant ad oblectationem veram, & qui inter nos sciunt loqui, loquimur & exortamur illos sermonibus, quos Deus nobis dedit. Et tunc oramus & salutamus viri viros: uxores autem & virgines involvant manus in vestibus suis, nos etiam in vigilia, & in omni verecundia tollentes oculos sursum verecunde, & in omni figura decente involvemus manum nostram dextram vestro vestra, & tunc veniant & saluent

A dextram nostram involutam vestibus: tunc imus quo dabit nobis Dominus.

III. Porro si incurramus in locum, ubi non est frater sanctus, sed omnes sunt socii, & accipiunt illum fratrem qui venit ad eos; omnes, qui sunt ibi, ministrant ei & curent eum in omnibus solliciti, voluntate bona: ille autem frater, ut par est, & dicat iste frater sociis, qui sunt in illo loco: Nos sancti cum mulieribus nec edimus, nec bibimus, nec ministrant nobis mulieres, vel virgines, & mulieres non lavant nobis pedes, nec unguunt nos, & non conveniunt nobis mulieres, neque dormimus ubi dormiunt mulieres; ut sumus sine reprehensione in omnibus, ne quis in nobis offendatur aut impingat, & ministrantes haec sentia sumus sine offendiculo omni homini: sicut homines igitur scientes timorem Domini, persuadentur hominibus, Deo autem manifesti sumus.

IV. Si autem contingat, ut nos recipiamus in locum, ubi vir non est; sed omnes sunt mulieres, & virgines fideles, cogantque nos pernoctare in illo loco, vocamus omnes illas in unum locum ad latus dextrum, & rogamus eas, quomodo agant, tanquam aliquid ab illis discere velimus, & videntes mentem earum, loquimur cum illis, sicut decet, ut homines timentes Deum; & quando congregatae veniunt omnes, & videmus, quomodo in pace sunt, loquimur cum illis verba castitatis in timore Dei, legimus illis scripturam in verecundia, & in verbis adstrictis, & gravibus timoris Dei in omni gravitate, & mente stricta, tanquam ad aedificationem, & confirmationem earum facientes omnia, & cum illis, quae sociis, prout iustum est; loquimur in Domino. Si autem inclinet se dies, & tempus vespere ingruat, ut pernoctemus ibi, eligimus mulierem vestulam & modestam praeter alios omnibus, & dicimus ei; ut det nobis locum privatim, quo nec mulier veniat, nec virgo; & illa mulier vetula afferat nobis lucernam, & quicquid nobis est necessarium afferat nobis, utpote quae ex dilectione fratrum adducit quicquid est necessarium ad ministerium fratrum hospitem. Vetula autem illa est, quae in cogitationibus multis tempore multo perspecta est, si educavit liberos, si excepit hospites, si lavit pedes sanctorum. Et haec, cum venerit tempus somni, recedat, eatque domum in pace.

V. Si autem recipiamus nos in locum, & inveniamus ibi unicam mulierem fidelem solam, nec quisquam alius ibi sit, nisi illa sola, non stamus ibi, neque oramus ibi, neque legimus ibi scripturas, sed fugimus sicut coram facie serpentis, & tanquam coram laqueo peccati. Nequaquam autem mulierem fidelem spernimus, absit ut tale cogitemus de fratribus in Christo: sed quia sola est: timemus, ne quis imponat nobis *verbum* in verbis mendacii, corda enim hominum in malo posita sunt, & obfirmata, & ne demus occasionem illis, qui volunt, ut teneant occasionem post nos, & loquantur de nobis mali, ut nemini sumus offendiculo. Propterea appetamus occasionem eorum, qui querunt ut apprehendant post nos occasionem. Propterea cavemus, ut nemini sumus offensione, non Iudeo; non ethnico, nec ecclesiae Dei; nec petimus quicquam nobis solis utilitatis, sed id quod utile est multis ut serventur: neque enim nobis prodest, ut quis offendatur propter nos. Caveamus ergo solliciti omni tempore, ne impingamus in fratres,

trus, & diducimus eos mentis turbata per hoc, A  
ut sumus illis offendiculo. Si enim propter ci-  
bum tristitia afficitur frater, aut fruditur, aut  
infirmitur, aut scandalizatur, non ambulamus  
in amore Dei. Propter cibum tuum perdis eum;  
propter quem mortuus est Christus. Sic enim pec-  
cantes in fratres vestros, & colaphos impingentes  
conscientia eorum infirma, in Christum peccatis.  
Si enim propter cibum scandalizatur frater, di-  
camus nos fideles in aeternum carnem nos efuros,  
ne fratrem nostrum scandalizemus. Hæc autem  
omnia facit quicumque vere diligit Deum, qui  
vere portat crucem suam, & induit Christum,  
& diligit proximum suum, qui custodit ani-  
mam suam, ut nemo ipsi sit offendiculo, ne-  
que quisquam offendatur propter eum, & mo-  
riatur, propterea quod frequenter virgines, &  
habitat apud eas, quod non decet, in destru-  
tionem eorum qui vident, & audiunt malas con-  
versationes tales offensionis & periculi, & propi-  
nquas morti, quod non decet Christianum.  
Beatus autem homo, qui cavet, & metuit omnia  
propter castitatem.

VI. Si autem contingat, ut eamus in locum,  
ubi non est Christianus, & cogant nos ibi pau-  
cissimi dies, sumus sapientes, & simplices ut colum-  
bæ, & ne simus sicut stulti, sed sicut sapientes,  
in omni eruditione timoris Dei, ut laudetur  
Deus in omnibus per Dominum Jesum Chri-  
stum, per conversationes vestras castas, & san-  
ctas; si enim edimus, & si bibimus, & si quid  
aliud facimus, ut ad gloriam Dei facimus, ut  
omnes videntes nos agnoscant, nos esse semen  
benedictum, & sanctum, filios Dei viventis,  
in omnibus, in omnibus verbis, in reverentia,  
in verecundia, in reſtitutione, ut in nulla re  
gentes imitemur, neque fideles hominibus si-  
miles similes, sed in omnibus alieni sumus a  
malis, & ne projiciamus sanctum canibus, &  
margaritas porcis; sed in omni disciplina, & in  
omni scientia, & in omni timore Dei, & in  
omni instantia mentis glorificemus Deum. Non  
enim servimus ut ebræ gentes blasphemantes  
in deliciis suis, in verbis deceptionis propter  
impetatum suam. Propterea non psallimus gen-  
tibus, neque legimus illis scripturas, ne simus  
similes psallentibus, aut pulsantibus citharas,  
aut canentibus voce, aut ariolis, ut multi, qui  
in his versantur, & hæc faciunt, ut *satiatur  
buccella panis stultitia, & propter mixturam vi-  
ni pauci, cantes & psallentes psalmos Domini in  
terra peregrina gentium, & facientes quod non  
debet. Nolite ita facere, fratres, ora-  
mus vos, fratres, non ministrentur hæc inter  
vos, sed impedit eos, qui sic elegerunt sibi,  
& conversantur in fatuitate, & stultitia. Non  
necesse est, fratres, ut hæc sint. Rogamus au-  
tem vos, fratres, justitiæ nostræ, ut hæc ita  
sint apud nos in exemplum fidelium, qui cre-  
dituri sunt. Simus ex ovibus Christi, in om-  
ni justitia, & in omnibus conversationibus san-  
ctis, & rectis, conversantes in reſtitutione, &  
in sanctitate, ut decet fideles, & observantes  
honestos, & verecundos, & sanctos, glorifican-  
tes, & magnificantes, & sitis adornantes om-  
nes cooperantes. Vos enim estis gaudium no-  
strum, & corona nostra, & spes nostra & vita  
nostra, si statis in Domino, fidelesque, & recti  
vere sitis in omnibus in Domino. Amen.*

VII. Consideremus igitur, fratres, & videamus,  
quomodo conversati fuerint omnes Pa-  
tres justii toto tempore habitationis vitæ suæ:

A  
inquiramus & scrutemur a Lege ad Novum  
Testamentum. Et pulchrum enim hoc, & uti-  
le est, ut sciamus, quot homines, & qui pe-  
rierint per feminas, & quamnam, & quot femi-  
nas perierint per viros propter frequentationem,  
qua se invicem frequentarunt: porro etiam in-  
de ostendo quot & qui viri cum viris habita-  
verint omni tempore vitæ suæ, & usque ad fi-  
nem perſisterint erga se invicem in cultu casti-  
tatis sine macula!

VIII. Et hoc manifestum, & notum est, ta-  
lem fuisse *Josephum* fidelem, & prudentem, &  
sapientem, & justum, & pium in omnibus. Non-  
ne pulchritudinem hujus casti, & recti concupi-  
vit mulier? ut in concupiscentia, cum non se  
subiiceret, & inclinaret, & faceret libidinem,  
& voluntatem ejus, in omnem afflictionem, &  
in omnem cruciatum conſiceret virum justum,  
usque ad mortem in testimonio falso: Deus au-  
tem liberavit illum ex omnibus malis, quæ ve-  
nerant super eum per uxorem vilem. Videte,  
fratres, assiduitatem aspectus corporis *Ægyptiæ*  
illius, quomodo urserit virum justum: propte-  
rea ne sumus frequenter apud mulieres, & vir-  
gines; non enim hoc prodest illis, qui volunt  
videre lumbos suos in veritate. Oportet enim  
diligere sorores in omni sanctitate, & castitate,  
& omni contentione mentis, in timore Dei,  
non frequenter cum illis conversantes, nec af-  
fuescat pes noster esse apud eas omni hora.

IX. Non audivisti de *Sampſone* Naziræo, cum  
quo fuit spiritus Dei, viro forti? is vir *Nasi-  
ræus* fuit, & sanctus Dei, & fuit in fortitudi-  
ne, & robore; mulier illum perdidit per cor-  
pus vile, & per concupiscentiam malam. Non  
est sic ille; noris te, & noris mensuram  
tuam: uxor autem viri animas pretiosas venat;  
ideo non suademus omnino viro, ut se-  
deat apud uxorem viri, nedum ut quis habi-  
tet cum filia nubili, aut ut dormiat ubi dor-  
mit, aut ut sit frequens cum ea. Hoc enim  
detestabile: & reprobatum est timori Dei.

X. Nonne docet te illud *Davidis*, quem in-  
venit, Deus virum secundum cor suum, ho-  
minem fidelem, perfectum, sanctum, verum?  
Hic pulchritudinem mulieris vidit, dico autem  
*Bathsabæ*, videns purificantem, & lavantem se  
nudam. Hanc vidit vir sanctus, & vere captus  
est desiderio aspectus ejus. Videte igitur, quan-  
ta mala commiserit propter mulierem, & pec-  
cavit Vir ille justus, & præcepit occidi mari-  
tum ejus, idque in præliis. Videtis, quot do-  
los malos struxerit: & fecerit, & occidit propter  
concupiscentiam mulieris cæde, *David* qui  
*Christus Domini* vocatus est. Disce, o homo,  
si enim viri tales per mulieres perierunt, quan-  
nam tua justitia, aut quis tu inter sanctos, ut  
cum mulieribus, & virginibus converseris nocte  
dieque in dementia multa sine timore Dei?  
Non, fratres, non sic conversemur secundum  
ruinam eorum, sed sumus memores verbi dicen-  
tis de muliere: *manus ejus tendunt laqueos, &  
cor ejus parat retia, justus autem eripit se ab  
illa, & impius cadit in manus ejus.* Ideo caveamus,  
ne habitemus cum filia nubili nos sancti;  
non enim pulchræ, neque justæ sunt tales  
conversations servus Dei.

XI. Nonne legisti de *Amnone* & *Thamare*  
liberis *Davidis*? Ille *Amnon* sororum suam con-  
cupivit, & humiliavit, & non peperit illi, quia  
concupiverat illam concupiscentia abominanda,  
& fuit malus, & impius propter conſuetudinem  
cum



illa, quæ non erat in timore Dei, & fecit rem *abominabilem in Israele*. Propterea non oportet, & non decet, ut conversemur in risu, & relaxatione cum fororibus, sed cum omni castitate, & sanctitate, & in timore Domini.

XII. Non legisti de familia *Salomonis*, filii Davidis, cui dedit Deus sapientiam, & scientiam, & magnitudinem cordis, & divitias, & Gloriam multam præ omnibus hominibus? & hic per mulieres perit, & recessit a Domino.

XIII. Non legisti, & scis de *Proshytoris illis in diebus Susannæ*, qui, quoniam frequenter fuerunt cum mulieribus, & contemplati fuerunt pulchritudinem alienam, ceciderunt in profundum concupiscentiæ, & non inveniunt ut contingerent se in scientia castitatis, sed venditi sunt a mente mala, & surrexerunt contra Susannam beatam, ut corrumpere eam? Illa autem non perfecit desiderium eorum turpe, sed manifestavit Deo, & liberavit eam Deus e manibus senum impiorum. Nonne igitur oportet nos horrere, & timere ab illis, quia illi senes, Judices, & prosbyteri populi Dei, deciderunt ab honore suo propter feminam? Non enim recordati sunt dicti illius: *Noli contemplari pulchritudinem alienam, & pulchritudines mulierum multos perdididerunt. Et cum uxore viri ne fideas. Et iterum ejus qui dicit: num quis ponit ignem in sinum suum, & vestimenta non comburit? aut ambulat vir super ignem, & pedes ejus non adurunt? Scilicet quicumque intrat ad uxorem viri, non purus est a malo, neque evadat quisquis accedit ad eam. Et iterum dicit: Ne desideras pulchritudinem mulieris, ne captivum te ducat palpebris suis: neque contemplare virginem, ne peras in desiderio ejus, & cum muliere canente pulchre ne sis frequens. Et qui putat se stare, videat ne cadat.*

XIV. Videte quæ dixerunt etiam de Prophetis viri sancti, & de Apostolis Domini nostri. Videbitis nullum ex sanctis frequenter fuisse cum virginibus, aut cum uxoris virorum juvenulis, aut cum viduis quas *regit divinus Apostolus*. Intelligamus in timore Dei conversationem virorum sanctorum. Ecce reperimus quod scriptum est de *Mose & Aarone*, conversationes, & habitationes eorum fuisse cum viris, qui ad ipsos se converterunt. Ita enim *Jesus filius Num*; & mulier non fuit cum illis, sed ipsi soli sancte ministrarunt coram Deo, viri cum viris. Non hoc solum, sed docuerunt populum, ut quoties proficisceretur exercitus, omnis tribus seorsim proficisceretur, & mulieres cum mulieribus seorsim sequerentur post exercitum; viri autem seorsim in tribu sua. Et juxta mandatum Domini sic profecti sunt, tanquam populus sapiens, ne esset conturbatio ulla propter mulieres: quando proficisceretur exercitus eorum in schemate pulchro & ordinato, profecti sunt sine offendiculo. Sic enim *Scripturæ sacræ* testantur ad verbum: *Cum transirent filii Israelis mare Supb, laudarunt Moses & filii Israelis laude Domini, dicentes. Laudemus Dominum, quia laudandus est valde. Et posteaquam Moses cessavit a laude, tum Mariam soror Moysi, & Aaronis accepit cymbalum in manus suas, & exiverunt omnes mulieres post eam, & laudaverunt cum ea, mulieres cum mulieribus seorsim, & viri cum viris seorsim. Porro etiam *Elsam & Gebas & filios Propbetarum* pariter reperimus habitasse in timore Dei, & hospita non fuit eis. *Micheam & Prophetas* omnes pariter sic reperimus habitasse in timore Domini.*

XV. Et ne nimis longum faciamus sermonem nostrum, quid dictum est de Domino *Jesu Christo*? Ipse Dominus cum duodecim discipulis suis assiduus fuit quando venit in mundum. Nec hoc solum, verum etiam, cum eos mitteret, *binos binos* misit pariter, viros cum vtris: mulieres autem non missæ sunt cum illis; & neque in via, neque domi habitaverunt cum mulieribus, aut cum virginibus. Et sic placuerunt Deo in omnibus. Etiam ipse Dominus *Jesus Christus*, cum loqueretur cum illa muliere *Samaritide ad puteum seorsim, & discipuli venientes reperirent eam loquentem cum ea, mirati sunt, quod cum muliere staret, & loqueretur, Jesus. Nonne hic times est non dimovendus, & scopus, & exemplar omnibus familiaris hominum? Nec hoc solum, sed etiam postquam surrexit Dominus a mortuis, & veniret *Maria* ad sepulchrum currens, & cadens ad pedes Domini, & adorans eum, & quærens eum apprehendere, ipse dixit ei: *noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum*; Nonne igitur mirabile est de Domino, quod non permisit *Mariæ* mulieri beatæ, ut tangeret pedes ejus; tu autem habitas cum illis, & tibi ministrant mulieres, & virgines, & dormis, ubi illæ dormiunt, & lavant tibi pedes, & unguunt te mulieres? Væ tali menti, quæ non justa est! Væ tali menti, quæ est sine timore! Væ huic audaciæ, & stultitiæ, quæ est sine timore Dei! Nonne condemnas te? Non exploras te? non nosti te, & mensuram tuam? Hæc sunt fidelis, hæc recta, & justa. Hi sunt limites non distovendi illis, qui sincere conversantur in Domino. Mulieres autem multæ sanctæ ministrarunt sanctis e possessionibus suis sicut ministravit *Sulamitis Elisa*, sed cum eo non habitavit, & ipse propheta in domo seorsim habitavit; & cum mortuus esset filius ejus voluit se proicere ad pedes Prophetæ, & non permisit minister ejus, sed vetuit eam, & dixit *Elisa* puero: *dimitte illam, quia anima ejus amara est*. Ex his igitur oportet ut intelligamus habitationem eorum; Domino *Jesu Christo* ministrarunt mulieres e possessionibus suis, sed cum illo non habitaverunt; etiam *Apostolis*, etiam *Paulo*, reperimus ministrasse mulieres sed cum illis non habitaverunt: sed verecunde, & sancto, & sine macula conversati sunt coram Domino, & absoluerunt cursum suum, & acceperunt coronam suam a Domino Deo *Omnipotente*.*

XVI. Ideo rogamus vos, fratres in Domino, ut hæc servemus inter nos; & hæc cogitemus, ut nos in vobis unum simus, & vos sitis unum in nobis, & in omnibus omnes nos simus una anima, & cor unum in Domino. Quicumque novit Dominum, audit nos, & qui non est ex Deo, non audit nos. Qui vult servare sanctitatem in veritate, audit nos; & virgo, quæ in veritate vult servare virginitatem, audit nos, & quæ non servat virginitatem suam in veritate, non audit nos.

Deinceps valete in Domino, & gaudere in Domino omnes sancti. Pax & gaudium sit vobiscum a Deo Patre per *Jesum Christum* Dominum nostrum. Amen.

Explicit Epistola secunda Clementis discipuli Petri.

JOANNIS DOMINICI MANSI

I N

SUPERIORES EPISTOLAS

ANNOTATIO.

PRO gualis hinc Clementis, discipuli Apostolorum, nomina inscriptis litteris pugnat VVestlenius, & quidem non contemnendis argumentis. Principio offert testimonium S. Hieronymi contra Jovinianum Lib. I. cujus hæc sunt verba: *Hi sunt annuisti, quos castro non recipiunt, sed voluntas propter regnum Cælorum. Ad hoc & Clementi successit Apostoli Petri, cujus Paulus Apostolus meminit, scribit epistolam, omnemque peno sermone suum de virginitate puritate continet &c.* Ad id aliud argumentum ex S. Epiphano Har. XXX. quæ est Ebionitarum num. XV. ubi ait: hæreticos illos argui a Clemente epistolis encyclicis, quas legi ait in sanctis ecclesiis; in quibus epistolis doceri affirmat virginitatem, quam Ebioniti non recipiant: laudibus esse etiam Davidem, & Sampsonem, a quibus Ebioniti abhorrent. Utraque hæc sicut nupiam leguntur in decibus vulgaris epistolæ Clementis ad Corinthios; ita vicissim peripice in utraque hæc apparent. Demum in utraque hæc epistola nihil occurrit oppositum moribus ecclesiæ Christianæ prioris sæculi, quæ Clementis floruit.

Verum arduum mihi est admittere, & pro sinceris agnoscere epistolas tota plane antiquitate, & ad hoc usque sæculum ignotas. Neque enim facile concesserim Hieronymum sermonem de illis habere in fragmento a VVestleno producto, quod hoc argumento evinco. Hieronymus non negligit, laudatque ejus epistolam primam ad Corinthios; meminit & secundam, quam tamen non ab omnibus admitti affirmat. Profecto non fluisset & geminas alias si nosset. Quo ergo spectavit in testimonio illo, ex libro contra Jovinianum producto? Arbitror præ oculis habuisse epistolam ad Corinthios secundam, in qua forte de virginitate prolizior sermo habebatur; quamquam enim in modo non legitur, non est cur quisquam miretur, neque enim integra ad nos pervenit, ut eruditus omnibus exploratum est. Nihil moror S. Epiphanius testimonium, quæ tunc *legebantur in ecclesiis*. Profecto ex testimonio S. Hieronymi discimus nullas alias Clementis epistolas etate illa in ecclesiis legi consuevisse, nisi ad Corinthios geminas.

Quod vero ait VVestlenius, nihil in utraque hæc littera occurrere a moribus etatis illius abhorrens, usque adeo etiam non iudico, ex earum enim lectione deprehendisse mihi visus sum nescio quæ vestigia Monachatus, nempe cæcus hominum, qui morum sanctimoniam singularem elegerint, quod permaxime elucet illis verbis:

*Ad quod non docet fideliter, illis præcipio, qui elegerunt sanctitatem. Monachorum autem a consortio fidelium secessus, recentior est, quam ut cum etate Clementis componi possit.*

## CLEMENS PAPA

## EX DECRETO GRATIANI.

*Quando celebratur Missa, presbyterum laicum ingredi non præsumat.*

Sacerdotum, aliorumque Clericorum Ecclesiæ ferventium honores, a laicorum loco discrete apparere convenit. Quamobrem nulli laicorum liceat in eo loco, ubi sacerdotes & reliqui Clerici consistunt, (quod presbyterium nuncupatur) quando Missa celebratur consistere, ut libere ac honorifice possint sacra officia exercere.

De consecratione Sacerdotum aliorumque.

celebrari.

## DECRETA ALIA S. CLEMENTIS

*Ex vetustissimo Codice Lucensi annorum circiter mille ex Epistola B. Clementis ad Jacobum.*

I. Episcopus irreprehensibilis sit, non fideiussor, nec advocatus litium, nec aliis curis negotiorum mundanorum perplexus. Presbyter pudicus, carceres visitet, & peregrinos suscipiat, stateras æquales habeat.

II. Diaconi tamquam oculi, & aures Episcopi sint. Cathecumini instruantur.

*De Perceptione, cujus supra.*

III. Sacramentum cum omni timore Dei servetur a Presbyteris, Diaconibus, & Ministris.

IV. Communio in crastinum non servetur, sed cum timore Dei sumatur; ac Clericus nec celeriter cibos accipiat.

V. Vasa sacrarii, vel vela vetusta utantur, & in sacro fonte pulvis obruatur.

VI. De palla nullus mortuus obruatur, nec Diaconus imponat, vella, & pallas Subdiaconus in Sacrario lavet.

## ADMONITIO EDITORUM.

*Quæ hic subjicimus, statuta S. Petri cruxa sunt ex appendice ad opera S. Leonis, quam Ballerini fratres editioni a se adornata operum S. Leonis tomo III. pag. 674. ex ms. Cod. capituli Veronensis cruerunt. Quamquam vero nihil novi continent, cum fere omnia sint in epist. II. S. Clementis ad Jacobum; ne quid tamen desit in hac collectione præterita non duximus.*

*Præcepta S. Petri de SACRAMENTIS conservandis.*

CLEMENS JACOBO CARISSIMO.

Quoniam, sicut a beato Petro apostolo accepimus, omnium apostolorum patre, qui claves regni cælestis accepit, qualiter tenere debemus de Sacramentis, quæ geruntur in Sanctis, te ex ordine nos docet instruere. Tribus enim gradibus commissa sunt Sacramenta divinarum secretorum, id est presbytero, diacono, & ministro, qui cum timore & tremore clericorum reliquias Sacramentorum corporis Domini custodire debent, ne qua putredo in sacratio inveniat; ne cum negligenter agitur, portio

corporis Domini gravis inferatur injuria. Communio enim corporis Domini nostri Jesu Christi, si negligenter erogetur, & presbyter minora non curet admonere officia, gravi anathemate, & digna humiliationis plaga feriat. Certe tamen in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastina non referentur, sed cum timore & tremore clericorum diligentia consummantur. Qui autem residua corporis Domini, quæ in sacrario relicta sunt consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conveniant, ne putiant sanctæ portioni commisceri cibum, qui per aqualicos digestus in secessum funditur. Si ergo mane dominica portio editur, usque ad sextam jejulent ministri, qui eam consumperunt; & si

tertia









Clementis epistolam habebat. Et pacto quamdam pugna speciem, qua in Eusebii historia occurrit, dum Clementis epistolam loco mox laudato ab aliis repudiatam, & lib. 3. cap. 16. & 38. ab omnibus uno consensu receptam scribit, componi posse Coelesterius obferoat. Quamvis enim ab omnibus inter ecclesiasticas, non item ab omnibus inter sacras Scripturas est recepta, sed a plerisque e divinorum librorum canone rejecta fuit.

Nihil esse cur  
opus conser-  
tum addeat  
tum suspec-  
tum.

III. Non desunt, qui cum Clementis nostri sententias apud Clementem Alex. lib. 4. pag. 516. paucioribus perstrictas, & contra pag. 517. pluribus explicatas offendant, epistolam hanc non sinceram, sed aliis locis truncatam & aliis interpolatam ad nos pervenisse suspiciunt. Sed Clementis Romani Alexandrini interpolatorem esse non ambiget, qui verba addita ad infinitum ipsius Alexandrini, quo de Gnostici tractare sibi proposuerat, accommodata esse compererit. Qui autem Clementis nostri sententias nonnullis in locis interpolare sibi licere exstimaverit, in aliis eadem licentia ad eas contrahendas uti potuisse non dubitatur. Præterea Joban. Clericus artis critica par. 3. sect. 2. c. 5. n. 12. observat; ex duorum lacorum capitis 46. epistola nostra cum verbis Clementis Alexandrini cognatione nonnullos moveri, ut hæc duo loca ex Alexandrino adscita opinentur. Ipsius Alexandrini verba ad prædictum caput 46. referemus & expendemus.

Plures ejus  
editiones.  
Quam sequi-  
mur interpre-  
tationem.

IV. Præclaram hanc epistolam primus Patricius Junius latine conversam ac notis illustratam Oxonii anno 1633. edidit. Eandem cum insigni præfatione anno 1654. Helmestadii recudi curavit Joachimus Johannes Maderus. Misto & quam Bartonius anno 1647. ac subinde Godefredus Vendelinus & Johannes Fell Oxoniensis antistes aliique subinde in eam navarunt operam. Postmodum & Johannes-Baptista Coelesterius anno 1672. illam nova interpretatione novisque notis adornatam Parisiis in lucem emisit. Eam demum recensuit ac notarum spicilegium collegit Paulus Colomesius, cujus novissima editio Londini anno 1694. prodit. Coelesterii interpretationem, ut littera tenaciorem, verbis nonnullis identidem mutatis, retinendam duxi.

De tempore  
quo scripta  
est, opinio  
diverſe.

V. De tempore quo scripta est, nondum inter eruditos convenit. Ac licet prima illius verba de persecutione dicta esse plerique omnes consentiant, ea tamen alii de Neronis, alii de Domitiani persecutione interpretantur. Et hæc quidem alii ferventem, alii desinentem persecutionem desinente, proxime post apostolorum Petri & Pauli martyrium, hoc est anno Christi 68. vel etiam 65. exeunte scriptam esse contendit; alterum Godefridi Vendelini eadem anno Christi 95. fervente Domitiani persecutione illigantis; postrema Coelesterii atque Tillemontii, qui illam desinente ejusdem imperatoris persecutione circa annum Christi 97. scriptam arbitrantur. Quartam vir clarissimus Claudius Fleury to. 1. hist. eccl. pag. 248. excogitavit, quæ ad Grabii sententiam propius accedat. Nampe ad id tempus, quod Neronis interitum excepit, & Jerusalemitanum antecessit excidium, referri posse opinatur, & casus adversos, in epistola principio memoratos, de bello civili, quod Neronis mors excitavit, interpretatur.

Circa annum  
Christi 97.  
scripta proba-  
biliter dicitur.

VI. Obscurum non est, Clementem ibi de arumnis, quibus oppressa erat Romana ecclesia cum Corinthiorum epistolam accepit, sed a quibus respirabat cum hanc rescripsit, habere sermonem, adeoque Vendelini de persecutione fervente sententiam minime probandam esse. Neque minus certo ex eodem exordio conficitur, arumnas illas de Neronis persecutione interpretari non licere. Nihil enim erat, cur in litterarum tarditate Corinthiis excusanda hoc taceretur, Petrum videlicet, cuius erat ipsorum satisfacere questionibus, iis acceptis detentum, casum & e vivis fuisse sublatum. Deinde in toto epistolæ contextu illud innuitur, cum ipsum qui nunc rescribit, prius Corinthiorum scripta accepisse. Quocirca ad litteram intelligendi sunt tum Ireneus lib. 3. adv. hæres. c. 3. & apud Eusebium hist. eccl. lib. 5. cap. 6. tum Hegefippus apud eundem Eusebium lib. 4. c. 22. cum diffusionem, quam sedare nunc conatur Clemens, non sub Petro, sed sub Clemente ortam esse testantur. Præterea cum idem Ireneus; apostolicorum temporum tam vicinus, Clementem tertio loco ab Apostolis post Linum & Cletum, seu ut vocat Anacleum, Roma episcopatum sortitum esse scribat, reliquum est ut cum pluribus post Neronem annis Romana ecclesia administrationem suscepisse crediderit. Hanc autem ea in re falsum esse quis sibi persuadeat? Eidem suffragantur & plerique patres, qui Romanorum pontificum seriem texunt, atque ipsi veteres catalogi, in quibus Petro Linus, Lino Cletus, huic Clemens successisse legitur. Ipsa quoque Clementis verba num. 44. qui expenderit, ubi laudata Apostolorum providentia subdit, Qui igitur ab illis, aut DEINCEPS AB ALIIS viris eximiiis constituti sunt.... ac LONGO TEMPORE præclarum ab omnibus testimonium reportarunt, hos censeamus officio injuste dejici: hæc, inquam, qui expenderit, is persuasum habebit epistolam istam tunc temporis conscriptam esse, cum ab officio suo remoti fuissent presbyteri, qui non solum ab Apostolis, sed etiam ab aliis deinceps, hoc est ab eorum successoribus ordinati, munus suum longo tempore obierant. Standum igitur est sententia Eusebii, in cujus Chronico

nos cap. 15. pontificatus Clementis initia ad postremos Domitiani imperatoris annos referuntur. Unde nihil rationi magis consentaneum occurrit, quam ut Corinthiorum epistolam sortem Domitiani persecutione Romanam pervenisse, atque illis eadem persecutione defunctis a Clemente circa annum Christi 97. rescriptum esse credamus.

VII. Neque his adversatur illud num. 41. Non ubique, fratres, offeruntur sacrificia jugia, vel votiva, vel pro peccato & delicto, sed Jerosolymis tantum, licet Grabi-  
Jerosolymitanum templum fuisse et in minime possit.

bis hinc certo constare sibi dicat, templum Jerosolymitanum tum fuisse, atque excidium illius, quod in annum 70. incidit, necdum contigisse; alioqui non offeruntur in presenti, sed olim offerebantur fuisse dicendum. Verum non satis attendis vir eruditus sermonis usum, quo res praeiteritas veluti praesentes ob oculos ponere & per praesens tempus enuntiare narrandi licet. Quid enim in hac epistola sibi vult, Sacrificia non in omni loco; sed Jerosolymis tantum offeruntur, nisi illud, *En praescripto Legis sacrificia Jerosolymis tantum offeruntur?* Quod quidem praescriptum cum etiamnum in Lege maneat, ipsa Clementis verba etiam nobis offerre non inopie nunc liceret. Nempe Clemens comparatione ac more Judaeorum, quibus sacrificiorum leges a Moysse praescribuntur, Christianis auctor est, ut & ipsi statutum ab Apostolis oblationum & officiorum ordinem reverenter accipiant ac servent. Hoc autem, ut ipse v. c. Claud. Fleuri fatetur, in exponendis comparationibus usurvenit, ut res praeterita perinde, ac si praesentes adessent, ob oculos ponantur.

VIII. Frustra etiam Clementem proxime post Petri ac Pauli martyrium scripsisse ex eo colligitur, quod num. 4. Abelis Jacob, Moysis ac Davidis, qui per amulationem & invidiam multa passi sunt, praemissis exemplis; num. 5. initio subicit, Sed missis veteribus exemplis, veniamus ad proximos athletas, & aetatis nostrae generosa exempla summamus, ac deinde Petri & Pauli martyrium enarrat. Nemo enim non videt quam recte Clemens circa annum Christi 97. Petri ac Pauli martyrium, cum temporibus Davidis, Moysis, Jacob & Abelis comparatum, proximum ac vicinum aetatis nostrae dixerit. Immo neque proximimum ab eo dicitur diebus quibus scribit, sed aetati, (γενή) quam agit, seu in qua degit. Denum num. 47. ubi ad evangelica tempora animum refert, eaque cum illo confert quo scribit, Corinthiorum ecclesiam antiquam vocare, & primum eorum diffidum, de quo Paulus 1. Cor. 1. loquitur, ut in principio Evangelii ortum memorare, ipsamque Apostoli hujus epistolam, tametsi quatuordecim tantum annis excidium Jerosolym. praeserit, in principio Evangelii scriptata dicere non dubitat. Quod sane evidenti argumento est cum, cum ita scriberet, longius ab eodem principio recessisse; nec ab hinc recessisse longius videretur, si ut vult Grabi-  
Nec sequitur etiam, ut Petri & Pauli martyrium praesens exco- perat.

us, praedicta Pauli epistola hac Clementis novem duntaxat vel ad summum duodecim annis posterior foret.

IX. Ex venerando illo sacra antiquitatis monumento, quod summam primorum Christianorum simplicitatem sapit, duo in primis maximi momenti documenta fideles percipiunt.   
Duo circa diffinitiones documenta.

Primum enim ubi in primaria ecclesia, tot Spiritus-sancti donis ornata, ac maximis Apostolorum sudoribus exculta, spinas dissonorum exortas videns, minus jam mirantur, si inter Christianas societates, qua recte composita audiunt, hujusmodi scandala oboriri contigerit. Numquam nimirum quiescit antiquus zizaniorum seminator, & agrum Domini infau-  
num

stis seminibus sudare non cessat. Sed quamvis antiquum sit hoc malum, non ideo tamen minus legendum: sed nullum esse, cui remedium citius adhibendum sit, item ex hoc scripto, ut ex Pauli epistola, docemur. Nempe tenui discordiarum flamma, nisi quam primum exting-  
num

guatur, brevi ingens incendium concitari appime callebant.



# ΤΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ,

ΤΟΥ ΡΩΜΗΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ  
ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΠΡΩΤΗ

Εκ προσώπου τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας γραφείσα.

## SANCTI CLEMENTIS ROMANI EPISCOPI EPISTOLA AD CORINTHIOS PRIMA,

Ex persona Romanae ecclesiae scripta,

Ad sedandam seditionem, qua per unum aut alterum concitata, presbyteri ab Apostolis aliisque deinceps viris excimiis constituti, injuste ab officio dejecti fuerant.

(Ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ κατοικήσα (Ρώ-  
μῳ) τῆ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ πα (ροικίση Κέ-  
λυθον, κλητοῖς ἡγι) ασμῶσις ἐν θελήματι  
Θεοῦ, ὁμοῦ (τὸ κληθῆ ἡμ) ὡν Ἰησοῦ Χριστοῦ (Χάρις  
ὁ) μὴν κῆ εἰρήνη ἀπὸ παντο(κράτ)ρος Θεοῦ ὁμοῦ Ἰησοῦ  
Χριστοῦ πληθύνει, ἐφ' ὅ) μῶν \* ἰδίως, κῆ ἐπ' ἀλλήλους.

\* f. 116v ἡ  
ἐκκλησία.  
\* f. 116v  
\* f. 116v  
\* f. 116v

(Διὰ χάριτος) χάρις ἡμῖν συμφοράς κῆ (πνεύ)  
πύσης, ἀδελφοί, \* βράδειον \* (δύσο) ἰζομῶ  
ἐπιστολῶν πεποη (κῆ) αι, πει) τῶν ἐπιτημέ-  
ων (πα) ῥ ἡμῖν ἀπαγαμάτων, ἀγαπητοί, τῆς τε  
ἀλλοτρείας κῆ \* ἔξοις πῆς ἐκλεκτοῖς τῶ Θεοῦ.  
μιαρὰς κῆ ἀνοσίου εἰσεως, ὡς ὀλίγα ἀπο-  
σῶπα ἀποπετῆ κῆ αὐθάδη ὑπαρχοντι, εἰς  
τσοῦτον ἀπονοίας ἔξικασαν, ὡς τὸ σιμ-  
γόν κῆ περιβήτην, κῆ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξια-  
γάπητον ὄμα ἡμῶν, μεγάλως βλασφημη-  
θῆκαί. Τίς γάρ παρεπιδηήσας πρὸς ἡμᾶς,  
τῶν παρῆρτων κῆ βεβηχίαν ἡμῶν πῆσαν ἐκ ἔδο-  
κίμασεν; τίς τε σώφρανα κῆ ἐπιική ἐν Χρι-  
στῷ ἔδιδεσθαι ἐκ ἔθουμασεν; κῆ τὸ μεγαλοφρο-  
πίς τῆς φιλοξενίας ἡμῶν ἦδος ἐκ ἐκέρχεν; κῆ  
τῶν τελεῶν κῆ ἀσφαλῆ γῶσιν ἐκ ἐμακαρίσεν;  
ἀπορωπολήπτως γάρ παντι ἐποίητε, κῆ \*  
πῆς νόμοις τοῦ Θεοῦ ἐπορεύεθε, ἑποτασά-  
μῶροι τοῖς ἡγουμῆσις ἡμῶν, κῆ τιμῶν τῶν  
καθῆκουσαν ἀπομίμοντες τοῖς παρ ἡμῶν πρεσβυ-  
τέροις. γέεις τε μετεια κῆ σιμῶα νοῦν ἐπέβη-  
πετε. γυναιξίγυτε ἐν ἀνώμῳ κῆ σιμῆ κῆ ἀγνή  
σιμειδῆσαι ταῦτα ἐπιτελεῖν παρηγγελλετε, σερ-

\* Clem. Al  
ὅτι τὸ ἐπι-  
πῆ.

ECCLÉSIA Dei quae incolit Romam, CIRC. ANN.  
ecclesiae Dei quae incolit Corinthum, CHR. 97.  
vocatib sanctificatis in voluntate Dei per  
Dominum nostrum Jesum Christum, gra-  
tia vobis & pax ab omnipotente Deo per  
Jesum Christum in vobis singulis & erga vos  
invicem multiplicetur.

1. Propter calamitates & casus adversos Litteris Co-  
qui nobis \* acciderunt, fratres, tardius rinthiorum  
debimur convertisse animum re ad cas res, car tardius  
quae a vobis, dilecti, quaesitae sunt, & ad referent.  
impiam simul & detestandam atque ele-  
ctis Dei alienam & extraneam seditionem, quam pauci homines temerarii & contuma-  
ces tanta dementia inflammaverunt, ut ve-  
nerabile ac celebre & dignum quod ab om-  
nibus ametur nomen vestrum magnopere  
blasphemetur. Quis enim apud vos diver-  
satus, omni virtute plenam firmamque fi-  
dem vestram non probavit; modestam ac  
mitem in Christo pietatem non est admira-  
tus; magnificentiam qua hospites excipere  
soletis, non praedicavit, & perfectam ac  
certam cognitionem non judicavit beatam?  
Nam cuncta sine personarum acceptione fa-  
ciebatis, & in Dei legitimis ambulabatis.  
Subditi praepositis vestris, & honorem debi-  
tum senioribus vestris tribuentes, juvenibus  
eratis, mulieribusque denuntiabatis, ut in-  
culpata & honesta & casta conscientia pe-  
ragerent omnia, ac maritos suos conve-  
nienter diligentes, & in obedientiae regu-  
la

Clement. Alex-  
andri. lib. 4.  
Serm. pag.  
216. haec citat.  
Corinthiorum  
elegium.

1. Eam ob causam Irenaeus lib. 3. c. 3. ab ecclesia quae est Roma scriptam dicit, licet ceteri Clementem eius scriptorem fuisse sentiant. Maluit autem Clemens ecclesiae suae quam proprio eam nomine inscribere: vel quia cum praefatus nihil sine ecclesiae suae consilio agere soleret, ut Cyrilianus de se nominatum episc. 2. ad clerum suum memoravit his verbis: Solus scribere non potui: quando a primordio episcopatus mei haerentem, nihil sine consilio vestro & consensu plebis, mea privata sententia, gerere: vel etiam ne proprias partes tuas videretur, si ubi restitanda erat apud Corinthios ecclesiasticae virtus competens dignitas argueret, aut ipse solus, aut cum eo clerus sine plebe ecclesiam illam alloqueretur. Postulabat praeterea iusta ratio, ut si quidem prius Corinthii non ad Clementem unum, sed ad Romanos scriperant, Romanorum nomine Clemens, non proprio re-  
scriberet.  
2. Sciviente scilicet Domitiani persecutione, quae anno Christi 97. cepit. Quo tempore Romanam ecclesiam convocare, & Corinthiorum votis haec satis, minime liberum erat. Qui calamitates, quae Clemens extulit passus sit, hic commemorari putant, non attendunt eum Romanae ecclesiae nomine scribere, adeoque non privatas, sed sibi cum ecclesia Romana communes irummas enotare.  
3. Quae cum Clemente Alexandri. de vitis vitiorum legendum esse suadet similis phrasia sub finem num. 3. repetita. Ita & pastor Iou Hermas vis. 8. num. 3. ut reddat illi responsionem.... cum servaveris legitima Dei

CIRC. ANN. CHR. 97.

la constituta, res domesticas honeste ad-

1. Tim. 3. 5.

2. Omnes autem humili animo eratis, nullatenus superbiētes, magis subiecti quam subdientes, dantes potius quam accipientes, Dei viatico contenti, & sermonibus illius diligentē attendentes, dilatati eratis in visceribus, & passiones ejus prae oculis vestris erant. Sic pax alta & præclara dabatur omnibus, & insatiabile beneficiendi desiderium, ac plena Spiritus-sancti effusio super omnes erat. Referturque sanctæ voluntatis, bono atque alacri animo cum pia fiducia extendebatis manus vestras ad omnipotentem Deum; supplicantes illi ut propitiuss esset, si quid inviti peccassetis. Vobis per diem ac noctem sollicitudo erat pro universa fraternitate, ut cum misericordia & conscientia servaretur numerus electorum Dei. Sinceri & simplices eratis, atque injuriarum invicem acceptarum immemores. Omnis dissensio & omnis scissura vobis abominatiō erat. De proximorum delictis lugebatis; eorum defectus vestras judicabatis, omnis bona operationis non poenitebat vos, sed parati eratis ad omne opus bonum. Veneranda & virtutum omnium referta conversatione ornatī, cuncta in timore ejus peragebatis. Domini mandata in cordis vestri tabulis scripta erant.

1. Machab. 7. 37. Hebr. 4. 11.

Deut. 32. 15. Corinthiorum trillia statum oborta seditione. Esai. 3. 7.

3. Omnis gloria & distensio data est vobis, & impletum est illud Scripturæ: *Edis & bibis, & dilatatus est & incrassatus, & recalcitravit dilectus.* Hinc emulatio, discordia & seditio, persecutio & tumultus, bellum & captivitas. Ita insurrexerunt inhonorati contra honoratos, inglorii contra gloriosos, insipientes contra sapientes, juvenes adversus seniores. Idcirco procul absunt justitia & pax, dum unusquisque timorem Dei deserit, & in fide illius cæcutit, nec ambulat in institutis præceptorum ejus, neque vitam secundum id quod Christo dignum est moderatur; sed unusquisque secundum pravitas suas cupiditates incedit, invidiam iniquam & impiam refumendo, per quam & mors intravit in mundum.

Isai. 3. 24.

Invidia pravi effectus. Gen. 4. 3. 4.

4. Ita enim scriptum est: *Et factum est post dies, obtulit Cain de fructibus terræ sacrificium Deo: Abel quoque obtulit & ipse de primogenitis ovium & de adipibus earum. Et respexit Deus super Abel & super munera ejus: super Cain autem & super sacrificia ejus non advertit. Et contristatus est Cain valde, & concidit vultu suo. Et dixit Deus ad Cain, Quare tristis factus es & quare concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, non autem recte divides, peccasti? Quiesce: ad te converso ejus, & tu dominaberis ipsius. Et dixit Cain ad Abel fratrem suum. Transeamus in campum. Et factum est, dum essent in campo, surrexit Cain super Abel fratrem suum, & occidit eum. Videtis fratres quod emulatio & invidia fratricidium effecit Propter emula-*

1. Id. v. 7.

Gen. 17. 41. Gen. 37.

Αγαθὸς καὶ ἀποκρίτως τοῖς ἀνδράσι ἐαυτῶν ὡς τε τῆς κληρονομίας ἐπιμενοῦς, τὰ κατὰ τὸν οἶκον σπουδῆς οἰκουργεῖν ἐδιδάσκετε, πάντων σωφρονέσας.

Πάντες τε ἐπιταπεινωθέντες, μηδὲ ἀλαζονεῖς, ὑποτασσόμενοι μάλλον ἢ ὑπερτασσόμενοι, μάλλον δίδοντες ἢ λαμβάνοντες. τῆς ἐφοδίας τῷ Θεῷ ἀραιῆσαι, & ἀποστήγοντες τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐρευνησάμενοι ἥτε τῆς σπλάγγνης, καὶ τὰ καθήματα αὐτοῦ ἡμῶν ἀπὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Ὅπως ἐφιλίη βαθεῖα & λιπαρὰ εἶδοντες εἶσιν, & ἀκόρητος πόθος εἰς ἀγαθοποιῶν, καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίου ἐκχυσὶς ἐπὶ πάντας ἐγγίνετε. Μεταίτε ὅσας βουλὰς ἐν ἀγαθῇ προθυμίᾳ μετ' ἑσβῆς προσεδήσασθε ἐξετείνετε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς τὸν παντοκράτορα Θεὸν, ἰκετεύοντες αὐτῷ ἵλεως ᾗσθαι, ἐπεὶ ἀνοίτες ἡμάρτετε. Ἀγρῶν ἡμῶν ὑμῖν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ὑπὲρ πάντος τῆς ἀδελφότητος, εἰς τὸ σωθῆναι μετ' ἡμῶν καὶ σωτηρίας τῶν ἀειθρῶν τῶν ἐλεεινῶν αὐτῶν. εἰλικρινεῖς καὶ ἀκέραιοι ἥτε, καὶ ἀναμνηστικοὶ εἰς ἀλλήλους. Πᾶσα εἰσὶς, καὶ πᾶν χρίσμα βδελυκτὸν ὑμῖν ἐπὶ τοῖς παραπτώμασι τῆς πλησίον ἐπισημαίνετε. τὰ ὑπερήματα αὐτῶν ἴδω ἐκείναι ἀμεταμέλητοι ἥτε ἐπὶ πάσῃ ἀγαθοποιῶν, ἐπιμοῖ εἰς πᾶν ἔργον τε ἀγαθόν. Τῇ παρατηρῶ καὶ σεβασμῶ πολιτεῖα κέκοσμημένοι, πάντα ἐν τῷ φόβῳ αὐτῶ ἐπιτελεῖτε. Τὰ ἀποσώματα τῶ κενῆ ἐπὶ τῇ πλατῆ τῆς καρδίας ὑμῶν ἐγγράπτω.

Πᾶσα δόξα & πλατυσμός ἐδόθη ὑμῖν. καὶ ἐπιπελάσθη τὸ γεγραμμένον. Ἐφραζον καὶ ἐπιαν, καὶ ἐπλατυθή, καὶ ἐπα χυῖθη, καὶ ἀπεγαλάκτισεν ὁ ἡγαπημένος. Ἐκ τῆς ζῆλος, καὶ εἰς, καὶ εἰσὶς, διαγωγὸς καὶ ἀκαταστασία, πόλεμος καὶ αἰχμαλωσία. Ὅτως ἐπηρῆθησαν οἱ ἄτιμοι ἐπὶ τὸς εἰσίμους, οἱ ἀδοξοὶ ἐπὶ τὸς εὐδόξους, οἱ ἀφροὶ ἐπὶ τὸς φρονίμους, οἱ νοῖοι ἐπὶ τὸς ἀφροτέρους. Ἰδὲ τῶ πῶρον ἀπεινὴ ἢ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη, ὡς τῶ ἀπολείπειν ἕκαστον τὸν φόβον τῷ Θεῷ, καὶ ὡς τῆ πίστεως αὐτῶ ἀμβλωπήσασθαι, μηδὲ ὡς τῶ νομίμοις τῶν ἀποσώματων αὐτῶ ἀποβλεπῶν, μηδὲ πολιτεῖαν κατὰ τὸ καθήκον τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ ἕκαστον βαδίζων κατὰ τὸς ἐπιθυμίας αὐτῶ τὰς πομπὰς, ζῆλον ἀδικῶν καὶ ἀσεβῆ ἀνελεηρότητας, δι' ἣ καὶ θάνατος εἰσῆλθε εἰς τὸν κόσμον.

Γέγραπται γὰρ ὅτι: Καὶ ἐζήμετο μετ' ἡμερῶν, ἡμερῶν καὶ κῆν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν τῷ Θεῷ. καὶ Ἀβὲλ ἡμερῶν καὶ αὐτῶ ἀπὸ τῶν πρωτογενῶν τῶν προβάτων, καὶ ἀπὸ τῶν εἰσῶν αὐτῶν. Καὶ ἐπέδωκε ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἀβὲλ, καὶ ἐπὶ τῶς δώροις αὐτῶ. ἐπὶ δὲ καὶ ἐπὶ τῶς θυσίαις αὐτῶ ἀποστήγον. Καὶ ἐλυπήθη καὶ ἄγαν, καὶ σιωπῶν τῷ ἀποσώματι αὐτῶ. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς καὶ ἵνα τί πειλόνη ἐξῆς; καὶ ἵνα τί συνέπισον τὸ ἀποσώματός; ἢ ἕν ὅτι ὁρῶς ἀποσυνείργης, ὁρῶς δὲ μὴ διέλθης, ἡμάρτες; ἠτύχασον. Πρὸς σε ἡ ἀποστροφή αὐτῶ, καὶ σὺ ἀρῆεις αὐτῶ, καὶ εἶπεν καὶ πρὸς Ἀβὲλ τῶ ἀδελφῶν αὐτῶ, διδύμων εἰς τὸ πεδίον. Καὶ ἐζήμετο ἐν τῷ εἶναι αὐτῶς ἐν τῷ πεδίῳ, ἀνέστη καὶ ἐπὶ Ἀβὲλ τῶ ἀδελ-

1 Cajus scilicet viatico contentos eos proxime dixit. Ita, ut observavit Cotelerius, passiones Christi Clemens passiones Dei nuncupare non dubitat: quod Photium fugit; alioquin cod. 110. minime notasset id forte sonantibus in hac epistola reprehenturos esse, quod Clemens Christum appellans nequaquam sublimiores & convenientes Deo voces adhibuerit. Tatum obicitur sul. Iam ei excidisse, quæ divina illius naturæ advertuntur. Ex hoc autem loco sperat præteritur ac perimitur hæretis Nestorianus.



CIRC. ANN. CHR. 97.

Vocationis nostrae regula.

Poenitentiae gratia toti mundo oblata.

Noe poenitentiam praedicavit. Joan. 1.

Exod. 33. 11

Esa. 1. 18.

Esa. 1. 16. 17.

Statorum exempla imitanda

Clem. Alexandr. Strom. lib. 4. pag. 116. Symoniam famulatum perfringit. Gen. 3. 14. Exod. 1. 44. 16. Hec. 11. 7. Esa. 41. 8. Jac. 2. 23.

samur, & idem nobis certamen impositum est. Quocirca inanes & vanas curas relinquamus, & veniamus ad gloriosam & venerabilem vocationis nostrae regulam. Videamus quid bonum, quid gratum acceptumque sit coram eo qui fecit nos. Animum intendamus in sanguinem Christi, cernamusque quam pretiosus Deo sit ejus sanguis, qui propter nostram salutem effusus, toti mundo poenitentiae gratiam obtulit. Diligenter intueamur omnes generationes, discamusque quod in generatione & generatione poenitentiae locum Dominus dedit volentibus ad ipsum converti. Noe poenitentiam praedicavit; & qui obedierunt, servati sunt. Jonas Ninivitis excidium praedicavit: illi autem de peccatis suis ad poenitentiam, Deum precibus placarunt, & salutem consecuti sunt, licet alieni a Deo essent.

8. Ministri divinae gratiae per Spiritum sanctum de poenitentia sunt locuti: ipseque omnium Dominus de poenitentia locutus est cum juramento. Vivo enim ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris sicut poenitentiam: addens & pulcram sententiam: Respiciite domus Israel ab iniquitate vestra. Dic filijs populi mei, Si peccata vestra a terra usque ad caelum pertingant; & si sint rubriora cocco & nigriora sacco, ad me autem conversi fueritis ex toto corde, & dixeritis, Pater; exaudiam vos tamquam populum sanctum. Et in alio loco sic dicit: Lavamini, & mundi estote, auferite mala ex animabus vestris ab oculis meis, quiescite a malitiis vestris, discite bonum facere, querite iudicium, liberate oppressum, iudicate pupillo, & iustificate viduam; & venite, & disputemus, dicit: & si fuerint peccata vestra quasi rubiginium, sicut novam dealbabo; & si fuerint ut coccinum, sicut lanam dealbabo; & si volueritis ac audieritis me, bona terra comedetis: si autem nolueritis neque audieritis me, gladius devorabit vos: os enim Domini locutum est. Omnes itaque dilectos suos volens poenitentiae fieri participes, omnipotente sua voluntate firmavit.

9. Quare obediamus magnificae & gloriosae voluntati ejus; & supplices illius misericordiae ac benignitati procidamus; & convertamur ad miserationes ejus, relicto inani studio ac labore, & contentione scilicet, & quae ad mortem ducit, emulatione. Diligenter eos intueamur, qui magnificae ejus gloriae perfecte servierunt. Sumamus, Henochum, qui in obedientia iustus repertus translatus fuit, & non inventa est mors ejus. Noe fidelis inventus per ministerium suum: regenerationem mundo praedicavit, & per eum Dominus conseravit animalia, cum concordia in arcam ingressa.

10. Abraham amicus vocatus, inventus est fidelis quando dicitis Dei audiens fuit. Hic per obedientiam exiit de terra sua & Concil. General. Tom. I.

ἀγωνίζεσθε (ταί). Διὸ ἀπολείπομεν τὰς κενὰς καὶ (αὶ) ματαιὰς φροντίδας, καὶ ἔλθω (μεν) ἐπὶ τὴν δακλῆν ἑσπερὴν (τῆς ἐσπερῆς) σωσῆς ἡμῶν κανόνα. (Βλέπω) μὲν τί καλὸν, καὶ τί τερπνόν (καὶ ἄπο) σδεατῶν ἐνώπιον τοῦ ποι (ἵσαντ) ος ἡμᾶς. (Ἀτενίσ)ωμεν εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, (καὶ ἴδω) μεν ὡς ἐστὶν τίμιον τὸ θεῖον (αἷμα) αὐτοῦ, ὃ, τι δεῖ τὴν ἡμετέραν (σωτ) ἡμᾶς ἐκχυσθῆναι, παντὶ τῷ καὶ (σμφ) μετανοίας χάριν ὑπὸ κτήσκειν. (Ἀτενίσ)ωμεν εἰς τὰς γενεὰς πάσας (καὶ καὶ) ἀταμάθωμεν ὅτι ἐν ἡμεῖς (καὶ) ἡμεῖς μετανοίας τὸν ἔδω (καὶ) ὁ δεσπότης τῶν βαλομένων ἐπιστραφῆται ἐπ' αὐτῶν. Νόε ἐκέρχεν μετάνοιαν, καὶ ὑπακούσας ἐσώθησαν. Γεωργίου Νινιδίτης καταστροφῆν ἐκήρυξεν, οἱ δὲ μετανοήσαντες ἐπὶ τῶν ἀμαρτημάτων αὐτῶν, ἐξήλασαν τὸν θεὸν ἐκτελειώσαντες, καὶ ἔλαβον σωτηρίαν, καὶ πῦρ ἀλλότῃ τῷ θεῷ ἄντες.

Οἱ λειτουργοὶ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ δεῖν πνεύματος ἁγίου περὶ μετανοίας ἐλάλησαν, καὶ αὐτοὶ δὲ ὁ δεσπότης τῶν πάντων περὶ μετανοίας ἐλάλησεν μετ' ὄρκου. Ζῶ γὰρ ἐγώ, λέγει κύριος, ἰβυλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἀμαρτωλοῦ, ὡς πῶς μετανοίαν προσθεῖς καὶ γνώμην ἀγαθὴν. Μετάνοιας οἶκος Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς ἀνομίας ὑμῶν. Εἰ περὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ λαοῦ μου· εἰάν ὡσιν αἱ ἀμαρτίαι ὑμῶν ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸ ἄνω, καὶ εἰάν ὡσιν πῦρ ὅτι καὶ κόκκος, καὶ μελανώτεροι σάκκος, ἔπιστραφῆτε ἀπὸς με δεῖ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐσπῆτε, Πάτερ· ἐπακούσωμαι ὑμῶν ὡς ἡ λαὸν ἁγίον. Καὶ ἐν ἐπιρρῶ τῶν λέγει ἕως ἡμερῶν. Λύσασθε καὶ καθαρὰ ἡμεῖς, ἀφελῆσθε τὰς ποτηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἀπελῆντι τῶν ὀφθαλμῶν μου· παύσασθε ἀπὸ τῶν ποτηρίων ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικήμονες, κείνατε ὀφθαλμῶν, καὶ δικαιοῦσατε χεῖρα, καὶ δεῦτε, καὶ δεῖλεθώμεν, λέγει. Καὶ εἰάν ὡσιν αἱ ἀμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινίκων, ὡς χιόνα λευκῶν· εἰάν δὲ ὡσιν ὡς κοκκίον, ὡς ἔριον λευκῶν· καὶ εἰάν δεῖλετε καὶ εἰσακούσθητε με, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φαγῶσθε. εἰάν δὲ μὴ θέλητε, μὴ εἰσακούσθητε με, μαχαίρα ὑμῶν κατεδέται. τὸ γὰρ σῶμα κυρίου ἐλάλησε τοῦτου. Πάντως ἂν τοὺς ἀγαπητοὺς αὐτοῦ βελομένους μετανοίας μετασχῆναι, ἐσπῆξεν τὸ παντοκράτορικὸν βεληματι αὐτοῦ.

Διὸ ἐπακούσωμεν τῇ μεγαλοπρεπεῖ ἑσπερῆς βεληματι αὐτοῦ, καὶ ἐκείναι ἡμεῖς τῶ ἐλείς, καὶ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, προσποιώμεν καὶ ἐπιστρέψωμεν ἐπὶ τὰς οἰκτιρμῶς αὐτοῦ, ἀπελῆντες τὴν ματαιότητα ἡμῶν, πῶς τε ἐσιν, ἔ \* τὸ εἰς θάνατον \* ἄγον ζῆλος. Ἀτενίσωμεν εἰς τὰς τελεκεῖς λειτουργησαντας τῇ μεγαλοπρεπεῖ δόξῃ αὐτοῦ. Λάβωμεν Ἐnoch, ὃς ἐν ὑπακοῇ δικαίος εὐρεθεῖς μετεπέθη, καὶ ἔχ πῦρ ἐπὶ αὐτῷ θάνατος. Νόε τοῖς εὐρεθεῖς, δεῖ τῆς λειτουργίας αὐτοῦ παλιγγήμοσιαν κόσμου ἐκέρχεν, καὶ δέσσωσεν δι' αὐτοῦ ὁ δεσπότης τὴν εἰσελάθοντα ἐν ὁμοιοῦσι ζωῆς εἰς τὴν κιβωτῶν.

Ἀβραάμ ὁ φίλος ἀποστροφῆς τοῖς, τοῖς εὐρεθεῖς, ἐν τῷ αὐτῷ ὑπακούσῃ ἡμεῖς τοῖς ἡμεῖς τοῦ θεοῦ. ἕως δὲ ὑπακούσῃ ἡμεῖς ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκ

M

καὶ ἐκ

1 Elegantius quidem Coelestius hac ita verit: omnes mundi status, discimusque quod in singulis, statibus poenitentia, &c. sed istius vitium est litterarum graecam exprimere. 2 Postrema huius sententiae verba Clementis Alexandri. lib. 1. Pedag. c. 10. Ezechielis nomine sic citat: Dicit enim per Ezechielum: Si conversi fueritis ex toto corde, & dixeritis, Pater, audiam vos tamquam populum sanctum. 3 Qua scilicet per baptismum renascimur. Regenerationis egyptum symbolum fuisse arcam, qua Noe levatus est, etiam Petri 1. 20. notatur.



CIRC. ANN. CHR. 97.

habitatores ejus. Quando igitur contigerit vos eam capere, servate me & domum patris mei. Et dixerunt ei; Sic erit quemadmodum locuta es nobis. Cura igitur nos adesse cogoveris, congregabis omnes tuos sub tecto tuo, & servabuntur: quotquot enim inveniuntur extra domum peribunt. Et addiderunt, ut signum daret, nempe funiculum coccineum, appenderet de domo sua: manifestum facientes, quod per sanguinem Domini futura esset redemptio universis credentibus & sperantibus in Deum. Videte dilecti: non solum fides, sed & prophetia in muliere exstitit.

Rahab meretrix jam propheta.

Humilitas commendatur

1 Jo. 9. 23. 4. 1. Cor. 1. 31. & 2. Cor. 10. 17.

Luc. 6. 36.

1 Jo. 66. 3.

Seligis uxor daretur.

1 Jo. 16. 9.

1 Jo. 2. 21. sic. 1xx.

1 Jo. 16. 31. & c.

His habitandum qui pacem colunt non qui fingunt.

1 Jo. 29. 31.

1 Jo. 61. 5.

1 Jo. 77. 36.

13. Humiles itaque simus, fratres, deponeutes omnem arrogantiam & fastum & amentiam & iras, atque faciamus quod scriptum est: dicit enim Spiritus-sanctus, Non gloriatur sapiens in sapientia sua, neque fortis in fortitudine sua, neque dives in divitiis suis: sed qui gloriatur, in Domino gloriatur; querendo illum, & faciendo judicium ac justitiam: praecepit memores sermonum Domini Jesu quos locutus est docens mansuetudinem & longanimitatem; sic enim dixit; Estote misericordes, ut misericordiam consequamini; dimittite, ut dimittatur vobis; sicut facitis, ita fiet vobis; sicut datis, ita dabitur vobis; sicut judicatis, ita judicabimini; sicut indulgetis, ita indulgebatur vobis; qua mensura metimini, ea mensurabitur vobis. Hoc praecepto & his mandatis stabiliamus nos, ut in obedientia sanctorum eloquiorum ejus ambulemus, humiliter de nobis sentientes; ait enim sanctus sermo: Super quem respiciam, nisi super mansuetum & quietum, & trementem sermones meos?

14. Justum ergo ac pium est, viri fratres, Deo potius obedientes nos esse, quam sequi eos qui in superbia & seditione duces fuerunt abominanda aemulationis. Detrimentum enim non leve, immo vero grande periculum sustinebimus, si praecipitanter nos tradiderimus voluntatibus hominum, qui ad contentionem & seditiones collimant, ut nos ab eo quod recte habet abalienent. Benigni invicem simus, secundum misericordiam & dulcedinem illius qui fecit nos. Scriptum est enim: Benigni erunt habitatores terrae, & innocentes relinquuntur in ea: iniqui vero exterminebuntur ab illa. Et rursum dicit. Vultu impium superexaltatum & elevatum sicut cedros Libani: & transivit, & ecce non erat; & quaevis locum ejus, & non inveni. Custodi innocentiam, & vide aequitatem; quoniam sunt reliquiae homini pacifico.

15. Adhaereamus ergo iis qui cum pietate pacem colunt, & non iis qui cum simulatione pacem volunt. Dicit enim alicubi: Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe abest a me. Et iterum: Ore suo benedicebant, corde vero maledicebant. Rursumque ait: Dilixerunt eum ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cur autem ipsorum non erat restum cum eo, nec fideles habitati Concil. General. Tom. I.

Αληθειῶν, ὁ γὰρ φόβος καὶ (ἔθ)μος ὑμῶν ἐπέπισεν τοῖς καὶ (τω) κῆσιν αὐτῶν. Ὡς εἰάν ἐν γέ(νητι) λαβῆν αὐτῶν ὑμᾶς, ὁξασάτε με, καὶ τὸν οἶκον τῆ πατρὸς μου. Καὶ εἶπεν αὐτῇ· Ἔσαι ἕως, ὡς ἐλάλησας ἡμῖν. Ὡς εἰάν ἐν γένος παραγινόμενος ἡμᾶς, σιωπᾶται πάντας τὸς σὸς ὑπὸ τὸς ἔργος σου, καὶ ὁξασθήσονται· ὅσων γὰρ εἰάν εἰρεθῶσιν ἔξω τῆς οἰκίας, ἀπολῶνται. Καὶ προσέθεντο αὐτῇ δὲναι σημεῖον, ὅπως κρεμάσῃ ἐκ τῆ οἰκίας αὐτῆς κόκκινον· ἀποδῆλον ποιῶντες, ὅτι διὰ τῆ αἵματος τῆ κρείμ λυθῶσιν ἔσαι πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν καὶ ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν. Ὁρατε ἀγαπῆται, ὃ μόνον πίσις, ἀλλὰ ἀποφρονητῆ ἐν τῇ ζωαικῇ γέγονεν.

Ταπεινοφρονησῶν ἐν ἀδελφοί, ἀποφρονητῆ πᾶσαν ἀλαζονείαν, καὶ τυφόν, & ἀφροσύνην, καὶ ὄργην, καὶ ποιήσωμεν τὸ γεγραμμένον· λέγει γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Μὴ καυχᾶσθαι ὁ σοφός ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτῆ, μηδὲ ὁ ἰσχυρός ἐν τῇ ἰσχύι αὐτῆ, μηδὲ ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτῆ: ἀλλ' ὁ καυχόμενος, ἐν κρείμ καυχᾶσθαι, ἐκζητεῖν αὐτῆ, καὶ ποιῆν κρείμ καὶ δικαιοσύνην. (Ὡς) μάλιστα μεμνημένοι ἵδμεν ὅτι κρείμ Ἰησοῦ, ὡς ἐλάλησε διδάξ (καὶ) ἐπιεικῶν καὶ μακροθυμίαν. (Ὁς) τις γὰρ εἶπεν· Ἐλεύετε ἵνα ἐλεῆ(θῆ)τε, ἀφίετέ ἵνα ἀφεθῆ(ν) ἡμῖν. (ὡς) ποιῆτε ἐτω ποιηθήσεται ὑ(μῖν), ὡς διδοτε ἐτω δοθήσεται ὑ(μῖν), ὡς κρείμτε ἐτω κρείθήσεται (ὑμῖν), ὡς χρῆσθε ἐτω χρῆσθήσεται ὑμῖν. Ὡς μετῶμε (ἔειπε), ἐν αὐτῷ μετῶθήσεται ὑμῖν. (Ταύτη) ἡ ἐντελή καὶ τοῖς παραγγέλ(μασι) σημεῖωμεν ἑαυ(τοῖς) τὸ πορεύεσθαι ὑπερήκους (ἀεὶ) τοῖς ἀγιοσφροσῆτι λόγοις αὐ(τῶ) ταπεινοφροσῶντες. (φησὶ) γὰρ ὁ ἅγιος λόγος· Ἐπὶ τίνα (ἐπὶ) βλέψω ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶν καὶ (ἡσῶ) χροῖ καὶ ἔμενοι τῆ τῶ λόγια;

(Δι) κροῖον ἐν καὶ ὄσιοι, ἀνδρες ἀδελφοί, ὑπερήκους ἡμᾶς μάλλον χροῖεσθαι τῶ Θεῷ, ἢ τοῖς ἐν ἀλαζονείᾳ καὶ ἁκαταστάσι μωσῶν ἡμῶν ἀρχηγοῖς ὑπερηκροῖεσθαι. Βλέψω γὰρ ὃ τυχεσάν, μάλλον δὲ κινδυνον ὑποῖσθαι μετῶν, ἢ ἐν ὑπερηκροῖεσθαι ἐπιδῶμεν ἑαυτοῖς τοῖς ἐκζησῶν ἡμῶν ἀνθρώπων, οἱ τινες ὑπερηκροῖεσθαι ἐν καὶ σάσις, ἐν τῷ ἀπαλλοθῆσθαι ἡμᾶς τῶ καλῶς ἔχοντες. Χρῆσθωμεθα αὐτῶ κατὰ τῶ ἐσπλαγγίαν καὶ γλοκότητι τῶ ποιήσαντος ἡμᾶς. Γεγραπται γὰρ. Χρῆσθαι ἐσοῖται οἰκητορες γῆς, ἀκαχοὶ δὲ ὑπερηκροῖεσθαι ἐπ' αὐτῆς· οἱ δὲ παρσομῶντες ὑπερηκροῖεσθαι ἀπ' αὐτῆς. Καὶ πάλιν λέγει· Ἐβδον ἀσεβῆ ὑπερηκροῖεσθαι, & αἰρομένο: ὡς τῶ κείρετ τῶ ληξῶν. καὶ παρῆλθον, & ἴδω ἐκλή. καὶ ὑπερηκροῖεσθαι τῶ τοποῖ αὐτῶ, καὶ ἐκ εἶρον. Φύλασσε ἀκαχίαν, καὶ ἴδε ἐν ἐσθῆτι, ὅτι ἐσιν ἐρχατῶ δειμμα ἀσφροσῶ ἐβρωκῶ.

Τοῖνω κοληθῶμεν τοῖς μετ' ἀσεβείας ἐβρωκῶσιν, καὶ μετ' ὅς μετ' ὑποκροῖεσθαι βρωκῶσιν ἐβρωκῶ. λέγει γὰρ πᾶ. Ὁς ὡς ἡμῶ τῶς χροῖεσθαι μετ' ἡμῶ. Ἐν δὲ καρδία αὐτῶ πόρρω ἀφῆσιν ἀπ' ἡμῶ. Καὶ πάλιν. Τῶ σῶματι αὐτῶν εὐλόγῶν, τῆ δὲ καρδία κατηρώντο. Καὶ πάλιν λέγει· Ἠγάπησαν αὐτῶ τῶ σῶματι αὐτῶν, καὶ τῶ γλώσση αὐτῶν ἐφῆσθαι αὐτῶν, ἠδὲ καρδία αὐτῶν ἐκ εἶδεα μετ' αὐτῶ, ἠδὲ ἐπισῶθῶσαν

1 Cotelerius Justinum in dial. pag. 188. Irenaeum lib 4 c. 17. Origenem homil 3. & 6. in Iesum Nave 4. alioque plures recenset, qui eadem interpretatione sustentent. 2 Sic & Origenes, ut rursum Cotelerius annotavit, homil. 3. in Iesum Nave ad haec Rahab verba: Scio quia Dominus Deus vester tradidit vobis terram hanc, iudicet: Vides quomodo illa, quae aliquando erat meretrix & impia & immunda, nunc iam Spiritu sancto respicitur? & de praesentibus quidem conspicitur, de praesentibus vero creditur prophetarum autem & praesentibus de futuris. 3 Cotelerius monet in Niconis monachi Pandecte, quam bibliotheca regia cod. 1418. 2423. & 2424. asservat, haec ita curari, ut cum his simul nonnulla numeri sequentis & 46. necnon epistolarum 11. a. 3. connectantur. Clemens Alexandr. legit βαρῆκας hoc est regnum.



CIRC ANN. CIR. 97.

Gen. 18. 27. Job. 1. 1.

Job. 14. 9. Gen. 12. 2.

Moyſ. Nam 12. 7. Hebr. 3. 2.

Eccl. 9. 11.

Eccl. 4. 10.

David.

Psal. 10. 1.

amicus appellatus est. Hic autem intente respiciens ad gloriam Dei, humiliter ait, Ego autem sum terra & cinis. Adhuc autem & de Job ita scriptum est: Job erat veſtus & inculpatus, verax, colens Deum, abſtinens se ab omni malo. Sed ille se ipſe accuſans dicit, Nemo mundus a ſorde, nec ſi quis dicit ſibi vita ejus. Moyſes fidelis in tota domo ejus appellatus eſt, & Deo viſum eſt Iſraelitas a flagellis & contumeliis ſuis per ejus miniſterium liberare. Sed & ille magna gloria decoratus, grandia non eſt locutus, verum cum e rubo datum illi eſſet oraculum, dixit: Quis ſum ego, quod me mittis? Ego vero ſum gracili voce & tarda lingua. Et iterum dicit: Ego ſum vapor ex

18. Quid vero dicemus de David, qui & illuſtre teſtimonium reportavit ad quem dixit Deus: Inveni virum ſecundum cor meum David filium Jeſſe, oleo ſempiterno unxi eum? Atqui ille etiam dicit ad Deum: Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius laus me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me: quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum coram me eſt ſemper. Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci: ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum judicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexiſti, incerta & occulta ſcientia tua maniſeſtaſti: mibi Ad ſperges me hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper niveum dealbabor. Auſlire me facies exultationem & letitiam: exultabunt oſſa humiliata. Averte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum reſtium innova in viſceribus meis. Ne proſicias me a facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auſferas a me. Redde mihi letitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Docebo iniquas vias tuas, & impii ad te convertentur. Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis mee: exultabit lingua mea juſtitiam tuam. Domine os meum aperies, & labia mea annuntiant laudem tuam: quoniam ſi voluſſet ſacriſcium, dediſſem utique, holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicit.

Coriat. 6.

Distin. 32. c. præter 5. secundum sententiam.

1. Et presbyter. Vatic. 2. eo dicitur in Vatic. (a) Luc. abjovant. 3. deprehenduntur. Vatic. 4. delinquere; ut. Vatic. 5. sub obtentu. Vatic. 6. Alias & male. (b) Luc. reverentia. 7. En his autem, qui indiget ad suas necessitates. Vatic. 8. Et ipse. Vatic. 9. præceptum. Vatic. 10. scilicet. Vatic. (c) Luc. assamit. 11. aut si pelluntur. Vatic. 12. Al. non trinam mentionem unius mysterii baptismum celebrat. Paris. non in trinam. Vatic.

celebret, sed semel mergat in baptisma-  
te, quod dari videtur in domini morte,  
deponatur. Non enim dixit nobis Domi-  
nus, In morte mea baptizate: sed, *Eni-  
mes docete omnes gentes, baptizantes eos in no-  
mine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*.

Matth. 28.

NOTA SEVERINI BINII.

Origo cano-  
num.

Numerus, &  
auctoritas cano-  
num Apo-  
stolicorum.

Duplex  
obiectio tribu-  
itur.  
Hæc suppo-  
sita videtur  
vix eruditi,  
ut mox binium  
suo loco.

Junioris  
seu Rhaeto-  
mæ.  
Trullus

Canon 1.  
Ad consecra-  
tionem Epif-  
copi ordinari  
requiruntur  
ut minimum  
tres alii Epif-  
copi, ex Pon-  
tificis dispen-  
satione, duo  
abbates inta-  
lari duobus  
Episcopis sub-  
stituuntur.  
Hæc quoque  
supposita iis-  
dem videtur.

(*Canonis Apostolorum.*) Canones hos auctoritate Apo-  
stolorum conditos, eorumque traditione nobis tradi-  
tos, Clemens Romanus S. Petri discipulus Græce con-  
scripsit: Dionysius autem Romanus abbas, cognomen  
Exiguus, Græcarum litterarum peritissimus, tempore Ju-  
stini Imperatoris scripserit telebersimus, eisdem Latine,  
quam potuit accuratissime & fidelissime, transtulit.  
Horum 50. priores tantum, quorum ultimus est de  
finitio in baptisate merione, præter Apostolicam & or-  
thodoxam doctrinam, ab antiquis Pontificibus, concil-  
iis & Patribus approbatam, nihil continentes, velut au-  
thentici recipiuntur, cap. 3. dist. 24. & juxta vulgatum  
SS. Patrum regulam, quoniam auctor eorum alius igno-  
ratur, Apostolica traditione ad nos dimanasse, recte cre-  
duntur. Reliqui posteriores a Gelasio Pontifice canon-  
Sancta. dist. 15. inter apocrypha recensentur; tum quod  
eorum auctor ignoratur, tum etiam, quod ex illis quos-  
dam a Græcis dolose suppositos & superadditos, quos-  
dam ab hæreticis corruptos esse, ex canon. 65. & ulti-  
mo evidenter constat. Quia tamen ex his posterioribus  
fere omnes, præter prædictos duos, vel Romanorum  
Pontificum auctoritate, vel aliorum conciliorum Decretis,  
vel quorundam Patrum sententiis confirmati & ap-  
probati inveniuntur, ut ex nostris annotationibus hæc  
& marginalibus manifestum est, adeo ut non leviter nec  
temere dubitent, sintne illi hinc a Pontificibus, Con-  
ciliis, ac Patribus accepti, an potius ex ipsorum sen-  
tentia huc translati, jura meritoque hi omnes, præter  
prædictos duos, inter authenticos haberi possint, ac de-  
berent.

Qui numerum quinquagesimum authenticorum cano-  
num impugnant, eo quod S. Zephyrinus Pontifex pri-  
ma sua epistola, cujus fragmentum canon. 2. dist. 16.  
extrahit, 60. vel (ut alia quædam lectio habet) 70. sen-  
tentias ab Apostolis præceptas esse scribat, quodque 2.  
canone sexta Synodi universalis, 84. canones Apo-  
stolorum recepisse & approbati sint; Hoc scire oportet,  
prædictas 60. vel 70. sententias, quas Zephyrinus ab  
Apostolis præscriptas esse refert, omnes 50. canonibus  
sive capitulis Apostolorum contineri; sic, ut uno cano-  
ne plures sententia comprehendantur. Vide Turr. lib. 1.  
cap. 20. Sexta universalis synodus de numero horum  
canonum nihil definit; allegatus sub nomine sextæ sy-  
nodi canon. 2. est illegitimi conciliabuli potius quam  
concilii. Nam vera sexta synodus, ut patet actio. 4.  
& 5. concilii Nicæni II. nullos canones edidit. Centum  
autem & duo illi qui sub hujus nomine editi sunt, sexta  
jam absoluta, ab Episcopis post annos aliquot tempore  
quod dicitur Trullum, constituti sunt, & a Sergio  
Pontifice, qui tunc sedebat, reprobandi. Baron. anno  
Christi 102. num. 16. & seqq. Bellarm. lib. 2. de concil.  
cap. 7. Anton. Possevinus in apparatu sacro.

(*Episcopus*) Idem statuitur canon. 21. concilii Are-  
lat. I. & canone 4. concilii Nicæni, canone 5. concilii  
Arelat. II. canone 12. Carthag. II. Refert Epiphanius  
lib. 9. cap. 16. Theod. lib. 5. cap. 9. Grat. dist. 64. &  
seqq. Hoc idem est, quod S. Paulus 1. ad Timoth. cap.  
4. scribit his verbis: *Noli negligere gratiam qua est in-  
ta per impositionem manuum presbyterii.* Nam per pres-  
byterium SS. Patres, Chrysostrum, Theophylactum,  
Oecumenium, &c. intelligit trium, aut plurium episco-  
porum cœtum: in quo unus, metropolitanus nimirum  
ordinat: reliqui duo, aut plures ordinandi assistunt, si-  
mulque cum eo super caput ordinandi manus imponunt.  
Quod in S. Jacobi Apostoli, & Hierosolymitani episco-  
pi ordinatione, per Petrum, Paulum, & Joannem per-  
fecta, observatum esse, & deinceps in quorumvis alio-  
rum episcoporum consecratione observari debere, S. Ana-  
cletus epistola 2. recenset. Idem præcipitur concilio Ni-  
cæno I. canone 4. & concilii Carthag. IV. canone 3.  
Quod cœtus episcoporum presbyterium nominetur, ne  
mireris. Olim enim commune erat presbyterii nomen,  
tam sacerdotibus, quam episcopis, ut patet ex epistola  
Irenæi ad Viæorem, qua extat apud Eusebium, lib. 5.  
hist. cap. 35. Vide Baron. anno Christi 58. num. 3.  
& seqq. Et quamquam ordinariæ tres ut minimum episcopi  
ad novi episcopi ordinationem & consecrationem requi-  
rantur, tamen ob raritatem episcoporum, aliæque ju-  
stas causas, per summi Pontificis dispensationem sic,

ut cum uno episcopo ordinante, ad sint duo, aut plures  
abbates insulati, qui vicem episcoporum gerant. Bel-  
larm. de decet. lib. 4. cap. 8.

(*De quibus episcopus.*) Die dominico fiebant oblatio-  
nes in Ecclesia, quarum alie in altari consecrabantur, Communica-  
tione in sustentationem ministrorum Ecclesia in gazophy-  
lacio conservabantur. Panis & vinum a communicantibus,  
sive dominicum sumpturis, in Ecclesia offerrebat: sed  
priusquam per diaconum, cui id ex officio incumbere  
ad altare consecrationis gratia deferrentur, in gazophy-  
lacio recondebantur, donec inquisitione facta fuisset, sine  
hujusmodi oblationes, qua domino digne offerri pos-  
sent: quia non nisi catholicorum, & bonæ vitæ fide-  
lium oblationes recipiebantur. Huc facit, quod inquit  
S. Augustinus, serm. 215. de Tempore: *Oblationes, quæ  
in altari consecrantur, offerre, Episcopo debet homo ido-  
neus, si de aliena oblatione communicaverit.* Item illud  
Cypriani, lib. de Operibus, de de Eleemosyna ubi ait,  
*Leuplus & diaconus, & dominicum celebrare te fecerit,  
qua carbonem (gazophylactum, alias secretarium) equi  
dicitur locum in quem oblationes, antequam ad altare  
portarentur, sunt illarum. Possidonius in vita Augustini  
cap. 24. omnia non respicit? qua in dominicum sine  
sacerdote venit? qua pariem de sacerdotio, quod pauper  
oblati sumit?*

Reliquorum oblatorum, unde Ecclesia ministri aleban-  
tur, dispensator erat Episcopus, qui eas cuique Ec-  
clesiæ ministro, prout opus esse videbatur, erogabat.  
Sunebat quisque mensuram sortulam: unde etiam illi,  
qui hæc vicibus stipendia capiebant, Clerici sportulantes  
dicebantur. Cyprian. epistola 34. & 66. Baron. anno  
Christi 57. a. 72. & 145. item anno Christi 58. a. 70.  
Hinc illam antiquissimam consuetudinem offerendi ali-  
quid in Missa (de qua Pius I. in suis Decretis: & Fab.  
epistola 3. concil. huius cap. 7. & 8. Et Aurelian. 1.  
canon. 16. August. Cyprian prædictis locis. Hieron.  
epistola 3. ad Heliod. Tertull. in apolog.) originem  
sumpsisse est verisimile.

(*Uxoriam suam ne ejicias.*) Hoc canone non præci-  
pitur, ut conjugatus clericus uxori suæ maritali com-  
mercio cohæret, liberisque procreandis & generandis  
incumbat; sed potius ut si qui habent uxorem, iuxta  
præceptum Pauli, 1. Timoth. cap. 5. & exemplum S.  
Petri, 1. Corinth. 9. illarum curam habeant, ipsique  
de omnibus, que ad vitam honeste degendam requirun-  
tur, provideant. Hujus expositionis veritas elucet  
primum ex titulo, quem huic canonis Dionysius abbas  
præfixit. Secundo, ex epist. Clem. 2. qua Clementi a  
Petro præcipitur, ut tales ministri altaris ordinentur,  
qui ante sui ordinationem uxores suas reliquerunt; id  
est, ipsi continentibus, a carnali copula abstinerunt.  
Ira in vetusto exemplari Vaticanæ Bibliothecæ legi, scri-  
bit Turrian. lib. 1. cap. 1. pro canon. Apost. Tertio,  
S. Gregorius lib. 1. Ind. epist. 43. constituit non mo-  
do, ut non Episcopi, sed ne quidem Subdiaconi, ad sa-  
cros Ordines recipiant, nisi qui cum uxoriibus ante ha-  
bitis continentibus detraheant. Cum itaque eodem  
libro, epist. 38. Apostolica lege & constitutione hæc ci-  
tata, Episcopis præcipiat, ne uxores suas relinquunt;  
non aliter hunc canonem intelligi voluit, quam ut illi,  
qui ob susceptos sacros Ordines usu conjugii abstinent,  
uxorum suarum curam habere non desinant. Quarto,  
communis omnium fere patrum consensu ac testimonio,  
constat, quod si quis legitime conjugatus, uxore con-  
sentiente, episcopatum & ordines susceperit, is tam in  
orientali quam occidentali Ecclesiâ, vel muneris Episco-  
pali exercitio, vel uxoris suæ conjugali consuetudine  
abstinere debuerit. Vide Epiphani. in compend. Hier.  
contra Vigilantium, & epist. 50. ad Phamaechium, Ba-  
sil. epist. 17. Leonem epist. 82. cap. 4. ubi ne quidem  
Subdiaconi permittit uxoriibus uti. Quinto, Apostolica  
constitutione bigamis, etiam si calibus & continentibus sint,  
suscepto sacrorum ordinum majorum interdicitur, ut  
patet infra, canon. 17. & seqq. Quomodo igitur ordi-  
natis auctoritate Apostolica præcipitur, ut uxoriibus,  
quas habent legitimas, conjugali consuetudine & com-  
mercio cohærent, ipsique debitum continentibus licite  
reddant? Sexto, patres concilii Nicæni 1. omnes omni-  
no mulieres, præterquam matres, sorores, avias, aut  
amitas a contubernio clericorum prohibentes, quid aliud  
volunt, quam ut sacris Ordinibus Initiati, ab omni con-  
jugali commercio se continent? Patres concilii Carthag.  
II. Canone 2. ingenue protestantur id sanctos Apostolos  
docuisse, & in Ecclesiâ antiquitus ab omnibus observa-  
tum esse. Dico: canone 15. sexta Synodi statutum est,  
ut conjugati ad sacros Ordines allesti, uxores, quas ha-  
bebant, retinerent, nisi que certis tantum diebus exceptis,  
admitterentur. Respondet. Jam supra dixi, testimonio  
SS. Patrum eorum qui interfuere Concilio Nicæno II.  
quod habetur actio. 4. & 5. istius Concilii, constare,  
sextam Synodum universalem nullis canones edidit,  
evulgatos autem 102. sub hujus nomine canones, omnes  
spu-

Canon 1.4.  
Communica-  
turi panem &  
vinum in Ec-  
clesiâ offerre-  
bant.

Oblationes  
Episcopis dis-  
pensat

Canon 1.

Clerici or-  
dinati suæ u-  
xores alie  
non autem co-  
gnoscere de-  
bent.

Retellere  
quendam ob-  
iectio

Nota, quod quinquagesimus iste Canon respondet Græco quadragesimo nono, quia canonem Græcum tertium in duos Dio-  
nysius dispersit, quemadmodum & vicinum quartum, sed in unum contrahit Canones Græcos XXXVIII & XXXIX





copula intercessit: de qua in precedenti canone: altera interpretata, quando non varet, sed virtualiter, & ex interpretatione tantum, duplex matrimonium intercessit: nimirum: si vel duo matrimonia illicita quis simul contraxerit, vel unum licitum, alterum illicitum, aut si viduum, aut ab aliquo alio corruptam duxerit: de qua hoc canone, & seqq. Tertia est similitudinaria, qua, solemniter voto castitatem professus, irregularis fit, si uxorem etiam virginem ducere tentaverit, eamque cognoverit: de qua canone *Quoties*. 27. quast. 1.

Canon 21

*Qui duas uxores.* ) Hoc casu alterum matrimonium nullum est, siue fiat vivente coniuge, siue non: & nihilominus ob bigamiam irregularis esse decernitur. Multo magis igitur si bigamus erit & irregularis, qui prima uxore adhuc vivente, scienter secundas nuptias, quantumvis invalidas, contraxerit, & consummaverit.

Canon 19. An & quomodo clericus fidei iussor esse possit

*Clericus fidei iussor.* ) Clericus fidei iussor inferrens, id est, valde serviens, adeoque frequens in fidei iussione, pro laicis praesertim, puniri debet, ita Gloss. cap. 1. de fidei iuss. Si tamen ex pietate & rationabili causa pro illorum fidei iussione, tantum abest ut peccet, ut potius id meritorie agere possit. Panor. in d. cap. 1. Semper autem valet fidei iussio in foro fori, siue pro clerico, siue pro laico fidei iussor, ut ex cap. 2. & seq. eod. lib. colligit Panor. ibidem. Anton. Gom. 2. tom. varior. resolut. cap. 13. num. 11. &c. In foro autem conscientiae propter hunc canonem aliud decidendum est.

Canon 20. Cautur a I. conc. Nic.

*Eunuchus.* ) Quod involuntaria virilium membrorum praesidio nullam irregularitatem inducat, hoc canone statuitur: quod autem spontanea sui ipsius procurata castratione ipsum castratum irregulare efficiat, etiam si bono zelo pietatis agerit, seqq. canonibus decernitur. Idem Deuter. can. 23. cautum erat, ne scilicet eunuchus in Ecclesiam Dei intraret. Ob hanc causam Origenes spontaneam virilium excisionem permissam, & post per Alexandrum Hierosolymorum episcopum sacerdotio initiatus, & deperam suscepta ordinatione accusatur, & tandem a Demetrio Alexandrino episcopo damnatur.

Exempla & poene eunuchorum.

Eusebius lib. 6. hist. cap. 7. & 17. Baron. anno Christi 308. num. 1. & 2. item anno Christi 330. num. 1. & 2. De Leontio olim presbytero, postea episcopo Antiocheno Arianae factionis, hac Athanasius episcopa ad solit. Inter eos Leontius ille castratus, quem nec sublati quidem spe ad communionem admitti oportuit, eo quod seipsum abscedit, ut libere cum Eusebio dormiret, revera quidem muliere, quam ipse virginem predicaret. Socrates lib. 2. cap. 2. de eodem, habet ipsum eadem causa presbyterio privatum, & postea Arianum factum esse. *1. cum presbyter esset, dignitate, inquit, privatus est.* Plura exempla eunuchorum depositorum vide apud Baron. anno 330. n. 5.

Canon 24. Poena incontinentium clericorum quae.

*Fornicatorius etc.* ) Omnis episcopus, presbyter & diaconus continent esse debet, ut patet supra. Itaque ordinaria poena est incontinentium clericorum, ut ab ordinibus deponantur quidem, non autem excommunicentur, ne videlicet unum peccatum pluribus poenis puniatur: quamquam ad privationem ministerii quandoque pro gravitate criminis, vel etiam si peccatum non emendetur, excommunicatio addatur, ut patet canone 28. 29. 32. &c. Huc facit illud Leonis, epist. 92. ad Rusticum Narbonensem episcopum, ubi dicit: *In apostolica traditione descendit, quod scilicet per solam manus impositionem ad penitentiam recipiantur, aliter quam excommunicati.* Pulchre hoc idem Basilus in suis canonibus Apostolorum can. 23. hunc secutus, inquit, can. 2. *Diaconus qui postquam in eum gradum ascendit, fornicatus fuerit, gradu suo moveatur, in ordinem sament laicorum revertatur, Ecclesia non prohibeatur.* Deinde subiungit. *Est enim vetus canon, hunc proculdubio intelligens, ut qui de gradu suo decessi fuerint, eo solo supplicio multentur: cuius canones scriptores illud fecerunt credo, quod scriptum est Nahum cap. 1. Non vindicabit in iudicium.* Hoc idem inquit canone 31. fornicarium vel potius incestuosum Corinthium, qui uxorem patris sui habebat, a Paulo Apostolo 1. ad Corinth. 5. excommunicatum esse, eademque censura omnes alios fornicatores ex praescripto Apostoli plebendos ac puniendos esse, verum esse de laicis, non de clericis. Corinthius enim praedictus laicus fuit non clericus. Vide Turr. lib. 1. cap. 6. pro canonibus.

Ca 33. 24.

*Episcopi uniuscuiusque gentis.* ) Nicena synodus can. 6. & Ephesina illis actis quae post 7. can. adita sunt, hos Apostolorum canones sequuntur, statuantes ut singuli Episcopi suam primam & metropolitanam agnoscant, atque extra suam diocesam non agant: sed potius Episcopus Alexandriae, secundum canones (intelligit Apostolorum hosce 35. & 36.) Ecclesiam Aegypti, Episcopus Orientis orientales Ecclesias gubernat: ita Nicenum concilium. Ephesina enim synodus praedicta loco ait, praeter canones Apostolorum esse, quos Episcopus Antiochia Cyprum in provinciis ordinationes faciebat: ideoque ad instantiam Zenonis, Eusebii, & plurium aliorum Episcoporum Cypriorum SS. Synodus decrevit, ut secundum canones sanctorum Patrum (quos

A Paulo ante, apostolicos nominat) & secundum antiquam consuetudinem Episcopi Ecclesiarum Cyprum pro seipso ordinationes Episcoporum facerent. Fuisse autem tempore Apostolorum singulorum Episcoporum iurisdictionem terris limitibus circumscriptam, patet ad Tit. cap. 1. ubi Paulus praecipit Tito ut constituat Episcopos pro singulis civitatibus, ut sic singuli Episcopi singulas sibi commissas civitates regant & gubernent: ita Chryl. & Theophyl. in hunc locum. Unde quamquam ordinationes Episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus Episcopis, qui in eadem provincia fuerint, celebranda sunt, tamen sacerdotes reliqui a proprio Episcopo tantum ex praescripto Apostolorum ordinari debebant. Patet ex Epistola secunda Anacleti, ex concilio Antioch. can. 23. Gyrpian. &c. Vide Turr. lib. 1. cap. 9. & 13. pro canonibus Apostolorum.

Iurisdic-  
Episcoporum  
praeterquam  
Romanensis  
& Antiochianis  
circum-  
scripta est.

*Ubi in anti. fas Episcoporum Synodus.* ) Huc facit illud Anacleti in epistola prima, cum ait, *non fuerit summorum* (intelligit Episcoporum) *congregatio congregatio, qua pro singulis annis fieri solet ac debet*, iudicans non tantum recepta consuetudinis, sed etiam salutaris praecipit esse, ut Episcopi de rebus fidei & moribus Ecclesiae aliqui constituerent singulis annis conveniant. Hac de re Antiochena Synodus can. 20. *Recte habes quod in singulis provinciis bis quolibet anno concilia habeantur.* Item Nicenum 1. *Visum est bene habere, ut per unamquamque provinciam singulis annis concilia celebrarentur.* Quibus verbis patres huius Synodi aperte significant, se nihil novi hac de re constituisse: dicunt enim, *Regle habet, visum est bene habere*; sed potius quod iam prius auctoritate Apostolica statutum, & consuetudine communi, eaque utilissima receptum erat confirmare. Tertullianus Nicena & Antiochena Synodo antiquior, in eod. lib. de jejuniis contra Psephicos: *Aguntur, inquit, praecipua per Graecias illas certis in locis concilia, quae universae Ecclesiae, per qua & aliora quoque in communis tractantur, & ipsa representatio nominis Christiani magnam venerationem celebratur.* Haec sane non aliunde quam ex consuetudine & traditione Apostolica didicisse probabile est. Vide Turr. lib. 1. cap. 10.

Canon 28. Concilia bis in anno celebranda.

*Omnium rerum ecclesiasticarum curam.* ) Quod hic Apostolis auctoribus pie ac utiliter est constitutum, id Antiochenum concilium can. 24. bene ac recte antiquo Apostolorum canone constitutum esse confirmat. *Bene habet, ait, oportere bona Ecclesiae eidem Ecclesiae servari.* Unde Paschalis secundus citans hunc canonem, sic inter sua decreta ait: *Canone Apostolorum statutum est, ut omnium rerum ecclesiasticarum curam habeat Episcopus, & eas velut Deo contemplantis dispensat.* Haec pertinet etiam id, quod sanctum est can. 7. concilii Gangr. *Citatus est hic, canone 12. Niceni II. Turr. c. 14. lib. 1. pro canon. Apostolorum.*

Canon 29. Episcopos bonorum ecclesiarum dispensatores.

*Manifesta sint.* ) Hoc antiquis canonibus vetitum esse, testantur Patres concilii Chalced. canone 22. Itaque cum nullus alius quam Apostolicus canon id statuisse invenitur, pro antiquos canones unum ex his intellegendis conicere licet. Turr. lib. 1. cap. 14. pro canonibus.

Canon 40

*Haereticorum baptisma.* ) Haereticorum baptisma, non eadem forma qua conferitur ab Ecclesia collatum, nullum est, adeoque rejiciendum. Hoc modo baptizantur illi qui Apostolorum tempore can. 47. & 50. in tribus personis, seu in nomine trium principum expertum, aut trium filiorum, vel trium paraclitorum, vel in morte domini baptizabant, quique, ut gloriosissima Trinitatis confessionem destruerent, catholici baptismi formam aliquid vel addebant, vel subtrahabant. Ita baptizantur Gnostici teste Ireneo lib. 1. c. 18. In nomine Ignatii patris omnium, & in Veritate matris omnium, & in nomine descendens Jesu ad unitonem, & redemptionem, & communionem virtutum. Hoc modo 3. forma baptismi corrupta, Paschianis baptizantur, ideoque ab his baptizati, venientes ad Ecclesiam catholicam iterum baptizari praecipiantur can. 19. concilii Niceni. Niceph. lib. 10. hist. cap. 35. refert, quemdam Episcopum Arianum nomine Deutrum, baptizasse in nomine Patris, per Filium, in Spiritu sancto, & addit miraculose accidisse, ut aqua qua ad baptismum parata erat, repente in dejectionem Arianae haeresis, quam illa praedictis verbis profiteri intendebat, dispernerit. Tempore Apostolorum, forma baptismi mutasse & corrumpisse Cerinthum ex eo colligit Baron. anno Christi 167. num. 2. quod Christi divinitatem negaverit, atque ut docet Irenaeus lib. 1. cap. 25. Christum a seculo seculum. Ita intelligendum est, quod in vita praescripta in Romano pontifici. *Hic constituitur baptismum venientem ex Judaeorum excepti iussu & baptizati.* Suarez tom. 3. lib. 21. c. 83. p. 200.

Canon 41. Formam baptismi a Christianis institutam essentiales mutantes, nullum baptismum continent.

*Quo vero habet baptismum.* ) Evidenti ad haereticos ministerium fit, modo in forma illius cum Ecclesia consentiant, valet baptismus, idque nequam reiterandum est. Haec sententiam Stephanus 2. contra Gyrpianum, multosque alios Africanos, sola Apostolicae (ut inquit Eusebius) traditione fretus de sententia suo vero iura formam ab Ecclesia praeteritam per experientiam S. Trinitatis invocationem non tantum baptizati, si ad Ecclesiam veniant, baptismus catholicus baptizandi sunt.

Canon 46. Baptismus ab haeretico collatus valet, adeoque iterandum non est, modo legitime forma servata fuerit.

63

suat. Marcon hærarcha, non tantum anabaptismum hic damnatur...

Canon 48. Quas forma baptisma confertur...

Præcipitur ut baptizantes sub forma a Christo præscripta, per expressam videlicet...

Canon 49.

Non ulla unius mysteriorum baptismata. In hoc canone directe damnatur error eorum qui baptizabant in nomine Christi...

Quamvis ablationem essentiam baptismi suble...

In hoc canone directe damnatur error eorum qui baptizabant in nomine Christi mortui pro nobis...

Eunomius trinitatem in trina merione consuetudine vulgari receptus fuerit...

Ex auctoribus supra commemoratis nihil aliud probatur, quam quod illo tempore ritus baptizandi per trinitatem...

Canon 50. A quibus hæreticis cum esset carnalis prohibita...

Impius Saturninus, etique gregales primi a matrimonio, & a propagatione...

Canon 51. Hæretici Novatianum qui fuerit, unde utrat...

Hic canon ab Origene lib. 3. contra Celsum citatus, Stoicorum philosophorum errorem...

lapses ad penitentiam recipiendos non esse, damnat. Huc ex Cyprina. epist. 55. Baron. anno Christi 254. num. 104. & seqq.

Canon 57.

Canon 57. citatur a Justiniano, constitutione 6. ad Epiphanium Archiepiscopum Constantinopolitanum...

Canon 59. Libri hæreticorum prohibiti

Hujus nominis Apostolicarum, cap. 7. ubi dicitur, ubi dicitur Apostolos prohibuisse in libro fidelibus libros gentium...

Canon 60.

Quia irregularis est. Vide de qua dixi supra in notis ad canon. 16. verbo, Con-

Canon 61.

Vide que diximus in notis ad concil. III. Hierosolymitanum supra.

Canon 65.

Hunc canonem supposititium esse, Baron. anno Christi 102. num. 15. probat hæc rationibus. Primo, quod a nullo sanctorum Patrum, & nequidem ab Epiphatio, in comp. doctrine, ubi solum dominicus dies a jejunio quadragesimæ excipitur...

Hic canon supposititius est.

De jejunio sabbati non fuisse canonem Apostolicum, ut recte Baron. & Bellarm. sentiant, sed diversas tamen & contrarias fuisse consuetudines orientalis & occidentalis Ecclesiæ.

Ex diversis consuetudinibus & causis sabbato occidentales jejunant, orientales autem a jejunio abdicant.

De jejunio sabbati non fuisse canonem Apostolicum, ut recte Baron. & Bellarm. sentiant, sed diversas tamen & contrarias fuisse consuetudines orientalis & occidentalis Ecclesiæ.

Orientalis cur sabbato non jejunarent?

Occidentales in Ecclesiis cur sabbato jejunant?

Cur autem die dominico neque orientalis neque occidentalis Ecclesiæ jejunat? Ut hæreticos Christi resurrectionem negantes, ideoque diem dominicum in lætu, morore, ac jejunio transigentes, tellis & armis quasi lidem reortia, vivat ac superet.

Cur autem die dominico non jejunet?

Quadragesimale jejunium, quod ante Pascha 40. vel fere 40. diebus semper huc usque celebratum est, ab Apostolis Dominici institutum est, atque universæ Ecclesiæ, sub pena excommunicationis, aut depositionis, observari mandatum est.

Canon 68. Anni jejunio

jejunium. 3. Leo sermon. de Quadragesima: *Quod oratio, dicitur, in omni tempore commemoramus consueti facere Christianum, et tunc solentius et devotius est observandum, ut Apostolica institutio 40. dierum jejunium implatur.* Vide Bellarm. de bonis operibus in particulari, cap. 54. Baron. anno Christi 57. num. 191. & seq.

Modus observandi hoc quadragesimalis jejunium non omnium unum & idem erat: alii enim uno die, alii tribus, alii sex diebus ab omni cibo abstinere, ut patet ex testimonio Irenaei, quod est apud Eusebium lib. 3. historiar. cap. 24. Philonis in libro de vita theoriae suppl. Epiphani in compendiaris doct. Hieron. in epistola ad Marcellinum, August. epistola 112. cap. 4. Sicut Priores saeculis aliquos jejunatum fuit, quatuor dominicis exceptis, per dies 36. Quibus, ut completeretur numerus quadragesimarum, quatuor dies Ecclesia addidit, & ubique recepti. Consuetudini jejunii quadragesimalis una est, ut Christum qui est caput nostrum quadragesima diebus jejunantem, nostri carnis patientem, nos etiam quantum possumus quadragesima diebus jejunando, corpus nostrum assidue, imitemur. Ignatius epistola ad Philipp. Basil. orat. 1. de jejunio, Gregor. Nazianz. orat. in finitum lavacrum, Hieronym. in cap. 58. Isaiae, &c. Altera est ut Christiani omnes pro negligentis toto anno commissis, quasi communem & publicam penitentiam agant. Ita Leo sermon 4. de quadrages. Tertia est ut ad sacram communionem ab omnibus in Parochia sumendam, preparantur. Chrysostr. homil. 1. in Genes. Hieronym. in cap. 3. Joas. Plura haec de re apud Bellar. & Baron. praedictis locis.

¶ *Vel quantum dicitur vel persequitur.* Sub eodem consuetudo, qua jejunium quadragesimalis, praecipitur observari jejunium feris quarta & sexta, idque ad commemorandum Christum Dominum feria quarta venditum, & sexta feria crucifixum. Apostolicae auctoritate hoc nobis tradita ac demandata esse inde probatur, quod S. Ignatius epist. 2. ad Philipp. Tertull. lib. de jejunio, Clemens Alexand. lib. 7. Strom. ultra medium, Origenes homil. 10. in Levit. Epiphani. in compend. doct. Hieronym. in cap. 4. ad Galatas, August. in epistola 86. ad Casulanus, &c. hujus jejunii vel antiquitas instituti meminerunt. Cum igitur secundum regulam S. August. in epist. 112. ad Januar. & lib. 4. de baptismo cap. 24. illa omnia sine dubio ex Apostolica traditione descendat, qua in universa Ecclesia observantur, & in nullo Ecclesiae concilio instituta inveniuntur; certum est, jejunia quadragesimalis, quarta & sexta feris ab Apostolis instituta esse. Nam horum sit mentio apud auctores qui omnia concilia, exceptis Apostolicis, praesertunt.

Jejunium feris quarta & sexta, cur & a quibus institutum sit?

Extra quadragesimam feris sexta & quarta, nunc sabbato (jejunium enim feris quarta in laetis Ecclesia nunc translata est in sabbatum) jejunantes, ex lege & praecipio a carnibus, ex arbitrio & beneplacito a prandio abstinere. Vide Baron. anno Christi 57. n. 199. & seqq. Bellarm. de bonis operibus in princ. lib. 2. cap. 17.

Canon 71. & 72. *In Ceram vel oleum, &c.* Hi duo canones citantur ab Anacleto epistola prima, & explicantur a Turriano lib. 1. pro canonibus cap. 22.

Canon 73. & 74. *In testimonium adversus Episcopum.* Citatur ab Anacleto epist. prima, & ab Alexandri epist. 1. & Damas. epist. 3. Constantini Imperatoris factorum dicitur hoc confirmantur, qui libellos haereticorum adversus Episcopos & presbyteros sibi oblatos combussit, testatur Sozom. lib. 1. cap. 16. & ad Episcopos committitur, hac

Episcopi ac presbyteri & facularium iudicium potestatem exempli.

que exiit apud Rufinum lib. 2. cap. 2. dicit. *Dei vni constanti sacerdoti, & potestatem dedit de nobis quae iudicando, & adeo nos a vobis recte iudicamus: vos autem non potestis ab hominibus iudicari: propter quod Dei solius inter vos expectatio iudicium, & vestra sumptio, quaeque sunt, ad illud divinum examen referentur. Vos autem nobis a Deo dati estis Dei, & cooperatorum non est ut homo iudicet Deum: sed ille solus, de quo scriptum est: Deus fuit in medio Danum, in medio autem Deos discernit.* Theodoretus lib. 2. cap. 11. ad dicit Constantinum iurjurando adiecto dicit, se ne verbum quidem inscriptum peragisse: *Nam sacerdotem, inquit, vitiis non sine populo oportenda, ne ille inde causa offendenti correpta licenter peccare aggredietur. Quis etiam cum hoc quoque adijisset memorant: si fuit ecclesiae Episcopum aliam vni supra infero forte videtur, factus illud nefandum suo paludamento se obtulerum, ne factum esset, nos qui id ipsum committimus, vlla re parte laederet.* Baron. anno Christi 315. num. 42. & vide quae scribit anno Christi 312. num. 30.

¶ *Non oportet Episcopum.* Citatur a Concilio Antiocheno can. 25. Sicut enim hic vetatur Episcopo successorem eligere, ita eidem ibi praecipitur, ut non constituitur Episcopus, nisi post mortem praedecessoris, idque in conventu Episcoporum, secundum legem Ecclesiae consuetudinis. Turr. lib. 1. pro canon. cap. 14.

¶ *Si quis demonem habet.* Hae Apostolica constitutio posterioribus temporibus, crescente numero fidelium, qui sine his incommodis possent ad hoc munus assumi, amplius restricta est. Arrepti enim qui a demone vexantur nunc per canonem Maritum, distincti 33. ad suscipiendos ordines perpetuo irregulares sunt. Quamquam ex voce, *receptor*, aperte colligatur, etiam haec sine intervenitu dispensationis purgatum a demone ad suscipiendos ordines non fuisse admittum. Vide Suarez tom. 5. disp. 51. sect. 2. n. 7.

¶ *Quod hic canon, idem Nicaenum Concil. canone 2. statuit.* Citatur etiam ab Origene libro tertio contra Gellum: Apostolicum igitur esse dubitari non potest. Per Episcopum intelligit etiam Presbyterum: quod ex ratione subiecta colligitur, quam subiungit. Docere enim non tantum ad Episcopos, sed etiam ad presbyteros pertinet. Turr. lib. 1. cap. 13.

¶ *Hic canon apocryphus est & surreptitius:* tum quod scripturarum canonis, contra omnium Apocryphus Conciliorum & Patrum communem sententiam, quoddam est canon iste. libros apocryphos, nimirum, constitutiones & epistolas Clementis addat: tum quod sacram S. Joannis Apocalypsin, a Graecis rejectam, ab universa autem Ecclesia, a multis & antiquissimis Conciliis ac Patribus receptam, eidem sacrae scripturae canonis fraudulenter alimat. Quis eam unquam antiquorum Latinorum atque Graecorum Apocalypsin S. Joannis inter canonicos libros adnumerasse scriptam sub re praesumpisset, quam seiret in Apostolorum canone finem fecit velut apocrypham esse rejectam? Accedit quod hoc canon non libri sacri veteris testamenti, hi: Eisdem, Judith, Christiana, ac Tobia, Sapientia & Ecclesiasticus continentur, qui tamen multa alia, ab antiquissimis Patribus, Dionysio, Irenaeo &c. inter sacros libros citantur ac numerantur. Vide Baronium anno Christi 202. num. 15. & 16. Bellarm. libro primo de verbo Dei, cap. 10. Si vergetur canonem secundum sextam synodum, quo 59. canones recepti esse dicuntur: Respondeo sicut supra dixi, canonem obiectum sicutiam esse & illegitimum ut qui editus sit a concilio Trul-objec-

Canon 75.

Canon 78.

An arrepti tunc irregulares.

Canon 79.

Canon 80.

Note eam.

Refellitur.

# ANTIOCHENA SYNODUS APOSTOLORUM.

## CANON VIII.

**N**E decipiantur salvati a ob idola: sed pingant ex opposito divinam humanamque manufactam, impermixtam effigiem Dei veri ac Salvatoris nostri Jesu Christi, ipsiusque servorum, contra idola & Judæos. Neque errent in idolis, neque similes fiant Judæis.

### NOTE SEVERINI BINII.

*a Antiochena synodus Apostolorum.* Antiochia ab Apostolis ad sedandas controversias illis exortas, habitam esse synodum, atque in ea editos fuisse canones, auctoritate Pamphili martyris, eos in bibliotheca Origenis repertos esse testans, Turrianus, cujus fragmenta etiam recitat, confirmat lib. 1. cap. 25. adversus Magdeburg. De eadem hac synodo Innocentius episc. 18. agens de Antiochena Ecclesia: *Unus loquitur, & nomen accepit religio Christiana, & qua consensus Apostolorum apud se celeberrimum meruit.* Firmissimum testimonium huic concilio Apostolorum Antiochiâ celebrato, præbet concilium Nicænum II. sessione 1. his verbis: *In Antiochena synodo sanctorum apostolorum dicitur esse, salvator non debere &c.* de quibus infra.

Q. o. cau. nes Antioche- na synodi.

Canones in hoc Concilio editos & in compendium redactos novem enumerat. Quorum primus est, ut credentes in Dominum Jesum, quos illius temporis homines (ut habent Acta Apostolorum cap. 11.) appellabant discipulos, Christiani dicerentur. Secundus, ne baptizatus Judæo more circumcideretur. Tertius, ut omni nationi ad Ecclesiam aditus pateret, nec quisquam a Christiana religione excluderetur. Quartus, de vitanda avaritia, & questibus iniquis. Quintus, de vitio gulae coercendo; curiositateque ludorum, qui in theatris

A exhiberi solerent, vitanda, & de abstinendo a juramento. Sextus, de vitanda scurrilitate & mæstibus gentium. Septimus, abstinentiam sanguinis, & fuscitati in synodo Hierosolymitana præceptam confirmat. Octavus, de imaginibus sacris, supra citatus. Nonus & ultimus, de non admittendo Judæorum desectu ciborum. Horum octavus, cum in Nicæno Concilio II. actio. 1. a Gregorio Pessinantia Episcopo citetur in hac verba: *In Antiochena synodo sanctorum Apostolorum dicitur esse: Salvator non debere amplius ob idola aberrare, sed contrarium esse ante iconum Dei hominisque Jesu Christi Dominus nostri, velat authenticum in textu, posuimus.* Hic idem cum reliquis, quod in canonibus Apostolorum desiderari videantur, septimo ordine recitatur in constitutionibus Clementis cap. 25. lib. 7. Vide Baron. anno Christi 102. num. 19. & 20. Turr. lib. 1. cap. 25. adversus Magdeb.

*b Ob idola.* Idolum & imago dixerunt, nam in concilio Nicæno II. Act. 5. & 7. anathema dicitur iis qui imagines Christi vocant idola: imago enim est vera rei similitudo, ut cum pingimus hominem, equum &c. idolum autem est falsa similitudo, representans id quod re vera non est, ut cum gentiles proponebant statuas Veneris, Minervæ, &c. illa signa idola erant, quia representabant deos generis feminei, quales dii nec sunt, nec esse possunt. Vide Keilerm. tom. 1. de reliquiis sanctorum lib. 2. cap. 3.

Curiosus o- ctavus cano- nis textu pos- situs.

Idolum & imago quo- modo distan- tiant.

*c Sed pingant ex opposito.* Hoc non mirabitur, qui noverit ipso etiam Christo vivente, ejus imaginem Pænæde a Syrophenissa muliere ære fusam constari jussam, cuius emulsiensque integram ad trecentos & amplius annos, nisi mirum ad Juliani apostata tempora perdurasse, quantum libet immensis ac prope innumeris cladibus Palæstina deformata fuerit. Patet ex Sozom. lib. 5. cap. 10. ex Nicephoro lib. 10. cap. 30. Nisi enim plebs sancte, religio- seque ab ipsis Apostolorum temporibus sacra imagines in Ecclesia fuissent usitate, nunquam fideles permisissent, per tot annorum spatia illam solam sic intactam & illibatam servari. Vide Baron. anno Christi 57. num. 111. & seqq. aliquot; item que dicuntur infra in Concil. Elib. canone 36.

Ufus imagi- num in eccle- sia antiquissi- mus.



LIBER

In qua Canones novem editi referuntur a Baronio ad an. Christi 102. n. 3. sed quos spurios esse cenet P. Pagi ad an. 102. Canonem vero octavam nominatim supposititiam vocat P. Petavius lib. 13. de sacrar. cap. 14. n. 5. & 6. *Hardouin.*



ANNO CHRISTI 41. seu pontificatus 41.  
 a Romam venit an. xix Christi 41. Claudij a. exente Pafus est an. ch. 67. Neronis 13. cum S. Paulo die Iunij 69.  
 b ex Crabbo, Surtius, & Nicolaus, & alique.

ANNO CHRISTI 41. seu pontificatus 41.

# LIBER PONTIFICUM JAM INDE A PETRO PAPA USQUE AD NICOLAUM PAPAM EJUS NOMINIS PRIMUM;

In quo eorum gesta describuntur; primorum, per Damasum Papam, reliquorum autem, per alios veteres ac fide dignos auctores.

## NOTA SEVERINI BINII.

Damasus Hujus libri pontificalis Damasus auctor non est, sed potius e duobus diversis auctoribus confarctus esse, inde probatur, quod in uno quoque sera Pontifice, pugnantia inter se contineat, adeoque distorum, ac scriptorum inter se dissidentium nulla ratio haberi poterit. Baron. anno Christi 69. num. 35. anno 384. num. 16. & 17. Antonius Possevinus in apparatu sacro, verbo Damasus.

In MS. V. C. Cl. Hardy antiquissimo dicitur S. Petrus Antiochenus. Ex eo videtur in istis editionibus exceptum, sed principis duntaxat. Reipsum vide in edit. regia Anastasii Biblioth. operi Car. Ann. Fabroni, aut in Moguntina, ne actum egerit videatur.

d abest a. Hic. ut plerumque alia. e abest a. que ad marty. 116.

**B**EATUS Petrus Apostolus & princeps Apostolorum, filius Joannis provincie Galilee, ex vico Bethsaida, frater Andreas, a primo sedit in cathedra episcopatus Antiochie annis septem. b Hinc beatus Petrus ingressus est in urbem Romam, (a) sub Claudio Cæsare: ibique sedit in cathedra episcopatus e annis vigintiquinque, mensibus duobus, diebus tribus. Fuit autem temporibus Tiberii Cæsaris, & Caii, & Claudii, & Neronis. Hic scripsit duas epistolas, quas catholica ac canonice nominantur, & evangelium Marci, quia Marcus auditor ejus fuit, & filius a baptismo. Post omnem quatuor evangeliorum fontem, que ad interrogationem & testimonium ejus (hoc est Petri) firmata sunt, dum alius Græce, alius Hebraice, alius Latine d scribentes consonant, omnia ejus testimonio sunt firmata. c Hic ordinavit duos episcopos, Linum & Cletum, qui præfentialiter omne ministerium sacerdotale in urbe Roma populo, vel ad convenientibus exhiberent. Beatus autem Petrus orationi, prædicatione populum erudiens, vacabat. Hic cum Simone mago multas disputationes habuit, tam coram Nerone imperatore, quam coram populo. Et quos beatus Petrus ad fidem Christi aggregabat, ille per magias & de-

ceptiones segregabat. Et dum diutius altercerentur, Simon divino nutu interemptus est.

Hic Petrus beatum Clementem episcopum consecravit, d cui & cathedram vel ecclesiam omnem disponendam commisit, dicens: Sicut mihi gubernandi tradita est a domino meo Jesu Christo potestas, ligandi, solvendique, ita & ego tibi committo, ut ordines dispolitores diversarum causarum, per quos actus non ecclesiastici profligantur, & tu minime curis sæculi deditus reperiaris; sed solummodo orationi, & prædicationi ad populum vacare stude. Post hanc dispositionem martyrio cum Paulo coronatur, e post passionem a Domini anno XXXVIII. Qui sepultus est via Aurelia in templo Apollinis juxta locum ubi crucifixus est, juxta palatium Neronianum in Vaticano, juxta territorium triumphale, tertio Kalendas Julii. Hic fecit ordinationes per mensem Decembrem presbyteros decem, diaconos septem, f episcopos per diversa loca numero tres.

Sub Petro celebratum est concilium primum Hierosolymis, cujus exemplar habes in actis apostolorum cap. 15. Nicephorus Callistus historia: suæ lib. 2. cap. 37. testimonio Tertulliani & Caii historici, probat, eodem anno eodemque die Petrum cruci affixum, & Paulum capite truncatum Romæ.

## NOTA SEVERINI BINII.

a Primo sedis in cathedra episcopatus Antiochie. Sic Petrus anno Christi 35. ad eos qui in Samaria verbum Dei receperant confirmandos mittitur, ita etiam Antiochenam omnium Apostolorum sententia (ut equum est credere) sustulit, & sedem est, ut idem Apostolorum Princeps, ad Principum totius Syria civitatem atque metropolim, cui Petrus episcopatum tenuit.

a defuit in c. H

b Hæc a Surtio, Binio, & R. C. addita

(a) Luc. Neroni Cæsare.

Antiochia & Hierosolyma subiectet; Antiochia anno Christi 39. obnoxietur. Iste ergo cum venisset, anno praedicto, Ecclesiam Antiochenam induxit, obnoxietur septem annis, non tamen completis, administravit. Vide Baron. anno Christi 37. num. 3. & seqq. Bellarm. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 6.

Quando Romanam Ecclesiam fundavit

42. aut praedicavit

An Evodius in Antiochia episcopus Petro successerit & quando.

43. An Romanus non Antiochenus Episcopus in Pontificatu Petro successerit.

44.

Quando Petrus Romanam fecerit.

6. Hinc S. Petrus ingressus est a urbe Romanam. Quod dicitur Petrum Antiochia in urbem Romanam profectum, non sic intelligendum est, quasi nunquam ex Antiochia toto illo tempore exiret, immo vero eodem tempore peragravit vicinias provinciarum Pontum, Asiam, Galatiam, Cappadociam, Bithyniam. inde autem anno septimo Episcopus Antiochenus, qui erat anno Christi 44. in Jerusalem rediit, ibique comprehensus ab Herode in vincula coniecit, a quibus per Ananiam liberatus, Act. 12. cap. in diversis provinciis a se peragratis iuxta Metaphrasen ad dicta 29. Hinc nil Episcopus constituit & Antiochiam rediit. Hinc vero designato, nonnullum autem in iure successore Evodio, Romanus profectus, in orbem venit anno secundo Claudio. Idque 18. Januarii anno Christi 45. & a Petro successerit, eundem in ordinario officium universam Ecclesiam cum summa potestate gubernandi, quod est pontificatum, successisse certum est. Quod diximus Petrum in hac cathedra Romana usque ad mortem sedisse, intelligendum est de auctoritate, potestate, ac potestate gubernandi Ecclesiam universam, non de situ locali. Constat enim cum hac cathedram septem annis administrasset, anno Christi 51. ex 9. Claudio, cuius edicto omnes Judaei ac Christiani Roma expellebantur, Petrum etiam expulsam Hierosolymam rediisse, & Hierosolymitano concilio interfuisse: mortuo tamen Claudio Romanam rediit, & ibidem vitam finivit. Vide Baron. anno Christi 39. num. 25. & anno 44. num. 10. 11. & anno 45. num. 1. & seqq. 12. & 13. & anno 51. num. 1. 2. 3. & 4. Bellarm. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 6. & 12.

Annis 24. mensibus 5. & diebus 11. sedisse, verus esse probat Baron. Nam cum durante adhuc anno secundo Claudio, Christi vero 45. die 18. Januarii Roma sedere cepisset, aequo anno 69. die 29. Junii martyrio diem suum obierit, ut infra dicemus, obsequio dubio praescripto annorum, mensium, ac dierum

A numero scilicet reperitur Baron. anno Christi 69. num. 33.

1. Cum cathedram vel Ecclesiam universam. Petrus possessione sua imminente B. Clementi sedem episcopalem quidem reliquit, sed Clementi S. Petro mortuo in sedem apostolica sedem movit, donec videretur Lino & Cletus, qui in Episcopali sede Petri conditoris fuerunt. Ita Epiphani. haer. 27. Vide quoque dicemus infra in Lino & Clemente.

Quomodo Clementi a Petro successerit

66.

2. Martyrio Petrus & Paulus anno Christi 68. Neronis 13. in carcerem coniecit, ibi quod Simonem magum per aerem volantem invocatione divinat hominis deiecit; hic quod passum Neronis ad Christianam religionem convertisset, & ex impudica casti reddidisset; anno sequente ambo virgini casti, post crucem, ubi immortuo datum occiduntur: Petrus cruci capite inversum demisso affigitur, Paulus autem gladio gloriose occubuit. Baron. praedicti loco post passionem anno domini ad 18. verus 16.

3. Cum Paulo. Quamquam Evidentius perisse hunc. 1. Aug. de sanct. serm. 28. affirmat, uno quidem die, non autem eodem anno Petrum & Paulum occisos esse, verior tamen & magis proborum assertio, qui ambo ante die ejusdem anni palmam martyrii adeptos esse dicunt. Ita cum universo ecclesia sentiant Cajus, Zephyrinus, & Dionysius Corinthiorum episcopus apud Metaphrasen die 29. Junii. Item Euseb. in chron. Epiph. haer. 27. Hier. de script. eccles. Maximus dicto serm. de S. Petro. Cassiodorus in chron. Priorum sententiam Prudenti ab haereticis vulgatum fuisse, concilium Romanum sub Damaso post canonem de libris apocryphorum testatur, his verbis. Adhuc est vitam sanctissimum Pauli Apostoli vasa thronis: qui non diutius (hinc falso haeretici garrunt) sed uno eodemque die gloriose morte cum Petro in urbe Roma sub Caesare Nerone agonizans, coronatus est, & pariter supradictam S. Romanam ecclesiam Christo domino consecravit. Baron. anno Christi 69. num. 3. & 4.

Petrus & Paulus uno & eodem die occisos esse

67.

4. Post passionem Domini anno 38. Verus 35. post passionem Domini, Neronis 13. qui est Christi nati 69. Nam cum omnium consensu receptum sit, Apostolos hosce duos, Petrum & Paulum, sub Nerone 29. Junii martyrium subisse, ipsum vero Nerone, ut ex Suetonio & Dione constat, decimo Junii occisum esse, adeoque ad 29. Junii decimoquarti anni imperii sui non pervenisse, necessario statuendum est hoc gloriose duorum Apostolorum martyrium non decimoquarto, sed decimo tertio anno Neronis, qui est Christi nati 69. passum vero 35. contigisse. Hanc sententiam Cajus antiquus Theologus, Zephyrinus Pontifex, & Dionysius Corinthiorum Episcopus apud Metaph. praedicti loco citati approbant. Baron. anno Christi 69. num. 1. & 2.

68.

EDITORUM ADMONITIO

In S. Petri decretum.

Quod hic exhibemus decretum falso S. Petri nomen praeserere ultro agnoscimus; nequid tamen omitteretur coram; quia Romanis Pontificibus utiqueque tribuuntur, omitterendum non duximus. Erutum vero est ex S. Theodori Studita Refutatione Impiorum Poematum, acceptumque est ex Actis S. Pancratii Tarentensis in Sicilia primi Episcopi, qui S. Petri Apostoli Discipulus fuisse creditur

Vox Petri Principis Apostolorum.

Φωνὴ Πέτρου τῷ κορυφαίῳ Ἀποστόλῳ.

Profer imaginem Domini nostri Jesu Christi, & illam in turricula exprime, ut cernant populi qualem formam assumpserit Filius Dei.

Ἐξέλεγε τὴν εἰκόνα τῷ κρείττῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐπιτίθει αὐτῇ ἐν τῷ πύργῳ σου. ἵνα ἴδωσιν οἱ λαοὶ ποίαν μορφήν ἀνέλαβεν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

TRACTATUS DE PRIMATU ROMANAE ECCLESIAE.

MS. C. MS. editus in Moguntiae an. 1555. non codex verum quilibet libellus in Romanis libris in off. Typis an. 1609.

SI difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, & causam & causam, & iudicium intra portas tuas videris verba variari: surge & ascende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus: veniesque ad

sacerdotes Levitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: queresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem. & facies quodcumque dixerint tibi praesunt loco quem elegeris dominus, & docuerint te juxta legem eius: sequerisque sententiam

Deutr. 17.

1) De hoc fragmento, vel si malueris, tractatu prout hic ea dare que VV. CII. Ballerini tractus in Appendice ad Opera S. Leonis in Dissert. de Antiq. Collect. Par. IV. Cap. XVIII. num. III. addunt his verbis, MS. exemplum Vn. 272. Inveni MS. vel XII. post nonnulla integra, vel in partes facta documenta ex Pseudoisidoro excerpta collectionem proferi in duo libros distinctam, quorum primus continet capitula, sive titulos 100. secundus vero fere totidem, qui tamen non sequuntur numero nisi usque ad titulum 24. Primum caput libri primi inscribitur De Primatu Romanae Ecclesiae, & incipit: Si difficile, & ambiguum est, quod caput ex hac collectione fortassis excerptum, cum separatim inventum fuerit a Joanne VV. C. editum, uti nos quoque illud separatim nudi fames in MS. Vat. 4977. & in alio apud Eminentissimum Palatinum, ab eodem editum fuit cum Hadriano collectione Moguntiae anno 1555. & exinde insertum legitur tom. 1. Conciliorum editi Ven. col. 69.

Sacerdotis  
summi imperio  
obediendum ex lege  
divina.

riam totum, nec declinabis ad dexteram neque ad  
sinistram. Qui autem superbiore, volens obsequi  
sacerdotis imperio, qui eo tempore ministras do-  
mino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo  
ille, & auferet malum de Israel, cunctisque po-  
pulus audietis timoribus, ut nullus deinceps intum-  
scat superbia,

Anacletus servus servorum Dei, omnibus Episco-  
pis & reliquis Christi sacerdotibus salutem.

Dist. 23. cap.  
Sacrosancta.  
Idem Dist. 21.  
cap. In 2000.  
Matth. 26.

**SACROSANCTA** Romana & Apostolica Eccle-  
sia non ab Apostolis, sed ab ipso domino  
salvatore nostro primatum obtinuit, sicut ipse  
Petro Beato Apostolo dixit: Tu es Petrus, &  
reliqua. Ergo hæc Apostolica Sedes, cardo &  
caput omnium Ecclesiarum, a Domino, & non  
ab alio, est constituta: & sicut cardine ostium  
regitur, sic hujus sanctæ Sedis auctoritate om-  
nes Ecclesie, Domino disponente, reguntur.  
Igitur si quæ cause difficiliore inter vos ortæ  
fuerint, ad hujus sanctæ Sedis apicem eas qua-  
si ad caput referre, ut Apostolico terminentur  
iudicio.

Zephyrinus Romana urbis Archiepiscopus, omni-  
bus Episcopis salutem.

2. q. 6. cap.  
ad Romanam.

**AD** Romanam Ecclesiam ab omnibus, ma-  
xime tamen ab oppressis, appellandum  
est, & concurrendum quasi ad matrem, ut ejus  
uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, &  
a suis oppressionibus releventur: quia non po-  
test nec debet oblivisci mater filium suum. Ju-  
dicia enim Episcoporum, majoresque Ecclesiæ  
cause, a Sede Apostolica, & non ab alia, sunt  
terminandæ: quia licet in alios transferantur  
Episcopos, beato tamen Apostolo Petro dictum  
est: Quicumque ligaveris super terram, erunt li-  
gata & in caelis: & quicumque solveris super  
terram, erunt soluta & in caelis.

Matth. 16.

Callistus Archiepiscopus Ecclesia Catholica urbis  
Roma, omnibus Episcopis salutem.

Dist. 23. cap.  
Non decet.

**NON** decet a capite membra dissidere, sed  
juxta sacræ scripturæ testimonium, omnia  
membra caput sequantur. Nulli vero dubium  
est, quod Apostolica Ecclesia mater sit omnium  
Ecclesiarum, a cujus vos regulis nullatenus con-  
venit deviare: & sicut Dei filius venit facere  
voluntatem Patris sui, sic & vos voluntatem  
vestræ implete matris, quæ est Ecclesia. Quid-  
quid ergo sine discretionem justitiæ contra hujus  
disciplinam actum fuerit, ratum habere ratio  
nulla permittit.

Fabianus Episcopus Roma, omnibus  
Episcopis salutem.

**SI** in rebus secularibus suum cuique jus & E  
proprius ordo servandus est, quanto magis  
in ecclesiasticis dispositionibus nulla debet indi-  
ci confusio? quod hac observatione servabitur,  
si nihil potestati, sed totum æquitati tribuitur.  
Idem. Si quis iudicem sibi adversum miserit,  
vocem appellationis adhibeat. Appellantem au-  
tem non debet afflictio ulla aut detentionis in-  
juriare custodia, sed liceat appellatori vitiatam  
causam appellationis remedio sublevare. Liceat  
etiam in causis criminalibus appellare, nec vox  
appellationis denegetur ei, quem in supplicium

2. q. 6. cap.  
Licet cap. 109.

Assententia destinavit. Pulsator ante suum iudicem  
causam dicat, & ante non suum iudicem, pul-  
satus, si voluerit, taceat: & ut pulsatis, quo-  
ties appellaverint, induciantur, nec quem-  
quam a suo non iudice dicta sententia con-  
stringat.

Sixtus universalis Apostolica Ecclesia Episcopus,  
omnibus sancta Dei Ecclesia rectoribus salutem.

**SI** quis vestrum pulsatus fuerit in aliqua ad-  
versitate, licenter hanc sanctam & aposto-  
licam appellet Sedem, & ad eam, quasi ad ca-  
put, suffugium habeat, ne innocens damnetur,  
aut Ecclesia sua detrimentum patiatur. Si au-  
tem ipse ei evenerit, eamque minime appellare  
voluerit, & vocatus tamen ab hac sancta sede fue-  
rit; non renuat venire: sed concessim, ut ed-  
nunciatum fuerit, venire festinet: & causas,  
pro quibus vocatus est, prudenter disponat, at-  
que si fuerit necesse aliquid corrigere, cum his  
quos primos hic invenerit, corrigat. Ad Eccle-  
siam tamen suam non prius revertatur, quam  
hinc literis apostolicis vel formatis pleniter in-  
structus, atque purgatus sit, fuerit unde: ut post-  
quam domum reversus fuerit, cognoscant vici-  
ni sui, qualiter hic suam aliorumque causam  
finierit, quatenus ea absque aliquo ambigui-  
tate nunciare & prædicare possit omnibus. Si  
quis autem aliter agere præsumperit, sciat cen-  
suram hujus sedis cum omnibus membris suis  
sibi non deesse venturam, & sicut egerit, ita  
recipiet: si bene, bene: si grave, grave; si pes-  
sime, pessime: quoniam dignus est operarius  
mercede sua.

Idem c. 2  
quo vestrum.

Sylvester Papa generali residens synodo, dicit.

**NEMO** iudicabit primam sedem, justitiam  
temperare desiderantem: neque enim ab  
Augusto, neque ab omni clero, neque a regi-  
bus, neque a populo iudex iudicabitur.

2. q. 2. No.  
no iud.

Julius Apostolica Sedis Episcopus, omnibus Epi-  
scopis salutem.

**HABET** sacrosancta Romana Ecclesia pote-  
statem, singulari sibi privilegio concessam,  
aperire & claudere januas regni caelestis, qui-  
bus voluerit.

Gelasius Episcopus omnibus Episcopis.

**CUNCTA** per mundum novit Ecclesia, quod  
sacrosancta Romana Ecclesia fas habeat ju-  
dicandi: neque cuiquam de ejus liceat iudicare  
iudicio, siquidem ad illam de qualibet mun-  
di parte appellandum est: ab illa autem nemo  
est appellare permissus. Sed nec illa præte-  
rimus, quod Apostolica Sedes sine ulla syno-  
do præcedente exolvendi quos synodus iniqua  
damnaverat, & damnandi, nulla existente sy-  
nodo, quos oportuit, habeat facultatem, &  
hæc nimirum pro suo principatu, B. Petrus Apo-  
stolus Domini voce & tenuit semper, & reti-  
nebit.

Idem c.  
Causa per  
mandam



*Symmachus Papa universis Episcopis.*

*Idem c. Aliorum.*

**A**Liorum hominum causas Deus voluit per homines terminare, sacro vero sanctæ Sedis Romane præfulem suo sine questione reservavit arbitrio: voluit B. Petri successores cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussores indagari inviolatam exhibere conscientiam.

*a. Eutherio sive Eleuthero.*

*Vigilius Papa dilectissimo fratri Euthero \*corpiscopo.*

**N**ULLI vel tenuiter scienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod Ecclesia Romana fundamentum & forma sit Ecclesiarum, a quo omnes Ecclesias principium sumpsisse nemo recte credentium ignoret: quoniam licet omnium Apostolorum par esset electio, Beato Petro tamen concessum est, ut ceteris præmineret: unde & Cephas vocatur, quia caput & primus est omnium Apostolorum: & quod in capite præcessit, in membris sequi necessum est. Quamobrem sancta Romana Ecclesia, ejus merito Domini voce consecrata primatum tenet omnium Ecclesiarum: ad quam tam sancta Episcoporum negotia atque querelæ atque judicia, quam & majores Ecclesiarum questiones quasi ad caput semper referendæ sunt. Nam & qui se scit aliis esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum. Ipsa namque Ecclesia quæ prima est, ita reliquis Ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in partem vocatæ sint solitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde omnium appellantium Sedem Apostolicam, Episcoporum judicia, & cunctarum majorum negotia causarum, eidem sanctæ Sedi reservata esse liquet, præsertim cum his omnibus ejus semper sit expectandum consilium: cujus tramiti si quis obviare tentaverit sacerdotum, causas se non sine honoris sui periculo apud eandem sanctam Sedem noverit redditurum.

*quæst. 4. Qui se scit a. Jus.*

*Gregorius servus servorum Dei, omnibus Episcopis per diversas provincias constitutis.*

**D**IVINIS præceptis & Apostolicis saluberrimis incitatur monitis, ut pro omnium statu impigro vigilemus affectu: & quia cunctarum dispositione divina Ecclesiarum curam gerimus, omnibus nostra poscentibus suffragia Apostolica auctoritate subvenire optamus: quoniam divinæ virtutis & infirmitatis humanæ sanctio est, ut omnium Ecclesiarum negotia ad nostræ reparationis tendant effectum. Quapropter has ad vos litteras destinamus, in quibus decreto nostro vestram rogantes caritatem, mandamus, ut nihil prius de eo quod ad sinum sanctæ Romane contugit Ecclesiæ, ejusque implorat auxilium, discernatur, quam ab ejusdem Ecclesiæ fuerit præceptum auctoritate: quæ vices suas ita aliis impartivit Ecclesiis, ut in partem sint vocatæ solitudinis, non in plenitudinem potestatis. Si autem, quod non arbitramur, a quoquam secus præsumptum fuerit; ab officio cleri submotus, Apostolicæ auctoritatis reus ab omnibus judicetur: ne lupi, qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali savitia quoque audeant dilacerare: & quod sibi fieri nolunt, aliis inferre præsumant.

*Distin. 22. Præceptis.*

**A**sunt, salatiferæ impleantur, si ejusdem sanctæ Ecclesiæ, quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis. Non novum aliquid præsentis iustione præcipimus, sed illa quæ olim indulta videntur firmamus: cum nulli dubium sit, quod non solum pontificalis accusatio, sed omnis sanctæ religionis relatio, ad Sedem Apostolicam, quasi ad caput Ecclesiarum, debeat referri, & inde normam sumere, unde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omittere cujus auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolint ab Apostolica, super quam Christus universalem fundavit Ecclesiam, soliditate divelli. Si quis hæc Apostolicæ Sedis præcepta non observaverit, percepti honoris hostis esse non dubitetur.

*Idem eisdem.* Nulli fas est, vel velle vel posse transgredi Apostolicæ Sedis præcepta, nec ejus dispositionis ministerium, quod omnium sequi oportet caritatem. Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis: nec locum deinceps inter sacerdotes habeat; sed extorris a sancto ministerio fiat; nec de ejus judicio quisquam postea curam habeat: quoniam jam damnatus a sancta & Apostolica Ecclesia ejusque auctoritate, pro sua inobedientia atque præsumptione, a quoquam esse non dubitatur, quia majoris excommunicationis dejectione est exigendus, cui sanctæ Ecclesiæ commissa fuerit disciplina: qui non solum præfatæ sanctæ Ecclesiæ iustionibus parere debuit, sed etiam aliis, ne præterirent, insinuare. Sit ergo alienus a divinis & Pontificalibus officiis, qui noluit præceptis obedire Apostolicis.

*Distin. 19. Nulli fas.*

Si quis super his nos arguere voluerit, aut extra auctoritatem facere contenderit, veniet ad Sedem Apostolicam, quo omnia Ecclesiastica negotia, de quibus quæstio habetur, confluere iusta sunt: ut ibi ante confessionem Sancti Petri mecum iusto deceret, quatenus inibi unus ex nobis sententiam suscipiat.

*Nicolaus Papa omnibus Episcopis.*

**N**EMINI licitum est de Sedis Apostolicæ judicio judicare, aut illius sententiam retrahere permittitur; videlicet propter Romanæ Ecclesiæ primatum, Christi munere in Petro apostolico divinitus tollatum.

*quæst. 4. Nemini.*

*Cecilius Cyriannus in epistola sua dicit ita.*

**L**OQUITUR Dominus ad Petrum: Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Super unum edificat Ecclesiam, & quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum sanctum: tamen ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem, ab uno incipientem, sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique ceteri apostoli, quod fuit Petrus; pari consortio præditi & honoris & potestatis; sed exordium ab unitate proficiscitur, ut Ecclesiam etiam in cantico canticorum Spiritus sanctus ex persona Domini designat, & dicit: Una est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, plebs generici suæ. Hanc Ecclesiæ unitatem & Beatus Apostolus Paulus docet, & sacramentum unitatis ostendit, dicens: Unum Episcopatum, & unum corpus, & unus spiritus, una fides, unum baptismum, unus Deus. Quam unitatem tenere firmiter &

*Cyriannus in tract. de simpl. prætorum. 24. q. 1. c. Loquitur Dominus. Marc. 16. Joan. 20.*

*Cantic. 6.*

*Unum Episcopatum.*

& vindicare debemus maxime nos Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, ut Episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus. Nemo fraternitatem fallat, nemo fidei virtutem perfida prævaricatione corrumpat.

*Idem.* Episcopatus unus est cujus a singulis in solidum pars tenetur: Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur, quomodo solis multi radii sunt, sed lumen unum: & rami arboris multi sunt, sed robur unum tenaci fundatum radice: & quomodo de fronte uno rivi plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copie largitate, unitas tamen servatur in origine. Avelle radium solis a corpore, divisionem lucis unitas non capit; ab arbore frange ramos, fractus germinare non poterit: a fronte præciderivum, præcisus arefcit: sic & Ecclesia domini luce perfusa, per orbem totum radios suos porrigit: unum tamen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copiâ ubertatis extendit, profuentes largiter rivos latius pandit: unum tamen caput est, & origo una & una mater fecunditatis successibus copiosa. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica, unam domum novit unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit.

*Idem.* Alienus est, prophanus est, hostis est, habere non potest Deum Patrem, qui universalis Ecclesiæ non tenuerit unitatem.

*Hærenus ex codice antiquo*

INH. M.  
Cyp.

*Idem.*

Quæ sequuntur à Iohanne Vrendestino, Petro Crabbo, Laurentio Surio, Dominico Nicolino, & Severino Bionio addita sunt, nec omnia sunt à R. C. quem hæc sequuntur.  
Nicolinus ista, vocabula sic digessit, sicut duobus duntaxat Bionio Perronium, Greterum, Sirmundum, Allatum, & huiusmodi numero possessus adjuvante.

Matth. 16.

Luc. 22.

Joan. 21.

Matth. 20.

Mar. 3.

Luc. 6.

Sufficiens quidem ista apud eos Christianos qui parent, & simpliciter credunt quidquid tradit ac tenet sancta mater Ecclesia. Cum autem nostra ætate sedis Apostolica auctoritas a pluribus Belia & inobediens filii, non solum revocetur in dubium, sed etiam editis libellis impugnetur; pluribus profecto & scripturarum testimonio, & sanctorum patrum ad stipulationibus debet primatus Petri & successorum eius affirmari. Id quod efficaciter præstiterunt, superiori ætate D. Thomas opusculo contra errores Græcorum, D. Anton. 3. par. summa, Card. S. Recremata lib. 2. summa, Thom. Wald. lib. 2. doctrina fidei & patrum, ac nostra ætate Cardinales Cajetanus, Rossensis, Contarenus, Polus, Osius, & alii variorum ordinum: Catharinus, Ezechius, Pighius, Joannes Faber, Jacobus Latomus, Cochleus, Campegius, Joannes Antonius Delphinus, Petrus a Soto, Alphonsus de Castro, Alanus Copus, Melchior Canus, Joannes a Lovanio, Franciscus Turrianus, Remundus Ruffus, Nicolaus Sanderus eruditissimi octo libris de visibili monarchia Ecclesiæ, novissime autem illustrissimus Cardinalis Baronius, Bellarminus, & alii theologi quam plurimi. Copiosissime enim simul & solidissime ostenderunt ex scriptis literis, ex antiquis Conciliis, ex Apostolicis decretis, ex antiquissimis patribus, ex probatissimis Ecclesiæ doctores, ex legibus denique publicis & approbatis historiis rem hanc ita clare deduxerunt, ut de ea nemo amplius dubitare queat, nisi qui per hæresim & rebellionem penitus est subversus, ac iudicio proprio, ut ait Apostolus, condemnatus. Cum autem istorum libri non omnibus passim sint ad manum, opera pretium fuerit hic aliquot testimonio propositum confirmare, ne lector dubio aut suspensio animo tot ac tam præclara ac pia veterum Romanorum Pontificum decreta, quæ nunc eduntur, læget: cui profecto omnem dubitationis scrupulum, si non obstitit rebellionis aut odii affectus, sequentes poterunt auctoritates eximere. Ipse enim dominus & Salvator noster Jesus Christus in singularem prærogativam sic loquitur in Evangelio ad Petrum: *Beatus et Simon Bar-Jona, quia caro, & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus &c. Item, Tu es Petrus, & super hæc petram edificabo Ecclesiam meam. Tertio, Tibi dabo claves regni Cælorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum &c. in Cæli. Quarto, Ego rogavi pro te, ut non deficeret fides tua: & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. Quinto, Simon Joannes, diligis me plus his? Respondeo: Pater agnosce meos, Pater agnosce meos. Hæc profecto singulariter Petro, primo Romano Ecclesiæ Pontifici, nulli aliorum Apostolorum, dixit dominus. Sunt & alia plura Evangelii loca, ex quibus Petri primatum haud obscure observare licet. Ubique enim in Apostolorum*

catalogo primo loco ponitur Petrus, licet vocations primatus non fuerit, & non raro nominatus per alios commemoratur. Atque pro solvenda didrachma ait dominus illi specialiter: *Vade ad mare & mitte manum: & cum piscum qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore ejus, invenes statum illum sumens, de sic pro me &c. Neque sine mysterio dixit ei, Tu me sequere, ut scilicet simili moreis genere cum sequeretur, cuius in Ecclesia vices pro ceteris administrandis erat. Nec parvi momenti est, quod a se petra Christus Simonem, mutato nomine, Petrum vocavit: Tu vocaberis, inquit, Cephas, quod interpretatur Petrus, quia super hæc petram edificabo Ecclesiam meam. Nos caret mysterio, quod cum dominus post resurrectionem suam se discipulis suis manifestaret iterum ad mare Tiberiadis, solus Petrus, cum audisset quia dominus esset, junctis se succinxis, erat enim nudus, & misit se in mare; alii autem discipuli navigio venerunt. Hoc quippe signum fuit, ut ait S. Bernardus, singularis Pontificii Petri, per quod non navem unam, ut ceteri, quique suam, sed incolum ipsum suscepit gubernandum. Mare enim sæculum est; Navis, Ecclesia. Inde est, quod altera vice Matthæi 14. & Marci 6. instar domini gradens super aquas, unicum se Christi Vicarium designavit, qui non uni populo, sed cunctis præesse deberet. Siquidem aquæ multæ, populi multi. Solus ergo supra mare iustus est venire ad Christum, ut daretur intelligi, quod totus orbis, qui per mare est designatus, sui ditioni parere deberet. Neque frustra dictum Petro putat sanctus Ambrosius, Duc in altum, hoc est, in profundum disputationum. Quid enim tam altum, quam altitudinem divinarum sapientia & scientia Dei videre, scire filium Dei, & professionem divini generationis assumere? Non turbatur itaque navis quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Judam habet. Per navem enim Petri, quam Christus ascendit, Ecclesia significatur. Sed & alia loca Evangelii animadvertunt facili interpretes circa Petrum ad universalis Ecclesiæ curam pertinentia, velut Matthæi 18. *Accedens Petrus ad Jesum, dixit: domine, quævis peccabis in me frater meus, & dimittam eum? Ubi sane, tamquam præfata Ecclesiæ, fraternæ correctionis modum diligenter per alios quaesivit Apostolis. Et sequenti capite, Ecce, inquit, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo eris nobis? Ubi Chrysostomus ait: Interrogat Petrus, ut tu inops dicas, quoniam in nullo hinc diminutus es. Qui enim claves regni Cælorum acceperat, pro his quæ ibi sunt, confidit, & pro orbe terrarum interrogat. Instante item tempore passionis, soli Petro nominatim dixit dominus: *Simon dormis? Ubi voluit ostendere Christus, Petrum pro ceteris ex commisso sibi officio debere vigilare. Sed & abscisso auricula, a beatis Ambrosio & Gregorio in mysterium pastorale trahitur. Quare tollit, inquit, autem Petrus? Quia ipse est, qui accepit claves regni Cælorum. Illa enim condemnat, qui & absolvit, quoniam ligandi atque solvendi idem adeptus est potestatem. Tollit autem aurem male audientis, tollit autem gladio spiritali aurem interiori mente intelligentis. Hæc & id genus plura Evangeliorum loca, symbolice ad Petri primatum referuntur a sacrorum literarum interpretibus, etiam antiquissimis, non modo Latinis, sed & Græcis, quos recensere longum foret. Sunt & alia scripturæ loca, tum in Epistolis, tum in actibus Apostolorum, quæ principem Apostolorum, fuisse Petrum aperte declarant, uti Rossensis Episcopus eleganter deducit: sed hic commode referri pro prolixitate non possunt. Satis itaque fuerit pro ampliori hujus rei declaratione, tres ex antiquis Ecclesiæ doctoribus in testimonium accersere. Hæc autem sunt verba R. Dionysii, quem Areopagitam vocant, capite textu de divinis nominibus ad Timotheum. *Namque & apud ipsos divino spiritu plenus Pontifici noster, cum & nos transtiret in mundum corpus illud, quod antea videri Deumque ceperat, conveniens: (quod autem & frater dominus Jacobus, & Petrus supremum decur, & antiquissimum Theologorum columnam) ubi post consultum placuit, ut infinite potentem divina inspirante bonitate pontifici laudarent omnes, quisque pro capite suo. Hæc ibi. Et alibi vocat Petrum non raro summum & verticalem Apostolum, quemadmodum postea eandem vocavit B. Chrysostomus, os & principem Apostolorum, verticem totius consueti, pastoremque ac caput Ecclesiæ. Sed & Cyrillus Quinquagesimæ & Theophilus, id genus epitheta illi attribuisse leguntur. Sic deinde antiquissimus Astrorum scribit in libro de præscriptioibus adversus hæreticos Tertullianus: *Si Italia, inquit, adjacet iuber Romanam, unde nobis quoque auctoritas præfata est. Felix Eusebius, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profunderunt: ubi Petrus passioni dominica adhaeretur, ubi Paulus Joannis ortu coronatur, ubi Apostolus Joannes, postquam in oleum ignem demersus nihil passus est, in insulam relegatur. Videamus quid didiceris, quid docueris, &c. Hæc ille. An vero non est hoc grande testimonium, ab eo præsertim qui Romanis clericis inimicus fuisse legitur?*****

Matth. 19.

Joan. 21.

Joan. 1.

Matth. 16.

Joan. 21.

Matth. 16.

Joan. 21.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

scripti  
Græce  
Irenæi lib. 3.  
cap. 3.

Sic antiquissima item " Latineorum ante mille trecentos  
quingenta annos scriptis Irenæus Episcopus Lugdunensis  
lib. 3. contra hæreticos: Maxima, inquit, & antiquissima  
& veneranda cunctis, a gloriofimo dicitur  
Apostolo Petro & Paulo Roma fundata & constituta  
Ecclesia, eam quam habet ab Apostolo traditionem, & an-  
nuntiationem bonitatis fidem, per successionem Episcoporum  
perpetuam usque ad nos indicantem, confundimus omni-  
bus, qui quocumque modo, vel per sui placitum malam, vel  
vanam gloriam, vel per taciturnam & malam sententiam,  
præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam,  
proprie potestatem principalitatem, necesse est omnem con-  
ventum Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles:  
in qua semper, ab his qui sunt undique, conservata est  
ea qua est ab Apostolo tradita. Hic itaque, & id ge-  
nus alia rationibus & auctoritatibus constat, Romanam  
Ecclesiam semper habuisse primatum inter omnes totius  
orbis Ecclesias, a temporibus Apostolorum in hanc us-  
que horam. Unde allegatur a Patre Constantienſi Græ-  
cus auctor (a) Hugo \* Eucherianus, qui tempore Emma-  
nuelis Imperatoris, in Latinorum sententiam tres libros  
de processione Spiritus sancti scripsit, ubi inter cetera  
his utitur verbis: *Quibus in rebus liquido claret, quod  
Petrum, cuiusque successorem, principem Christi & caput  
non modo Latinorum, Græcorum, occidentis & septem-  
trionis universi, verum etiam Armeniorum, Arabum, &  
totius orbis ac meridiant climati in perpetuum consti-  
tuit. Ob quam rem occidit solis limites, universi, Petri  
successorem ex tunc sibi dominum recognoscunt, & sub il-  
lo presule distinguuntur, quod omnes sacre opportunitas est.*  
Hæc Græcus ille auctor. Hinc certe sunt amplissima il-  
la sedis Apostolica privilegia, quæ Julius Papa & A-  
thanasius Patriarcha ad longum commemorant in Epi-  
stolis suis ex Concilio Nicæno: quæ tamen & antea huic  
sedi fuisse attributa, ex Historia Ecclesiastica, veterum-  
que Pontificum decretis, haud obscure cognoscitur. Ita  
enim ante Nicenam synodum scripsit Marcellus Papa  
& Martyr Maxentio Imperatori: *Syrodum Episcoporum*

\* Eucherianus.

Privilegia  
Rom. Eccl.  
lib.

Diæ 17. c. 2.  
Synodum.

ANNO  
CHRISTI  
79. 07.

# DE SANCTO LINO PAPA ET MARTYRE.

Ex libro Pontificali Damasci Pape.

**L**iquis natione Italus de regione Tusciæ,  
patre Herculano, b sedit annos undeci-  
m, menses 3. dies 12. Fuit autem tempo-  
ribus Neronis, c a consulatu Saturnini & Scipio-  
nis, usque ad Capitonem & Rulium consu-  
les. Martyrio coronatur. Hic ex præcepto B.  
Petri d constituit, ut mulier velato capite in  
Ecclesiam introiret. \* Hic fecit ordinationes  
duas, & Episcopos 15. Presbyteros 18. qui se-  
pultus est iuxta corpus B. Petri in Vaticano,  
sub die 9. Kalend. Octobris.

a oblatum a  
C. H.

### NOTE SEVERINI BINII.

a Linus. ) Linum Petro successisse, patrum & histo-  
ricorum antiquissimorum testimonia probant, rationes vero  
evidentissime contra multorum calumniam convincunt.  
Ignatius in Epistola ad Mariam Callopolitanam: *Cui (de  
Cletio loquitur) nunc successit beatissimus Clemens.* Li-  
num igitur Clementem in Pontificali sede anteriorem non  
fuisse S. Ignatius sine dubio negavit. S. Irenæus lib.  
3. cap. 3. Petro Apostolo Linum in regimine universa-  
lis Ecclesie successisse, aperte testatur his verbis: *Eun-  
dantes igitur & instrumentis B. Apostoli Ecclesiam, Lino  
Episcoporum administranda Ecclesia tradiderunt.* Tertul-  
lianus lib. 3. carminum, qui scripsit in Marcionem, non  
modo Linum Petro, verum etiam Cletum Lino, & Cle-  
mentem Cletio successorem fuisse testatur his verbis:  
*Ex quibus scilicet magnum plerique probatur.  
Hæc cathedra, Petrus, qua sederat ipse, locatum  
Maximo Roma Linum, primum considerat. In-  
post quem Cletus & ipse preem suscepit. Cletus.  
Hujus Anacleto successor sacro locatus.  
Quem sequitur Clemens &c.*  
An Clemens Anacleto postponendus sit, infra dice-  
mus in Clemente. Epiphanius hæret. 17. *Episcoporum,*  
inquit, *in Roma successio hæc consequentiam habuit, Pe-  
trus & Paulus, Linus, Cletus, Clemens.* Optatus Mi-  
levisianus lib. 2. catalogum Romanorum Pontificum us-  
que ad sua tempora extensus, sic exorditur: *Cathedra vni-  
ca, qua est prima de sanctis, sedit prior Petrus, cui suc-  
cessit Linus, Lino successit &c.* Eodem ordine S. August.

Linum Petro  
succedisse  
probat te-  
stimonio  
Ignatii.

Tertullianus.

Epiphanius.

Optati.

Aurélius.

Ab his hujus sedis Romane auctoritate (quævis quæ-  
dam episcopi postea congregati) non potest regulariter  
facere, neque ullum Episcopum, qui hanc appellavit  
Apostolicam sedem damnare, antequam hinc distinctio  
sententia procedat. Nemo igitur sine peccato aut in ius-  
ta epus contemnit, aut epus præcepta transgreditur.  
Unde ait Damasus Papa: *Omnia decretalia, & consilio-  
rum prædecessorum nostrorum consilia, qua de Ecclesia  
sunt ordinata & canonum sunt promulgata discipulis,  
ita ab omnibus Episcopis ac Sacerdotibus generaliter cus-  
todi debent mandamus, ut si quid in illa commiserint,  
vanam sibi bonam detineant non minus denegari.* Quod si  
sanctis istis Pontificibus, velut in propria causa, minus  
credendum esse dixerint adversari credent saltem B. Cy-  
priano superius allegato, cuius & hæc sunt ad S. Cor-  
nellium Romanum Pontificem verba: *Quales putas esse  
epus qui sacerdotum hostes, & contra Ecclesiam Catholicam  
rebelles, nec præmoniti domini comminatione, nec sum-  
mi iudicii ultione terrentur? Neque enim aliunde hæreses  
oborta sunt, aut nata schismata, quam inde, quod S. Sa-  
cerdos Dei non obtemperavit, nec unus in Ecclesia ad  
tempus sacerdos, & ad tempus iudex divina obtemperavit  
fraternitas universa, nemo adversum Sacerdotem collectam  
quidquam moveret: nemo post divinum iudicium, post po-  
puli suffragium, post consensum consensum, iudicium  
se, non jam episcopi, sed Dei faceret.*

### NOTA SEVERINI BINII.

(a) Hugo. ) Hanc Hagonem Trithemius Tuscum falsè  
asserit, atque ita Latinum, id quod probabilis est:  
quævis non modo Latine, sed & Græce doctissimus  
fuerit: ut ipsemet in præfatione operis sui, de proces-  
sione Spiritus sancti, contra Græcos, quam ad Alexan-  
dram tertium misit, testetur se Constantiopolim ab Im-  
peratore Emmanuele consultum de rationibus Latino-  
rum pro eorum sententia.

Imo post  
Nicolini,  
quem exteri  
pnt Blaus

Vide que  
diximus tomo  
2. de scripte  
Ecclie

Bepistola 161. Optatum secutus, Pontificiam sedem col-  
locat. S. Hieronymus Romanæ Ecclesie alumnus, corri-  
gens sententiam quam dixerat cap. 52. istam in fine, hæc  
ait libro de scripte. Ecclesie in Clemente cap. 15. *Clemens  
de quo Apostolus Paulus ad Philippenses, &c. quartus post  
Petrum Romanus Episcopus: siquidem secundus fuit Li-  
nus, tertius Cletus, tametsi plerique Latinorum secundum  
post Petrum Apostolum putant fuisse Clementem.* Hanc  
primorum Pontificum successionem, qua Linus Petro sub-  
iungitur, Cletus Clementi anteponitur, præter Roma-  
næ Ecclesie martyrologium, Canon Missæ sacratissi-  
mus, ea parte qua post Linum Cletus ac Clementis com-  
memoratio habetur, non sane leviter confirmat; ita  
ut ad hanc sententiam corroborandam fere neque Euse-  
bius in chron. & 3. hist. cap. 23. neque Niceph. lib. 2.  
cap. 20. testimonio opus esse videatur. Libri pontifi-  
cals, quem Damascio falso adscribi supra diximus, aucto-  
ritate contraria nihil movemur: maxime propterea, quod  
sicut multis aliis in locis, ita etiam in horum Pontifi-  
cum successione contenda, sibi ipsi contraria scripserit.  
Fatur Clementem in eius vita, tertio anno Traiani  
Imperatoris, qui cum anno Christi nati 102. concur-  
rit, martyrium subisse: statetur novem annos cathedram  
Pontificalem gubernasse: adeoque cum communi senten-  
tia initium illius ad annum Christi nati 93. & Do-  
mittiani Imperatoris decimum referendum esse. Quomo-  
do ergo vera sunt que supra & infra insinuat, Cle-  
mentem Petro anno Christi 69. Neronis 13. in Pon-  
tificatu subrogatum esse? Linum & Cletum non aliter  
quam coadjutores, Petro vivente in Pontificatu coope-  
ratos esse? Hoc igitur gladio in proprium jugulum con-  
verso, iateri debet quod Linus ac Cletus, spatio viginti  
trium circiter annorum, inter martyrium Petri & ini-  
tium Clementis interjacent, ordinarii, non delegata po-  
testate & auctoritate, alter post alterum universa Ec-  
clesia præfulerint. Urgebis, quod Damascus, sive liber  
Pontificalis in vita Petri ac Clementis, scribit, Clemen-  
tem a Petro successorem cathedra Pontificalis designa-  
tum esse, eundemque ab eodem adhuc vivente per ma-  
nuum impositionem ordinatum esse: Anacleto & Alex-  
ander Epistola prima, Joannes tertius in Epistola ad  
Episcopos Germanis, Tertullianus de præscriptionibus  
cap. 32. Epiphanius hæret. 17. Rufinus in præfatione  
recognitionum confirmant. Respondeo. Utrumque ve-  
rum est: Clementis per Petrum designatio vere quidem  
contigit, sed oblatum sibi Pontificum post obitum Pe-  
tri.

Rescriptus ob-  
jectio quædam,  
& simul prædi-  
ta sententia  
ratione confir-  
matur

99.

92. aut 17.

67

Clemens ob-  
latum sibi  
Pontificum  
ad tempus re-  
cufat.

iri non acceptavit. Testatur id prædictis hæresi 27. Epiphanius, ubi ait Clementem hæc verba dixisse: *Sæculo, ab eo, erigatur Ecclesia Dei*; hisque ad obitum utriusque, Lini nimirum & Cleti, Episcopatum recusasse. Nulla igitur inter prædictos auctores contrarietas est. Sicut enim ille, qui Linum Petro successisse asunt, Clementi Pontificatum oblatum esse non negant, ita etiam illi, qui Clementem Petri, dum adhuc viveret, successorem ordinatum vel designatum esse scribunt, non inficiantur Clementem oblatam Pontificalis officii sedem humillime recusasse. Baron. anno Christi 69. n. 38. & seqq. Bellarminus lib. 2. de Rom. Pontif. c. 3.

Tempus Lini.

71.  
72.  
73.

*b Sedit annos undecim, menses 3. dies 12.*) Varius annis 12. mensibus quibus diebus 23. Iussu enim Saturnini consularis 25. Septembris, ut patet ex martyrologio Romano, potius sub Vespasiano quam Tito martyrio coronatum esse, ex Titi humanitate, de qua Svet. cap. 9. coniectari licet. Cum igitur initium Titi in mensem Junium anni Christi nati 81. incidat, necessario martyrium Lini 25. Septembris Vespasiano adhuc regnante peractum, ad annum Christi 80. referri debet. Unde si ad postquam diem obitus Petri recedas & retro numeres, (quot diebus enim sedes post Petrum defunctum vacaverit, non constet) prædictam summam annorum, mensium & dierum, quibus Linus Pontificatum tenuit, invenies. Vide Baron. anno Christi 80. n. 1.

*a A consulari Saturnini & Scipiani, usque ad Capitolium & Rufum.*) Consularis priorum in annum Christi nati 58. Petri 14. Neronis secundum: posteriorum in Christi 69. Petri ultimum Neronis 13. incidit: ut patet ex Baron. annis prædictis. Unde sequitur auctorem huius libri pontificalis, quisquis fuerit, præterquam quod sibi non constet, graviter errare. Non constat sibi, quia quem alibi non aliter quam coepiscopum Petri sedisse affirmat, hic propterea confessione convictus post obitum Petri usque ad 25. Septembris Pontificiam sedem cum ordinaria auctoritate ac potestate administrasse approbat. Error illius ex prædictis manifeste apparet. Ut es, qui de huius libri auctoritate supra semel atque iterum dixi, vera esse cognoscantur, hæc addo; ipsa infra dicturus in Cletio & Clemente.

De libro pontificali iudicium. 16. 69.

*b Constituit ut mulier velato capite.*) Quod ab Apostolo Paulo Epistola 1. ad Corinth. cap. 11. pie, sancte & religiose constitutum est, ut senium non nisi operante S. Ambrosii sunt Sacerdotes, reverentiam templum ingrediatur, hoc idem a Lino Pontifice decreto firmatum esse, vel impie, vel ignoranter Magdeburgenses reprehendunt. Bellarminus lib. 4. de Rom. Pontifice cap. 8. Vide Baron. anno Christi 57. n. 84. & seqq. ubi pulchre de velandis mulieribus scribit.

11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

ANNO CHRISTI 81.

DE SANCTO CLETO PAPA

ET MARTYRE.

Ex libro pontificali Damasi Papa.

a Emiliano

b Martyrio coronatur.

**C**letus natione Romanus, de regione vici Patricii, patre a Emiliano, b sedit annis 12. mense uno, diebus 11. Fuit autem temporibus Vespasiani & Titi, c a consulari Vespasiani septimo, & Domitiani quinto, usque ad Domitianum nono, & Rufum consules. Hic ex præcepto B. Petri, 25. Presbyteros ordinavit in urbe Roma. Qui etiam sepultus est iuxta corpus B. Petri in Vaticano, 6. Kalend. Majas. Et cessavit Episcopatus dies 20.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Cletus successit secundo loco post Petrum.

Cur Optatus & Augustinus Cletum omittant.

An Cletus & Anacleus unus & idem sint.

*a Cletus.*) S. Ignatii, Irenæi, Tertulliani, Epiphani, Hieronymi, martyrologii Romani, & sacratissimi Canonis Missalis auctoritate, & ratione eadem Cletum Lino in Pontificatu successisse probamus, qui supra Linum S. Petro Apostolorum principi subrogatum esse ostendimus. Spatium enim annorum plus minus viginti, quod inter martyrium Petri & initium Clementis intercedit, nemo scriptorum Ecclesiasticorum integram hærens vel Lino vel etiam Cleto attribuisse legitur. Communior igitur & verior est illa in Ecclesia recepta sententia, qua illorum undecim cum aliquot mensibus ac diebus Lino, reliqui Cleto Pontifici adnumerantur. Optatus lib. 2. & S. Aug. Epistola 161. catalogum Pontificum recitantes, hunc Cletum, utpote quem cum Anacleto unum aundemque esse existimant, prætereunt & omittunt. Verba Optati hæc sunt. *Cathedra unica, qua est prima de sedibus, sedis prior Petrus, cui successit Linus, Lino successit Clemente, Clemente Anacleto.* Quod S. Irenæus loco supra allegato, Ignatius & Eusebius hunc Pontificem Anacleto nomen, Baron. anno Christi 93. num. 1. a solis Græcis scriptorum & librorum vitio ac errore falsum esse putat, nempe quod pro Cleto Anacleto scripserint. Nam Græci, ut apparet, nominum similitudine decepti, sicut Marcellum & Mar-

cellinum; Novatum Carthaginensem & Novatianum, patria Romanum; ita etiam Cletum & Anacleto unum eundemque putantes confuderunt. Bellarmin. vero lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 5. ait, duos fuisse Anacleto; alterum Clementis antecessorem, alterum ejusdem successorem; illum binominem fuisse, Cleti & Anacleti nominibus appellatum, ideoque eundem tertium Pontificem Clementis antecessorem, a Græcis Ignatio, Irenæo, Eusebio Anacleto, a Latinis vero, nempe Tertulliano, Hieronymo, Damaso, &c. Cletum nominatum esse.

Tempus Cleti.

*b Sedit annos 12. mensem 1. dies 12.*) Numerando annos Cleti a postero die obitus Lini, verius annis 12. mensibus 7. diebus 2. sedisse ponitur. Nam 26. Aprilis anno Christi 93. & Domitiani Imperatoris 10. martyrio coronatum esse martyrologium Romanum attestatur, & ex tempore sedis Clementis colligitur. Baron. anno Christi 93. num. 1.

*c A consulari Vespasiani septimo, & Domitiani quinto, usque ad Domitianum nono & Rufum.*) Id est, ab anno Christi 78. usque ad annum Christi 85. Prædicti enim consularis cum his annis Christi coincidunt. Errorem igitur erroris addis, quisquis huius pontificalis auctor es. Si Cletus prædictis cons. anno Christi 78. ledere cupit, quomodo Lino, anno Christi 69. Capitone & Rufo cons. ut supra dixi, defuncto immediate successit? Quomodo novennale sedis Pontificis interregnum tua solius auctoritate sibi repugnante constitutum exequaris? Quomodo Cletum duodecim annis sedisse sis, cujus sedem Pontificiam duobus consularibus, septem annorum intervallo dumtaxat a se distans, circumscribis? Quomodo, quod intolerabile & absurdum est, Clementem a consulari Trachali & Italici usque ad tertium annum Trajani, id est, ab anno Christi 70. usque ad annum ejusdem Christi 101. a seoque triginta tribus annis Pontificiam sedem administrasse sis, quem ibidem in ejusdem vita, annis dumtaxat novem sedisse asseris? Hinc igitur videas, lector, in quos scopulos impingeret, quisquis huius libri scripta sine ulla inquisitione suscipienda esse sentiet.

16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



Epist. Decretalis defensori Franciscus Turrianus. Quibus argumentis a novatoribus impugnetur.

refus sui temporis redarguendum utilissime scriptas, reverendus Pater Franciscus Turrianus, societatis Jesu Theologus libere solidissime defendit a calumnia Magdeburgensium, qui eandem propter crassum, ut ajunt, orationis habitum, propter suspiciosum argumentorum similitudinem, propter Scripturas violenter ipsorum judicio citatas, atque indocte, perperam, & contrario explicatas, propter formulas citationum sibi non coherentes, propter temporum repugnantiam, propter historicarum falsitatem, propter alienos ritus, propter corruptum dogmatum, atque injusmodi commenta & prædicia a nobis infra suis locis insinuata & refutata, tamquam commenticias, adulterinas & spurias redarguant, rejiciant, omniique auctoritate extirpare & spoliare conentur.

Primum argumentum a styli & materiarum similitudine sumptum refellitur.

Ideoque sane nonnulla urgente de causa. Primum enim si styli, argumenti & materiarum similitudo ipsi sibi ajunt, harum epistolarum falsitatem arguere possit, sequeretur primo sacras canonicas epistolas Pauli, Petri, ac Jacobi falsitatem notam incurere. Nam sicut illarum Pontificiarum plurimae scriptae sunt de primatu Petri, de regno Ecclesie Romanae, de ordinatione Episcoporum, de sacerdotibus non laicis, accusandis, ac deponendis de appellationibus ad sedem Apostolicam interponendis; ita Apostolicis prædictis sacris & canonicis epistolis, multa de mansuetudine ac castitate, de moderatione sermonis, de caritate erga omnes, de honesta conversatione, de vitanda humana sapientia jactantia, de penitentia ad salutem necessaria, de proximi temerario judicio sagiendo, de tentatione toleranda, de magistratum debita obedientia, simplici stylo ac charactere scribuntur.

Secundo sequeretur omnes hujus ac superiorum saeculorum Pontificum epistolas, & diplomata, quae in publicis archivis per styli, materiam & argumentum ex lege & consuetudine sibi simillima asservantur, non esse eorum, quibus in titulo inscribantur. Quod sane non minus absurdum foret, quam si quis scriptum Sulpitii ad imitationem Ciceronis evulgatum, Sulpitio ad judicatum Ciceroni tribueret, vel commentitium esse negaret.

abjudicatum.

Addo integras saepe sententias istidem plane verbis de primatu Romano Ecclesie, de appellationibus ad sedem Apostolicam interponendis, &c. posteriorum temporum Pontificum suis epistolis decretalibus inseruisse, quas priorum temporum prædecessores Pontifices jam ante a se scriptas posteris tradiderunt. Quae prolesio priorum saeculorum scriptis epistolis pontificis fidem non tantum non adimunt aut minuunt, sed potius eorundem auctoritatem mirifice illustrant & confirmant.

Genus sermonis inelegantis, & (ut ipsi ajunt) parum Latini reprehendunt, quod Pliniana, aut Suetoniana, Sallustiana, Taciti, Justiniani, aliorumque istius temporis elegantissimorum scriptorum puritate caret, multaque barbarismis & solacismis scateat. In specie hæc phrasæ notant: in epist. 1. Clem. Ut præbitum est: in epist. 1. Marcelli, Ut præbitum est: in epist. Clem. 2. De sacramentis bene intuendis usque delegavi: in epist. 1. Evaristi, Stephani & Telesphori, Episcopi sunt obedienti, non detrahendi: in 2. & 3. epist. Alex. Boni a malis persequuntur: Cavete vos, fratres, ne officina participes malis eorum. In 2. epist. Sixti I. Ab hac sede a sanctis Apostolis tueri Episcopi jussi sunt: in epist. Victoris ad Afros, Perlatum est ad sedem Apostolicam aliquos vestros nocere fratres velle. In epist. Eleuth. Pulfatus super criminibus. In epist. 1. Zephyri: Judicium ordinabiliter habitum: Callisti 2. Anathematizatorum vox nullum nocere potest, & plura alia, quae post Magdeburgenses prolixè congestit Robertus Corus, Anglicanus Ecclesie prædicans minister in sua censura, quae catholicos scriptores, veros a falsis & supposititis, discernere præstat.

Secundum argumentum a genere sermonis sumptum refellitur.

Plura quoque adversus easdem epistolas Blondellus minister Calvinianus integro volumine.

Verum si propter solacismos aut barbarismos, sermonem simplicem, rudem, ac vulgarem, epistolas Pontificum negari vel rejici deberent, omnes veteris ac novi testamenti scriptores sacri & canonici rejiciendi forent. Sanctus Paulus 1. Corinth. 2. de seipso ait: Et sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis consistit. In Scriptura sacra innumeras phrasas & locutiones inveniri regulis grammaticis contrarias, Consilium erat, Deo auctore, Apostolis eorundemque posteris inspiratum, ut in rebus ad salutem omnium pertinentibus, sermone ac verbis imperito vulgo accommodatissimè uterentur. Hinc Origenes lib. 6. & 7. contra Celsum multa adversus eos philosophos disputat, qui vi veritate Scripturam sanctam exprobrabant. Idemque tomo 4. in Joannem solacismos Pauli excusans ait: Qui vocis distinguunt, & significatio, & res, non offendunt solacismos. Hac de causa aeterna memoria dignum esse judicatum est, quod sanctus Spyridion Tremithensis Cypri Episcopus insignis sacrae fidei confessor, & sacrarum Scripturarum propagator, Tryphillum virum eloquentissimum, a se per miracula ad fidem Christi jam ante conversum, in Nicæna Synodo. Generali, Tom. I.

Ado perorantem, & loco verborum Christi, Tolle grabatam tuam, dicentem, Tolle lectulum tuum humiliter, non immerito, ut refert Socrus lib. 2. c. 11. objurgavit, quod verbis Christi, uti designaretur, & eloquentia conferretur.

Hinc S. Hieronymus alioquin disertissimus & elegantissimus scriptor & doctor Ecclesie, ut in literis ad Damasum scriptis fatetur, phrasas Scripturam, quas regulis grammaticorum repugnant esse non ignorabat, retinere quam mutare maluit.

Hinc B. Gregorius in epistola ad Leandrum in commentariis libri Job sic styli suum incultum & inelegantem excusat. Unde & ipsam, inquit, artem loquendi, quam magisteria disciplinae exterioris insinuant, servare desepi. Nam sicut hujus quoque epistola tenor enunciat, non metacismi collisionem effugio, non barbarismi confusionem devito. Quia indignum vobis existimo, ut verba ecclesie oraculi restringam sub regulas Donati: nec enim hac ab ulla interpretibus in Scriptura sancta auctoritate servata sunt. Sicut igitur omnes scriptores veteris ac novi testamenti, omnesque posteriorum saeculorum scriptores sacri, in rebus ad fidem & mores pertinentibus, singulari Dei nutu ac voluntate, vulgari sermone uti soleant, ideoque nequidem ab ullo haeretico, uti redargui, non tamen negari potuerunt; ita Magdeburgenses, eorumque posteris censorum ac criticorum scriptores, horum Apostolicorum virorum scriptas epistolas propter sermonem simplicem barbarismis ac solacismis scateantem, a regulis Donati aliorumque grammaticorum descendentem, non rejicisse, negasse & despectisse; sed potius, tamquam Apostolicorum virorum scriptas, reverenter acceptasse, suscipisse & exaltasse oportebat.

Vulgata editio novi testamenti, ex qua potissima loca Scripturam desumpta sunt, ab Hieronymo non edita sed emendata sunt: ideoque argumentum contra auctoritatem harum epistolarum a citatis Scripturis, quas sanctus Hieronymus translatit, mutatum, nullius est ponderis. Africanus Ecclesie, Nicæni & Sardicenis conciliorum canones per Donatistarum gratulationes, ut infra in notis concilii Sardicenis verbo Approbatum dicemus, eo tempore necdum innotuerant; quid mirum omnes hæc epistolas in archivis & scriniis Romanae Ecclesie delitescerent non fuisse agitas?

Argumentum a consulari chronologia desumptum, Apostolicorum virorum epistolas nullam fidem, nullamque auctoritatem adimere potest: siquidem notam consularum epistolarum Pontificis, non ipsi Pontifices, sed alii quidam exscriptores eorundem non satis fideles sub & obreptis addiderunt, ut infra suis locis est ostensum.

Tertium argumentum a tempore S. Hieronymi sumptum refellitur.

Argumentum a consulari nota rejicitur.

Argumentum a consulari nota rejicitur. Argumentum a consulari nota rejicitur.

Commune exordium prima a S. Zephyriano, & tertia a S. Fabiano, aliarumque ab illis trium priorum saeculorum Pontificibus scripturarum epistolarum, auctoritatem eorundem si minuat, minuat etiam auctoritatem earum quae a Leone Magno, Hilario, Pelagio, aliisque posteriorum saeculorum Pontificibus posteris relictae non improbantur, sed velut authenticas ab omnibus recipiuntur. Tertia Leonis primi cum secunda Pelagii collata, ejusdem incultesse reperitur. Hilarii tertia, prima Zephyriani, & tertia Fabiani, unum idemque commune habent principium. Omnes posteriorum saeculorum bulles Pontificis ex stylo Romano eadem concluduntur istidem prope verbis hæc: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae declarationis, statuti, ordinationis, &c. infringere, vel ei ausu temerario contraire, &c. Sicut igitur hæc de causa propter communem terminandi modum nemo prudens horum saeculorum decretales epistolas Pontificis rejicere potest, ita propter idem multarum exordium, easdemque multis insertas sententias ac clausulas antiquorum & primorum Pontificum, epistolas decretales a Magdeburgensibus eorumque sequacibus novatoribus prædenter rejici & extirpari nequeunt.

Sextum argumentum refellitur.

Reliqua objecta nullius sunt momenti; & si quae ponderis aliquid habere videantur, isthæc infra suis locis movebuntur & refellentur.

OBSERVATIO PHIL. LABBE S. J.

Mirum est viris doctissimis Turriano, Bino, & quibusdam aliis in tanta eruditionis ecclesiasticæ luce probari potuisse decretales illas epistolas, a quocumque, seu Mercatore, seu Peccatore fabricatas, & antiquis Romanæ urbis Pontificibus circiter annum christianæ epochæ octingentesimum suppositas: adeo enim perspicacibus viris detormes videntur hoc saltem tempore, ut nulla arte, nulla cerussa, aut purpuris fucari possint. Eas omnes, saltem plerasque earum repudiavit eruditissimi quique traditores catholici, Beroaldus, Bellarminus, Perronius, Conius, Antonius Augustinus, Lezinius, Strmondus, Ducius, Petavus, Manta, Esquius, ut alio modo, sive antiquiores, sive recentiores silentio obvolvam. De singulis, ut se dabit occasio, deinceps, verum obiter tantum præcipue, dicere sumus.

mas. Neque enim vacat pluribus hoc loco tradere  
 eandem causidam novellam, quæ mala avi, ex  
 zelo quidem, sed minus prudenti & considerato, certe  
 non secundum scientiam, eisdem ab omnibus eruditione  
 præstantibus abjectis ac penitus repudiatis defendere  
 aggressus est.

*Non tali quilis, nec defensoribus iste*  
 indiget, aut unquam indigni Romana Ecclesia in  
 vultu Apostolica petra solidata. Rode enim sapienter  
 quæ admodum Baronius ad annum Christi 1166. numero  
 60. *Proci abli ab ecclesiastico tractato omni surpi*  
*suspicio scilicet & imphura, qui pura luce tantummodo*  
*gandat veritate, præter enim ingenui ignorantiam*  
*fatare magi, quam in* **MENDACIIS EMENDICA-**  
**TAM SCIENTIAM** *effere. At enim, amabo, cur*  
*Secundum vultu Imperatoris sui capitulum præfere no-*  
*lunt vobis, vobis, Antelii scilicet Carthaginensis E-*  
*piscopi ad Damianum Papam, & Damasi ad Aurelium*  
*epistolam commentitias, eodem, hoc est, soloce crassissi-*  
*moque hinc contextas. Subvertitur est, opinor, ne quis Car-*  
*dinalis Baronii iustissimam reprehensionem occideret. At*  
*quid quæ sunt* **MENDACIIS EXORNARE VESTI-**  
**BULUM** *ampla demus, ut in non levem suspitionem*  
*adducat, (h) qua vera intus habentur. Neque*  
*vero gravabor adscribere eisdem viri eminentissimi acule-*  
*ata verba ad annum 1166. num. 5. Eius præsent a fide-*  
*litum casu, qui in ECCLESIAM non habentem macu-*  
*lam nec rugam ejusmodi curantur inferre* **QUISQUI-**  
**LIAS, longaque longius a CATHOLICO ORBE, qui,**  
*qua corruptio videntur, MENDACIIS suffulcire, autan-*  
*tur: nam super solidum fundamentum firmamque petram*  
*strata est, semper manens, nunquam casura, facera FL-*  
**DES.** Hinc porro prænotatus atque securus ad se-

quentium pistularum lesionem atque electionem se ac-

cinget. Ne vero leviter tantum ac dictis causa videatur  
 meminisse Illustrissimi ac Reverendissimi Parisiensis Ar-  
 chiepiscopi omnium juris Pontifici consulum erudi-  
 tissimi, placet hic in observationis nostre subsidium &  
 veritatis canonice adversus proleteros quosdam scripto-  
 res firmanentum intexere integrum caput. 5. libri ter-  
 tii ad faciendum profus operis de concordia sacerdotum &  
 imperii.

I. Antiquo juri universalis Ecclesie assensu  
 roborato, successit *Iustum Novum*, quod ab an-  
 no 836. publicari cepit; & adnente Nicolao I.  
 & ceteris Romanis Pontificibus paulatim usu in-  
 valuit per Occidentis Provincias. Jus illud com-  
 prehensum est collectione Isidori, quæ ex Cle-  
 mentis, Anacleti, Evaristi, & antiquorum Pon-  
 tificum epistolis, qui tempora Siricii præcesse-  
 runt; & e canonibus tam antiquis, quam Gal-  
 licanis, & Hispanis compacta est. Epistolæ il-  
 læ apud eruditos viros gravi suspitione laborant,  
 tum ob verborum sordes a secundi sæculi, quo  
 datæ dicuntur, elegantia & nitore alienas; tum  
 ob styli similitudinem, & eundem scribendi  
 charaderem, qui in omnibus epistolis occurrit;  
 ita ut ab uno auctore, non a diversis Pontifi-  
 cibus conscriptæ esse videantur. Accedit usus  
 frequentissimus vulgaræ scripturarum versionis;  
 unde fit ut post Hieronymi ætatem effetas esse  
 necesse sit. Deinde & Hieronymo, qui Scripto-  
 rum Ecclesiasticorum catalogum texuit, & In-  
 nocentio, Leoni, ceterisque Pontificibus, quo-  
 rum germanæ epistolæ ad nos pervenerunt, om-  
 nino fuerunt incognitæ. Turrianus his simili-  
 butque argumentis a Magdeburgensibus prolatis  
 satisfacere conatur, edito in eam rem volumi-  
 ne. Sed fortasse cessisset Dionysii Exigui testi-  
 monio, qui cum veterum Pontificum epistolas,  
 jam a centum & mille annis cum summa dili-  
 gentia colligeret, a Siricio initium suæ compila-  
 tionis facit. Hæc sunt ejus verba in epistola  
 ad Julianum Ecclesie Romanæ presbyterum:  
*Præteritorum Apostolica Sedis præsulum constituta,*  
*qua valui cura & diligentia collega, & in quem-*  
*dam religens ordinem titulis distinctis compositis:*  
*ita dumtaxat ut singulorum Pontificum, quotquot*  
*a me præcepta reperta sunt, sub uno numerorum*  
*serie terminarem.* Fortius vero urget Antonii  
 Augustini Archiepiscopi Tarracensis obleva-

Dionysius  
 Exiguus

Ant Augusti  
 in notis ad ca-  
 pitula Isidr

atio, qui primus adnotavit ipsa legum impera-  
 toriarum verba, & que sub Aniani nomine ex-  
 tant ad codicem Theodosianum scholia, in il-  
 lis epistolis usurpata fuisse: quamvis Pontifices,  
 quibus epistolæ tribuuntur, duobus & tribus  
 sæculis codicis Theodosiani editionem præcesse-  
 rint. His argumentis victus Illust. Bellarminus  
 has epistolas, *Indubitatas*, inquit, *esse affirmare*  
*non audeam.* Sed apertioribus verbis Ill. Baro-  
 nius eas ab iis auctoribus, quibus tribui solent,  
 data opera abdicavit: *Ex multis quæ reddi suspi-*  
*ctas epistolas, quæ dicta sunt secundum annalium to-*  
*mo, dum de singulis mentio facta est, satis est de-*  
*monstratum, simulque ostensum, illis non indigere*  
*Romanam Ecclesiam, ut si falsitatis arguantur,*  
*B suis ipsa destituatur juribus & privilegiis, cum*  
*est illis careat, ex legitimis germanisque aliorum*  
*Pontificum epistolis decretalibus, satis superque*  
*corroborata constat. Ceterum quod excerpta ex il-*  
*lis capita a Benedicto Levita primum, ut canonibus*  
*conscientia, probata essent, ut ipse testatur,*  
*auctoritate Romanorum Pontificum, quod & a pe-*  
*terioribus factum est collectoribus, eadem usa po-*  
*terunt recipi contigerunt, quam constanti ipsorum*  
*firmitate. Bellarmini & Baronii auctoritate sui-*  
 tis, liberum erit venerandos Pontificum vete-  
 rum titulos, epistolis illis detrahere. Præsertim  
 cum eruditissimi viri industria, ab aliquot an-  
 nis eo processerit, ut sententiæ & verba ipsa,  
 ex quibus epistolæ contextæ sint, a quibus au-  
 thoribus petita sint, accuratissime demonstraverit.  
 Cui tamen in eo suffragari non possum,  
 quod atrocioribus verbis epistolas dilacerat: quas  
 e sententiis, & verbis legum, canonum antiquo-  
 rum, & sanctorum Patrum qui quarto & quin-  
 to sæculo floruerunt, si pauca demas, concin-  
 natas esse constat.

II. Hanc vero epistolarum & canonum colle-  
 ctionem, Riculfus Episcopo Moguntino debe-  
 mus, qui eam ex Hispania allatam penes se ha-  
 buit, & Gallis communicavit, teste Hincmaro:  
*De libro collectarum epistolarum ab Isidoro, quem*  
*de Hispania allatum Riculfus Episcopus Moguntinus*  
*in hujusmodi, sicut & in capitulis Regis studii-*  
*sus, obtinuit, & istas regiones ex illo repleri se-*  
**D** *licit. Quisquis auctor hujus collectionis fuerit, il-*  
 lustris nomine Isidori Hispanensis eam comen-  
 dare voluit; eo enim nomine insigniebatur tem-  
 poribus Hincmari, id est anno 870. Quare non  
 assentimur viris doctis, qui manuscriptos codi-  
 ces secuti, Isidorum Mercatorem collectionis  
 auctorem faciunt. Etenim etsi fateamur in qui-  
 busdam codicibus eam lesionem extare; in ple-  
 risque tamen & melioris notæ libris, Compila-  
 tor iste, Isidorus Peccator dicitur; unde manavit  
 vitio amanuensium *Mercatoris* dictio. Peccato-  
 ris autem appellatio inde fluxit, quod Episcopi  
 quibusdam solenne fuerit, in Conciliis peccato-  
 res seipos inscribere, quemadmodum videre est  
 in Concilio Turonensi primo, in Parisiensi ter-  
 tio, in Turonensi secundo, & in Maticonensi  
 primo; qua ratione & apud Græcos Episcopi  
 ἀμαρτωλοι vocari amabant. Certum quidem est &  
 omnino indubitatum ex sententia Illustrissimi Car-  
 dinalis Baronii sordes verborum, quæ aliquoties  
 in illa collectione occurrunt, in Isidorum Hispa-  
 lensem laudatissimum, & eruditissimum virum  
 non esse rejiciendas: qui etsi in originum libris ali-  
 quando lapsus fuerit, variz tamen & reconditæ  
 lectionis specimen præbet, unde antiquiorum  
 studia maxime juvantur. Inde autem colligitur Isi-  
 doro Hispanensi non esse tribuendam istam col-  
 lectio-

Bellarmin de  
 Rom Pont. l.  
 s. c. 14.  
 Baroa. ad  
 an. 663. u. 8

Vide pteu-  
 do Isidorum  
 editum anno  
 1668.

Hincmarus  
 in Opus. c. 44.

Hincmarus  
 ep. 7 c. 13.  
 Isidorus, Hi-  
 spalensis, & po-  
 tescopus collegi-  
 cum epistolis  
 Romanæ Sedis  
 Præfatum a S.  
 Clemente usque  
 ad B. Grego-  
 rium.

Concil Tu-  
 ron. 1. Paris  
 2. Turon. 3.  
 Maticon. 1.

Bona ad  
annum 865.

Chronicon  
Juliani Tol.

Concl. A  
quigran parte  
cap. 8.

Capitul. I.  
3. c. 170. 183.  
187. 230. 243.  
L. c. 57.  
1. c. 33. &  
passim libris  
tribus. Addi-  
tio 111. c. 2. &  
6. ad 17. c. 2. &  
14. 17. & 16.

Hincmarus  
op. 8. & ep. ad  
Lador. In  
Trad. de Di-  
vortio Lotha-  
rit in Opusc.  
c. 27.

lectionem, quia & Concilii Toletani undecimi habiti anno 675. & Concilii sexti coacti anno 681. meminit; quadraginta & amplius annis post obitum Isidori, qui accidit anno 636. ut docet Redemptus diaconus in ejus vita. Imo vero & Gregori II. & III. & Zacharie Summorum Pontificum, qui post annum septingentesimum vixerunt, epistolas auctor ille collectioni suæ inseruit. Si fides habenda esset chronico Juliani Toletani a Viro Clariss. Laurentio Ramireño Parisiis edito, non laborandum esset de collectionis auctore; Etenim juxta chronici illius fidem, Isidorus Mercator Episcopus Setubensis, ope Monachi cujusdam compilationi operam dedisse dicitur, & obiisse anno 805. Verum quia chronicum illud apud eruditos viros suspitione non caret, satius est Hincmari testimonio habere, qui non Mercatori Setubensi Episcopo, sed Isidoro Hispanensi, ætate sua collectionem tributam fuisse testatur.

III. Riculfus quidem, a quo publicatam fuisse docet Hincmarus, Ecclesiam Moguntiacam tenuit ab anno 787. usque ad annum 814. & Sedem apostolicam devote coluit; ut testis est auctor præfationis ad Benedicti Levitæ collectionem. Quod fortasse illi epistolarum interpolandarum desiderium iniecit, ut labantem Romanæ Ecclesiæ auctoritatem in Galliis restauraret. Sane post tempora Riculfi, sententiæ aliquot selectæ ex supposititiis epistolis, a Gallicanis Episcopis in canones suos transcriptæ sunt. In Concilio Aquigranensi habito anno 836. quæ de unctione olei infirmorum, seu chrismate ab Episcopis quotannis consecrando in cæna Domini, decernuntur, iuxta statuta decretalium; & secunda epistola Fabiani hausta sunt, etsi tacito Fabiani nomine. Cæterum frequentissime ab Episcopis laudata fuisse verba epistolarum illarum decretalium, & earum auctoritatem usurpatam, probant tres ultimi capitularium libri: quos e scriniis Ecclesiæ Moguntiacensis, in unum corpus compegit Benedictus Levita, jussu Autgarii ejus Ecclesiæ Episcopi; eosque Lothario, Ludovico, & Carolo nobilissimis regibus filiis Ludovici Pii inscripsit, circa annum 850. In iis libris passim e Clementis, Anacleti, Pii, Evaristi, Fabiani, & ceterorum Pontificum apocryphis epistolis quamvis suppresso auctorum nomine, auctoritas petitur: quod usurpatum etiam ab auctoribus additionum, quæ libris capitularium adjunctæ sunt. Quin & Hincmarus ipse Anacleti, Evaristi, Fabiani, Stephani, Lucii, Alexandri, Pii, Callisti, Julii, Melchiadis testimoniis aperte usus est, in epistolis suis, & aliis opusculis.

IV. Non solum autem Isidori collectio Riculfi tempestate emerfit; sed alia etiam collectio, quæ sub nomine capitularium Hadriani Papæ, per Gallias ab Ingilramno Metensi Episcopo anno 785. divulgata est. Ex his capitulis quedam in epistolas Pontificum, qui eas interpolavit, ipsis verbis transcripsit; imo & ipsæ capitularium additiones, capitulis Hadriani aliquoties utuntur.

Attamen observandum est, etsi Gallicanæ synodi veterum Pontificum nominibus perstrictæ, selectis sententiis epistolarum ejusmodi uterentur: Collectionem Ingilramni, aut Isidori non recepisse in canonum censum, ut testatur Hincmarus Remensis in opusculo, quo Hincmarum Laudunensem refellit; qui ex illis epistolis collectionem privatam ad usum Ecclesiæ suæ confecerat. De capitulis enim Hadriani ita censet:

*De sententiis, quæ dicuntur ex Græcis, & Latinis canonibus, & synodis Romanis, atque decretis Præfulum, ac Ducum Romanorum collecta ab Hadriano Papa, & ab Engelramno Metensem Episcopo data, quando pro sui negotii causa agebatur; quam dissona inter se habeantur, qui legitis intelligit: Et quam diversa a sacris canonibus, & quam discrepantes in quibusdam ab Ecclesiasticis iudiciis habeantur.*

V. Quid autem de veterum Pontificum epistolis sentiret, apertissime ostendit eodem loco. Docet enim ex Innocentii, Leonis, & Gelasii receptis decretis, accurate servanda, quæ canones conciliorum præscribunt; a quibus tamen discederetur, si varia capita controversis epistolis comprehensa servarentur, quæ adversa sunt canonibus: qui posteriores cum sint iis epistolis, illis utpote prioribus derogare censendi sunt. Unde tandem orationem suam hac definitione concludit: Honorem quidem iis epistolis deberi ob dignitatem auctorum, quorum nomina præferunt; sed concilia servanda, quorum decreta universalis Ecclesia & Sedes Apostolica custodit: Tu hac discretionem, inquit, ut præmissi ex verbis Gelasii, suscipe ad instructionem illas epistolas, quas Beatissimi Papa diversis temporibus ab urbe Roma pro diversorum patrum consolatione dederunt legendas, venerabiliter; & serva sacra Concilia, quæ Sedes Apostolica, & omnis sequitur Ecclesia, inviolabiliter. Uberius quæstionem istam exequitur, cum Laudunensis Hincmari verba refellit, qui prolatis Anacleti, Victoris, Callisti, & Eleutheri testimoniis, his verbis usus erat ad Hincmarum Remensem: Ecce pater qui canones recipiendi, venerandi ac observandi habentur. Excipit Hincmarus noster: Si isti sunt canones recipiendi, venerandi ac observandi quos commemorasti, qui sunt illi quos & Apostolica Sedes, & omnes Episcopi per universum orbem, à prima Sedis Apostolica Pontifice, usque ad illum qui modo novissime etiam post te est ordinatus Episcopus, immo & omni Catholica Ecclesia canones appellant. Quibus a Nicæno Concilio, quod primum in nostris codicibus quos ab Apostolica Sede majoris nostri acceperunt, sequendos per ordinem, usque ad Africanum Concilium, pro canonibus recipiendis, venerandis & observandis, retinent; & Innocentius, Zosimus, & ceteri quique observandos canones nominant. Inter quos, & istas epistolas Apostolica Sedis Pontificum, quas canones appellat, Gelasius ut supra posui differentiam facit, & illa Concilii canonum observanda decrevit, has autem epistolas pro consolatione quorundam directas, venerabiliter suscipiendas dicit. Quod iterum confirmat in epistola quam retulit Flodoardus auctor historiæ Remensis. Ex isto Hincmari loco discimus, apud Episcopos Ecclesiæ Gallicanæ, solum codicem canonum ex collectione Dionysii Exigui, quem superioribus verbis descripsit, circa annum 870. auctoritatem obtinuisse; epistolas vero contentas in collectione Isidori, non repudiatas quidem ab Episcopis, quia de falsitate illarum nondum constabat; sed in auctoritatem canonum non fuisse receptas. Quia in re præjudicio Leonis IV. utebantur, qui has epistolas decretales in canone non recensébat, ut monui capite superiori num. 5.

VI. Contenderat tamen Nicolaus literis ad universos Galliæ Episcopos datis anno 865. ut decreta illa reciperentur, & magno conatu Gallicanorum Episcoporum argumenta repulerat. Excipiebant enim illi decretales epistolas præscorum

Hincm. in  
Opusc. c. 24

Hincm. in  
Opusc. c. 25.

Hincm. in  
Opusc. c. 29.

Flodoard. I.  
Hist. Rem.  
c. 22.

Nicolaus  
ep. 40.



Ortiano  
cap. XI Romae  
notum. D. 312.

rum Pontificum ideo non admittendas, quia in  
codicem canonum non essent relata. Reponit  
Nicolaus, ex hoc sequi nec ipsas scripturas sa-  
cras veteris & novi testamenti suscipiendas, quia  
codici Ecclesiasticorum canonum non sunt in-  
serta. Si autem Galli respondeant, Innocentii  
decreto, quod in codicem canonum relatum est,  
statui ut testamentum vetus & novum recipia-  
tur: Eadem ratione dici posse, decretales illas  
epistolas esse recipiendas, quia decreto Leonis  
Papa cavetur, omnia decretalia constituta de-  
cessorum suorum custodienda esse. Itaque nihil  
interesse, utrum sint omnia decretalia Sedis Apo-  
stolica constituta inter canones Conciliorum immix-  
ta, cum omnia in uno corpore compaginari non  
possint. Quod Nicolaus confirmat Gelasii Papa  
denuntiatione, cuius haec sunt verba: *Decretales epi-  
stolas, quas Beatissimi Papa diversis temporibus  
de urbe Romae, pro diversorum Patrum consulta-  
tione dederunt, venerabiliter suscipiendas decerni-  
mus.* Hic Gelasii locus a Nicolao, & Hincma-  
ro trahitur in partes. Sane si commentitiz non  
essent epistolae veterum Pontificum, Gelasius Ni-  
colai causam juvaret, potius quam Hincmari.  
Sed alium Hincmari argumentum invidum re-  
manet, nempe canonibus posterioribus, derogatum  
fuisse praevis illis decretalibus, etsi veraz so-  
rent; quarum ratio habenda non sit in iis ca-  
pitibus, quae codici canonum adversantur. In  
ceteris enim articulis Galliae Episcopi testimo-  
niis harum epistolarum utebantur, ut arte di-  
xi; quod illis Nicolaus objiciebat: *Cum ipsi,*  
*inquit, suae intentioni haec suffragari conspiciunt,*  
*illis indifferenter nuntiant.*

aimmensa caritate, quam erga omnes homines  
gererat, palam cum omni fiducia (adversante  
etiam tyranno totius mundi) bonum predicare  
non desistit, & regem omnium saeculorum per  
orbem terrae, & usque ad ipsius Romae urbis  
hujus notitiam, ut etiam ipsa salvaretur, in-  
vexit: hic, inquam, pro pietate pati volens  
praesentem vitam finivit. <sup>d</sup> In ipsis autem die-  
bus, quibus vitae finem sibi imminere praesen-  
sit, in conventu fratrum positus, apprehensa  
manu mea, repente consurgens, in auribus to-  
tius Ecclesiae haec protulit verba: Audite me fra-  
tres & conservi mei: Quoniam, ut edoctus sum  
ab eo qui misit me, Domino & magistro meo  
Jesu Christo, dies mortis meae instat, Clemen-  
tem hunc Episcopum vobis ordino, cui soli meae  
praedicationis & doctrinae cathedram \* trado: <sup>e</sup>  
Qui mihi ab initio usque in finem comes in  
omnibus fuit, & per hoc veritatem totius meae  
praedicationis agnovit: Qui in omnibus tenta-  
tionibus meis socius extitit, fideliter perseve-  
rans: Quem praeter ceteris expertus sum Deum  
colentem, homines diligentem, castum, discen-  
di studiis deditum, sobrium, benignum, justum,  
patientem, & scientem ferro nonnullorum (etiam  
ex his qui in verbo Dei instituantur) injurias.  
\* Propter quod ipsi trado a Domino mihi tra-  
ditam potestatem ligandi & solvendi; ut de om-  
nibus quibuscumque decreverit in terris, hoc de-  
cretum sit & in caelis. Ligabit enim quod oportet  
ligari, & solvet quod expedit solvi, tamquam  
qui ad liquidum Ecclesiae regulam noverit. Ip-  
sum ergo audite, scientes quia quicumque con-  
tristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum,  
& Patrem omnium exacerbat Deum, propter  
quod & vita carebit. Ipsum autem qui praestitit  
ceteris, oportet medici vicem agere, & non se-  
rae bestiae furore commoveri. Haec eo dicente,  
ego procidens ad pedes eius, rogabam, excu-  
sans me, & declinans honorem cathedrae, vel  
potestatem. At ille respondens: Pro hoc, in-  
quit, ne me rogaveris. Hoc enim fieri statutum  
est mihi, & eo magis, quod excusas: quia haec  
cathedra eum qui cupit eam, & audacter expe-  
dit, non requirit, sed ornatum moribus & in  
verbis eruditum. Quod si esset alius melior, si  
quis mihi alius adjutor tam sedulus adstisset,  
si quis tam plene doctrinae meae rationem copis-  
set, sed & Ecclesiasticas dispositiones a me tam  
plene didicisset, habens alium talem, non te  
cogerem opus bonum suscipere nolentem. Su-  
peritium est ergo alium quaerere, cum primitias  
eorum qui ex gentibus per me salvantur, & praeci-  
pue hujus urbis, te primum obtulerim Deo.  
Sed & illud intueri, quia si periculum peccati  
timens, suscipere refugis Ecclesiae gubernacula;  
certus esto, quia amplius peccas, qui populum  
Dei velut in fluctibus positum & periclitantem,  
cum juvare possis, subterfugis; tui tantummo-  
do habens considerationem, & non quod in com-  
mune omnibus expedit, providens. Sed certus  
esto, quod necesse est te suscipere omne pericu-  
lum, quia nec ego pro salute omnium ab obse-  
crando cessabo. Quanto ergo mihi citius acquie-  
veris, tanto me citius laboris & tristitiae meae  
merore relevabis. Novi etiam hoc, o Clemens,  
quod tibi taedia & molestias, pericula etiam &  
opprobria meruditi vulgi indocilisque concilem;  
quae tu tamen scio quod constanter & fortiter se-

d Cesta sine  
epitome cit. p.  
412. edit. Co-  
lombanis ann.  
1569. que not.

e Conf. VII.  
46.

In Decret.  
lvo. lib. 5.

11. quest. 3.  
Quicumque  
contrist. Et in-  
fra in Epist. 7.  
Alexandri Pa-  
pa I.

Videtur pol-  
liceri intercas-  
tionem post  
mortem.

EPISTOLAE CLEMENTIS PAPAE I.

EPISTOLA I. AD JACOBUM

FRATREM DOMINI.

Rufino Torano Aquilejensi interprete.

a Haec & se-  
quentes qua-  
tuor epistolae  
Bar Bellas.  
Petr. Pet. aliis-  
que eruditio-  
Catholica re-  
des multis  
nominibus su-  
spicitur sum.  
b Vide praef.  
in rogo. ad  
Gaudentium  
ubi ait hanc a  
se olim inter-  
pretatum at-  
que editam.

Narrat Clemens quomodo S. Petrus se invitum successorem suum elegit, & omnia praeccepta ab eodem sibi tradita explicat.

Clemens Jacobo fratri Domini, & Episcopo Episcoporum, regenti Hebraeorum sanctam Ecclesiam Hierosolymis, sed & omnes Ecclesias, quae ubique Dei providentia fundatae sunt, cum Presbyteris & Diaconibus, & ceteris omnibus fratribus, Pax tibi sit semper.

NOTUM tibi facio, Domine, quia Simon Petrus, qui verae fidei merito, & interesse praedicationis obtentu, fundamentum esse Ecclesiae definitus est, qua de causa etiam Domini ore divino cognominatus est Petrus, qui fuit primitiae electionis Domini, Apostolorum primus, cui & primo Deus Pater Filium revelavit, cui & Christus competentem beatitudinem contulit, qui & vocatus est & electus, & conviva Domini & comes effectus tamquam bonus & probatissimus discipulus, qui obcurio-rem mundi plagam Occidentis (velut omnium potentior) illuminare praecceptus est, qui que & integre potuit implere praecceptum. Sed quousque sermonem protraho, refugiens indicare quod triste est, quod quidem necesse est, licet tarde, proferre? Hic denique ipse Petrus, qui pro

c Vide epi-  
stomen histo-  
riae Clementis  
an. sine di-  
brum de ceteris  
sancti Petri  
anno 1155. o-  
pera Hadriani  
Turnebi Grae-  
ce editum, &  
Latine reddi-  
tum a Joachi-  
mo Periozino  
O.B.

a Sequentes variantes lectiones, notataeque suppedantur Harduinus, qui non has Clementis Epistolas tantum, sed etiam reli-  
quas Indorianae Collectionis consultavit cum Mt. Bibliothecae collegit Paris. Soc. Jesu. in quo hujus epistolae hic tractus habetur  
Incipit Epistola Clementis ad Jacobum Fratrem Domini. Decit autem Petrus, recte. a lvo in Decretal. lib. 5. can. 47.

feres, respiciens ad illam spem, quæ tibi apud Deum patientis præparat coronam. Sed & illud cupio, te mecum iusta ratione perspicere, quando maxime opera tua indiget Christus, nunc cum inimicus adversus sponsam ejus commovet bellum, aut futuro in tempore, quando jam Christus post victoriam triumphabit, nec ultra ullius opera indigebit? Quis non etiam parvi sensus intelligat, quod istud est tempus, in quo operam tuam Christus requirit? Tota igitur mente in præfati necessitate præbe operam tuam, & auxilium in præliis exhibe regi optimo, remunerationis magnificas post victoriam redditu-  
 ro. Libenter ergo suscipe Episcopatus officium, eo maxime, quod Ecclesiasticas dispositiones a me probabiliter didicisti, ut salus eorum, qui per nos confugerunt ad Deum, nequaquam vacillet. Verumtamen & breviter te de ipsius dispensationis ordine coram omnibus commone-  
 re necessarium duco.

a receptu-  
rus. in c. Jul.

b duxi.

12. q. 1. Te  
quidem.

c deest hæc  
vocula a c.  
Jul.

11. q. 1. Si  
enim

d & his qui-  
bus debes va-  
cantem idem  
odet

e deponatis.

Idem in epi-  
stola Evaristi  
Pape. In Dec-  
ret.  
Ivo lib. 5.  
Matth. 16

f Coeff. IV. 10.

g Nic. I. ep. 49

labes, occasione accepta, tamquam venenum pes-  
 sumum serpat in vobis, cavere & antevincire ne-  
 cessarium est, ne quod in vobis adulterii occul-  
 tum h coalescat  
 22. quæst. 7.  
Quid in omni-  
bus.  
Et in Decr  
Ivo. lib. 7.  
adornate  
 tum h coalescat incendium. Et quid in omnibus  
 peccatis adulterio gravius? Secundum namque in  
 penis obtinet locum, quoniam quidem primum  
 illi habent, qui aberrant a Deo, etiam si sob-  
 brie vixerint. Propter quod vos o Presbyteri,  
 Ecclesiam excolite, & ordinate sponsam Chri-  
 sti ad pudicitiam. Sponsam autem dico, omnem  
 Ecclesie congregationem: quæ si pudica inventa  
 fuerit a sponso suo, ingentibus ab eo donis &  
 muneribus honorabitur: & vos, velut ministri  
 sponsæ, & amici sponsi, ingenti gaudio & læti-  
 tia persruemini. Si vero sponsa hæc reperta fue-  
 rit commaculata peccatis, ipsa quidem, tamquam  
 indigna, non tradetur regalibus thoris. Vos  
 autem penas dabit, si forte per vestram negli-  
 gentiam vel desidiam obreperit contagio læva  
 peccati. Idcirco ante omnia sobrietatis & pudic-  
 itie sollicitudinem gerite. Valde enim apud Deum  
 grave crimen ducitur fornicatio, cujus species  
 sunt quidem plures, sicut vobis & ipse Clemens  
 diligenter exponet. Verumtamen prima species  
 adulterii est, virum propria uxore solummodo  
 non esse contentum, & mulierem non proprio  
 tantum servare se viro. Si ergo castus fuerit quis,  
 potest & humanus & misericors fieri, per quod  
 & ipse æternam a Deo misericordiam consequa-  
 tur. Sane sicut adulterii venenum cunctis malis  
 perniciosus est, ita amor fraternus & caritas toti-  
 us boni fastigium tenet. Et ideo diligite om-  
 nes fratres vestros, & cum religione ac miseri-  
 cordia respicite ad omnes. h Orphanis exhibete  
 vosmetipsos parentes. Viduis virorum curam im-  
 pendite, cum omni castitate, quæ necessaria sunt,  
 præbentes. Juniores tamen viduas nuptiis copu-  
 late. His qui ignorant artificia, exquirite hone-  
 stas aliquas occasiones, quibus viduum necessa-  
 rium querant: artificibus vero operam provide-  
 te, debitis misericordiam facite. Scio autem  
 hæc omnia facturos vos, si caritatem præ cete-  
 ris & ante omnia in vestro corde figatis. Cuius  
 caritatis, & recipiendæ, & habendæ, maxi-  
 mum erit fomentum; si frequenter inter vosmet-  
 ipsos communem cibum vestrum mensamque fa-  
 ciatis, & in quantum unusquisque prævalet, cre-  
 brius panes ac sales suos cum fratribus suis tu-  
 mat. Per hæc enim præcipue caritas compara-  
 tur, & causa totius boni in hujusmodi commu-  
 nione consistit. Ubi autem pax & bonitas, ibi  
 & salus. Propter quod communes facite cibos ve-  
 stros cum his qui secundum Deum fratres sunt,  
 quia per hæc temporalia officia, pacis & cari-  
 tatis fructibus gaudia æterna merebimini. Mul-  
 to autem sollicitius esurientes reficite, & sitienti-  
 bus potum date, nudis vestimentum; ægros vi-  
 sitate, & eos qui in carcere sunt, prout possi-  
 bile est, juvate: peregrinos satis prompte in do-  
 mibus vestris suscipite. Et ne omnia nunc sin-  
 gulatim dicam, omne bonum ipsa per se (si in  
 vobis fuerit) caritas vos facere docebit, sicut &  
 e contrario eos qui a salute alieni sunt, omne  
 malum facere odium docet.

h coalescat  
22. quæst. 7.  
Quid in omni-  
bus.  
Et in Decr  
Ivo. lib. 7.  
adornate

extrude-  
tur a regali-  
bus

Primo spe-  
cies adulteri-  
i

k Coeff.  
IV. 10.

Matth. 25  
Item in ep-  
st. S. Evaristi  
Pape

11. quæst. 1  
Si qui est

Si qui ex fratribus negotia habent inter se,  
 apud cognitores sæculi non judicentur: sed apud  
 Presbyteros Ecclesie, quidquid illud est, diri-  
 matur: & omni modo obediant statutis eorum.  
 Super omnia autem avaritiam fugite; quæ homi-  
 nes occasione præsentis lucri ab æternis separat  
 bonis. Pondera, mensuras, stateras, pro locis  
 quibusque æquissima custodite: deposita fideliter  
 re-

restitite. Quæ omnia, & si qua sunt familia his, ita demum sollicite & diligenter implebitis, si futurum Dei iudicium sine intermissione in vestro corde volvatis. Quis enim peccare poterit, si semper ante oculos suos Dei iudicium ponat? Quod in fine mundi certum est agendum, ut tandem qui bene in hac vita egerunt, consequantur bona reposita; peccatores autem ut consequantur præparatas & reconditas penas, de quibus ita futurum dubitare omnino non possumus. Si quidem hæc omnia ita esse ventura verus nobis propheta prædixit. Unde & vos, qui estis veri prophetae discipuli, abjicite a cordibus vestris ante omnia discordias & animorum dissensionem, ex quibus omne malum opus procedit, & benignitatem ac simplicitatem tota mente servate. Quod si forte alicujus cor vel livor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his quæ superius memoravimus, latenter irreperit; non erubescat, qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic qui præest, ut ab ipso per verbum Dei & consilium salubre curetur, quo possit integra fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia pervenire.

Nota de confessione sacramentali.

Distin. 92. Diaconi Ecclesie. Const. II. 44.

In cultu vitiorum, &c. Deum amiserunt, spiritus ac.

Dist. 92. Diaconi Ecclesie.

Verumtamen illud est quod præ ceteris ab omnibus vobis cupio in commune servari, ut concordiam teneatis, per quod solum potestis portum quietis intrare, & civitatem summi regis (quæ pax nominatus habitat. Similis namque est status omnis Ecclesie magnæ navi, quæ per undosum pelagus diversis e locis & regionibus viros portat, ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo navis hujus Dominus, ipse Omnipotens Deus, gubernator vero sit Christus. Tum deinde proreæ officium Episcopus impleat, Presbyteri nautarum, Diaconi dispensatorum locum teneant: hi qui catechizant, nautologis conferantur: epibatis autem, totius fraternitatis multitudo similis sit: ipsum quoque mare hic mundus habeatur: ventorum vero varietates & turbinum, diversis tentationibus conferantur: persecutiones, tribulationes, & pericula, fluctibus exæquentur. Terreni vero spiritus, qui vel de torrentibus, vel de convallibus spirant, pseudoprophetarum & seductorum, seu prævæ doctrinæ verba ductantur: promontoria vero & loca confragosa, hi qui in potestatibus sæculi sunt iudices, & pericula minantur & mortes. Dithalassa vero loca, quæ duplicibus undæ fallacis æstibus verberantur, dubis mente, & de repromissionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili sedem non ram ratione discutunt. Hypocritæ autem & dolosi, piratis similes habeantur. Jam vero rapidus vortex, & tartarea charybdis, & taxis illi naufragia, ac mortiferæ submersiones, quid aliquid aliud æstimanda sunt, quam peccata? Restat igitur, ut hæc navis cursu prospero tuta possit portum desideratæ urbis intrare, ita Deo precem fundere navigantes, ut mereantur audiri. Audiri autem a Deo ita demum merebitur quis, si orationes ipsæ bonis moribus & bonis operibus adjuventur. Sed ante omnia cum quiete & silentio, epibatæ (id est, laici) in suis uniusquisque resideant locis, ne forte per inquietudinem, & inconditos inutilisque discursus, si passim vagari cœperint, vel ab officio suo nautas impediunt, vel in alterum latas per inquietudinem eorum navis pressa demergatur. Nautologi de mercedibus commoneant: & nihil omnino quod ad diligentiam vel ad disciplinam pertinet, diaconi negligant. Presbyteri, velut nautæ aptent singula ad instructionem navis diligenter, & instruant quæ in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tamquam proreæ, vigilanter & sollicite gubernatoris verba custodiat Christi. Salvator Dominus gubernator Ecclesie suæ, diligatur ab omnibus, & ipsius solius præceptis ac jussis credat & obediat omnis Ecclesia. Deo quoque indefinenter supplicetur a cunctis de prosperitate ventorum, ut navigantes omnem tribulationem & omne periculum superent, tamquam mare profundum mundi istius & vitæ humanæ pelagus navigantes, in quo esuriendum sit & sitiendum, nuditatem quoque ferendam, morbos etiam corporis & ægritudines tolerandas, Insuper & hominum insidias ac dolo sæpe laborandum, quippe qui dispergendos se nonnunquam noverint, sed aliquando etiam congregandos, vomitus quoque & fustigationes ferendas, cum ex confusione peccatorum & rejectione criminum, velut male congregati in visceribus fellis, jactura facienda est, & abjicienda pror-

cquam solaz.

Ecclesia magnæque navis lapida collectio.

d. Anaclet. epist. i. Const. II. 61.

vocatur.

ipius.

mercedibus.

1 MS. Negligentes, & ita tenet. 2 MS. qui, & ex recentiori manu que. 3 MS. que unquam sermonibus suis. 4 MS. vita æternitate, doctrina etc. 5 MS. a cultu. 6 MS. diaconi. 7 ex MS. dele plebs. 8 MS. cura sit. 9 in MS. abest vox precipue. 10 Redundat vox balzare, nec legitur in MS. 11 Ivo in Decret. part. 1. c. 1. 12 MS. Bithalassa.

profus e corde omnis intrinsecus que latet amaritudo peccati, si qua forte ex desideris iniquis, velut ex cibis noxiis, congregata est. Quam utique cum evomerit quis & abjecerit, ingentis aegritudinis liberabitur morbo, si tamen post vomitum, quæ ad sanitatem pertinent, sumat. Verumtamen scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret Episcopus: quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero & suum & singulorum. Propter quod, o Clemens, tamquam qui omnibus præesse te noveris, singulos (prout potueris) juva, & singulos releva, qui & singulorum onus & sollicitudinem portas. Unde & ego nunc hanc tibi injungens dispensationem, scio quia accipio gratiam magis; quam præsto. Sed esto confidens & fortiter ferens; certus quia laboris tui meritum recipies, cum ad portum quietis incolumem hanc provexeris navem. Ibi mercedes & præmia pro omnium salute suscipies, si hic pro omnium incolumitate vigilaveris. Itaque si te multi e fratribus propter rigorem justitiæ odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, sed ex hujuscemodi odiis amor tibi conciliabitur Dei. Et ideo satage magis & refuge, ne lauderis ab iniquis, & ne a pessime agentibus diligaris; sed potius propter justam dispensationem, & æquissimam regulam disciplinæ, a Christo collaudari merearis. Hæc cum dixisset, & his similia quam plurima, rursus respiciens ad populum, dixit: Sed & vos carissimi fratres & confervi mei, huic qui præsidet vobis ad veritatem docendam, in omnibus obedite; scientes quod si quis hunc contristaverit, Christum, qui ei docendi credidit cathedram, non recipit. Et qui Christum non susceperit, nec Deum Patrem suscepisse judicabitur, & ideo nec ipse suscipietur in regno celorum. Propter quod satagite ad omnem collectam & congregationem semper convenire, ut non velut negligentes & desides a iudice Christo condemnemini. Convenientes vero semper ad Clementem, date omnes operam pro ipso sentire, & summo studio favorem vestrum erga ipsum ostendere; scientes quia propter singulos vestrum, ipsi magis sollicitus est inimicus, & in ipsum majora suscitatur bella.

Oportet ergo vos summo studio nitri, ut omni erga illum vinculo amoris innexi, plenissimo erga eum inhæreatis affectu. Sed & vos quoque ipsi unanimes in omni concordia perdurate, quo facilius etiam illi obedire omnes pari & consensu & unanimitate possitis. Propter quod & vos salutem consequi, & ille possit, obtemperantibus sibi vobis, promptius impositi oneris pondus evehere. Quædam etiam ex vobis ipsis intelligere debetis, si qua sunt, quæ ipse propter insidias hominum malorum non potest evidentiùs & manifestius proloqui. Verbi gratia: Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat: Cum illo nolite amici esse; sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus absque commotione obsecundare, & avertere vos ab eo cui ipsum sentitis adversum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias reparare, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, & per hoc redeat ad salutem, cum obedire cæperit monitis præsentis. Si vero quis amicus

Concil. General. Tom. I.

A fuerit his quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his quibus ipse non loquitur; unus est & ipse ex illis qui exterminare volunt. Ecclesiam Dei: & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt, & evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ inimici sunt, gerit, & Ecclesiam dispergit ac vastat. Et cum hæc dixisset, in medio coram omnibus manus mihi imposuit, & in cathedra sua, ingenti verecundia fatigatum, sedere me compulit. Cumque sedissem, hæc ad me rursus loquutus est: Deprecor te, o Clemens, coram omnibus qui presentes sunt, ut posteaquam (sicut nature debitum est) vitæ præsentis finem fecero, Jacobo fratri Domini, descripta breviter, vel quæ ad initium fidei tuæ spectant, vel etiam quos ante fidem animos gesseris, sed & qualiter mihi ab initio usque ad finem comes itineris & aditum fueris, quæque per singulas civitates (me disputante) sollicitus auditor exceperis, quique in prædicationibus meis vel verborum fuerit ordo vel actum; sed qui me finis in hac urbe repererit, sicut dixi, omnia, quam potes, breviter comprehensa, ad ipsum te destinare non pigeat. Nec verearis, ne forte multum de meo exitu contristandus sit, cum id me pro pietate sustinere non ambigat. Erit autem ei grande solatium, si didicerit, quod post me non imperitus vir aliquis, aut indoctus, atque ignorans divini verbi mysterium, & Ecclesiastici ordinis disciplinam, vel doctrinæ regulam nesciens, suscepit cathedram meam: scit enim, quia si indoctus & inscius officium doctoris accipiat, sine dubio discipuli & auditores ignorantie tenebris obvoluti, in interitum demergentur. Unde & ego, mi domine Jacobe, cum hæc ab eo præcepta susceperim, necesse habui implere quod iusserat, indicans tibi & de his ipsis, simul & de illis breviter comprehendens, quæ per singulas quasque urbes digrediens, aut in prædicationis sermone protulerit; aut in gestorum virtute perfecit; quamvis tibi de his plurima jam & plenius ante descripta, ipso iubente, transmiserim, sub eo ipso titulo, quem ipse præcepit affigi; id est, Clementis itinerarium, non prædicationis Petri.

Sed & nunc exponere jam quæ præcepit, domino opem ferente, incipiam: *Panitentiam*, inquit, & *veram agite penitentiam*. Omnes ergo homines, qui christiano censentur vocabulo Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unum Deum & dominum veraciter credere & confiteri, eumque tota mente & toto corde & tota virtute diligere, & proximos suos tamquam semetipsum, docibilemque esse usque ad perfectam doctrinam ad hæc pernicienda, summopere oportet. Fides enim & dilectio, totius bonitatis est fundamentum. Sine fide autem placere Deo nemo poterit. Christo itaque resurgente, & ascendente in celum, misso sancto Spiritu, collata Apostolis scientia linguarum, adhuc in uno positi, symbolum, quod fidelis nunc tenet Ecclesia, unusquisque quod sensit dicendo, condiderunt, ut discedentes ab invicem, hanc regulam per omnes gentes prædicarent. Summam ergo totius fidei catholicæ recensentes, in qua & integritas credulitatis ostenditur, & unius

G Dei

Evangel. ap. 11.

Genes. 5. Petri p. 413.

dependere.

Conc. V. sententia II. c. 4. an. 443. Distinct. 93. Et in epist. decr. 3. Anacle. Papa cujus initium est: Benedicte Deus: Et similiter Fabiani Papa quæ incipit: Divinus præceptis.

Conc. Me. sententia ann. 888. c. f.

amicia. Gen. Pe. 113.

h. Nerone anno 8. c. 1. terna Christi 63. catu. ch. Petrus vero. Nerone ejusdem 11. c. x. x. x. Christi 67.

missio. ita & c. Just.

id est hæc negatum MS. h. Hæc den. nit epistola in quibusdam codicibus. Cetera sunt vice appendicis, addita circa annum 800. ut videtur.

De titulo autem illo dicemus in notis. Marc. 1. Compendio tum nomen Christianæ.

Vesanti exp. in symbolum c. 1. ut que ad, dilige re ergo Deum ac.

1 MS. justitæ dispensationem. 2 infestat inimicus. 3 MS. aversum. 4 MS. naturale. 5 MS. inegitii. 6 Reliqua sententia non extat in MS. nostro addita ab aliquo interpolatore.



Germaniam & Italiam, atque ad reliquas gentes dirigere cupimus. Ubi autem ferociiores & rebelliores gentes esse cognoverimus, illuc dirigere sapientiores & austeriores necesse habebimus, qui quotidie non cessent divina feminare semina, & multos Christo lucrari, & ad rectam fidem & viam veritatis perducere, ut plures manipulos domino valeant presentare.

Distin. 80.  
In illis civitatibus; & Leo  
xx. ep. 1.  
\* primi sacerdotes famines.  
\* primi famines.  
Vide An.  
Aug. in Hadr.  
coll. datam  
Inglit. c. 23.  
Jul. ep. 1.

In illis vero civitatibus, in quibus olim apud ethnicos archifamines eorum, atque primi legis doctores erant, Episcoporum primates ponuntur, vel Patriarchas, qui reliquorum Episcoporum judicia & maiora (quoties necesse foret) negotia in fide agitent, & secundum Dei voluntatem, sicut constituerunt sancti Apostoli, ita ut ne quis injuste periclitaretur, desinirent. In illis autem civitatibus, in quibus dudum apud predictos erant archifamines, quos tamen minores tenebant quam memoratos primates, Archiepiscopos institui precepit, qui non tamen primatum, sed Archiepiscoporum fruere nomina. Episcoporum quoque judicia, (ut superius memoratum est) & maiora Ecclesiarum negotia, si ipsi reclamaverint, aut aliquem timorem, aut istos vel alios suspectos habuerint, ad iam dictos primates vel Patriarchas, ne aliquis nocenter periret, transferri perducunt. In singulis vero reliquis civitatibus singulos, & non binos vel ternos aut plures Episcopos, constitui precepit, qui non primatum, aut Archiepiscoporum, aut metropolitanorum nomine, quia matres civitatum non tenent, sed Episcoporum tantum vocabulo potirentur: quoniam nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit, sed unus omnibus presuit. Hoc tamen providendum instituit, ne in Villis, aut Castellis vel modicis Civitatibus, instituerentur Episcopi, ne vile eorum nomen fieret. Episcopos ergo vicem Apostolorum gerere, Dominum docuisse dicebat, & reliquorum discipulorum vicem tenere Presbyteros debere insinuat. Et si quis aliquem ex his scandalizaret, gravissimam illi penam inferri debere predicabat. Cunctos se invicem diligere & adjuvare debere, & neminem ab adiutorio fratris se subtrahere instruebat. Homicidas vero & adulteros, ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coequalis non erant, ab eorum vexatione & accusatione (docente Domino) prohibebat, & non nisi a coequalibus aliquid eis inferri debere docebat; quia discipulum supra magistrum esse, aut ullam ei injuriam inferre, nullatenus debere oportet. Infames etiam omnes, & quos primates & leges seculi non suscipiunt, sed & laicos ab eorum accusatione & vexatione semper repelli debere, rogabat, & cunctos illis subditos esse precipiebat. Cunctorum Sacerdotum vitam, superiorem sanctorumque ac discretam a secularibus & laicis hominibus esse, & spirituales quosque atque Sacerdotes super carnales ac laicos semper constituendos docebat; quoniam pro minimo nobis esse debet, ut a talibus arguamur & iudicemur, vel ab humano die. Majores vero, a minoribus nec accusari nec iudicari ullatenus posse dicebat; quoniam non solum hoc divinas, sed & leges seculi inhibere dicebat.

\* quos innocentes.

In Decr.  
Ivo lib. 1.

q. 1. Beatus Petrus  
Hadr. c. 63  
collationum.

q. 9. Laici  
in accusatione.  
Feb. ep. 1.

Jul. ep. II.  
c. 16

Omnes ergo legum divinarum libenter violatores, & sacrarum institutionum voluntarie perturbatores, Ecclesiastica indignos regula & san-

Concil. General. Tom. I.

Et a communione iudicabat. Operatores vero carundem, eisque obediens, utramque acceptorum bonorum dignos esse dicebat. Unde & Prophetas in testimonium sumebat: *Audite cœli, & auribus percipite terra, quoniam Dominus locutus est: Filios enutrivit & exaltavit, ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui, Israel autem non cognovit me, & populus meus non intellexit. Vae genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filii sceleratis. Dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, avasienati sunt retrorsum. Super quo percussam vos ultra, ad dentes prevaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœven: a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus & livor, & plaga tumens non est circumcisa, nec curata medicamine, neque sota oleo. Terra vestra deserta, civitates vestra igne succensa: regionem vestram coram vobis alieni devorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili, & derelinquetur. Vae, inquit, qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes terebras lucem, & iuccam tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles ejus interierunt fame, & multitudo ejus sit exaruit. Propterea dilatavit infernus animam suam, & operuit os suum absque ullo termino. Et descendit sortes ejus, & populus ejus, & sublimes gloriae ejus ad eum. Et incurvabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur. Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in justitia. Carnales spiritualibus resistere prohibebat. Et de his qui cerceces suas contra magistros & seniores suos erigebant, hæc in exemplum adducebat: *Detrahitur est ad inferos superbia tua, & concidit cadaver tuum: subter te sternetur tineas, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sededo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum lacu. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient: Numquid iste est vir, qui (a) turbavit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, & urbes ejus destruxit, & civitates ejus non apperuit carcerem? Ebrietatem oppido prohibebat, & ebriosos, corpore & animo mortuos esse predicabat: de quibus & in exemplum agebat: *Vae qui concisuritis mane ad ebrietatem seclandam, & potandum usque ad vesperam, ut vino astuetis: cithara & lyra & tympanum & tibia & vinum in conviviis vestris: & opus Domini non respicitis, nec opera manuum ejus consideratis. Et iterum: Vae qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri riores ad miscendam ebrietatem: qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferitis ab eo. Propter hoc, sicut devorat stipulam lingua ignis, & calor flamma exurit, sic radix eorum quasi savilla erit, & germen eorum ut pulvis ascendet. Abjecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemaverunt. Ideo iratus est furor Domini in populo suo, & extendit manum suam super eum, & percussit eum. Et conturbati sunt montes, & facta sunt***

a dicebat.  
Ivo 14.  
b cecidit.

Uai.

libid.

(a) Luc. conturbavit.

a Can. A. post 40. volebat.

b Can. A. post 10.

c contentam abire oportere.

Zach. 8.

Mat. 13.

Zach. 2.

1. Cor. 3.

1. Cor. 6.

in omni bus his non est aversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Nullum etiam presbyterum in alicujus Episcopi parochia aliquid agere debere, absque ejus permisso, docebat: sed & cunctos presbyteros propriis Episcopis in omnibus absque mora obediens (instigante Domino) esse debere docebat. Nullum item aliena concupiscere aut presumere, quæ eorum erant, sed unumquemque suis sibi que commissis contentos esse docebat. Neminem etiam alicui aliquid facere, nisi quod sibi fieri vellet, instruebatur. Sanctam quoque Ecclesiam immaculatam omnes servare debere evangelizabat, cuius claves Episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent potestatem claudere Cælum, & aperire portas ejus, quia claves Cæli facti sunt. Admonere autem eos neminem debere docebat, quia oculi Domini sunt, & qui eos tangit, tangit pupillam oculi eius. Et quanta pena dignus sit qui eos scandalizat, ipsum Dominum docuisse dicebat, ubi ait: Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Vae mundo ab scandalis. Necessè est enim ut veniant scandala: verumtamen vae homini illi, per quem scandalum venit: Si autem manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debiliem, quam duas manus habentem, mitti in gehennam ignis. Et si pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te. Bonum est tibi, introire ad vitam claudam, quam duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te. Bonum est tibi, unum oculum habentem, in vitam introire, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis. Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis. Amen dico vobis. Quaecumque alligaveritis super terram, erunt alligata & in Cælo: & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in Cælo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in Cælo est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et iterum per Prophetam loquitur, dicens: Expavit (inquit) Cælum super hoc, & horruit amplius vehementer, dicit Dominus. Intolerabilem malignitatem, & linguam iniquitatem loquentem contra Deum, & mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum: Impone homo tue lingue ostium & seram. Cessa, cornu in altitudinem extollens, & loquens adversus Deum iniquitatem & proximum tuum. Quousque insultas patienti Christo & fratribus? Sic autem peccantes intrantes, & percutientes eorum infirmam conscientiam, in Christum graviter peccatis, & rei iudicio effecti, infames efficiuntur, & iuste repelluntur. Et iterum per Prophetam loquitur, dicens: Vos autem sacerdotes Domini vocabimini: Meritum Dei nostri, dicitur vobis: Fortitudinem gentium comeditis, & in gloria eorum superbetis. Per consulationem vestra dupli & labore, laudabantur vestra eorum. Propter hoc in terra sua duplici passus est, & letitia sempiterna erit eis: quia ego demerui diligens iudicium, & odio habens rapinam in iudicium: & dabo opus eorum in veritate, & pax perpetuam terram eis. Et scietur in gentibus semen eorum, & vermen eorum inue-

die popularum. Omnes qui viderint eos, cognoscant eos, quia isti sunt semen omni benedixit Dominus. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo; quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitie circumdedit me, quasi sponsam decoratum corona, & quasi sponsam ornatum monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit iustitiam & laudem eorum universis gentibus. Eos autem a solo Domino aut iudicandos, aut removendos, & non ab aliis esse dicebat, quia sui sunt; & non alterius. Et quis est, qui alterius iudicet servum? Nam si non patiuntur homines, nec Deus Deorum & Dominus dominantium hæc ullatenus patitur. Unde & Prophetas sibi testes esse dicebat, per quos Dominus loquitur dicens: Ecce excoxi te, sed non quasi argentum elegi te in camino paupertatis. Propter me faciam, ut non blasphemem, & gloriam meam alteri non dabo. Audi me Jacob & Israel, quem ego voco. Ego ipse, ego primus, & ego novissimus. Manus quoque mea fundavit terram, & dextera mea mensa est cælos. Ego vocabo eos, & stabunt simul. Me insula expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. Audite me, qui scitis iustum, populus meus, lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuas. Sicut enim vestimentum, si comedit eos vermis, & sicut lanam sic decorabit eos timea. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum. Et iterum: Abscondita est via mea a Domino, & a Deo meo iudicium meum transibit. Numquid nescis, aut non audisti? Deus, sempiternus Dominus, qui creavit quærens terra, non deficiet, nec laborabit, nec est investigatio sapientie ejus. Qui dat lassitudinem, & his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat. Deficient pueri & laborabunt, & juvenes in infirmitate cadent. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem: assumunt pennas sicut aquila: current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficiet. Taceant ad me insula, & gentes mutent fortitudinem. Accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus. Hos autem qui deos ventant, aut amovere vel damnare nituntur, Dominus per Prophetam damnat, & usque ad satisfactionem eorum & Ecclesie damnatos esse docebat, ubi ait: Talis elegerunt in visis suis, & abominationibus suis anima eorum delectata est. Unde & ego eligam illusiones eorum, & damnationem adducam eis: quia locutus sum eis, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, & qua nolui, elegerunt. Audite verbum Domini, qui tremistis ad verbum ejus: dixerunt fratres vestri, audientes vos, & absentes propter nomen meum. Glorificetur Dominus, & videbimus in latitia vestra, ipsi autem confundentur. Non enim laborabunt frustra in conturbatione præfules mei, quia semen benedictorum Domini est. Antequam clamem, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam. Ad glorificandum se, & divina mandata seminanda & evangelizanda, eos Dominus elegit, & non ut prohibeantur, aut perturbentur, suggererat: quoniam qui eos lædit, eum lædit, cuius legatione funguntur. Prædicare eos assidue, & mandata Domini sine intermissione annuntiare rogabat. Opera eorum bona coram hominibus monstrare, & conscientiam bonam coram Deo habere insinuat. Omnes principes ter-

Ivo in dicit. 2. c. 111. A. uel. ep. 7. Alex. ep. 2. Telesph. Fab. Melc. Julius, Dam. &c.

Isai. 48.

Isai. 51.

Isai. 40.

Isai. 40.

Isai. 41.

c dominum

damnat

Isai. 65.

d Greg. XII.

re, & cunctos homines eis obedire, & capita sua A  
 submittere, eorumque adjutores existere præci-  
 piebat, ut omnes pariter fideles & cooperatores  
 legis Dei monstrarentur, ne de eis dicitur: Con-  
gimur) decretum postulaverunt, aut si esse  
deberent, aut non, quantum hæcenus de his  
a beato Petro apostolo, & a reliquis aposto-  
lis, ac beato Clemente nostro sancto præde-  
cessore, & martyre, novimus statutum, de-  
negare vobis minime possumus. Et quis est,  
qui querentibus fratribus denegare possit du-  
bitationes vel necessitates eorum?

Illic. op. LV. quæst. c. 15.

ep. Attici ad PP. Cælestini concilii.

I.

Sacerdotum, fratres, ordo bipartitus est, &  
sicut dominus illum constituit, a nullo debet  
perturbari. Scitis autem a domino apostolos ef-  
fic electos & constitutos, & postea per diversas  
provincias ad prædicandum dispersos. Cum ve-  
ro mellis cœpisset crescere, videns paucos esse  
operarios, ad eorum adiumentum septuaginta  
(a) duos eligi præcepit discipulos. Episcopi  
vero, domini apostolorum; presbyteri quoque,  
septuaginta duorum discipulorum locum tenent.

II.

Episcopi autem non in castellis aut modicis  
civitatibus debent constitui, sed presbyteri per  
castella & modicas civitates atque villas debent  
ad episcopos ordinari & poni; singuli tamen  
per singulos titulos suos. Et episcopus non ab  
uno, sed a pluribus debet episcopis ordinari:  
& (ut dictum est) non ad modicam civita-  
tem, ne vilescat nomen episcopi, aut alicu-  
bi, sed ad honorabilem urbem titulandus &  
denominandus est. Presbyter vero ad quem-  
cumque locum vel ecclesiam in eo constitutam  
est præficiendus, atque in ea diebus vitæ suæ  
duraturus. Amplius quam isti duo ordines sa-  
cerdotum, nec nobis a Deo collati sunt, nec  
apostoli docuerunt.

Distin. 80. Episcopi non in.

Sardicenses can. 6. & Laod...

III.

Episcoporum vero ordo unus est, licet sint  
primates illi qui primas civitates tenent, qui &  
in quibusdam locis patriarchæ a nonnullis vo-  
cantur. Illi autem qui in metropoli a beato  
Petro apostolo, ordinante domino, & a præde-  
cessore nostro prædicto sancto Clemente, seu  
a nobis constituti sunt, non omnes primates  
vel patriarchæ esse possunt: sed illæ urbes, quæ  
præfatis & præteritis temporibus primatum te-  
nuere, patriarcharum aut primatum nomine  
fruantur: reliquæ vero metropoles, archiepisco-  
porum aut metropolitanorum, & non patriar-  
charum aut primatum utantur nominibus; quia  
hæc eadem & leges sæculi in suis continent  
principibus: alix autem primæ civitates quas  
vobis conscriptas in quodam tomo mittimus,  
a sanctis apostolis, & a beato Clemente, sive  
a nobis, primates prædicatores acceperunt. Hæc  
vero sacrosancta Romana & apostolica ecclesia,  
non ab apostolis, sed ab ipso domino salvato-  
re nostro primatum obtinuit, & eminentiam  
potestatis super universas ecclesias ac totum  
Christi-

De ordine episcoporum.

Id. Eymol. vii. 12.

Hincmarus civit. cap. 24. de prædicatione p. 11. Tom. 1. & pag. 499. Tom. 1. cap. 11. op. Lr. 99. Dist. 21. Sacrosancta Rom. B. in decr. 170. 1. 4. Conc. Rom. sub Gelasio

(a) septuaginta & hæc semper. Luc. 1. Hæc quoque ex eodem MS ab Hariduno collecta sunt. MS. addit non sine ordinatis. a MS. primatum. Ha. d.

Christiani populi gregem assecuta est, sicut **A**mus, ut semper in omnibus & ab omnibus videntur elationes mentis & corporis. Et quanto major unufquique videtur esse, tanto fit humilior, sicut dominus salvator noster non venit ministrari, sed ministrare. Et, si frater aliquis preoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite eum in spiritu veritatis.

**IV.**

Si quæ vero causæ difficiliore<sup>a</sup> inter vos ortæ fuerint, ad hujus sanctæ sedis apicem eas, quasi ad caput, referte, ut apostolico terminentur iudicio: quia sic dominum velle, ab eoque ita constitutum esse, antedictis testimoniis attestat. Hæc vero apostolica sedes cardo & caput (ut præactum est) omnium ecclesiarum, a domino, & non ab alio, est constituta. Et sicut cardine ostium regitur, sic hujus sanctæ sedis auctoritate omnes Ecclesiæ, domino disponente, reguntur.

**V.**

Accusatores autem & testes esse non possunt, qui ante hesternum diem aut nudius tertius inveni fuerunt, ne irati, nec lozeri, se ulcisci velint. Inoffensus igitur accusatorum & testium affectus querendus est, & non suspectus. Causam enim vestram alieno nolite committere iudicio: valde enim iniquum est, ut omnis suis, alii quilibet aliorum se causis immisceant; quoniam nullis in locis spiritualis cura deficit, sed se per omnia, quocumque nomen Dei prædicatur, extendit. Studendum est omnibus, ne (ut sunt) emulationes malæ, sed piæ sint inter vos dilectiones: quia in hoc vos omnes domini discipulos esse veros noveritis, si dilectionem habueritis adinvicem. Ex omni ergo genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum, transferat in regnum filii caritatis suæ, & de vasis iræ faciat vasa misericordiæ. Unde nobis summopere studendum est, ut cooperatores simus gratiæ Dei: quia ad hoc vocati sumus, ejusque familiari colloquio sociati, & sacerdotes sacri, ut fructuosos illi manipulos reportemus, cooperante gratia ejus. Necessè est enim, ut rediores a subditis timeantur, ab ipsifque cortigantur, ut humana formidine peccare metuant, qui divina iudicia non formidant. Deteriores quippe sunt, qui doctorum vitam inoresque corumpunt, his qui substantias aliorum prædicatione diripiunt. Ipsi enim ea quæ extranos, licet nostra sunt, auferunt: nostri autem detractores, & morum corruptores nostrorum, sive qui adversus nos armantur, proprie nos ipsos decerpunt. Et ideo justè infames sunt, & merito ab ecclesia extorres fiunt. Pro meritis ergo plebis, sæpe pastores depravantur ecclesiæ, ut proclivius corruant qui sequuntur. Capite videlicet languescente, facilius reliqua membra corporis inficiuntur, ut scriptum est: *Omne caput languidum, & omne cornu venens: A planta pedis usque ad verticem capitæ, non est in eo sanitas.* Quapropter manifestum est, diabolum qui per se rugiens circum-

Mark. 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & postea inferi non prævalent adversus eam: & tibi dabo claves regni cælorum. Et quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælo: & quaecumque solveris super terram, erunt soluta & in cælo.*

Pastor B Petri & Pauli uno tempore ac die facta

a. Hadrianus in conc. Romano

Rom. 1

Sedum trium principalium ordo

b. Idem conc. sub Gelasio

c. abfunt a MS

d. Idem conc.

e. Anisot & post hanc Abilius idem conc.

f. Zachum potes Evodiam, post quem Ignatium.

Dist. 32. Sa croianda Rom.

f. Can. Ap. 33. ex veritate Dion. Eriug. citatur

g. S. Leo ep. 84. c. 11. parat. et. sent.

h. Sir. ep. 4. & Inno. ep. 3. quali qua. 216. 217. 218.

Salmo 98.

Rom. 45.

Mark. 23.

(a) ab his vasis usque ad 32. unde autem delunt omnia in Lu. MS Romana Ecclesia. Hæc. MN factum, ut. factum, & ab eo abfunt due sequentes voce. omnium Ecclesiarum MS ne non amulas. MS. autem. MS. quique.



*quis querens quem possit devorare*) cordibus plebium suadere, ut doctores atque pastores suos detractionibus. <sup>a</sup> acculent, ut ( plebibus <sup>b</sup> languentibus; vel mala agentibus, non tenentibus pastoribus frena eorum ) lasciviant, atque in *ima ruant*. <sup>c</sup> Multum vero distant damna morum a damnis rerum temporalium, cum ista extra nos sint, illa vero in nobis. Sententia quoque Cham filii Noe damnatur qui tuorum doctorum vel praeceptorum culpam producit, ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstravit. Doctor autem vel pastor ecclesiae, si a fide exorbitaverit, erit a fidelibus corrigendus: sed pro reprobis moribus magis est tolerandus, quam distringendus, quia <sup>d</sup> rectores ecclesiae a Deo iudicandi sunt, sicut ait propheta: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dirigit*. Unde oportet unumquemque fidelem, si viderit aut cognoverit plebes adversus pastorem suum tumescere, aut contra ceterum detractionibus vacare, hoc vitium pro viribus extirpare, prudenterque corrigere satagat. Nec eis in quibuscumque negotiis misceri, si incorrigibiles apparuerint, antequam suo reconciliantur doctori, praesumat: quoniam tam <sup>e</sup> sacerdotes, quam reliqui fideles omnes, summam curam habere debent de his qui pereunt, quatenus eorum redargutione aut corrigantur a peccatis, aut, si incorrigibiles apparuerint, ab ecclesia separantur.

eum cognoscat, sed omnium Christianorum dominos quali proprias amet. Nemo enim invito auditori libenter refert. Sitque uniuscuiusque studium, non solum oculos castos servare, sed & linguam. Vos autem, carissimi, qui estis sub domini disciplina constituti, sic vos exhibete, ut veri ministri & dispensatores ministeriorum eius, ut non vituperetur ministerium vestrum, ne fiat in vobis, sicut scriptum est: *Et erit sicut populus, sic sacerdos*. Sic enim vos, vestrosque, & cunctos corripite, ut nemini nocentis, quatenus & ab hominibus bonam acquiratis laudem, & a Deo mercedis praemium in aeterna beatitudine percipere mereamini. Et si quid adversi de unitate ecclesiae acciderit, radicatus ampuetur, ut Dei ecclesiae, fructusque servorum eius mandant inconcussa. Propter quod, *carissimi, expectantes satagite, immaculati et inveniri in pace*. & domini nostri Iesu Christi longanimitatem salutem arbitramini. Estote ergo prudentes, & vigilate in orationibus: ante omnia autem multam in vobismetipsis caritatem continuam habentes: quia civitas operis multitudinem peccatorum. *Hospitaliter invicem sine murmuratione. Unusquisque, sicut accepit gratiam, in altitrum sibi administrare, sicut boni dispensatores multiformis gratia Dei. Si quis loquitur, sicut sermones Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus, per Iesum Christum, cui est gloria & imperium in saecula saeculorum. Amen*

a. Irrogent vel b. languentibus

c. Idem iud.

d. q. Sententia Cham Oves. p.

In dec. No. hb. 4.

d. Idem iud. Psal. 81.

e. q. Tam sacerdotes a. Iud. Dec. III. 40.

Epist. ad La. cobum, ex interpretacione Ruffini, & dist. 51. Si inimicus, & in decet Leonis Papae

f. In ep. D. Hieron ad Nepotianum, cuius verba imit. determinata mangonio no. II. Meita. tota.

1. Cor. 4.

2. Zach. cap. 3. pio more interpolata.

1. Jo. 4.

a. Pet. 2.

1. Pet. 4.

NOTE SEVERINI BINII.

<sup>a</sup> Epistola sexta.) Haec epistola, quod trium patriarchalium sedium ordinem, ipsi quoque patriarchatum nomen a Iudaeis & a gentibus usurpatum, & ab his cum multis aliis in ecclesiam feliciter translatum continet, novatoribus dupliciter. Vide Baron. anno 112. num. 2. Itrae ecclesiae, Romanae, Alexandrinae, & Antiochena, eo quod a Petro apostolorum principe fundatae sint, sola ac semper patriarchales habitae sunt, ut patet etiam ex conc. Nicen. canon. 6. Chalced. act. 16. item ex epistola 53. Leonis ad Anatholium: ex epistola Gregorii ad Eulogium, quae est lib. 6. cap. 37. Hierosolymitana per annos fere quingentos, non re sed nomine, non potestate sed honore dumtaxat, quarta patriarchalis habitata est, ut patet ex Nicen. concil. canon. 7. ubi dicitur ut Hierosolymitanus, quartum quidem patriarchalis sedionis locum a honorem habeat, non tamen propterea a subiectione Caesariensis, quae metropolitana erat, eximeretur. Unde beatus Hieronymus in epist. ad Panmachium, contra Joannem episcopum Hierosolymitanum, sic eum alloquitur: Tu, inquit, qui regulas quartae ecclesiae, & Niceni concilii canonicas vietas, responde mihi: ut sciam hoc tibi deest, ut Palaestina quae pertinet, ut sciam hoc tibi deest, ut Palaestina metropolitani Caesareae sit, & totius orientis Antiochia. Aut igitur ad Caesariensem archiepiscopum referre debeatur, cui spectat communicatio tua communicare non oportet, aut si praesul expectandum iudicium erat, Antiochianum potius litem dirigenda. Sed non cur Caesarem, seu Antiochiam noluisti mittere. Multum occupatis tuis molestiam facere, quam debemus metropolitanis tuo honorem reddere. Patriarchatus Constantinopolitani (quia terna potestate Nicaeni concilii Constantinopolis urbs nondum dedicata fuit) hinc postea tempore Iustiniani, post annum Domini quingentesimum, opera imperatoris, & Romanorum pontificum permissione accessit. In concilio quidem Constantinopolitano primo, ac postea in Chalcedonensi, Constantinopolitanus non modo patriarchatus, verum etiam secundum locum obtinere conatus est. sed (pontifice reliquisque reclamantibus primatus) frustra. Cur tres tantum praedictae sedes patriarchales, isto ordine collocatae fuerint, solius Petri apostolorum principis prerogativa, dignitas & primatus, verum propria & immediata causa honoris & potestatis effectit, quamquam Petrum in his sedibus eligendis, aut quod

Cur haec epistola novatoribus dupliciter.

Hierosolymitana sedes, an & quomodo patriarchalis

Constantinopolitanus patriarchatus.

Quare tres tantum haec, aut.

quod S. Leo in epistola 84. ad Anastasium docet, A quamdam rationem magnitudinis & nobilitatis urbium habuisse, negari non possit. Romana sedes primam dignitatem patriarchalem obtinet, quia Petrus apostolus in hac quam fundavit, ut inquit S. Gregorius lib. 6. epist. 37. ad Eulogium Alexand. quiescere & vitam finire dignatus est. Alexandrinam sede patriarchali decoravit (verba Gregorii sunt) in quam evangelistam Marcum discipulum misit. Tertio, sedem in qua ipse septem annis sedet, Antiochenam nimirum firmavit, & sedis patriarchalis honore condecoravit; ita Gregorius prædicta epistola, S. Leo epistola 53. ad Anatolium. Sicut ergo maior est Petrus apostolus Marco evangelista, & Marcus evangelista Evodio, qui neque apostolus neque evangelista fuit, ita quoque Romana ecclesia Alexandrinam, & Alexandrina Antiochenam auctoritate & dignitate superat. Vide Bellarm. de Rom. pontif. lib. 1. c. 14.

DUO DECRETA  
ANACLETI PAPÆ

EX GRATIANO.

Quare laici in accusatione episcoporum non audiuntur.

Laici in accusatione episcoporum audiendi non sunt, quia oppido eis quidam infesti sunt. Et indignum est ut ab eis accusetur, qui eorum gravitatem nolunt imitari.

Singulis annis apostolorum limina visitent episcopi, qui ordinationibus apostolicis subjacent.

Juxta sanctorum patrum & canonum instituta, omnes episcopi, qui hujus apostolicæ sedis ordinationi subjacent, & qui propinqui sunt, annue circa Idus Maii sanctorum principum Petri & Pauli liminibus præsententur, omni occasione sep sita. Qui vero de longinquo sunt, juxta chirographum suum impleant. Qui autem hujusmodi constitutionis contemptor extiterit, præterquam si ægritudine fuerit detentus, sciat se canonicis subjacere sententiis.

quæ  
Laici in  
episcoporum  
Eadem tere  
verba habentur  
in epistola  
a Eusebio P.

92 distind  
juxta traditio  
num patrum.  
Et in deo  
Zachariæ papæ



ANNO  
CHRISTI  
112. 110.

V I T A  
EPISTOLÆ ET DECRETA  
EVARISTI PAPÆ.

ANNO  
CHRISTI  
112. 110.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

**A**ntiochenus. Evaristus natione Græcus, ex patre Judæo nomine Juda, de civitate Bethlehæm, b cedit annos novem, menses decem, dies duos. c Fuit autem temporibus Domitiani & Nervæ Trajani, a consulatu Valentis & Veteris, usque ad Gallum & Braduam consulatus. Martyrio coronatur. d Hic titulos in urbe Roma divisit presbyteris. Et e septem diaconos ordinavit, qui custodirent episcopum prædicantem, propter stylum veritatis. f Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos duos, episcopos per diversa loca quinque. Qui etiam sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano, sexto Kalendas Novembres. Et cessavit episcopatus b (a) dies xviii.

est novem annorum, trium mensum, & tredecim dierum a quibus si interregni pontificii tredecim dies deduxeris, quibus idem auctor in vita Anacleti selem pontificiam post Anacleti martyrium vacasse scribit, in persunt anni 9. & menses 3. quibus Evaristus sedet. Eusebius in chronico annos novem tantum Evaristum tribuit, quod non consueverit ipse menses & dies, quibus Romani pontifices supervixissent, addere. Quod vero omnes annos eius sub Trajano recenset, inde accidit, quod Cletum una cum Anacleto constans, unum Romanum pontificem prætermiserit, in quo ipsi ipsaque sectatores omnes errasse certum est. Baron. anno 112. num. 1.

Error Eusebii.

- 17.
- xviii.
- 18.
- xv.
- xlii.

Error libri Pontificali  
110.  
119.

h v.  
(a) Luc. xix.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a Evaristus. Hujus Evaristi pontificis, Irenæus lib. 2. cap. 9. Opat. contra Parm. lib. 2. Epiphani. hæresi 26. Augustinus epist. 165. meminerunt. b Sedis ante novem, menses decem, dies duos. Annos novem, menses tres habet alia lectio libri pontificali, quem Baron. anno Domi. 112. num. 4. & 121. num. 1. recte sequitur. Nam secundum tabulas ecclesiasticas, Anacleto, Evaristi prædecessor, 12. Julii Evaristus autem secundum easdem tabulas 26. Octobris martyrio coronati sunt. Itaque tempus intermedium

quibus Christiani synaxes agere consueverant. Exposito patet ex epistolis duabus plane aureis Pii pontificis ad Justum Viennensem, in quarum prima hæc de numero crecto titulo Antiquam Roma curias, quæ nostra Eusebia (hæc bene recordari) titulum domus sua pauperibus assignavit, ubi nunc cum pauperibus nobis commemorant, missas agimus. Cuius igitur religio Christiana in dies majoribus incrementis augetur, pluresque domos sacras, sive titulos requireret, plures institui, & inter presbyteros certos, certis titulis adscriptis, divisi sunt. Causa aurem ob quam domus Deo consecrata, Tituli appellentur, duplex a Baronio asseritur: una, quod sicut sicut impositione alienius tituli, puta velis, imaginis, aut nominis imperatoris, (de quibus l. si quando de bonis vacan. lib. 11. Augustinus in

Eccliam cor  
dicantur  
tuli.

In psalm. 27. exposit. 2. Ambrosius epistola ad Marcellinam: Gregor. lib. 5. epist. 24. rem aliquam sibi vendicare & principi consecrare solebat: ita episcopi domum aliquam divino cultui mancipantes, illam titulo & vexillo crucis insignirent, & consecrarent. Unde est quod Theodosius Imperator lege ultima de Paganis, cod. Theodos. præcepit, ut delubra gentilium Christiana religionis cultui manciparentur, & *liberata in eis*, ut ait, *veneranda Christiana religionis signa*. Altera causa est, quod qui illi presbyter adscriberetur, ab ea nomen titulumque acciperet: ut illius loci presbyter diceretur. Baron. anno domini 112. num. 4. 5. & 6.

*Septem diaconos ordinavit, qui custodiant episcopum prædicantem.* Constituit Evaristus, ut diaconi, qui sunt ecclesie sacri ministri, non tantum sacrificium (quod ab ipsa prima ipsorum institutione factum est) offerenti episcopo assistant, verum etiam instar septem angelorum in circuitu throni Deo assistentium, septem diaconi eumdem evangelium prædicantem ob munus maiestatem, & functionis amplitudinem, quasi circumvallarent. De hac ecclesiastica cum celesti hierarchia conformatione, Ignatius epist. 5. ad Trallianos scribens, ait: *Quid vero diaconi, quam imitatores angelicorum scripturam, qui purum & inculpatum ministerium illis exhibent, ut S. Stephanus & Jacobus, Timotheus & Linus, Paulus, Anacletus & Clemens Petrus.* Hinc est, quod sicut apostolica institutione & auctoritate Timotheum Paulus monet, ne adversus presbyterum accusatorem absque testibus recipiat, ne videlicet detrahendi anque calumniandi aditus impius pateret, ita pariter S. Ignatius, ut quædam æstimationis & reverentia diaconi in ecclesia apud omnes esse debeant, innotescat, terribili contestatione, ne quis diaconos accuset, prædicta epistola extaret. *Cavendum itaque, inquit, non ferat aliquis quem ardentem fugiat, ne quis eos accuset.* Regnum diaconi qui sint, infra in vita Fabiani dicemus. Vide Baron. anno domini 112. n. 7. 8. 9. & 10.

*Hic fecit ordinationes.* Baronius antiquissimi codicis lectionem secutus, sic legendum scribit: *Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, & creavitque presbyteros decem & septem, diaconos duos, & episcopos per dies VII. in quindecim.*

astodiant episcopum prædicantem, ne aut ipse ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut lædatur a suis, aut verba divina, detrahendo aut insidiando, polluantur vel despiciantur, sed veritas spiritali redoleat fervore, & pax prædicata labus, animi cum voluntate concordet.

II

Similiter custoditum & traditum habemus, ut uxor legitime viro jungatur. *Aliter enim legitimum (ut a patribus accepimus, & a sanctis apostolis, eorumque successoribus traditum invenimus) non sit conjugium, nisi ab his qui super ipsam feminam dominationem videntur habere, & a quibus custoditur, uxor petatur, & a parentibus aut propinquiorebus sponsetur, & levibus dotetur, & suo tempore sacerdotialiter (ut mos est) cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur, & a paronymphis (ut consuetudo docet) custodita & consociata a proximis, tempore congruo petita, legibus dotetur, & solenniter accipiat, & biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, ut bonæ soboles generentur, & domino in adibus suis placeant. Taliter enim & domino placebunt, & filios non spurios, sed legitimos atque hæreditabiles generabunt. Quapropter, filii carissimi & merito illustres, fide catholica suffragante ita peracta legitima scitote esse connubia. Aliter vero præsumpta, non conjugia, sed aut adulteria, aut contubernia, aut supra, vel fornicationes, potiusquam legitima conjugia esse non dubitate, nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima. Nam fructus divinus est, præcepta divina custodire. Ea quoque deserere, præsumptionem fieri, nulli dubium est. Cur ergo indignum est, unitatem ecclesie custodire? Idemque omnes pariter & sentiamus, & pronunciemus. Si enim aliter præsumpta fuerint, perdunt profecto ipsi transgressores se ipsos, qui semetipsos decipiunt. Hæc cunctis recitanda per omnes ecclesias Africanas, scripta dirigite, & istis connectite quas adjunximus litteras præfectorum, ut de his quæ inique laudantur, (si quid tale probari poterit) iudicium fiat, & inhibita coercentur, & præterita mala & illicita conjugia, si doceantur admissa, digna severitate corripiantur. De cetero vero caveantur talia per omnes ecclesias, ne ecclesie sanctitas, per nostram fatigata negligentiam, perdat privilegia quæ est per viros venerabiles consecuta.*

De his vero, quibus ab insidiatoribus fatigamini, unde & nos consulere, & a nobis edoceri inter cetera voluistis, eo quod sint quidam qui arbitrantur de Patre solo dictum esse, quia ipse solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem; ita eos apostolicis percutite ferulis, & divinis redarguite præceptis. Non enim solus Pater sine Filio lucem inaccessibleem habitat: quia ubi Pater est, ibi etiam Filius esse indubitabili fide credendum est. Nam si solus Pater sine Filio (quod dicere nefas est) lucem habitat inaccessibleem, necessarium est,

30. quæst. 1. Aliter legitimum non est in decr. lvo. lib. 6. Hincmar. de auctoritate Lotharii.

detur

detur

30. quæst. 5. Taliter legit. §. ita peracta.

Janoc. ep. 11. ad Aurelium Carthag. ep. sub finem: unde plagi merito arguit Meletorem: cum a quo delusus est. d. propheta. rum. 12. 99. cc.

1. Tim. 4.

1. Ibac. ad. veit. Vvar. 66.

EPISTOLA I.

EVARISTI PAPÆ

AD OMNES EPISCOPOS AFRICANOS

De ordine diaconorum & legitimo conjugio, neque de fide, (2) & non iniuriandis episcopis aut lacerandis.

- 1. Quot in civitate diaconi esse debeant.
- 11. De uxore ducenda.

Dilectissimis fratribus universis Africæ regionis Episcopi Evaristus.

Consulentibus vobis, fratres carissimi, quid super his quæ in vestris continebantur scriptis visum nobis esset, vel quid docilis ratio persuaderet, aut quid a beatis apostolis nobis traditum aut custoditum remaneret, optantes (ut retulistis) nostris institui documentis, hæc vero rescribimus: siquidem dilectio vestra normam secuta prudentium, ad sedem apostolicam referre maluit, quasi ad caput, quid deberet de rebus dubiis custodire, potius quam usurpatione præsumere.

Diaconi (qui quasi oculi videntur esse episcopi) in unaquaque civitate, juxta apostolorum constituta, septem debent esse, qui cu-

a. Sui positione Cuncto a. l. que erudit. ca. holicis.

b. In ep. 4. 22.

c. Institui.

31. distind. diaconi qui quatuordecim. d. Neoz. 14. ca. versione Dionisi.

1. In plerisque libris Græcis, & Latinis est *Evaristus*, etiam optime *Herdinus*, cuius etiam sunt quæ sequuntur.  
 2. In MS. collectione Ildou Parisi. Soci. Iud. certum, quæ sequuntur, & de non Gr. 3. MS. legitima. 4. MS. præstantur.  
 5. MS. legitime. 6. MS. præstantur. 7. 12. In omnes MSS. & editi, cum Gratiano. Magistro Sacerdoti, dist. 18. Irone in Decr. & Pannon. atque. Nec Comar. credunt ad additum Henrici II. pag. 14. & alibi, legi dicunt in suo MS. *etiam voluntatibus* vel *per* Gr. Herdinus. 8. MS. præstantur. 9. MS. ante b.

se est, ut sequestratam Pater a Filio habeat mentionem. Quod si ita est, quomodo modo idem Filius, ad dexteram Patris adsitans, a beato martyre Stephano dicitur conspici, si Pater secundum eos solus dicitur sedibus lucis contineri. Absit hoc a sensu fidelium, Christo in unitate fidei adherentium: quoniam sicut non obest Filio, cum solus dicitur Pater lucem inaccessibilem habitare, ita non obest Patri, cum sapientia, quæ est Filius, dicitur gyrum cæli sola circuire. Pater itaque, cum sit invisibilis & ingenuus in se, in Filio visus apostoli testimonio comprobatur, & in Filio, a se inenarrabiliter genito, mansisse ac requiesisse monstratur, ipso Filio in propheta loquente: *Qui me genuit, requirit in tabernaculo meo.* Et in evangelio: *Pater in me manens, facit opera hæc.* Et, *Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius, qui est in sinu Patris.* Si enim in sinu Patris erat Filius ab initio, & ex corde Patris verbum bonum cruciatum est, quomodo non in corde paterno consistens, lucem cum eodem inaccessibilem habitasse credendus est? Numquid Pater absque ulla luce in Filio potuit commanere, aut in tabernaculo Filii sine eadem potuit requiescere, cum idem Filius *candor sit æternæ lucis, & speculum sine macula deturati,* Salomon superquam salutem suam dilexisset se dicit, in cuius specie semper delectari gessit? *Super salutem & speciem, inquit, dilexi illam, & pro luce propolus habere eam, quoniam inextinguibile est lumen eius.* Hanc ergo David propheta lucem desiderans, anxius proclamavit, dicens: *Emitte lucem tuam & veritatem tuam. Iterum: In lumine tuo videbimus lumen.* In huius igitur luminis claritate Filius seipsum in monte tiberitini, prostratque in faciem, sibi vitæ finem adesse senserunt. Hanc (inquam) lucem in se fuisse demonstrans Filius proclamabat, & ut in eadem incederent, discipulos præmonebat: *Cum lucem habetis, inquit, ambulante in luce.* Et iterum: *Ego sum lux huius mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ æternæ.* Et evangelista: *Erat lux vera, ait, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Si hæc lux, quæ credentibus promittitur, in Filio esse probatur, & cum æterno æterna esse dicitur, quomodo a vobis ab inaccessibili luce Patris Filius separatur? Si enim Filius, *Deus verus & vita æterna est,* sine dubio in hac luce simul cum Patre habitare credendus est, quam nullus modo nostrum, in hoc mortali corpore constitutus, potest aliquatenus contueri: sed dum apparuerit, tunc vere illum videbit sicuti est, qui ejus conspectibus fuerit dignus coaptari. Et non sicut Moïses, ceterique prophetæ per ænigmata & figuram, sed ipsam veraciter in Filio, secundum apostolum, contuebitur deitatis imaginem. Nam si hunc eundemque prophetæ sub testimonio, subsequente sereno mentis intuitu, investigare volueris, invenies Filium non posse ab hac luce Patris penitus separari: quoniam cum solum Filium dixerit in terra cum hominibus conversatum, Patrem ab illo, non est credendum, fieri alienum. *Si testimonium enim hominum Dei accipimus, testimonium Dei majus est. Quoniam hoc est testimonium Dei quod majus est, quia testificatus est de Filio suo. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit in Filium, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium, quod testificatus est Deus de Filio suo. Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita est in Filio eius. Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, non habet vitam. Hæc scribo vobis, ut sciatis, quoniam vitam habetis æternam qui creditis in nomine Filii Dei. Et hæc est fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos. Et scimus quia audit nos, quidquid petierimus: scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Et peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conservat eum, & malignus non tangit eum. Scimus quoniam ex Deo sumus, & mundus in eo in maligno positus est. Et scimus quoniam Filius Dei venit & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & sumus in vero Filio eius. Hic est verus Deus, & vita æterna. Hæc, fratres, prædicate, hæc omnibus nuntiæ. Vos vero invicem exhortamini, perterriti estote, temperque gaudete: pacem autem sectamini in omnes, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Deo autem & Patri nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen. Data IX. Kalendas Aprilis, Valente & Vetere viris clarissimis cons.*

Adit in Filium, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium, quod testificatus est Deus de Filio suo. Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita est in Filio eius. Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, non habet vitam. Hæc scribo vobis, ut sciatis, quoniam vitam habetis æternam qui creditis in nomine Filii Dei. Et hæc est fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos. Et scimus quia audit nos, quidquid petierimus: scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Et peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conservat eum, & malignus non tangit eum. Scimus quoniam ex Deo sumus, & mundus in eo in maligno positus est. Et scimus quoniam Filius Dei venit & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & sumus in vero Filio eius. Hic est verus Deus, & vita æterna. Hæc, fratres, prædicate, hæc omnibus nuntiæ. Vos vero invicem exhortamini, perterriti estote, temperque gaudete: pacem autem sectamini in omnes, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Deo autem & Patri nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen. Data IX. Kalendas Aprilis, Valente & Vetere viris clarissimis cons.

Atque in hac  
epistola hu-  
jusmodi pro-  
mota est  
epistolæ  
Tom. 1.

1 Joh. 1.  
2 Joh. 1.

Sapient. 7.

1 Joh. 1.

1 Joh. 1.  
1 Joh. 1.  
1 Joh. 1.

1 Joh. 1.  
1 Joh. 1.

1 Joh. 1.

1 Joh. 1.

1 Joh. 1.

1 Joh. 1.

1 Joh. 1.  
1 Joh. 1.  
1 Joh. 1.  
1 Joh. 1.

NOTÆ SEVERINI BINII.

1. *Dei consensu.* Vide quæ diximus in notis ad verum Evangelium, verbo *System dicitur.*  
2. *Aliter enim legitur non sit conjugium nisi in verbis, ad legitimum matrimonium requirit, ut sponsus a parantibus ad ecclesiam delibetur, ut sponsus a parantibus & oblatis a sacerdote benedicatur, & ut postea biduo aut triduo vacent orationi &c. eadem ratione consensus parentum ad legitimum & verum conjugium exigit, scilicet, quod in foro externo licitum ac validum esse non debeat presumi, sed potius pro adultario haberi, nisi cum prædictis conditionibus sit contractum. Cum igitur ipsæ hæreticæ tollantibus certum sit, in foro conscientiarum ad veritatem & essentiam matrimonii duas prædictas conditiones non requiri, etiam certum esse sateri debent, quod consensus parentum ad verum matrimonium contrahendum non sit ita necessarius, quasi sine hoc, matrimonium inter duas personas habiles contractum, in foro conscientiarum nullum sit. Evangelista igitur hac decreto hujus epistolæ non voluit significare prædictas omnes conditiones esse necessarias; ita ut si una vel altera desit, irritum sit matrimonium, sed ita legitimum esse conjugium, si illa omnia adhibeantur: contra autem si nulla earum adhibita sit, & conjugium occulte sine testibus, & sine illa celebritate contrahatur, legitimum haberi non possit, non quidem in conscientia, sed in foro externo, & apud ecclesiam, quæ de occultis non iudicat. Contra hæc itaque matrimonium, non ex necessitate sacramenti, sed tantum ex honestate & pietate, quæ per legem Dei parentibus obstringuntur, parentum suorum consensum requirant. Ita Bellarminus de sacramento matrimonii lib. 1. c. 10. & communiter omnes scholastici, hunc locum Evangelisti interpretantur.*

1 Joh. 1.  
1 Joh. 1.  
1 Joh. 1.

De hoc loco, qui dicitur de conjugio, non est in hoc loco de conjugio, sed de legitimo conjugio, ut sponsus a parantibus & oblatis a sacerdote benedicatur, & ut postea biduo aut triduo vacent orationi &c. eadem ratione consensus parentum ad legitimum & verum conjugium exigit, scilicet, quod in foro externo licitum ac validum esse non debeat presumi, sed potius pro adultario haberi, nisi cum prædictis conditionibus sit contractum.

3. *Quod pater quidam qui arbitranter de Patre solo dicitur esse.* Basilidem, Saturninum, aliosque ejus sectatores intelligit: de quibus Baronius anno domini 120. num. 9. & sequentibus, ubi impura & sceleratissima eorum dogmata recenset.

EPISTOLA II.

EVARISTI PAPÆ.

De episcopis electis, & aliis loco eorum substituta, ut ut habet M.S. Just. Quod Christus sic caput & sponsus ecclesie, & sacerdotes qui eius vice legatione funguntur, similiter sint ecclesie suis: & qualiter sacerdotes suas ecclesias & eorum ecclesie eos debeant diligere.

Evaristus urbis Roma episcopus, omnibus per Ægyptum domino conglutinatis fratribus in domino salutem.

a. 9. Leo ep. 18.

b. S. Greg. 11. 12. c. S. Amb. de dignit. sacerdot. 4.

9. 9. 1. Sicut videtur.

1. Cor. 7.

Matth. 1. 9. 1. Sicut videtur. 2. Sicut videtur. 3. Sicut videtur. 4. Sicut videtur. 5. Sicut videtur. 6. Sicut videtur. 7. Sicut videtur. 8. Sicut videtur. 9. Sicut videtur. 10. Sicut videtur. 11. Sicut videtur. 12. Sicut videtur. 13. Sicut videtur. 14. Sicut videtur. 15. Sicut videtur. 16. Sicut videtur. 17. Sicut videtur. 18. Sicut videtur. 19. Sicut videtur. 20. Sicut videtur. 21. Sicut videtur. 22. Sicut videtur. 23. Sicut videtur. 24. Sicut videtur. 25. Sicut videtur. 26. Sicut videtur. 27. Sicut videtur. 28. Sicut videtur. 29. Sicut videtur. 30. Sicut videtur. 31. Sicut videtur. 32. Sicut videtur. 33. Sicut videtur. 34. Sicut videtur. 35. Sicut videtur. 36. Sicut videtur. 37. Sicut videtur. 38. Sicut videtur. 39. Sicut videtur. 40. Sicut videtur. 41. Sicut videtur. 42. Sicut videtur. 43. Sicut videtur. 44. Sicut videtur. 45. Sicut videtur. 46. Sicut videtur. 47. Sicut videtur. 48. Sicut videtur. 49. Sicut videtur. 50. Sicut videtur. 51. Sicut videtur. 52. Sicut videtur. 53. Sicut videtur. 54. Sicut videtur. 55. Sicut videtur. 56. Sicut videtur. 57. Sicut videtur. 58. Sicut videtur. 59. Sicut videtur. 60. Sicut videtur. 61. Sicut videtur. 62. Sicut videtur. 63. Sicut videtur. 64. Sicut videtur. 65. Sicut videtur. 66. Sicut videtur. 67. Sicut videtur. 68. Sicut videtur. 69. Sicut videtur. 70. Sicut videtur. 71. Sicut videtur. 72. Sicut videtur. 73. Sicut videtur. 74. Sicut videtur. 75. Sicut videtur. 76. Sicut videtur. 77. Sicut videtur. 78. Sicut videtur. 79. Sicut videtur. 80. Sicut videtur. 81. Sicut videtur. 82. Sicut videtur. 83. Sicut videtur. 84. Sicut videtur. 85. Sicut videtur. 86. Sicut videtur. 87. Sicut videtur. 88. Sicut videtur. 89. Sicut videtur. 90. Sicut videtur. 91. Sicut videtur. 92. Sicut videtur. 93. Sicut videtur. 94. Sicut videtur. 95. Sicut videtur. 96. Sicut videtur. 97. Sicut videtur. 98. Sicut videtur. 99. Sicut videtur. 100. Sicut videtur.

Matth. 16. 9. 18.

UNUM nos, fratres, sentire oportet & agere, ut (sicut legimus) in nobis unum cor & una anima esse probetur. Scimus namque, sicut & a patribus accepimus, Christum esse caput, cuius & membra sumus. Ipse enim est sponsus, & ecclesia sponsa, cuius filii nos sumus: & ideo unum Patrem habemus Deum in cælis. Sacerdotes vero vice Christi legatione funguntur in Ecclesia. Et sicut ei sua conjuncta est sponsa, id est, ecclesia (si) episcopis junguntur ecclesie, unicuique pro portione sua. Et sicut vir non debet negligere uxorem suam, sed diligere & castè custodire & amare atque prudenter regere: sic episcopus & multo magis custodire & amare atque prudenter regere debet ecclesiam. Et velut uxor, quæ sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumque diligere & amare: ita potius etiam ecclesia episcopo suo in omnibus obedire, eumque diligere & amare ut animam suam debet, quia illud sit carnaliter, istud spiritualiter. Et sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec episcopus ecclesiam suam; id est, ut illam dimittat, ad quam sacratus est absque inevitabili necessitate, aut apostolica vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa conjungat. Et sicut uxori non licet dimittere virum suum, ut alteri se (vivente eo) matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir ejus, sed juxta apostolum, aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta: ita ecclesie non licet dimittere episcopum suum, aut ab eo se segregare ut alterum (vivente eo) accipiat; sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est, alterum episcopum (suo vivente) non accipiat, ne fornicationis aut adulterii crimen incurrat. Nam si adulterata fuerit, id est, si se alteri episcopo junxerit, aut super se alterum episcopum adduxerit, aut esse fecerit, vel desideraverit; per acerrimam penitentiam aut suo reconcilietur episcopo, aut innupta permaneat. Unde & dominus loquitur in evangelio, dicens: Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mæchatus est eam in corde suo. Episcopum vero oportet opportune & importune atque sine intermissione ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere & amare, ut a vitiiis se abstineat, & salutem consequi possit æternam. Et illa cum tanta reverentia ejus doctrinam debet suscipere, eumque amare & diligere, ut legatum Dei, & præconem veritatis: quia testante veritate, quæcumque ligaverit super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque solverit super terram, erunt soluta & in cælo. Nimis timenda est, fratres, hæc sententia, & prævidendum vobis, ne offendatis eos qui tantam a domino habent potestatem. Et ideo potius obe-

Adiendi, diligendi, & summopere venerandi sunt, non detrahendi, vel lacerandi, aut ejiciendi; sed portandi & amandi, ipso dicente domino: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Ideo hæc vobis & omnibus fidelibus scribimus, fratres, ut ab his vos caveatis, & posteris vestris non malum, sed bonum exemplum relinquatis; quoniam injuria episcoporum ad Christum pertinet, cuius vice funguntur. Audivimus enim quosdam a vobis infamatos & dilaceratos episcopos, ac e civitatibus propriis pulsos, quia alibi episcopi constitui non possunt, nisi in civitatibus non minimis: & alios in eis, ipsis viventibus, constitutos. Ideo hæc vobis scribimus, ut sciatis hoc fieri non licere, sed proprios revocari, & integerrime restitui debere. Illos vero qui adulterina fœditate sponas suas, quas & uxores eorum (præxio tenore) esse intelligimus, tenent; ejici ut adulteros, atque infames fieri, eosque ab ecclesiasticis honoribus arceri jubemus. Si autem adversus eos aliquam querelam habueritis, his peractis, inquirendum erit, & auctoritate hujus sancte sedis terminandum. Et ne omnia nunc singulatum dicamus, omne bonum, si ipsa per se in vobis fuerit, caritas facere docebit, sicut & e contrario eos qui a salute alieni sunt, omne malum facere, odium docet. Unde & vos, qui veri Dei estis discipuli, abjicite a cordibus vestris ante omnia discordias & animorum dissensiones, ex quibus omne malum opus procedit, & benignitatem ac simplicitatem tota mente servate. Verumtamen scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret episcopus: quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero & suum, & singulorum. Et ideo sicut ille pro vobis omnibus, ita & vos omnes summopere laborare pro eo debetis, intantum, ut (si etiam necesse fuerit) animas vestras pro eo ponatis, sicut & ipse animam suam pro vobis (si necesse fuerit) ponere debet, ipso dicente salvatore: Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Vos vero obedite eis, & vigilate pro eis, quia ipsi pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddaturi, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Non est itaque a plebe aut vulgaribus hominibus arguendus vel accusandus episcopus, licet sit inordinatus; quia pro meritis subditorum, disponitur a Deo vita rectorum, exemplo David peccantis, ac comparatione principum, qui ex merito plebis prævaricantur. Sacerdotes enim exquirere debent peccata populorum, & sagaci sollicitudine unumquemque probare, juxta testimonium domini ad Jeremiam loquentis: Probatores, inquit, dedi te populo meo robustum, & scies, & probabis viam eorum. Ideo ista dico, quia insidiator bona sæpissime solet convertere in malum, & in electis ponit maculam. Unde si qui sunt vituperatores aut accusatores episcoporum, vel reliquorum sacerdotum, non oportet eos a iudicibus ecclesie audiri, antequam eorum discutatur æstimationis suspicio vel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia, quove merito, si pro Deo, aut pro vana gloria aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate, ista præsumperint, necne.

Hæc omnia fideliter sunt perscrutanda, & diligenter pertractanda. Nam sunt nonnulli, qui præpositos suos perverse reprehendunt, si vel parum ipsis molesti extiterint. Idcirco recto

Luc. 10.

9. 1. Audivimus quosdam. Et in 1. Ep. Clementis ad Jacobum.

1. Clemens epist. 1. ex Rufini interpretatione qui post trecentos annos ab Evaristi electione vivit. Vide supra pag. 91. C. D.

Idem supra pag. 91. D.

Jan. 10. Hbr. 13.

1. 9. 9. Non est a. Et in decr. Ivo. lib. 4. b. Ibid. sentent. 39 & 40.

Jerem. 6.

1. quæst. 7. Si qui sunt. Et in decr. Ivo. lib. 4.

1. quæst. 7. Sunt nonnulli qui.

ocu-

oculo primates ecclesiarum utiliter praveant, ne quiquam eorum innocens vexetur aut scandalizetur, intendentes sententia domini, qua ait: *Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis, melius est illi, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris, &c.* Deus autem omnipotens, ut nos a precipitate sententiae prolatione compesceret, (cum omnia nuda & aperta sint oculis eius) mala tamen Sodomae noluit audita & judicare, priusquam manifeste agnosceret quae dicebantur. Unde ipse ait: *Descendam, & videbo, utrum clamorem qui venit ad me, opere compieverint: an non est ita, ut sciam.* Deus omnipotens, cui nihil absconditum est, sed omnia ei manifesta sunt, etiam antequam fiant, non ob aliud haec & alia multa (quae hic, prolixitatem vitantes, non inferuimus) per se inquirere dignatus est, nisi ut nobis exemplum daret, ne precipites in discutiendis & iudicandis negotiis essemus, & ne mala quorundam prius praesumamus credere, quam probare. Cuius exemplo monemur, <sup>b</sup> ne ad proferendam sententiam unquam precipites simus, aut temere indiligenterque indiscussa quaeque quoquo modo iudicemus, dicente veritatis voce: *Nolite iudicare, ut non iudicemini.* In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini: & reliqua. Nam mala audita nullum moveant, nec passim dicta, absque certa probatione, quisquam unquam credat, sed ante audita diligenter inquirat, ne precipitando quidquam aliquis agat. Si enim dominus omnium Sodomorum mala, quorum clamor ad caelum usque pervenerat, omnia sciens, prius nec credere nec iudicare voluit, quam ipse eam cum fidelibus testibus diligenter investigans, quae audierat, opere veraciter cognosceret: multo magis nos humani & peccatores homines, quibus incognita sunt occulta iudicia Dei, haec praecavere, & nullum ante veram iustamque probationem iudicare aut damnare debemus, manifeste apostolo dicente Paulo, qui ait, *Tu quis es, qui iudicas servum alienum? Suo enim domino stat, aut cadit.* Unde & per prophetam David dominus loquitur, dicens: *Nolite exaltare in excelsum cornu vestrum, loquentes in corvace veteri: quia neque ab oriente, neque occidente, neque a solitudine montium, sed Deus iudex hunc humiliabit, & hunc exaltabit, quia calix in manu domini est, vino meraco ad plenum mixtus, & propinabit ex eo. Verumtamen facies eius potabunt bibentes omnes impii terra. Ego autem annuntiabo in sempiternum, psallam Deo Jacob.* Et alibi idem ait propheta: *Ab increpatione tua, Deus Jacob, confopitus est & curvus & equus. Tu terribilis es, & quis stabit adversum te? Ex tunc ira tua. De caelo annuntiabis iudicium, terra timens tacebit, cum surrexeris ad iudicandum Deus, ut salvos facias omnes mites terra.* Et apostolus ait: *Mibi vindictam, ego retribuam.* Et alibi inquit idem apostolus: *Sufficit unicuique oburgatio, quae fit a pluribus, ita ut magis donetis, & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeat is qui in angustia est. Propter quod observo vos, ut confirmetis in illo caritatem.* Et dominus in evangelio ait: *Diligite dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum. Dilectio enim proximi, malum non operatur.* Propter quod, juxta apostolum, *ineximibilis es, o homo omnis,*

*A qui iudicas.* In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas, eadem agens quae iudicas. Scimus enim, quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc, o homo omnis, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An dicitur bonitatis eius, & patientia, & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad patientiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impetentem cor, thesauriza tibi iram in die irae & revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius: his quidem, qui secundam patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem, quarentibus vitam aeternam: **B** his autem qui ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio: tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudei primum & Graeci: gloria autem & honor & pax omni operanti bonum. Et alibi idem ait apostolus: *Causati enim sumus, omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Quis non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum es maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. **C** Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt, & non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem, quoniam quaecumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, ut omne os observetur, & subditus fiat omnis mundus Deo: quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata a lege & prophetis. Iustitia autem Dei per fidem Jesu Christi in omnes & super omnes qui credant. Non enim est distinctio. Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae suae propter remissionem praecedentium delictorum, in sustentationem Dei, ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore: ut sit ipse iustus, & iustificans eum, qui ex fide est Jesu Christi. Item idem: *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Jesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a caritate Christi? Tribulatio? angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quae est in Christo Jesu domino nostro. Debemus autem nos, ut ait idem apostolus, firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & nobis placere: Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad edificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, impropria improp-*

Matth. 18.  
1. quoniam.  
Deus omnipotens, ut.  
Et in decr. lro. lib. 4.  
S. Greg. 11. Moral. 14. concil. Aquiligr. 17. Greg. 18.  
b. Gregor. ibidem.  
Matth. 7.  
10. quoniam. Nullum ante.  
c. bonitatem.  
d. utrum. e. complicitas.  
10. quoniam. Nullum ante Rom. 14.  
f. Psalm. 74. ex interpretatione S. Hieronymi post Evarium anno viii.  
Psalm. 71. eodem interprete Hier.  
Rom. 11. a. Cor. 2.  
Matth. 22.  
Rom. 13. Rom. 2.

Rom. 8.  
Rom. 8.  
Rom. 11.  
non nullum

rantium tibi, ceciderunt super me. *Benedictus Deus* A  
 & *Pater domini nostri Jesu Christi, Pater misericor-*  
*diam, & Deus totius consolationis, qui consolatur*  
 nos in omni tribulatione nostra, ut possimus &  
 ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per  
 exhortationem qua exhortamur & ipsi a Deo:  
 quoniam sicut abundat passio Christi in no-  
 bis, ita & per Christum abundat consolatio no-  
 stra. Sive autem tribulamur pro vestra exhor-  
 tatione & salute, sive exhortamur pro vestra ex-  
 hortatione, qua operatur tolerantiam eorundem  
 passionum, quas & nos patimur, & spes nostra  
 firma est pro vobis, scientes quoniam sicut socii  
 passionum estis, sic eritis, & consolationis. Fi-  
 delis autem Deus, qui non patietur vos tentari  
 super id quod potestis, sed faciet cum tentatione B  
 etiam proventum, ut possitis sustinere. <sup>a</sup> Prop-  
 ter quod, carissimi, sectamini caritatem, & æ-  
 mulamini meliora & spiritualia, & adjuvate vos  
 invicem, ut Deo semper in omnibus placere  
 valeatis. Deus autem pacis sit cum omnibus  
 vobis. Amen. Data Kalend. Novemb. <sup>b</sup> Gal-  
 lo & Bradua viris clarissimis coll.

1. Cor. 10.  
 1. Cor. 14.  
 Clem. ep.  
 4. Intra pag.  
 147. D.  
 b. an Christi  
 103. adhuc  
 vivente A. a.  
 clem.

Aetione chrisimatis, sed etiam sacerdotali bene-  
 dictione sacrari. Si vero altaria non fuerint  
 lapidea, ad celebranda divina officia non con-  
 secrantur. Ubi etiam ecclesia est, de cuius am-  
 bigitur consecratione, a vicinis presbyteris &  
 parochianis fideliter requiratur. Hi ergo cum  
 ceteris omnibus in synodali concilio ab e-  
 piscopo pro suo sunt contestandi sacerdotio,  
 si illorum temporibus vel antecessorum suo-  
 rum, scient ecclesie illius dedicationem, die  
 vel officio unquam fuisse celebrem. Quod si af-  
 firmando in hoc concordant, non fiat inju-  
 ria ecclesie legitime vel suo defensori: sin au-  
 tem, in arbitrio sit episcopi, claudere seu ape-  
 rire eam.

#### NOTA SEVERINI BINII.

Usque ad verbum *consecrati* apud plerisque collectio-  
 nes citatur ex Evaristo. reliqua aliter habentur apud  
 Grat. de consecr. dist. 1. cap. Omnes basilica. cap. Al-  
 taria. cap. Altaria placuit. ex diversis conciliis.

#### EX DECRETIS

### EVARISTI PAPÆ,

Secundum eodidem, <sup>a</sup> librorum quinque, lib. C  
 5. c. 8. Tamen secundum decretum Gratia-  
 ni, est constitutio Hyginii papæ.

Ut sine missa ecclesia dedicari non debeat.

Omnes basilicæ cum missa semper debent  
 consecrari, altaria vero placuit non solum un-

#### EX DECRETIS EVARISTI CAP. 5.

UT presbyteri de occultis peccatis iussione  
 Episcopi penitentes reconcilient: & sicut  
 supra scripsimus infirmantes absolvant, & com-  
 municent.

Ex nov. supp.  
 P. Mansi p. 6.

Ex veter. pen-  
 nientiali a-  
 pud Casif.  
 vet. lect. to.  
 II. p. II. pag.  
 110 edit.  
 Balaz.

<sup>a</sup> Verus collectio MS librorum quinque cap. 8 tribuit præterea Evaristo decretum, quod consarcinatum est ex cap. 3. de con-  
 secrat. dist. 1. Omnes Basilica. Quod Hyginio Gratianus asserit: ex cap. 32. Altaria placuit; ex Concl. Agathensi anni 106.  
 can. 14 & ex cap. 31. Altaria h; ex Concl. Epaunensi anni 517. cap. 16. & 27. Mardis.  
<sup>b</sup> Dux sunt adhuc ineditæ collectiones canonum, quarum altera in quinque libros, & altera in sexdecim digesta sunt. Hoc  
 binos Codices MSS. passim citant, & ex illis Canones quosdam referunt Conciliorum Collectores. Verum sero tandem in-  
 tellectum est hos Codices sexdecim, quatuordecim, & quinque librorum nihil esse aliud, quam varios Codices Canonum & Bar-  
 chardo editi MSS. Codices multos, prout in nonnullis Bibliothecis hodie patet visum. Mansi.

ANNO CHRISTI 121. 7. 119.

ANNO CHRISTI 121. 7. 119.

V I T A, EPISTOLÆ ET DECRETA ALEXANDRI PAPÆ I. Ex Libro Pontificali Damasi Papæ.

Alexander natione Romanus, ex patre Alexandro, b de regione Caput tauri, c sedit annos 10. menses 7. dies 2. d Fuit autem temporibus Trajani ulque ad Ælium & Veterem consules. e Hic passionem domini misit in a precatione sacerdotum b quando missæ celebrantur. f Martyrio coronatur, & cum eo Eventius presbyter & Theodulus diaconus. g Hic constituit aquam c asperisionis cum sale benedicti in habitaculis hominum. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos duos, episcopos per diversa loca quinque. Qui (a) & sepultus est via Numentana, b ubi decollatus est, ab urbe Roma non longe, milliario 7. quinto Nonas Maias. Et cessavit episcopatus dies xxv.

gentilitia summi pontificis ac ceteri magistratus judicaverint, non esse ferendum Alexandrum, quod ut habent illius acta ( complures senatores & præfatum urbis Hermetem una cum omni familia, alioque Romanos cives ad Christi religionem perduxisset. Baron prædicto anno 132. Hic constituit aquam asperisonis cum sale benedicti. Confecratio Exemplo Christi qui Matth. cap. 24. Luc. cap. 9. panem turba daturus, antea illis benedixit, & juxta doctrinam Pauli 1. ad Timoth. cap. 4. ( ubi tradit, omnem creaturam per verbum Dei & orationem laudificari ) aqua, salis, aliarumque rerum consecrandarum ceremoniam ab apostolis institutam, & per traditionem ad posteros derivatam, deinceps in ecclesia frequentari Alexander pontifex sequente decretali epistola constituit ac præcepit, ac deinceps in ecclesia semper omnibus temporibus, ut ex diversorum seculorum diversis patribus & conciliis Bellarm. lib. 3. cap. 7. de cultu sanctorum probat, velut pia, sacra & ab apostolis instituta ceremonia, non superstitiosa, sed pie & salubriter usurpata, & varis miraculis frequenter confirmata est. Vide Baron. anno domini 132. num. 3. 4. & 5. & anno domini 57. num. 109. & sequentibus. Bellarm. prædicto loco. b Ubi decollatus est. ) Cum Deus multa miracula per Alexander Alexandrum Roma edidisset, ( ut ex actis illius constat ) & Quirinum tribunum, apud quem Hermas præfectus custodiebatur in carcere, ejusque filium Balbinum virginicæ sanitati reddidit, catenarum, quibus vinculus erat, contactu ad Christi fidem adduxisset, multis dirisque cruciatibus affectus, creberrimis punctis confusus, tandem cum sociis Eventio & Theodulo decollatus est.

NOTA SEVERINI BINII.

Alexander Pontifex. a Alexander. ) Anno domini 121. Alexandrum post martyrium Evaristi pontificiam sedem obtinuisse, index Romanorum pontificum ab Honorio papa tertio collectus, qui extat Roma in Vaticana bibliotheca, habet. Baron. prædicto anno.

b De regione Caput tauri. ) Cum nulla apud antiquos e quatuordecim regionibus eo nomine dicta habeatur, Baron. prædicto anno 132. num. 2. existimat locum illum circumscriptum esse juxta Palatium, quem Suetonius in Oclavio cap. 4. nominat, capta bubula, ubi Oclavium natum fuisse tradit. Baronius prædicto anno 132.

Tempus sedis Alexandri. c Sedit annos 10. menses 7. dies 2. ) Ultra decennium, menses quinque, & dies 20. non sedisse cum interregno, Evaristi & Alexandri dies natalis in ecclesia celebris simul ostendunt. Evaristus 26. Octobris anno 121. Alexander vero tertio Maii, anno domini 132. mortuus habetur, a quibus si odolecim dies, quibus sedes vacavit, subtrahas, relinquantur anni decem, menses 5. dies 20.

Baron in chronologia imperatorum & consulum. d Fuit temporibus Trajani. ) In chronologia imperatorum & consulum erratur. Sub Hadriano enim pontificatum ingressus, ejusdem imperatoris Hadriani anno 13. qui est Christi 132. una cum sociis Eventio ac Theodulo presbyteris post dura tormenta martyrio coronatus est tertio die Maii, ut patet ex actis Alexandri, quæ extant apud Surium tom. 3. die 3. Maii. Baron. anno 132.

Sacrificium missæ passionis dominicæ commemorativum est ex Christi institutione. e Hic passionem domini misit in precatione sacerdotum. ) Hæc ab Alexandro potius scriptis mandata, ac a dominicæ commemoratione præcepto Christi, quod extat Luc. 22. apostolis eorumque successores demandatum fuit, ut quotiescumque facerent, in ejus memoriam id agerent. Nec aliud Paulus 1. ad Cor. 11. significasse voluit, cum dixit. Quotiescumque manducaveritis panem istum, & calicem bibitis, mortem domini annuntiatibus donec veniat. Baron. prædicto anno 132. num. 3.

An per edictum Hadriani Romana ecclesia periculis constituta sit. f Martyrio coronatur. ) Quamquam edicto Hadriani ad Fundanum rescripto, quod extat apud Baron. anno 128. num. 4. persecutio in Christianos aliqua ex parte facta videri possit, tamen Roma ab horum neca persecutorum non abstinuisse, vel ex eo accidit, quod edictum principis forte in Asia tantum, a Fundano proconsule, cui id rescriptum erat, non autem Roma promulgatum fuerit, vel etiam ex eo quod superstitionis

EPISTOLA I. ALEXANDRI PAPÆ I. AD OMNES ORTHODOXOS.

- De sacerdotibus non vexandis, &c. I. De iis qui sacerdotes accusant, vel persequuntur. II. De scriptura vel confessione per vim extorta. III. Si quis adversus episcopum, vel actores ecclesie querelam habuit. IV. Ut in oblatione sacramentorum commemoretur passio Christi, & ut panis tantum & vinum aqua mixtum offeratur. V. De benedictione salis & aqua, sive ceterorum elementorum. VI. De trinitate & unitate deitatis.

Alexander episcopus, omnibus orthodoxis per diversas provincias Christo domino famulantibus.

Opitantibus b nobis metum divini judicii, b fratres carissimi, & post vitam hanc unum-

Hæc & deæ sequentes videntur apprise Catholicæ orthodoxæ suspensæ

Idem in titulum ep. 1. Strictpapa, ut suo loco reddemus.

Titulus Integer. De sacerdotibus non vexandis, nec scriptis ab eis per metum, aut aliquam fraudem extortis & de passionem Domini in consecratione corporis ejus misenda, & de aqua cum sale populi benedicta. & de fide sancta Trinitatis.



unumquemque, prout gesserit, recepturum, quid A  
 veniat in querelam, tacere non licuit; sed no-  
 bis, vobis loqui, necessitas imperavit, dicente  
 propheta: *Exalta ut tuba vocem tuam.* Et cui  
 omnium ecclesiarum commissa est cura, si dis-  
 similem, audiam domino dicente: *Rejecistis  
 mandatum Dei, ut statuatis traditiones vestras.*  
 Quid enim aliud est rejicere mandatum Dei,  
 quam privato consilio, iudicio humano, novis  
 rebus constituendis liberius delectari? Unde &  
 alibi scriptum est: *Ne transgrediaris terminos an-  
 tiquos, quos posuerunt patres tui.* Terminos in-  
 dubitanter transgreditur, qui statuta patrum  
 postponit atque confundit. Pervenit namque  
 ad conscientiam apostolicæ sedis, quod non-  
 nulli sunt tam stolidi, qui dominica præcepta,  
 & apostolorum, eorumque successorum sta-  
 tuta minime observant, & eos de quibus do-  
 minus ait: *Qui vos tangit, tangit pupillam ocu-  
 li mei:* non solum tangere minime dubitant,  
 sed etiam persequi non formidant. Et licet nos  
 persequantur, quia nec nos sine illis, nec illos  
 sine nobis persequi possunt, quoniam illius su-  
 mmo discipuli, qui animas pro fratribus præ-  
 cepit ponere; tamen eis pericula & perditiones  
 eorum non sumus ausi celare, ne prophetica  
 (quod absit) damnemur sententia; quæ ait: *Si  
 annunciaris iniquo iniquitatem suam, animam  
 tuam liberasti: si autem non annunciaris ei,  
 sanguinem eius de manu tua requiram.* Est ce-  
 tiam & hoc ad hanc sanctam sedem perlatum,  
 (quod pudet dicere, & non solum sacerdotali  
 sed etiam omni Christiano nomini est inimi-  
 cum) id est, quod nonnullos episcopos vel  
 sacerdotes, aut metu compellunt, aut vi extor-  
 quent, aut fraude decipiunt, aliquas confessio-  
 nis sum in alteram partem quam debeant, aut  
 pro suarum non requisitione rerum, aut  
 (quod deterius est) pro alieni erroris sæda  
 scripturas facere, & propriis manibus roborare,  
 & coram populis recitare atque confiteri. Ali-  
 quos dicunt carceribus & ergastulis rocludi, ut  
 saltem his territi insidiis, deviant domini sa-  
 cerdotes, & suis favent voluntatibus. Relat-  
 tum insuper est ad hujus sanctæ & apostolicæ  
 sedis apicem, cui summarum dispositiones cau-  
 sarum, & omnium negotia ecclesiarum ab ipso  
 domino tradita sunt, quasi ad caput, ipso di-  
 cente principi apostolorum Petro: *Tu es Pe-  
 trus, & super hanc petram ecclesiam meam adifi-  
 cabo:* quod quidam æmuli Christi, ejusque  
 sanctæ ecclesiæ insidiatores, sacerdotes Dei ad  
 iudices publicos accusare præsumant, cum ma-  
 gis apitolus Christianorum causas ad eccle-  
 sias deferri, & ibidem terminari præcipiat.  
 Taliter prævaricantes, prævaricati sunt in Deum  
 suum, & non obediunt præceptis eius. De  
 quibus dominus per prophetam Osee loquitur,  
 dicens: *Quasi vacca lascivientes declinaverunt,  
 & dilexerunt asserre ignominiam protestoribus suis.*  
 Et idem: *Va eis, quoniam recesserunt a me.*  
*Vastabuntur, quia prævaricati sunt in me: & ego  
 vedemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia.*  
*Et non clamaverunt ad me in corde suo, sed ulula-  
 bant in cubilibus suis. Super triticum & vinum ru-  
 minabant, & recesserunt a me. Et ego erudivi,  
 & conjortavi brachia eorum, & in me cogita-  
 verunt malitiam. Reversi sunt, ut essent absque  
 jugo facti sunt quasi arcus dolosus. Abjiciet eos  
 dominus, ait idem propheta, quis non audierunt  
 eum, & erunt vagi in nationibus.*

I.  
 De his enim clericis & laicis, qui episcopos  
 vel reliquos sacerdotes, tam ad primates eo-  
 rum quam ad reliquos accusant iudices, prius  
 quam auribus eorum, a quibus se laicos æsti-  
 mant, inculcent, ut ab eis aut jus suum,  
 aut justam recipiant apologiam, item per  
 eundem ait dominus prophetam: *Audi do-  
 mus Israel, & domus regis ausculta, & atten-  
 dite sacerdotes, quia vobis iudicium est, quoniam  
 laqueus facti estis speculationi, & rese expan-  
 sum super Thabor, victimasque declinastis in pro-  
 fundum: & ego eruditor omnium vestrum.* Et  
 alibi: *Omnes calefacti estis quasi cibanus, quia  
 devoratis iudices vestros, ipsi autem declinant vi-  
 ctimas domini in profundum, qui eos devorant  
 vel injuste lacerant qui oculi domini dicuntur.*  
 Nam si modo quisquam principis secularis o-  
 culos laceraret aut amoveret, esset reus crimi-  
 nis majestatis, an non? Profecto aut morti  
 traderetur, aut perpetua notaretur infamia. Si  
 pro sæculi potestatibus talia ab hominibus fiunt,  
 quid pro his fieri putatis, de quibus dominus  
 ait: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei?*  
 Procul dubio hi qui eos persequuntur, & amo-  
 vere nituntur injulte contra apostolicam aucto-  
 ritatem, etsi a morte prohibentur, dicente do-  
 mino: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur  
 & vivat:* perpetua tamen notantur infamia,  
 & exilio digni iudicantur finitimo. De  
 quibus, a temporibus apostolorum, & infra,  
 ista tenemus, atque decreta habemus, quibus  
 eorum accusandi episcopos, vel testificandi in  
 eos, vocem obstruimus, quos non humanis,  
 sed divinis actibus mortuos esse scimus. De  
 quibus dominus loquitur per eundem propheta:  
*Calumniam patiens Ephraim, fractus est  
 iudicio, quoniam cepit abire post sordem: Et  
 ego quasi tineæ Ephraim, & quasi putredo do-  
 nui Juda. Et vidit Ephraim languorem suum, &  
 Judas vinculum suum. Et abiit Ephraim ad Assur,  
 & misit ad regem ultorem: & ipse non poterit sanare  
 vos, nec solvere poterit a vobis vinculum.* Qui enim  
 sacrilega persequuntur persuasione & lacerare  
 nituntur episcopos, vel eos qui domino recte  
 sacrificant, indubitanter eum persequuntur &  
 dilaniant, cujus vice funguntur. Unde ait do-  
 minus per Joel prophetam: *Nunquid ultionem  
 reddidistis mihi? Et si ultiscimini vos contra  
 me, cito, velociter reddam vicissitudinem vobis  
 super caput vestrum.* Et per Osee prophetam  
 dominus inquit: *Quis sapiens, & intelliget ista?  
 intelligens, & sciet ea? Quia recta via domini,  
 & justi ambulabunt in eis, prævaricatores vero  
 corrumpent in eis.* Et ipsa per se veritas ait: *Qui  
 vos audit, me audit: & qui vos spernit, me  
 spernit.* His & aliis fulti quamplurimis domi-  
 nicis præceptis, vitantes hominum perditiones,  
 cum omnibus hujus sanctæ sedis, quam domi-  
 nus caput totius ecclesiæ constituit, membris,  
 talia fieri prohibemus, ne confundatur popu-  
 lus domini in æternum. Nam & a prædecesso-  
 ribus nostris inhibuitur legimus, ut nemo con-  
 tristet doctores, neque accusationem adversus  
 eos suscipiat. Ipse namque apostolorum prin-  
 ceptis in ordinatione beati Clementis populum  
 instruens, ait: *Quicumque contristaverit docto-  
 rem veritatis, peccat in Christum, & patrem  
 omnium exacerbat Deum, propter quod & vi-*

1/a. 18.

Marc. 7.

Prov. 22.

Perlatum est.

Zach. 2.

1. Joan. 3.

Exib. 3.

1. quest. 6. quandoquidem a sacerdotibus.

nonnulli

causarum

voluptatibus.

1. quest. 1. Relatum est.

Matth. 16.

1. Corinth. 6. 6.

b. Concil. Carth. III. 9.

Osee 4.

Osee 7.

Osee 9.

I.

Osee 5.

Osee 7.

Osee 8.

Zach. 2. 1. quest. 4. Hi qui episcopos

Exib. 18.

Osee 1.

Joel. 1.

Osee 14.

Luc. 10.

In epistola Clementis ad Jacobum, circa initium. ex interp. Rufini: vide supra pag. 91. C.D.

ta carebit. Et Doctor gentium inquit: *Si praecipatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, sustentate illum in spiritu lenitatis, considerans seipsum, ne & tu tentaris. Alter alterius onera portato, & sic adimplebitis legem Christi.* Has considerantes pietates & pericula vitantes animarum, una cum omnibus domini sacerdotibus, qui nobiscum in hanc sacram convenerunt urbem, & cum omnibus hujus capituli membris, sicut a beatis apostolis, & a reliquis sanctis patribus, & a successoribus eorum accepimus, statuentes decernimus, omnes qui sanctos patres persequuntur, aut amovere vel dilacerare manifeste nituntur, infames esse & alienos a liminibus ecclesiae usque ad satisfactionem fieri: quia sic odit Deus eos qui adversus patres armantur, ut patrum invalores vel destructores. Qui ideo infames efficiuntur, quia patres persequuntur. Quod si nec loqui eis licet, quibus doctores summi (quos episcopos vocamus) propter eorum scelera adversantur: quanto magis eis qui eos infestant, nec contentendum est, nec loquendum, ne participes eorum inveniuntur sceleribus, quia non solum qui faciunt, sed & qui contentiuntur facientibus, rei sunt? Unde & beatus princeps apostolorum Petrus, qui in ordinatione sancti praedecessoris nostri Clementis, instruens clerum & populum, ait: Si inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat: Cum illo nolite amici esse: sed prudenter obtemperare debetis, & voluntati ejus abique commotione obsecundare, & avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum: sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut unumquodque qui in culpa est, dum omnium vestrum cupit amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus praestit, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire coeperit monitis praesidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est & ipse ex illis qui exterminare ecclesiam Dei volunt: & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt, & evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quae inimica sunt, gerit, & ecclesiam dispergit ac vastat.

II.

Similiter si hujusmodi personis quaedam scripturae quoquo modo per metum, aut fraudem, aut per vim extortae fuerint, vel ut se liberare possint, quocumque ab eis conscriptae vel roboratae fuerint ingenio, ad nullum eis praedictum aut nocumentum pervenire censemus, neque ullam eis infamiam vel calumniam, aut a suis sequestrationem bonis, unquam, auctore Deo, & sanctis apostolis eorumque successoribus, sustinere permittimus. Confessio vero in talibus non compulsata, sed spontanea fieri debet, ipso attestante qui ait: *Ex corda enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blasphemiae, & cetera quae sunt ad haec pertinentia.* Nec tantum attendenda sunt quae fiunt, quantum quo animo fiant, quorum e-

xempla si omnia scribere coeperimus, ante dies quam exempla deficient. Unde & illud est, quod dominus ad munera Abel respexit, & non ad Cain: quia magis intendit ad offerentis animum, quam ad ea quae offeruntur. Inde & dominus per prophetam inquit: *Dominus scrutatur cogitationes hominum.* Et per Osee ait: *In gutture tuo fit tuba, quasi aquila super domum domini, & reliqua.* Et dominus ait in evangelio: *Tu autem cum oraveris, intra cubiculum tuum: & clauso ostio, ora patrem tuum.* Omnis enim confessio, quae fit ex necessitate, fides non est. Et apostolus ait: *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Amplius autem respicit Deus ad cogitationes & spontaneas voluntates, quam ad actus, qui per simplicitatem, aut per necessitatem fiunt. Confessio ergo in talibus non extorqueri debet, sed potius sponte profiteri. Pessimum est enim de suspitione aut extorta confessione quemquam judicare, cum magis inspector cordis sit dominus, quam operis: & potius requirit dominus cogitationes puras & voluntates bonas, quam labia mendacia. Unde & dominus per prophetam loquens, ait: *Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Pejus malum fore non aestimo, quam Christianos suis invadere sacerdotibus. Novit enim dominus qui sunt ejus. Non potest autem humano condemnari examine, quem Deus suo reservavit iudicio. Si omnia namque in hoc saeculo vindicata essent, locum divina non haberet iudicia.

III.

Quod autem ad alios iudices prius non debeant, quam ad sacerdotes vel auditores ecclesiae accusari, ita a tempore apostolorum & infra, observatum & definitum invenimus. Si quis erga episcopum, aut auctores ecclesiae, quamlibet querelam vel actionem iuste se habere crediderit, ipse redemptoris sui (cujus auctio nostra est institutio) viarum non immemor, sed sectator egregius, qui cum malediceretur, non maledicebat, sed tamquam ovem coram tondente se obmutuit, ac pro suis persecutoribus in cruce pendens, apud patrem intercessit, non prius primates aut alios iudices adeat, quam ipsos a quibus se laesum aestimat, conveniat familiariter, & non semel, sed sapissime, ut ab eis aut suam justitiam accipiat, aut justam excusationem. Boni nempe & vere Christiani hominis est, rem ipsam omnibus amicitiae ac pacis legibus prius tentare, quam in iudicio (ubi frequenter amarissimum animae rancor innascitur) suum jus pertinaciter experiri. Si quis enim cum Deo, qui pacis est auctor, habitare cupiat, ei necesse est, ut pacem inquirat. Si autem secus egerit, & ab ipsis & ab aliis communione privetur, tanquam apostolorum, patrumque aliorum contemptor. De quibus ait propheta: *Erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt vobis.*

IV.

In sacramentorum quoque oblationibus, quae inter missarum solennia domino offeruntur, passio

a Procli ep. ad Domai- num Anastoc. episc.

In a Cle- mentis epi- stola, & in epist. Ana- cleti papae & similiter Fabiani pa- pae.

b ex vers. Rufini epi- scopi supra P. 91. C. D.

27. q. 6. Si quandoque a sa Et in decr. Ivo. lib. 4. Hincmar. de divorcio Lotharii & Theuberger. provenire

Matth. 11.

27. q. 6. Osee 8.

Matth. 6.

Rom. 10.

1/a 29. Matth. 11.

a Const imp ad patres Nicenos. Vide coll Hard 41. b Enn. II ep 19.

a doctores

c doctores 2. q. 7. Si quis erga. Et in decr. episc. Sixti II Et in decr. Julii papae. Et in decr. Ivoa lib. 4. s. Petr. 2. 1/a 11. Luc. 20.

1/a 41.

De consec. dist. 2. in sa- cramento rum.

a MS. Paris. Collegii Sac. Jesu, a quo & sequentes varim lectiones, quam ad se sacerdotes, vel auctores ecclesiae accipere.

passio domini miscenda est, ut ejus, cujus cor-  
 pus & sanguis conticitur, passio celebretur, ita  
 ut, repulsis opinionibus superstitionum, panis  
 tantum & vinum aqua permixtum in sacrificio  
 offerantur. Non debet enim ( ut a patribus  
 accepimus, & ipsa ratio docet ) in calice do-  
 mini aut vinum solum, aut aqua sola offerri,  
 sed e utrumque permixtum, quia utrumque ex  
 latere ejus in passione sua profluxisse legitur. Ip-  
 sa vero veritas nos instruit calicem & panem  
 in sacramento offerre, quando ait: *Accipit Je-  
 sus panem, & benedixit, deditque discipulis suis,  
 dicens: Accipite & manducate, hoc est enim cor-  
 pus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter,  
 postquam cenavit, accepit calicem, deditque disci-  
 pulis suis, dicens: Accipite, & bibite ex eo om-  
 nes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro vo-  
 bis fundetur in remissionem peccatorum.* <sup>a</sup> Crimina  
 enim atque peccata, oblatiis his domino sacri-  
 ficiis delentur. Idcirco & passio ejus in his com-  
 memoranda est, qua redempti sumus, & sæpius  
 recitanda, atque hæc domino offerenda.  
 Talibus hostiis delectabitur & placabitur domi-  
 nus, & peccata <sup>a</sup> dimittet ingentia. Nihil enim  
 in sacrificiis majus esse potest quam corpus &  
 & sanguis Christi. Nec ulla oblatio hæc potior  
 est, sed hæc omnes præcellit. Quæ pura con-  
 scientia domino offerenda est, & pura mente  
 sumenda, atque ab omnibus veneranda. Et si-  
 cut potior est ceteris, ita potius excoli & ve-  
 nerari debet.

V.

<sup>d</sup> Aquam enim sale conspersam populis be-  
 nedicimus, ut ea cuncti aspersi, sanctificentur  
 ac purificentur; quod & omnibus sacerdotibus  
 faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ  
 aspersus sanguine populum sanctificabat atque  
 mundabat: multo magis aqua sale aspersa, di-  
 vinitusque precibus sacrata, populum sanctificat  
 atque mundat. Et si sale asperso per Elitzum  
 prophetam, sterilitas aque sanata est: quanto  
 magis divinis precibus sacratus, <sup>b</sup> sterilitatem  
 rerum auferit humanarum, & coquinatos san-  
 ctificat, atque mundat, & expurgat, & cetera  
 bona multiplicat, & invidias diaboli avertit, &  
 a phantasmatis versutis homines defendit? Nam  
 si tactu <sup>c</sup> fimbriæ vestimenti Salvatoris, salva-  
 tos infirmos esse non dubitamus, quanto magis  
 virtute sacrorum ejus verborum divinitus  
 sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis  
 & animæ humana percipit fragilitas? His ergo  
 & aliis instructi documentis, vota singulorum  
 domini sacerdotes respicite, & in virtute Spiri-  
 tus Sancti divinis precibus, per ministerium vo-  
 bis divinitus collatum, perficere certate. Ele-  
 menta quoque, tam ea quæ prædiximus, quam  
 cetera divinis apta utibus, & humanis necessa-  
 ria infirmitatibus, sacrate: infirmos curate, &  
 cetera quæ ad vos pertinent, diligenter perficite.  
 Ipse enim salvator, tribuendo nobis exemplum,  
 discipulis suis ait: *In nomine meo demonia ejicite,  
 infirmos curate, egros sanate, leprosos mundate,  
 &c. Super infirmos etiam manus imponite, & be-  
 ne habebunt.*

Matth. 23.

Concil. Bri-  
car. III. c. 1.

De consecr.  
dist. 8. Ni-  
hil in sacri-  
ficiis

De consecr.  
dist. 8. A-  
quam sale  
conspersam  
Matth. 9.

Reg. 1.

Sacramen-  
tarium S.  
Gregorii  
aliisque ecclie-  
stie libris.

in Ratione

Matth. 23.

Matth. 23.

VI.

e Pidem quoque sanctæ Trinitatis sic docen-  
 dam a patribus accepimus, vobisque traden-  
 dam subditis destinamus. Itaias namque pro-  
 pheta ait: *Vidi dominum sabaoth sedentem su-  
 per thronum excelsum, & seraphim stabant in  
 circuitu ejus: sex ala uni, & sex ala alteri.  
 Duabus velabant faciem ejus, & duabus vela-  
 bant pedes ejus, duabus volabant, & clamabant  
 ad alterutrum, dicentes: Sanctus, sanctus, san-  
 ctus, dominus Deus sabaoth.* <sup>a</sup> Si Trinitas non  
 est, quare tertio, *sanctus*, dixerunt? Aut si  
 unitas non est, quare sub trina repetitione u-  
 num Deum ac dominum intimaverunt? Si Trini-  
 tas non est, cur in Geneseos libro dicitur:  
*Dixit Deus, fecit Deus, & benedixit Deus?* Si  
 unitas non est, quare tertio dixit, *Deus*, &  
 Deos plurali numero non commendavit? Si  
 Trinitas non est, quare in Exodo dictum est  
 tertio, *domine, domine, domine, miserator &  
 misericors?* Si unitas non est, quare dum ter-  
 tio, *domine*, diceret, postea singulariter, *Mi-  
 serator*, dixit, & non, Miseratores, ut plures  
 ostenderet, intimavit? Si Trinitas non est, cur  
 Abraham ad illicem Mambre sedens tribusque  
 occurrens, <sup>a</sup> uni, *domine*, dixit, & non ( ut  
 viderat ) tribus salutationis obsequium reddi-  
 dit? Si unitas non est, cur cum Mosi *Deus*  
*Abram, & Deus Isaac, & Deus Jacob* ter-  
 tio <sup>a</sup> doceret, unitatem ostendens, *Hoc mihi*  
*nomen est, dixit*, & non, Hæc sunt nomina  
 nostra, designavit? Si Trinitas non est, quare  
 David tertio dixit, *Benedicat nos Deus, Deus*  
*oster, benedicat nos Deus?* Si unitas non  
 est, quare cum tertio Deum nominasset,  
*Benedicat*, dixit, & non, Benedicant, ad-  
 junxit? Si Trinitas non est, cur & Itaias de-  
 nuo dixit, *dominus Deus sabaoth, Deus I-  
 srael qui sedes super cherubim?* Si unitas non  
 est cur, *Qui sedes*, dixit, & non, *Qui sedetis*,  
 adstruxit? Si Trinitas non est, cur in libro  
 Regnorum dicitur, *domine Deus omnipotens,*  
*Deus Israel, sermones tui fideles sunt?* Si uni-  
 tas non est, cur *Tui*, dicitur, & non, Vestri,  
 potius intimatur? Si Trinitas non est, cur in  
 psalmo <sup>a</sup> 58. cantatur, *domine Deus virtutum,*  
*Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes?*  
 Si unitas non est, cur, *Intende*, posuit, &  
 non, Intendite, ut <sup>a</sup> prædicatus est, intimavit?  
 Si Trinitas non est, cur in Apocalypsi tertio  
 dixit: *Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus*  
*omnipotens, qui est, & qui erat, &c.* Si unitas  
 non est, quare, *Qui est, & non, Qui sunt*,  
 pluraliter designatur? Si Trinitas non est, quare  
 in Deuteronomio dictum est, *dominus, Deus*  
*tuus misericors est, & audiet vocem tuam?* Si  
 unitas non est, quare posuit, *Audiet*, & non,  
 Audient, intimavit? Si Trinitas non est, quare  
 in Jesu <sup>a</sup> Nave dicitur libro, *dominus Deus*  
*deorum est?* Si unitas non est, quare *Est?*  
 dixit, & non, *Sunt*, more locutionis induxit?  
 Si Trinitas non est, quare Elias loquendo in  
 oratione, *domine domine Deus Israel, ostendo*  
*quia tu es Deus meus*, dixit? Si unitas non est,  
 quare *Ostende*, posuit, & non, *Ostendite?* Si  
 Tri-

Vide hæc o-  
tiaz unicum  
epistolam Be-  
nedicti. hæc  
idem con-  
ficta est ab  
eodem plagio-  
ario.

Ithacius G-  
re Idacius  
Clarus  
Bisp. ep-  
adv. Vvati-  
madum c. 1.  
ipio hæc  
operi inclo.  
Vult autem  
excunie ta-  
talo Christi  
quato, vel  
potius quin-  
to, aut ter-  
to, si idem  
cum Virgilio  
Thapientep.  
Exod. 14  
Gen. 18

Exod. 3.

1/16 66.

Isaia 57.  
ubi LXX do-  
mine sabaoth.

1 Reg. 1. &  
1 Reg. 8. per  
locum.

Apoc. 4.

Deuter. 4.

1/16. ubi  
LXX domi-  
nus dominus  
vestri Deus  
in celo tu  
pra, & in  
terra doct-  
tum.

1 Reg. 15. 16.  
1/16 15.

1 in MS. deest. 2 MS. dimittit indulgentia. 3 MS. uno. 4 MS. dicere. 5 in MS. 19. 6 MS. precatus  
7 in MS. deest. 8 MS. enim.

Trinitas non est, cur Mardochæus orando, *domine domine Deus omnipotens, omnia in potestate tua sunt, dixit?* Si unitas non est, quare *In tua, posuit, & non, In vestra, signavit?* Si Trinitas non est, cur etiam Iudith orando dixit, *domine domine Deus omnium virtutum, respice in orationem meam?* Si unitas non est, quare, *Respice, & non, Respice, designavit?* Si Trinitas non est, quare in Jeremia dicitur *dominus Deus vester verax est?* Si unitas non est quare, *Verax est, dixit, & non, Veraces, potius intimavit?* Si Trinitas non est quare in Apocalypsi scriptum est, *dominus Deus & spiritus propbetarum, misit angelum suum ostendere servis suis, que oportet fieri cito?* Si unitas non est, cur cum Patrem & Filium & Spiritum sanctum nominasset, *Misit, dixit, & non, Miserunt, sub prætaxato trium personarum & nominum numero introduxit?* Si Trinitas non est, quare in Deuteronomio dixit, *dominus Deus vester hic est Deus?* Si unitas non est, quare, *Hic est, dixit, & non, Hi sunt, plurali numero designavit?* Si Trinitas non est, quare in eodem dicitur libro, *dominus Deus tuus, Deus magnus & potens?* Si unitas non est, quare, *Magnus & potens, pluraliter non nominatur?* Si Trinitas non est, cur Tobias, cum filium suum in Rages civitatem cum Raphael archangelo mitteret, benedicens eos, ita dixisse docetur: *Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, ipse impleat benedictionem suam in vobis?* Si unitas non est, quare, *Ipse impleat, dixit, & non, Ipsi impleant, intimavit?* Postremo, si Trinitas non est, quare dominus discipulos suos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, univertas gentes misit baptizare? Si unitas non est, quare, *In nomine, dixit, & non, In nominibus, præcipiendo perdocuit?* Si Trinitas non est, quare Paulus apostolus ait, *Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia?* Si unitas non est, quare, *Ex ipso, posuit, & non, Ex ipsis, adstruxit?* Si enim certo certius volueritis unitatem Trinitatis agnoscere, a sæpe dicto doctore gentium apostolo potestis universa condicere, & sequi catholicam fidem, & horum respuere pravitatem. *Gratia domini nostri Jesu Christi, inquit, & caritas Dei, & communicatio sancti Spiritus, ipsa est Patris, & Filii, & Spiritus sancti gratia: & sic fidem sanctæ Trinitatis & intelligere, & docere, domino adjuvante, pleniter potestis.*

Idecirco igitur, carissimi, fidei regulas juxta hujus epistolæ finem posuimus, ut in ejus confessione fideliter perseveremus, & domino auxiliante, bonam fidem habere mereamur. *Quicumque voluerit esse amicus sæculi hujus, inimicus Dei constituitur. An potestis, quis inaniter scriptura dicit: Ad invidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis, majorem autem dat gratiam? Propter quod dicitur: Deus superbis resistit, humilibus autem lat gratiam. Subditi igitur estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet a vobis. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores, & purificate corda, duplices animo. Miseri estote, & lugete, & plorate. Risus vester in luctum convertatur, & gaudium in marorem. Humiliamini.* Cencil. General. Tom. I.

*nis in conspectu domini, & exaltabit vos. Nolite detrabere alterutrum, fratres: quia qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legem, & judicat legem. Si autem judicas legem, non es factor legis, sed iudex: unus enim est legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Agite nunc dicitur, plorate alantes in miseris vestris, qua adveniet vobis. Divitia vestra putrefacta sunt, & vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum & argentum vestrum eruginavit, & erugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus. Ecce merces operariorum, qui messerunt regiones vestras, qua fraudata est a vobis, clamat, vindictam poscetis veteris laboris, & clamor eorum in aures domini sabaoth introivit. Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis. Addixistis & occidistis iustum, & non resistit vobis. Vac fratres, his qui tribulant vos. Vos vero quanto amplius tribulamini, tanto purgatiore atque beatiore efficiemini, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata. Unde ipsa veritas per se dixit: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam; Et alibi: Beati eritis cum vos oderint homines, & persecuti vos fuerint, & ejecerint nomen vestrum tamquam malum. Gaudete in illa die, & exultate, quoniam merces vestra multa est in celo.* Data 9. Kalend. Augusti, s. Trajano & Eliano viris clarissimis confu-*

NOTE SEVERINI BINII.

*a Ad sacerdot.* Turrianus cap. 22 lib. 1. adversus Magdeburgenses in verbo exemplari Vaticano, sic legitur. *Quod autem ad alios iudices potius non debeant quam ad se, sacerdotes, vel alios ecclesie (id est episcopi) accusari, ita a tempore apostolorum, & infra, observatum & deservatum invenimus. Si quis ergo episcopum, vel alios ecclesie qualeslibet queriam vel alium in se habere crediderit, &c.* Dicuntur autem episcopi ecclesie adores, quia ipsi lege apostolica (de qua supra in canonibus apostolorum) rerum ecclesiasticarum cura ad differentiationem commissa est. Nam ut ex collatione Greci & Latini contextus sacri, Luca c. 12, & Pauli ad Galatas cap. 6. patet, qui Græci dicitur *hierarchus*; cum Latini interpretantur dispensatorem, & adorem. *Quanto tempore hæreticus parvulus est, habet Latina interpretatio, sub iustitibus, & aliorum est, Grace est hierarchus.* *b Passio domini missenda est.* Vide quæ diximus in notis ad vitam Alexandri.

*c Utrumque permittitur.* Hanc mysticam & sacramentum cum aqua miscendi ceremoniam a Christo domino in ultima cæna (ut ex liturgia S. Jacobi, Clemente lib. 2. constituitur cap. 12. alias 17. Irenæo lib. 4. cap. 57. Cyrillano lib. 2. epist. 3. alias 63. constat) mystice usurpata apostolica ecclesia exemplum Christi imitata, apostolica lege deinceps semper observari præcepit: Ideoque certissimum est Alexandrum pontificem non fuisse hujus præcepti auctorem, sed id potius ab apostolorum temporibus mansisse. Quod non modo ex liturgia S. Jacobi apostoli, conciliorum ac patrum testimoniis, verum etiam ex hac ipsa Alexandri epistola aperte colligitur. Dicit enim infra se tradere, quod a patribus acceptas: & alibi dicitur Romanam ecclesiam hoc ab Apostolis didicisse, ac perpetuo observasse. Restat igitur ut credamus hanc ceremoniam a Christo usurpata, ab apostolis observari præceptam, ab Alexandro pontifice scripto & promulgato decreto corroboratam esse. Appropinquate epistola hunc ritum appellat divinum mandatum, quia a Christi domini ipso est exemplum, tanquam a causa exemplari, & ab aqua quæ ex latere ejus manavit, tanquam a causa finali, originem duxit. Vide Baron. anno Christi 57. num. 143. & anno Christi 132. num. 7. Bellarm. de sacram. euchar. lib. 4. cap. 10. & 11. Suarez tom. 2. disp. 45. sessione secunda.

Clemens ep. sup. pag. 100 A. & inde Felix I. ep. a que pariter adducuntur Matth. 5. Lu. 6.

Julio Africanano b Helicino c mendosa subscriptio

Episcopi curatores appellantur.

Apostolica lege ad exemplum Christi in sacrificio vinum aqua misceri debet.

1 Ubi Vulgata: Dominus Deus spirituum Propbetarum. 2 MS. mundate vobis manus.





EX DECRETIS  
ALEXANDRI PAPÆ I.

secundum Gratianum.

*Ut nemo simul sit accusator & testis.*

DECRETUM ALEXANDRI PAPÆ I.

ex codice quinque librorum, lib. 2 cap. C.

*Ut presbyter ab incestuosis xenium non accipiat,  
ut eorum scelera reticeat.*

*Ut nullus presbyter xenium, vel quodcum-  
que emolumentum temporale, imo detrimen-*

Atum spirituale, a quocumque publico vel incestuato accipiat, ut nobis vel ministris nostris peccatum illius reticeat: nec profecto cuiuscumque personæ, aut consanguinitatis, vel familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc nobis vel ministris nostris innotescere detrederet, nec a quoquam penitente gratiam, aut favorem, vel munus suscipere præsumat, ut minus digne penitentem ad reconciliationem adducat, & ei testimonium reconciliationis ferat, & quocumque livore alium quemlibet dignius penitentem a reconciliatione removeat: quia hoc Simoniacum, & Deo & bonis hominibus abominabile est.

B

ANNO  
CHRISTI  
1125

CONCILIIUM SICULUM

*Habitum circa annum Christi CXXV.*

ANNO  
CHRISTI  
1125

Ex nota col-  
lectione Ba-  
luzii.

CURA & negotium apostolicis viris semper contuit, inquit Hilarius in fragmentis, constanti & publica perfectæ fidei prædicatione conatus omnes ablatantis hæresis comprimere & expulsa evangeliorum veritate perverfitatem doctrinæ errantis extinguere, ne audientium mentes quadam labe contaminans contagium vitii adherentis inthigeret. Itaque prima semper veterum Conciliorum cura fuit adversus emergentes hæreses, ne quid sanctæ religio caperet detrimenti. Raro ob disciplinam constituendam conveniebant, nisi sancta tum erat omnium de Deo velle sententiam certa, nullus præter moribus locus. At frequentes erant controversiæ de fidei capitibus. Itaque frequentes oportuit esse Episcoporum conventus, in quibus & hæreticorum audacia reprimeretur, & que vera essent dogmata demonstrarentur. Cum ergo tempore Alexandri Romani Pontificis Heracleon quidam ex schola Valentini in Sicilia docere cœpisset præviam ac nefariam doctrinam de baptismo, convenientes Episcopi, inter quo fuerunt Eustachius Lilybaeorum & Panormeorum Theodorus, eum audire in synodo, ac deinde universas assertiones ejus miserunt ad eundem Alexandrum, rogantes ut ad eum confutandum aliquid ordinaret. Ita gestum esse videri docet veteris auctor de hæresibus a Simondo editus lib. 1. cap. XVI. Sextadecima hæresis Heracleonitarum, ab Heracleone inventa est; quæ ba-

ptizatum hominem, sive iustum, sive peccatorem, loco sancti computari docebat; nihilque obesse baptismatis peccata memorabat; dicens: Sicut non in se recipit natura ignis gelu, ita baptizatus non in se recipit peccatum. Sicut enim ignis resolvit aspectu suo nives, quantæcunque iuxta sint, sic semel baptizatus non recipit peccatorum reatum, etiam quantavis fuerint operibus ejus peccata permixta. Hic in partibus Siciliæ inchoavit docere. Contra hunc susceperunt Episcopi Siculorum, Eustachius Lilybaeorum, & Panormenorum Theodorus. Quique omnium qui per Siciliam erant, Episcoporum synodum exorantes, gestis eum audire decreverunt; & universas adlectiones ejus dirigentes ad sanctum Alexandrum Urbis Episcopum, rogaverunt ut ad eum confutandum aliquid ordinaret. Tunc sanctus Alexander ad singula quæque capita hydri singulos gladios Dei verbi de vagina divinæ legis ejiciens, librum contra Heracleonem ordinans, ferventissimum ingenio Sabinianum Presbyterum destinavit, qui & scriptis Episcopi & adlectione sua ita eum confutaret, ut nocte media navis præsidio fugeret, & ultra ubinam devenisset penitus nullus sciret.

VI.

ANNO CHRISTI 121. 120.

ANNO CHRISTI 121. 120.

V I T A, EPISTOLÆ ET DECRETA SIXTI PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

Xrli, alias xlii.

Sixtus natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Via lata, b fedit annos decem, menses tres, (a) dies 21. Fuit autem temporibus Hadriani, usque ad Verum (b) & Anniculum: c martyrio coronatur. d Hic constituit, ut ministeria sacra non tangerentur, nisi a ministris c sacris. Hic constituit, ut quicumque episcopus (e) evocatus fuerit (d) ad sedem Romanam apostolicam, rediens ad parochiam suam, e non susciperetur, nisi cum (e) formatis salutationis ad plebem a sede apostolica. ( Lt / constituit, ut missarum actionem sacerdote incipiente, populus hymnum decantaret, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus sabaoth, &c. ) Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros undecim, diaconos (f) tres, g episcopos per diversa loca quatuor. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, (g) 8. Idus Aprilis Et cessavit episcopatus 8 dies 2.

MS 114 121

Anquis inclusa delent in Luc.

VI Nonas Aprilis mensis in Luc.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Sixtus anno Christi 121. Hadriani imperatoris 13. post Alexandrum ecclesie gubernacula suscepit. b Sedis annos decem, menses tres, dies 21. In annorum numero Eusebius, & qui eum sequuntur, consentiunt. Si vero tempora quibus sedere cepit & desit computentur, uno mense & viginti quibus diebus minus quam decem annis sedisse invenitur. c Martyrio coronatur. Anno Antonini Imperatoris 3. qui est Christi nati 142. Si autem ab Hadriano, vel alio imperatoribus obitum Sixti ponant, ut Eusebius etique sectatores, alluntur, vel quod Eusebius, Cleum ex Romanis pontificibus pretermittentem, vel quod hos adnotationes nec sibi constantes consules hic positos, sequuntur. d Hic constituit ut sacra sacra. Extat decretum hoc epistola Sixti secunda, quo decernitur, ne vasa qua ad dispensationem sacramentorum & sacrificii instrumenta necessaria sunt, ac ceremonialia & episcopali consecratione, que per unctiorem christiani & specialem benedictionem sic, divino cultui dicata sunt, calix nimum & patina, ( iuxta cap. unicum, de sacra unctiione s. ult. ) a laicis attingantur. Idem habetur in cap. in sancta de consecrat. d. 1. & in cap. sanctus, & cap. non licet, cap. non oportet, dist. 13. Ideoque in cap. ult. de celebrat. missar. sacerdos deponitur, qui sine sacro calice consecraverit. Causa cur ab horum tactu cavere debeant, est ipsorum consecratio. Si enim tanta observantia sacris vasis Judaeorum, que futurorum umbra erant, lege Dei debebatur, ut ea non nisi tecta filius Caath portare liceret, ut constat num. 4. cap. quomodo non religiosissimo cultu tractabatur ea, quibus sacrificium omnium prestantissimum exhibetur? Hoc preceptum diversis temporibus alibi imitatum, alibi ampliatum fuisse per multa capitula dist. 13. constat. Nam cap. sacras, semina, cap. non oportet, etiam subdiaconi sacra vasa contingere prohibentur, contra vero cap. non oportet, 2. item cap. non licet, 1. & 2. non modo subdiaconis, verum etiam acolythis con-

tas sacrorum conceditur. Secundum consuetudinem igitur decidimus, quod calix vacuum a subdiacono tangi & portari potest: quando autem continet corpus & sanguinem domini, id non liceat. De corporalibus, que in hoc calice equiparantur, item statuendum est. Vide Suarez tom. 3. disp. 83. sect. 1. Non suscipiatur nisi cum formatis. Statuitur ut episcopi ad Romanam sedem vocati a suis non recedant, nisi formatas salutationis literas exhibuerint. Erant autem formatæ literæ, per quas unitas fidei, ac mutus amor inter caput & membra monstrabatur, ac fovebatur. Ideoque alias canonicæ, communicatorias, ecclesiasticas, & pacificas vocabantur. Harum literarum formula a Nicæno concilio præscripta extat canone 18. istius concilii. Optatus Milevitanus, qui Romanorum pontificum catalogum usque ad Siricum contexit, de his sic ait: Cum quo nobis totus orbi commercia formatarum in una communione societate concordat. Augustinus epistola 126. ad Eleuthium & socios, de his: Hic primo asserere, inquit, conatus est, ubi, se terrarum esse communicatorem suam. Quærebam utrum epistolæ communicatorias, quas formatas dicimus, possent quo velles dare. C. affirmabam, quod manifestum erat omnibus, hoc modo illam facillime terminari posse questionem. Vide Baron. anno Christi 142. num. 6. & 7. Constituit ut missarum actionem sacerdote incipiente, populus hymnum decantaret, Sanctus, &c. Temporibus apostolorum hoc in usu fuisse, non tantum testimonio Clementis, lib. 8. constit. cap. 16. sed etiam inde aperte demonstratur, quod in antiqua liturgia Jacobi apostoli eadem antiphona extat. Itaque que comuni usu recepta erant, ut sanctus ab unoquoque confodirentur, per Sixtum apostolica auctoritate literis confirmata sunt. Extat etiam in antiqua liturgia Basilii & Chryostomi, & in concilio Vasenti can. 4. alias can. 6. Baron. prædicto anno num. 12. Bellarminus de missa lib. 2. cap. 17. Episcopi per diversa loca quatuor. Ex his unus Petrus, & S. Petrus episcopus Antiodorensis creatus. In tabulis ecclesiasticis, & in Romano martyrologio die 16. Maii, hæc de eo scripta habentur. Antiodorensis S. Petrus episcopus, qui a S. Sixto papa in Gallias cum aliis clericis missus, evangelica prædicatione, manere impio, capitali sententia damnatus, coronam meritis sempiternam.

Formatæ literæ que sunt

Quæ sit eorum formula

A quo instituta, ut ante consecrationem in missa, Sanctus decantetur.

Petrus episcopus Antiodorensis a Sixto ordinatus

EPISTOLA I. SIXTI PAPÆ I. AD OMNES CHRISTI FIDELES.

De fide & accusatione episcopi. Omnibus in Deo Patre & domino nostro Jesu Christo dilectis fratribus, in caritate domini nostri Jesu Christi, Sixtus Romana ecclesie archiepiscopus salutem.

Carissimi, fideliter agite in omnibus, ut fideles & non infideles, inveniamini. Nolite

Hæc & sequens

Contra hæreticos hujus temporis Christi filium illum Dei esse

(a) Luc. duos, dies 1. (b) Luc. Veronem. (c) Luc. episcoporum. (d) Luc. scilicet ad sedem Apostolicam. (e) Luc. literis sedis apostolicæ salutationis plebi, quod est formatum. (f) Luc. quatuor. (g) Luc. III Nonas.





NOTE SEVERINI BINII.

Cur primam epistolam Sixti heretici calumnentur.

Rufinus Aquilejensis ab Hieronymo quaeritur

a Epistola I.) Epistolam duas scripsit, quarum postrema, qua universalis ecclesiam apostolicam episcopus inscribitur, novatoribus summopere displicet. Sub hujus Sixti papa nomine Sixti philosophi Pythagorae, hominis ethnici ac infidelis, commentarium a se e graeco latine translatum, Rufinus Aquilejensis presbyter vulgavit: de quo illum suo merito S. Hieronymus frequentissime redarguit. Ita enim ad Ctesiphontem scribens ait: Illam autem temeritatem, imo insaniam, quis dignus poterit explicare sermone, quod librum Sixti Pythagorae, bominis ethnici, ab ipse Christo atque ethnicis, immutato nomine, Sixti martyris & Romana ecclesia episcopi, praenotavit? In quo iuxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exquant Deo, & de ejus dicunt esse substantiam, multa de profestione dicuntur, ut qui volumina philosophi nesciunt, sub martyris nomine libant de auro calice Babilonis. Denique in ipse volumine nulla prophetarum, nulla patriarcharum, nulla apostolorum, nulla sic Christi monita, ut episcopum & martyrem hae fide Christi fuisse contendas. Hac ibi Hieronymus, qui alibi eadem ex causa in eundem graviter invehitur. Baron. anno Christi 143. num. 5.

A sancta sede fuerit, non renuat venire: sed confestim, ut ei nunciatum fuerit, venire festinet, & causas, pro quibus vocatus est, prudenter disponat, atque si necesse aliquid corrigere fuerit, cum his, quos hic primos invenerit, corrigat. Ad ecclesiam tamen suam non prius revertatur, quam literis apostolicis vel formatis pleniter instructus atque purgatus sit, si fuerit unde: ut postquam domum reversus fuerit, cognoscant vicini sui, qualiter hic sua aliorumque causa discussa fuerit, quatenus eam abique aliqua ambiguitate nunciare & praedicare omnibus possit: ab hac enim sancta sede, a sanctis apostolis, tueri, defendi & liberari episcopi iusti sunt, ut sicut eorum dispositione (ordinante domino) primitus sunt constituti, sic hujus sanctae sedis (cujus dispositione eorum causas & iudicia servaverunt) protectione, futuris temporibus sint ab omnibus perversitatibus semper liberi. Unde culpantur hi, qui aiter circa fratres egerint, quam hujus sedis rectoribus placere cognoverint.

q. e. Quilicitatione.

Et Gentiana. Iur. in decr. Sixti II. & in decr. Julii pape.

EPISTOLA II.

SIXTI PAPAE.

Universis Ecclesiis directa.

- 1. De sacris vasis.
II. De appellanda sede apostolica.
III. De episcopis rebus spoliatis, vel a sede pulsatis.

Sixtus a universalis apostolica ecclesiae episcopus, omnibus episcopis in domino salutem.

I.

De consecr. dist. 1. In sancta apostolica Idem intra in decreti Stephani I. cujus initium est, Quamquam spe-

Cognoscat vestra sapientia, carissimi fratres, quia in hac sancta sede apostolica a nobis & reliquis episcopis, ceterisque domini sacerdotibus statutum est, ut sacra vasa non ab aliis, quam a sacris, dominoque dicatis contradentur hominibus. Indignum enim valde est, b ut sacra domini vasa, quaecumque sint, humanis usibus serviant, aut ab aliis quam a domino famulantibus eique dicatis tradentur viris, ne pro talibus praesumptionibus iratus dominus, plagam imponat populo suo, & hi etiam, qui non peccaverunt, mala patiantur, aut pereant, quia perit justus saepissime pro impio. Attendite, fratres, ne talia vestris in ecclesiis permittatis deinceps fieri, ne grex pretioso Christi sanguine redemptus, in praecipitium (quod abist) ruat. Propter quod assume armaturam Dei, ut possitis resistere his qui contradicunt veritati: & induite vos loriscam justitiae, calcetis pedes in preparatione evangelii pacis. (a)

plagas.

Epist. 1.

(a) In Luc. additur item Sixtus in secunda epistola.

a. q. 6. Siquilicium.

et evenerit Luc. ei venit atque appellare minime fuerit.

II.

Si quis vero vestrum pulsatus fuerit in aliqua adversitate, licenter, hanc sanctam & apostolicam appellet sedem, & ad eam, quasi ad caput, suffugium habeat, ne innocens damnetur, aut ecclesia sua detrimentum patiat. Si autem ei necesse fuerit eamque appellare minime ausus fuerit, & vocatus tamen ab hac

III.

His taliter consideratis, atque cum reliquorum episcoporum decretis, tanquam omnium curam gerentes, propter sedis propriae apicem decernimus, ut nemo pontificum, aliquem suis rebus expoliatum episcopum, aut a sede pulsum, excommunicare aut iudicare praesumat: quia non est privilegium, quo expoliari possit iam nudatus. Si quis autem aliter agere praesumpserit, sciat censuram hujus sedis cum omnibus membris suis sibi venturam. Et sicut egerit, ita recipiet: si bene, bene: si grave, grave: si pessime, pessime: quoniam dignus est operarius mercede sua. Nos, fratres, nullum perdere volumus, sed ipse se perdit, qui pie considerata avertit, & qui apostolorum & hujus sanctae sedis decreta libenter violat. Sed nunc, fratres, commendamus vos omnes domino, & verbo gratiae ejus, qui potest perficere & dare hereditatem vobis cum omnibus sanctis. Ipse autem Deus pacis & consolationis, det vobis idipsum sapere in alterutrum, ut vobis invicem succurratis, & non sitis divisi, ut unanimes, uno ore & uno corde honorificemus eum in concordia & consolatione fratrum, qui potens est confirmare secundum evangelium ejus, juxta revelationem mysterii aeterni, temporibus scilicet perpetuis, quibus vobis munera futurorum gaudiorum largienda sunt. Data 9. Kalend. Aprilis Hadriano & Vero viris clarissimis consulibus.

Verba Tripartita IV. ex Soz. III. Idem habetur infra in decr. Sixti II. cujus initium, Magno mun. Et in decr. Julii contra orientales.

Luc. 10.

b. Martiana I. e. s. u. l. a. tenenti un de a. n. u. s. praecedentis epistole. Act. 20. Rom. 15.

Rom. 10.

c. Falla videtur subscruptio.

NOTE SEVERINI BINII.

a Universalis apostolica. In hujus epistolae titulo Sixtus pontifex, non, ut quidam novatores nostri temporis notarunt, fastu superbia, aut titulo inconvenienter usurpato se universalis ecclesiae episcopum nominat, sed jure ac titulo successoribus Petri, propter legem & institutionem Christi, iustissime debito. Cui enim universi gregis Christiani pastoralis cura demandata est, Joann. cap. 21. non inique titulum sibi de iure divino convenientem usurpat. Quid? quod Tertulliano libro de pudicitia capite primo attestante, Victor papa se pontificem maximum, & episcopum episcoporum nominat? Audis, inquit Tertullianus, etiam edictum praescriptum, & quidem praescriptum pontifex, scilicet maximum, & episcopum episcoporum dicit. Ego & machi & fornicationis delicta, &c. Quae verba sive Tertulliani, sive quod probabilis est, edicti sint, universa ecclesiae regimen ac titulum Romano pontifici soli convenite evidenter convincunt. Ut reliquis Christiana religionis episcopis, qui omnes aequae summi sacerdotes atque pontifici-

Quo iure Romanus episcopus pontifex maximus episcopus episcoporum appellatur.

Zepherinum potius intellegit.

Quare Romanus appellatur pontifex.

maximus, & rifices dicebantur, (ut Baron. multis exemplis in notis ad Rom. marty. dia 9. Aprilis declarat) Romanus pontifex, & orbis totius episcopus, Petrus in officio & privilegiis successor, discerneret, merito, propter prerogativas apostolorum principi a Christo concessas, pontifex maximus, episcopus episcoporum appellatus est. His titulis non omnibus in rebus uti consueverunt, sed tunc demum cum quid publice in universali ecclesia edicendum esset, ut accidit tempore Tertulliani in promulgando decreto de recipiendis in ecclesiam fornicariis penitentibus: Vide Baronium anno Christi 143. n. 4. & 116. num. 4. & seq. usque ad 12.

b *Ut sacra vasa.* Vide quæ supra in notis ad vitam Sixti verbis: *Hic constituit.*

c *Ad ecclesiam tamen suam, &c.* Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Sixti, verbo: *Non suscipiatur nisi cum formati,* &c. Item quæ habet Bellarm. lib. 1. de Rom. pont. cap. 24. ubi inter prerogativas Petri recenset, quod in formata epistola, cuius formulam ibidem descripsit, habent, post Petrus, Filius & Spiritus sancti nomen Apostolorum principis Petri adhibebant.

In formata epistola post nominationem S. Tride. de Rom. pont. cap. 24. ubi inter prerogativas Petri recenset, quod in formata epistola, cuius formulam ibidem descripsit, habent, post Petrus, Filius & Spiritus sancti nomen Apostolorum principis Petri adhibebant.

**DECRETUM SIXTI EX CODICE**  
16. librorum, lib. 4. cap. 5. dubium tamen, an primi, secundi, vel tertii.

*De presbyteris, per quorum negligentiam sine baptisimo aliquis mortuus fuerit.*

Perpendant presbyteri, quanti discriminis sit, animas innocentum per eorum negligentiam a regno Dei excludi. Si enim gaudium est in celo super uno peccatore penitentiam agente; quid putas, quanta ira & indignatio super illum erit, qui per suam negligentiam januam paradisi innocentibus claudit? Et ideo presbyteri summa diligentia caveant, ne animæ, pro quibus sanguis Christi effusus est, per suam incuriam a cœlesti beatitudine separentur: Sed si (quod absit) evenerit, gravi penitentiâ huius se submittat, per cuius negligentiam evenerit.

Luc. 15.

ANNO CHRISTI 143. 146.

ANNO CHRISTI 143. 146.

**V I T A**  
**EPISTOLÆ ET DECRETA**  
**TELESPHORI PAPÆ.**

*Ex libro Pontificali Damasi Papæ.*

**T**elephorus, natione Græcus, ex anachoreta, b sedit annos 11. menses 3. dies 21. Fuit autem temporibus Antonini & Marci. c (Martyrio coronatur.) d Hic constituit, ut septem hebdomadas ante pascha jejuniu celebraretur. e (a) Hic fecit, ut in natali domini nostri Jesu Christi (b) noctu missa celebraretur, cum omni alio tempore ante horæ tertie cursum nullus præsumeret missas celebrare, quia ea hora dominus noster ascendit in crucem: & ut b ante sacrificium hymnus (c) diceretur angelicus, hoc est, Gloria in excelsis Deo. f (d) Hic fecit ordinationes quatuor per mentem Decembrem, presbyteros 12. diaconos 8. episcopos per diversa loca 13. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano (e) Nonis Januarii. Et cessavit episcopatus dies 7.

Anfalsi iudicia delectantur.

a abitur a C. H.

b ingressu sacrificii.

nem & passionem negabat. Errores nefandos utriusque vide apud Baron. anno Christi 145. & 146. b *Sedit annos 11. menses 3. dies 21.* Baronius annos 11. menses 9. & dies 3. ab ejus creatione qua octava Aprilis contigit, ad obitum eiusdem sc. ad 5. Januarii, ut ex omnibus martyrologiis patet, enumerat. c *Martyrio coronatur.* Telephorum martyrio coronatum fuisse auctor est Irenæus lib. 3. cap. 3. ubi ait, gloriosissime martyrium fecit. Idem Tertullianus confirmat in carmine contra Marcionem lib. 3. in fine, his verbis:

*Post expleta sui qui lapsi tempora tradit Telephoro: excellens hic erat, martyrioque fidelis. b Hic constituit ut jejuniu.* Quadragesimale jejuniu ab apostolis domini institutum atque universis ecclesiis traditum est, ut ex can. apostol. 68. constat; nam diu ante Telephorum hujus jejunii quadragesimalis Ignatius in epistola sua ad Philippenes meminit hisce verbis: *Quadragesimale jejuniu non spernari, continet enim exemplum conversationis dominice: ideoque verissimum est, quod Hieronymus in epistola ad Marcellianum scribit. Nos unam quadragesimam seu unam traditionem apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo jejunamus: & quod sic S. Leo serm. 6. de quadrag. ut apostolica institutio quadragesima dierum jejuniis impletur.* Telephorus igitur jejuniu quadragesimæ non recens instituit, sed quod usu quodam & pia traditione in ecclesia servabatur, placuit edito decreto stabilire. Vel secundo dici posset, Telephorum, ut ex ejus sequenti epistola decretali constat, clericis duntaxat mandasse, ut septem hebdomadas a carnibus abstinerent, cum laici septem hebdomadas non integras abstinerent. Vide quæ diximus supra in notis ad can. apostol. 68. Bellarm. & Baron. locis ibidem allegatis. A Centuriatoribus ob hanc aliamque sequentes constitutiones Telephorum calumniose reprehendi. Bellarmus lib. 4. de Rom. pontif. cap. 8. declarat.

Tempus sedis Telephori.

Jejunium quadragesimale a quo institutum?

Explicatur constitutio Telephori

**NOTÆ SEVERINI BINII.**

a *Telephorus natione Græcus.* Post interregnum duorum dierum, Telephorus Sixto succedit, anno Christi nati 143. qui est Antonini Pii imperatoris 3. imperii. Hic quantumvis natura mitissimus atque a sanguine & cadibus maxime alienus foret; cum tamen in dies Christianæ religionis frequentia cresceret, hominesque paulatim a deorum superstitione deficerent; invidia moti sacerdotes, egerunt, ut nonnihil in Christianos faveretur; id quod Sixti aliorumque mors non obcura indicat. Ecclesia igitur sub hoc imperatore, parte aliqua imperata, a variis hæresibus, Valentino & Marcione Cerdonis discipulo multum exagitata est. Uterque hæreticus, præter multa alia, Christi divinitatem negavit: ille carnem Christi non ex Virgine sumptam, sed e cœlo allatam esse docebat: hic totam Christi incarnationem exort.

*Hic fecit.* Sequenti duo decreta exant in epistola decretali sequente, de quibus ibidem. f *Hic fecit ordinationes quatuor.* In singulis Romanis pontificibus superioribus & sequentibus, non solum ordinationes clericorum, qui Romane ecclesiæ usui essent,

Cur in vita Rom. pontif. omnino fieri reconferantur: or-

(a) Luc. & in natali. (b) Luc. per noctu missa celebraretur nam omni tempore. (c) Luc. celebraretur. (d) in Luc. additur martyrio coronatur. (e) Luc. IV. Non

diastatione... sent, sed etiam episcoporum, qui in diversas orbis pro-

A cum in eis solenniter decantent, quoniam & eadem nocte ab angelo pastoribus nunciatus est, sicut ipsa veritas testatur, dicens: Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigi-

EPISTOLA

TELESPHORI PAPAE

ad omnes universaliter Christi fideles.

De jejunio septem hebdomadarum ante pascha: de missarum celebratione in nocte natalis domini: quo tempore aliis diebus missae celebrentur, & de episcoporum defensione.

- I. Ut septem hebdomadas ante pascha clerici a carne jejument, nec admittant laicos in accusationibus suis.
II. De celebratione missarum, & hymno angelico recitando.
III. De episcopis honorandis, & non detrahendis.
IV. De accinatoribus non recipiendis.

Carissimis fratribus & dilectissimis episcopis, Telesphorus Romanae urbis archiepiscopus salutem in domino.

Redimus sanctam fidem vestram, in apostolorum eruditione fundatam, hanc tenere, & hanc populis universis exponere, quae videlicet a constitutis apostolorum, eorumque successorum, nulla ratione dulerunt, per quos iustum est ceteros erudiri.

I.

Quapropter cognoscite, a nobis & a cunctis episcopis in hac sancta & apostolica sede congregatis, itatum esse, ut septem hebdomadas plenas ante sanctum pascha, omnes clerici in sortem domini vocati, a carne jejument: quia sicut discretus esse debet vita clericorum a laicorum conversatione, ita & in jejunio debet fieri discretio. Et sicut laici & saeculares homines nolunt eos recipere in accusationibus & infamationibus suis, ita nec clerici debent eos recipere in impulsionibus suis; quoniam in omnibus discreta debet temper esse & segregata vita & conversatio clericorum, ac saecularium laicorum. Et sicut hi amplius sunt applicati divinis cultibus, & familiares domini dicuntur salvatoris, ita moribus & conversatione atque sanctitate debent esse distincti. Has ergo septem hebdomadas omnes clerici a carne & deliciis jejument, & hymnis & vigiliis atque orationibus domino inhaerere die nocteque student.

II.

Nocte vero sancta nativitatis domini salvatoris, missas celebrent, & hymnum angelici Concilii Generalis Tom. I.

III.

Ab episcopis autem idem angelicus hymnus pro tempore & loco missarum solenniter celebrandus est atque solenniter recitandus. Ipsi enim, qui proprio ore corpus domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, obediendi, atque timendi, & non dilacerandi aut detrahendi: qui a quibus se domini populus benedicendi, salvandi, & instrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est & corripiendus, non ipsi ab eo, quia non est discipulus super magistrum. Nullo modo igitur domini pontifices & reliqui sacerdotes, quibus domini commissa est plebs, rite populum possunt corrigere, si deprecationis se cognoverint laqueo intestari. Unde iustum est omnes in universo orbe doctores legis, ea quae legis sunt sapere, & non sacerdotes domini labiis suis aut quibuslibet machinationibus maculare. Dum enim ipsos disponunt aut cupiunt maculare, potius seipsum maculant & vulnerant. Dei ergo accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituantur, sacerdotes acculat, vel damnari cupit. A quibus se omnes fideles cavere debent, quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, rei sunt. Christus enim Dei filius, dominus noster, humano generi salutem condonans plenam, de nobis ait: Qui vos recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit. Si ergo dominus in eis recipitur & recitatur, procul dubio ipsius sunt, qui in eis recipitur vel suscipitur. Et tu quis es, qui iudicas servum alienum? Procul dubio transgressor es legis Dei & apostolorum atque prophetarum: & non solum harum, sed etiam legum humanarum. Omnes enim leges tam divinae quam & humanae, alienum servum dicere prohibent. Quid putas, erit de te, cum transgressores & conculcatores legis Dei damnabuntur? Profecto & tu damnaberis, quia postposuisti mandatum Dei, & iam adimplesti voluntatem. Quoniam sicut digni sunt vita, qui mandatum Dei adimplent atque custodiant, ita rei & perdigni sunt morte, qui ea postponunt, & in vanum ducunt. Est enim in apostolicis

T t scri

ad dicit VV. ciudens lul. peria

Ipissima verba epistolae Dam. ad ep. Illyricos ex versione Epiphani schol. Trip. v. 29. vide Theodoret & Sozomeni historiam. Distinct. 4. statimur ut sepem. Et in decr. Ivo. lib. 2.

Distinct. 4. statimur ut sepem. Et in decr. Ivo. lib. 2. De consecr. Dist. 1. Nocte sancta.

Luc. 1

in MS. Iust quem sequitur editio Merlini inseruntur mat. ex palmo 16. & 11. quae Crabbus & alii submoverunt.

De consecr. dist. 1. Nocte sancta. Et in decr. Ivo. lib. 2. ubi additur Breve no. de nativ. 6. quod sacerdotes qui.

Luc. 6.

Damasus curata ep. ad Illyricos inserit verb. Romanorum. 6. quod 1. Sacerdotes qui & ex eo Hadr. coll. c. 1. Rom. 1.

Matth. 10. Luc. 10.

Rom. 14.

MS. Irenzi lib. 3. c. 1. Telesphorus Hardouin, qui e saepe citato Cod. Colleg. Paris. Soc. Iesu dererpit sequentes varias lectiones. MS. in forte. MS. de sancta.

1. Ihd. syno-  
nymorum II.  
2. Rom. 1.  
3. Cor. 13.  
4. Ps. 4.  
5. Petr. 2.

scriptum instituit: *Alterius vitam nemo lace-  
ret, & de malo alieno os suum non coinquinat.*  
Accusatores vero & accusationes, quas leges  
sæculi non admittunt, & nos submovemus.

IV.

1. quæst. 8.  
2. Accusatores  
&c. Et in  
decr. Steph.  
ni papæ 20  
Julii.  
3. quæst. 9.  
4. Accusatores  
omnino  
5. Anianus  
Const. 9. tit.  
25. lib. 11.  
6. cod. Theod.  
7. incutiendi  
8. ita in MS.  
9. Just. & in  
edit. Merli-  
ni. primus  
10. Crabbus al-  
teram lectio-  
nem aut cor-  
rectionem  
substitu-  
it.  
11. totum illud  
12. vultus  
13. Jul. 16.  
14. ex verb.  
15. Hei.

Et accusatori omnino non credi decernimus,  
qui abiente adversario, causam suggerit ante  
utriusque partis justam discussionem. *b* Nec hi,  
qui non sunt idonei, suscipiantur ad accusatio-  
nem, & omnes, qui adversus patres arma-  
ntur, infames esse censemus. Patres enim omnes  
venerandi sunt, non respuendi aut *c* insidian-  
di. *d* Hi vero qui cum inimicis morantur, aut  
qui suspecti habentur, minime recipiantur: quia  
eorum æmulatio lacerat etiam innocentes. Hunc  
murum *e* firmissimum statuerunt patres nostri,  
& nos cum eis, contra persecutores *f* nostros,  
ut hoc remedio eorum pellantur machinamen-  
ta, & vos securiores & sanctiores famulari  
mereamini vestro salvatori. Ceterum, *g* considerat  
impium justum, & querit ut occidat eum. *h* Domi-  
nus non derelinquet eum in manus ejus, & non  
condemnavit eum, cum iudicabitur illi. *i* Expecta  
dominum, & custodi viam ejus: & exaltabit te,  
ut possideas terram: cum interibunt impii, vide-  
bis. *k* Vidi impium robustum & fortissimum, sicut  
indigenam virentem. *l* Et transivi, & ecce non erat:  
& quæsi eum, & non est inventus. *m* Custodi sim-  
plicitatem, & vide rectum, quia erit in extremum

16. Iniqui autem  
17. abuter  
18. pariter, &

19. Jul. 11. ex  
eadem in  
scriptis.

20. simplicium.

21. Jul. 49. co-  
dem inter-  
pretis.

22. Flavianus  
epist. ad S.  
Leonem.

vigilandum est, & armis cœlestibus sumus mu-  
niendi, ne in ejus compedes incidamus, aut  
ejus foveis illaqueemur. *n* Decet enim in tali-  
bus causis hoc maxime provideri, ut sine stre-  
pitu concertationum, & caritas custodiatur, &  
veritas defendatur, atque innocentes & domini  
ministri, illæsi liberentur. De bonis ergo & le-  
gem domini custodiantibus, *o* fratribusque  
adjuvantibus, & non nocentibus, sed suppor-  
tantibus, ait per prophetam dominus: *p* Non se-  
di cum viris vanitatis, cum superbis non ingre-  
diar. *q* Odrevi ecclesiam pessimorum, & cum impiis  
non sedebo. *r* Lavabo in innocentia manus meas, &  
circuibō altare tuum domine, ut clara voce prædi-  
cem laudem, & narrem omnia mirabilia tua. *s* Do-  
mine, dilexi habitaculum domus tua, & locum ta-  
bernaculi gloria tua. *t* Ne auferas cum peccatoribus  
animam meam, & cum viris sanguinum vitam  
meam. *u* In quorum manibus scelus est, & dextra  
eorum repleta est muneribus. *v* Ego autem in sim-  
plicitate mea gradiar, redime me, & mise-  
rere mei. *w* Pes meus stetit in recto, in ecclesiis  
benedicam dominum. *x* Concordent igitur cum  
omnibus Dei sacerdotibus hæc caritatis senten-  
tiæ, in quibus vos fixos & firmos existere ju-  
dicamus. Deus vos incolumes custodiat, filii  
carissimi. *y* Data decimoquinto Kalendas Mar-  
tii, *z* Antonino & Marco viris clarissimis  
consulibus.

1. S. Leo ep. a.  
2. for. fra-  
tresque.  
3. Jul. 15.  
4. Hier. inter-  
pret.

5. Ideo Da-  
masus supra  
citatus qui-  
luidam  
idemdem  
mutatis  
6. Falta sub-  
scriptio.

NOTÆ SEVERINI BINII.

*a* Ut septem hebdomadæ plenæ ante sanctum pascha  
omnes clerici in festis domini. Quod supra in vita Te-  
lesphori diximus, quadragesimale junium, Clementi,  
Ignatio & Dionysio tempore & ætate prioribus cog-  
nitum esse, a Telesphoro autem non nisi scripto de-  
creto firmatum a clericis per septem integras hebdomadas  
observari exactum esse, hinc aperte constat. Non enim  
ait *statuimus*, ut male Gratianus dist. 4. allegat, sed  
quapropter cognoscit, &c.

*b* Nocte vero sancta natiuitatis domini. Cum in sa-  
crificio missæ offeratur Christus, qui est candor lucis  
æterna, juxta id quod de seipso dicit Joan. 9. cap. *Me  
oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est*, utique  
hoc sacrificium legis præstat, in qua divina claritas illustris  
communicatur; ordinatæ ab aurora usque ad meridiem  
hoc sacrosanctum missæ sacrificium celebrare licet, an-  
te auroram vero, vel post meridiem illud auspicari,  
omnium sane theologorum ac summistarum consensu ve-  
lut illicitum improbatum. Ab hac lege tamen propter  
decretum & constitutionem Telesphori, toto terrarum  
orbe, nox sacratissima in qua dominus noster Jesus Chris-  
tus in hunc mundum homo natus est, singulari & mys-  
tice privilegio decorata, merito excipitur, quippe quam  
propter Christi fulgorem ac claritatem, dies potius quam  
nox ab ecclesia reputata sit. Eodem privilegio noctem  
Christi resurgentis olim donatam fuisse, præter Vvalfri-  
dum Strabonem, de officiis eccles. cap. 23. cap. solent,  
de consecr. dist. 1. & cap. quod a patribus dist. 75. re-  
fle testantur. Hac enim nocte circa vespertinum cra-  
pusculum prophetiæ legebantur, igitur & ceteris conse-  
crabantur, ceteraque ceremoniæ solitiæ fiebant: demum  
post medium noctis missa inchoabatur. Nunc autem il-  
la consuetudo cessat, cum jam sabbato sancto illa missa  
paulo ante meridiem celebretur. Quid de vespero cana  
dominicæ, & de nocte singularum vigiliarum olim ce-  
centum fuerit, videatur Vvaltridus prædicto loco, Ba-  
eronius anno Christi 154. nu. 2. Bellarm. lib. 2. de mis-  
sæ cap. 14.

*c* Missæ celebrans. Communi ac ordinario jure nul-  
li sacerdoti sæpius quam semel in die sacrificare licet,  
ut constat ex cap. sufficit de consecr. dist. 1. ubi dicit  
Alex. papa II. *sufficit sacerdoti unam missam in die una  
celebrare quia Christus semel passus est, & totum mundum  
redemit. Non modica res est unam missam facere, &  
valde felix est qui unam digne celebrare potest.* Et infra:  
*Quæ vero pro peccatis, aut ad utilitatem faciunt, una  
die*

Telesphorus  
juniorum  
quadragesi-  
male ab apo-  
stolis insti-  
tutum, acle-  
reticus per 7.  
integras heb-  
domadas ob-  
servari man-  
dat.  
Quare nodur-  
no tempore  
regulariter  
sacrificium  
offerre non  
licet?  
Qua hora li-  
ceat sacrifi-  
care?  
Quare nocte  
natalis do-  
mini sacrifi-  
cium offer-  
tur?

Missæ vigilia  
paschalis,  
olim media  
noctis, nunc  
sabbato san-  
cto fit.

Legē ecclesi-  
astica prohibi-  
tum est,  
extra diem  
natiuitatis  
dom. & ca-  
sum necessi-  
tatis, sæpius  
quam semel  
uno die sa-  
crificare.

1. MS. misericordiam tuam. 2. Ita MS. pro fratresque. 3. In MS. dicitur & Martio: sed abique a falsis si Consulibus

die primum plures facere missas, non estimo exadere de-  
 munitatem: Ex quibus verbis posterioribus patet, Ale-  
 xandrum hoc non consuluisse duntaxat, sed etiam sub  
 pena damnationis precepisse. Confirmata est lex ista  
 ecclesiastica per Innocentium III. cap. consulti, &  
 per Honorium III. cap. de referente, de celebratione  
 missarum. Sicut igitur natali dominico ex privilegio sin-  
 gulari competit, quod nocte ejus diei sacratissima ante  
 auroram missam celebrare liceat, ita etiam eidem diei sin-  
 gularis ista prerogativa Telesphori pontificis auctorita-  
 te concessa est, quod liceat, non unam duntaxat, sed  
 plures missas illo die offerre. Scribit enim in plurali nu-  
 mero, *Missas celebret*. Quare etiam de ternario nu-  
 mero sacrarum in die natalis domini sacerdotum ex-  
 presse nihil decretum esse reperitur, ab ipso tamen au-  
 ctore legem hanc conditam esse, inde non male colligitur,  
 quod S. Gregorius in homilia de natali domini  
 consuetudinis vel legis hujus meminerit, nullasque  
 alius auctor habentis nominari potuerit. Qui ergo so-  
 die natalis domini sacrificii iterationem hac epi-  
 stola expresse non sine causa mystica precepit, ad cer-  
 tum mysterium certo numero representandum, ternari-  
 um deservisse, non possum non sentire ac credere.

An a Tele-  
 sphoro con-  
 stitutum sit,  
 ut singuli sa-  
 cerdotes die  
 natalis do-  
 mini ter sa-  
 crificet?

Cur die au-  
 ctoris domi-  
 nice tres sa-  
 crificia celebra-  
 tur?

Hymnus an-  
 gelicus quis?

An hymnus  
 angelicus a  
 Telesphoro  
 sit composi-  
 tus?

Conciliatur  
 auctoritas.

Cur hymnus  
 angelicus  
 quibusdam  
 duntaxat so-  
 lennitatibus  
 canatur?

rum, in diebus luctus, jejuniorum, ac feriatum ordi-  
 narie decantetur, D. Thom. 4. sentent. dist. 23. hanc  
 rationem reddit: quod cum in hymno hoc commemo-  
 retur caelestis gloria, in sollemnioribus non communibus  
 feriis, ad ostendam differentiam cultus divini, can-  
 tetur, & dum propriam amicorum miseriam lugemus,  
 merito intermittatur.

Reliquis autem temporibus, missarum celebratione an-  
 te horam diei vestram minime sunt celebranda. Totum  
 hoc decretum extat c. nocte sancta, de consecrat. dist.  
 2. Hac autem verba decreti vel exponenda sunt sic, ut  
 de missis diei sollemnibus, sive conventualibus tantum  
 intelligantur: vel si generatim intelligi velis, dicendum  
 est, hoc decretum nunc, ut ex his quae supra hac epi-  
 stola ad verbum, Nihil, annotavimus, aperte constat,  
 per contrarium consuetudinem revocatum esse. Olim for-  
 tasse missa tardius inchoabantur, quia minor erat sacer-  
 dotum numerus, major fidelium devotio, ut etiam tar-  
 dius inchoarentur, ipsi tamen postpositis privatis labo-  
 ribus ad missam audiendam convenirent. Nunc autem  
 & sacerdotum numerus major est, & alia circumstantia  
 magna ex parte sunt immutata, ideoque nunc non sit,  
 tempus dicendi missam anticipatam fuisse. Vide Suarez  
 tom. 3. disp. 80. sect. 4.

Ab episcopi autem idem angelicus hymnus. Hoc  
 loco non tantum episcopis, sed etiam sacerdotibus pra-  
 cipitur ut solenne sacrum celebraturi, etiam extra diem  
 natalis domini hymnum angelicum in sacrificio reci-  
 tent. Solus autem episcopus hic nominatur, quia ad il-  
 lum maxime spectat missas celebrare. Vide Suarez tom.  
 3. disp. 83. sect. 1.

Ipsi enim qui proprio ore corpus domini. Nihil hic  
 concludit ut calumniantur Magdeburgenses, sed rationem  
 reddit cur sacerdotes & episcopi non sint temere a lai-  
 cis accusandi: scilicet, quia tanto dignitatis sunt, ut  
 corpus domini proprio ore consecrent & confirmet.

SYNODUS ROMANA, TELESPHORI

ex synodico.

ΣΥΝΟΔΟΣ Θεία ἔτι τῆς παλαιῆς ἐν  
 Ῥώμῃ, δωκαίδεκα ἐπισκόπων, ἑσθ' ἡ  
 Τελεσφόρου ἱερομάρτυρος, τῆς τριτῆς παπᾶ, συ-  
 ναγροῦ τοῦ κατὰ Θεοδοῦτον σκυτεῖος τῆς Βυ-  
 ζαντίας, τῶν αὐτῶν μα. Θητῶν ὅς ἐστις ἀκρον  
 σοφίας ἑλλητικῆς, καὶ ἐν τῷ διαγνώμῃ ἐπιθύ-  
 σασ, ἔχειρησαμένους τῶν Χριστῶν, ἡμεῶν  
 ἑσθ' ἡμῶν πτωχῶν ἀνεκδιζόμενοι, καὶ μὴ ἀκρων  
 τῆν αἰχμηλῶν, εἰπεὶ ἐπέλησεν ὁ ἀκόσιος.  
 Εγὼ Θεὸν ἐκ ἀρησαμῶν, ἀλλὰ ἀνθρώπων  
 ψαλόν.

Synodus sancta & divina provincialis, Ro-  
 mae, duodecim episcoporum, a Telespho-  
 ro sancto martyre, ejusdemque urbis papa,  
 collega contra Theodotum coriariam Byzantium,  
 discipulum illorum: qui cum sapientia  
 plurimum praestaret, sed in persecutione sacrifi-  
 ficasset, Christumque negasset: atque id a fide-  
 libus ipsi exprobraretur, neque ipse hoc pro-  
 brum ferret, dicere ausus fuit impius ille: Ego  
 Deum non negavi, sed nudum hominem.

An sub aurore  
 missam in-  
 choare li-  
 ceat?

An sacerdoti-  
 bus, in sacri-  
 ficio missae  
 hymnus an-  
 gelicus reci-  
 tendum sit?

Erant hic  
 auctor.

b. Breviar.

Corrige-  
 dum omnino  
 est videtur.

ANNO CHRISTI 154. 155.

ANNO CHRISTI 154. 155.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA HYGINII PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

a Yglau. b ubiuit in C. H. c Severi Ha. d Lor.

Hyginus natione Græcus, ex philosopho, de Athenis, cuius genealogiam non inveni, b sedit annos quatuor, menses tres, dies quatuor. c Fuit autem temporibus Veri & Marci, a consulatu Magni & Camerini, usque ad Orphinum & Pricum. d Hic clerum composuit & distribuit gradus. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros quindecim, diaconos quinque, episcopos per diversa loca sex. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, tertio Idus Januarii. Et cessavit episcopatus dies tres.

enim fide credendum est, sicut alia sacramenta, ita etiam ecclesiasticam hierarchiam, quæ ex episcopis, presbyteris, & ministris constat, quæ scilicet episcopi presbyteris, presbyteri diaconis, & sic deinceps aliis, ordinis & jurisdictionis potestate majores & superiores sunt, non ab homine neque (quod ab Hieronymo in epist. ad Titum cap. 1. dictum esse male sentiunt aliqui) ex schismate suborta consuetudine, sed divino jure a Christo domino ac redemptore nostro institutam esse. Sic enim loquitur concilium Tridentinum sess. 23. cap. 4. Proinde sacrosancta synodus declarat præter ceteros ecclesiasticos gradus episcopos, qui in apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipue pertinere, & petros, sicut apostolus ait, a Spiritu sancto regere ecclesiam Dei, æque presbyteris superiores esse, &c. Canon. 6. Si quis dixerit in ecclesia catholica non esse hierarchiam divinam ordinatione institutam, quæ constat ex episcopi, presbyteri & ministri, anathema sit. Et canon. 7. Si quis dixerit episcopos non esse presbyteris superiores, &c. anathema sit. Hæc eadem Ignatii, Clementis, Dionysii Areopagite, qui diu ante Hyginium papam martyrium subierunt, velut antiquissimis testimoniis, quæ a Baronio & Bellarmino locis infra designandis allegantur, firmissime confirmantur. Itaque quod hunc ordinem & gradum ecclesiasticum Hyginus composuisse dicitur, secundum eam quam supra dixi explicationem est intelligendum. Vide Baron. anno Christi 58. num. 3. 4. 5. & seqq. Bellarini lib. 1. de clericis c. 14. ubi simul, quid S. Hieron. hac de re senserit, explicatur.

Omnes ordines a Christo instituti.

NOTE SEVERINI BINII.

Quando Hyginus successit?

Hyginus, cum 5. Januarii Telephorus martyrium subiisset, ac pontificia sedes septem diebus vacasset, in locum defuncti Telephori successit 13. Januarii anno Christi nati. 154. qui est Antonini imperatoris 15. Quod S. Irenæus lib. 1. c. 28. & lib. 3. c. 4. cum Tertulliano lib. 3. carna. Epiphano hæresi 27. Cyrillano epist. 74. edit. Pamel. Hyginium a Petro nonum, a Lino octavum Romane ecclesie pontificem enumerant, inde accidit, quod, ut supra dictum est, ille ex Cleto & Anacleto unum eundemque pontificem conflexerit, alii vero alterutrum horum duorum omiserunt. Hujus pontificis anno secundo Valentinus & Cerdo neandiffimi hæresiarum Romani veniunt, palinodiam simulate recitant, & in eundem errorem recidunt, ut constat ex Tertull. de præscript. c. 30. & 3. carna. in fine. Item ex S. Irenæo lib. 3. c. 4. Permanserunt Romæ usque ad tempus Eleutherii, ut ex Tertulliano prædicto loco patet. Baronius anno domini 155. num. 1. & 2. item anno 158. num. 1.

Areopagita, qui diu ante Hyginium papam martyrium subierunt, velut antiquissimis testimoniis, quæ a Baronio & Bellarmino locis infra designandis allegantur, firmissime confirmantur. Itaque quod hunc ordinem & gradum ecclesiasticum Hyginus composuisse dicitur, secundum eam quam supra dixi explicationem est intelligendum. Vide Baron. anno Christi 58. num. 3. 4. 5. & seqq. Bellarini lib. 1. de clericis c. 14. ubi simul, quid S. Hieron. hac de re senserit, explicatur.

EPISTOLA I. HYGINII PAPÆ AD OMNES CHRISTI FIDELES.

suspecta quoque cum sequenti dicitur VV. eruditus.

De fide & ut metropolitanus absque ceterorum episcoporum instantia non audiatur causas.

- 1. De missione Filii a Patre. 11. De causis episcoporum. 111. De criminationibus majorum. 1v. De peregrinis iudiciis.

Hyginus in Christi nomine alma urbis Roma episcopus, cunctis in apostolica fide & doctrina degentibus, salutem.

Carissimi, Deus Filium suum missi in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, ut justitia legis impleretur. b Filius non secundum deitatem solam a Patre missus est, sed secundum carnem, quam clementer & pie pro nobis assumere non dedignatus est. Nam quod semetipsum (exinanita majestatis suæ potentia) idem se Filius miserit,

Rem. 8. b Ithacius contra VV. rimadam cap. 3. unde fraus patet Mercatoris.

Sequitur anno 4. menses 3. &c. Annis quatuor, minus duobus diebus sedisse ex tempore ingressus & obitus eius colligitur, ingressus enim pontificatum 13. Januarii anno Christi 154. martyrium autem subit 11. Januarii anno Christi 158. Antonini 19. Latini atque Græci pene omnes, sicut etiam indices Vaticani, de numero annorum consentiunt. Onuphrius errorem chronologiae consulum hic positorem sero nimis advertens, in consignandis pontificum annis, a prædicta chronologia, quam in superiorum pontificum vitis describendis hæcenus male secutus est, nunc tandem respicit, & cum communi sententia bene sentire incipit. c Fuit autem a consulatu Magni & Camerini, &c. Si hos consules sequamur, Hyginium 12. annis sedisse, dicere opus esset. Quod Onuphrius, ut supra dixi, sero intelligens, aliter & melius deinceps sentit. d Hic clerum composuit & gradus distribuit. Præter hæc reliqua quæ ab Hyginio gesta sunt, sicut & aliorum quorundam Romanorum pontificum res gesta, obscura remanserunt. Quod hierarchicus catholica ecclesie ordo, quo presbyteri episcopis diaconi presbyteris, populus presbyteris & diaconis subditus est, ab Hyginio composuit esse hic dicitur, non aliter intelligi potest, quam quod Hyginus hierarchia ecclesiastica jam tempore apostolorum a Christo domino constituta, & a sanctis patribus ipso antiquioribus comprobata, quædam dumtaxat injuria temporum & scriptorum deperdita addiderit, vel eadem quæ divino jure instituta, & a patribus comprobata sunt, hæc constitutione sua illustraverit. Divina

(a) Lu. Ygenus in MS. de Fide, & Religione consp. Hard. in MS. Ygenus de apud Gratianum Igenus: alibi Hyginus: ubique recte Harduinus.

Philipp. 2.  
 1. Cor. 15.  
 Jerem. 23.  
 Mich. 7.  
 Zach. 9.  
 1. Tim. 2.  
 Malach. 3.  
 Luc. 9.  
 Matth. 23.  
 Luc. 19.  
 Joan. 10.  
 Joan. 1.  
 Ephes. 4.  
 Hebr. 1.  
 Coloss. 3.  
 Joan. 16.  
 Joan. 14.  
 Joan. 15.  
 Joan. 5.  
 Joan. 17.  
 Ibidem.  
 Joan. 14.  
 Ibidem.  
 Joan. 1.  
 1. Joan. 1.  
 Hanc epistolam scriptam Parthia a B. Joanne, docetur in hoc loco.  
 a in MS. Jul.

rit, apostolus attestatur, & dicit: *Jemetipsum excinavit, formam servi accipiens, & humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Et Ihuas: Non legatus, neque angelus, sed Deus ipse venit, & salvabit nos. Item alibi: Palam apparui non querentibus me. Et Jeremias: Dereliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: Veni, & factus sum illis in opprobrium: Et in Michza: Ecce dominus veniet, & commovebuntur sub eo montes. Et in Zacharia: Gaude & exulta filia Sion, quia ecce ego venio, & commorabor in medio tui, dicit dominus. Et Apostolus ad Timotheum: Humanus sermo, & omni acceptione dignus, quoniam Jesus Christus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere. Et Malachias: Ecce subito veniet in templo suo dominus, quem vos queritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. In Evangelio: Non veni vocare iustos, sed peccatores in penitentiam. Item alibi: Quid nobis & quid tibi Jesu filii Dei? Venisti ante tempus perdere nos? Venit filius hominis salvare & querere quod perierat. Item alibi: Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. Item alibi: Nemo ascendit in caelum, nisi qui est in caelo. Numquid in his tantis ac talibus testimoniis, quibus se Filius Dei a semetipso venisse testatus est, poterit quis dicere, ab alio, & non a semetipso, venisse? dum manifestum est, quod qui carnem nostram dignanter assumpsit, voluntarie, & non ab alio missus, venerit. Nam C*

*Renovamini*, inquit, *spiritu mentis vestrae, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et ad Hebraeos: In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus est, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari.* Unde, fratres sancti, vocationis semper caelestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostrae, Jesum, fideliem existentem ei qui vocavit eum. Et ad Colossenses: *Nunc autem deponite & vos universam iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpiaque verba ex ore vestro non procedant. Nolite manere invicem, expoliantes vos veterem hominem cum affectibus suis, & induite novum, qui renovatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creavit eum.* Numquid is qui universam creaturam, visibilia & invisibilia propriae potestatis virtute procreavit ac fecit, seipsum antea aut postmodum (quod disere nefas est) creavit, vel facere potuit? Et dominus in Evangelio ait: *Ego & Pater unum sumus.* Et iterum; *Qui me videt, videt & Patrem.* Et iterum: *Qui odit me, & Patrem meum odit.* Et iterum: *Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.* Et iterum: *Ut sint in nobis unum, sicut & nos unum sumus: tu in me, & ego in eis.* Et iterum: *Omnia mea, tua sunt.* Et iterum: *Ego in Patre, & Pater in me.* Et iterum: *Pater in me manens, facit opera haec.* Et Joannes evangelista ait: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Et iterum apud Parthos. *Tres sunt, inquit, qui testi-*

monium perhibent in terra: aqua, sanguis & caro: & tres in nobis sunt, qui testimonium perhibent in caelo. Pater, Verbum & Spiritus: & hi tres unum sunt. Nos itaque in natura divinitatis, quia unum sunt Pater & Filius & Spiritus sanctus, nec Patrem aliquo tempore credimus praecessisse, ut major sit Filio: nec Filium postea natum esse, ut divinitate Patris minoretur

II.

Ceterum, fratres, salvo in omnibus Romanae ecclesiae privilegio, nullus metropolitanus absque ceterorum omnium comprovincialium Episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum, quia irritae erunt, aliter adae quam in conspectu eorum omnium ventilatae: & ipse si fecerit, coerceatur a fratribus.

III.

Criminationes majorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & adis publicis docuerint omni se suspitione carere & inimicitia, atque irreprehensibilem fidem habere, ac conversationem ducere.

IV.

Nec non & peregrina negotia & judicia prohibemus, quia indignum est, ut ab externis judicentur, qui provinciales & a se electos debent habere iudices. Nos quidem, ex omni parte carpendo, occasiones abscindimus. Nos, supernae memores disciplinae, quibuscumque cadentibus dexteram porrigimus, & a ruinae praecipitio, quos possumus, revelamus, & defensionis adminiculum totis viribus praebere cupimus. Certe si vel mens sit recti conscia, vindicta dignus est, qui aliis existit causa periculi. Qui vero innocentem, vel fratrem quocumque ingenio persequitur, ipse in se jugulum mortis impingit, ut ait divinus & beatus praeco. *Noli detrabere, ne eradiceris: noli accusare, ne accuseris: noli judicare, ne judicaris: quia in quo iudicio judicaveris, iudicabitur de te.* Nemo creditur nos odisse, quorum relatione non laeditur. Dicit enim dominus: *Omnia regnum in se divisum, non stabit: omnis scientia aut regula adversum se divisa, non stabit.* Ideoque necesse est, ut concorditer salubres suscipiatis hortatus, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes, divinis & apostolicis constitutionibus pareatis. Data 17. Kalendas Octobris, Magno & Camerino consulibus.

deest Parthorum mentio & substituitur nec non, apostolus.

9. quest. 1. Salvo in omnibus. Hadr. coll. 14.

2. quest. 7. Criminas Et in decr. Lucii & Julii. Antianus const. 11. tit. 1. lib. 12.

3. quest. 6. Peregrina iudicia. Et in decr. Fel. I. & Julii. & Sixti III. comprovinciales. Hadr. coll. 17.

c. Nonnulla ex Ennodii praecipione de cellularium episcoporum delictis. Vide pag. 450. edit. Sixti. Luc. 6. Matth. 7. Rom. 2. Idem Ennodius apud Symmacho extremae verba p. 335. ubi non, legitur. Matth. 22. Luc. 11. S. Leo ep. 87. f. falsa constituta nota.

a MS. postea, & tres in nobis sunt, qui &c. ut habet Idem Clarius, seu Vigilus Tapscus lib. 1. contra Vvarimadum, seu Marivadum cap. 5. Harduinus.



EPISTOLA II. HYGINII PAPÆ. AD ATHENIENSES.

Adhortatur eos ne vitam cum infidelibus ducant.

Hyginus papa Atheniensibus salutem.

9. Co. 7.

Multa mihi fiducia est apud vos, fratres, & multa gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione vestra. Tribulor enim quando de vobis audio, quod non oportet: conolor vero, quoniam ea inter vos fieri cognovero, quæ bonos Christianos decet implere. Nolite, fratres, jugum ducere cum infidelibus. Unde doctor gentium loquitur, dicens: Quis participatio iustitiæ cum iniquitate? Quis autem consensus templo Dei cum idolo? Vos enim estis templum Dei vivus, sicut dicit dominus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.

10. Petri 1. quibusdam interpolatus.

Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit, in iudicium cruciandos reservari, & originali mundo non pepercit, sed octavum Noe iustitiæ præconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens, & civitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, everitione damnavit, exemplum eorum, qui impie acturi sunt, ponens: quid, putatis, iniquis & impiis perseverantibus in nequitia eorum erit? Iustum vero Lot oppressum, a nefandorum injuria & conversatione eruit: alpeſtu enim & auditu iustum erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Novit dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicii cruciandos reservare: magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes testas non metuunt facere, blasphemantes. Unde alieni erroris socium a sui propositi tramite recedentem, aut apostolicæ sedis iustionibus inobedientem, suscipere non possumus: nec impetere recte credentes, vel sanctorum patrum iustionibus obtemperantes permittimus, quia inter fideles & infideles magna debet esse discretio. Si Deus, fratres, iustus non pepercit, quid de nobis peccatoribus fieri putatis?

11. Ieremias 23. de conversatione ne.

Cultodite vos ab omni inquinamento carnis & corporis, ut salvi sitis in die adventus domini. Unum autem hoc non lateat vos, ut ait apostolus, carissimi, omnia unus dies apud dominum, sicut mille anni, & mille anni, sicut unus dies. Non tardat dominus promissionem suam, sed patienter expectat propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reverti. Adveniet autem dies domini ut iur, in quo cæli magno impetu transierint, elementa vero calore solvantur. Cum hæc ergo omnia dissolvenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus & pietatibus, expectantes & procerantes in adventum dies Dei, per quem

12. quærit 4. Alieni etc. Et in decretis Dionysii papa etc. & in decretis Iuliani etc. etc.

13. Petri 1. etc.

14. Petri 1. etc.

15. Petri 1. etc.

16. Petri 1. etc.

17. Petri 1. etc.

18. Petri 1. etc.

19. Petri 1. etc.

20. Petri 1. etc.

21. Petri 1. etc.

Ac cæli ardentes solvantur, & elementa ignis calore tabescent? Nos vero cælos novos, & terram novam, & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia inhabitat. Deus autem omnis gratia, qui vocavit vos in æternam suam gloriam, in Christo Jesu medicum passos, ipse perficiet, confirmabit & solidabit. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen. Data x. Kalendas Martii, Magno & Camerino consulibus.

1. Petri 1.

b. falsis itidem temporis adnotatio.

EX DECRETIS HYGINII PAPÆ.

secundum Gratianum.

Soboles ex secundis nuptiis genita, consanguineis prioris viri copulari non debet.

Si qua mulier transierit ad secundas nuptias, & ex eis prolem habuerit, ipsa proles non potest se copulare cognationi prioris viri usque ad quartam generationem.

1. q. 10. Si qua mulier.

EX EISDEM DECRETIS.

Ecclesiarum consecratio absque missa fieri non debet.

Omnes basilicæ cum missa debent semper consecrari, & ecclesiæ destructæ. Ubi autem plures sunt, quam necesse sit, aut majoris magnitudinis, quam ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possunt, episcopi providentia modus inventiatur, qualiter consistere possint aut restaurari.

De consec. dist. 1. Omnes basilicæ. Et in decret. Ivo. lib. 1.

EX EISDEM.

Quæ ecclesia est iterum consecranda, & salibus sanctum exorcizanda.

Si motum fuerit altare, denuo consecretur ecclesia. Si tantum parietes mutantur, & non altare, salibus tantum exorcizetur. Si homicidio vel adulterio ecclesia violata fuerit diligentissime expurgetur, & denuo consecretur.

De consec. dist. 1. Si motum. Et in decret. Ivo. lib. 1.

EX EISDEM.

In usus laicorum non licet converti ligna ecclesiæ dedicata.

Ligna ecclesiæ dedicata, non debent ad aliud opus jungi, nisi ad aliam ecclesiam, vel igni sunt comburenda, vel ad profectum in monasterio fratribus. In laicorum vero usum non debent admitti.

De consec. dist. 1. Ligna ecclesiæ.

EX EISDEM.

Necessitate cogente, in catechismo & confirmatione idem compater esse potest.

In catechismo & in baptismo & in confirmatione unus patrinus fieri potest, si necessitas cogat. Non est tamen consuetudo Romana, sed per singulos singulis suscipiunt.

De consec. dist. 1. In catechismo. Et in decret. Ivo. libro 1.

CON-

1. MS. Hyginus. Hanc 1. MS. (restitutionem, vel a. f. Hanc.

C. ANNUM  
CHRISTI  
112.

## CONCILIIUM PERGAMENSE

*Habitu circa annum Christi CLII.*C. ANNUM  
CHRISTI  
112.Ex nova Col.  
lectione Be-  
luzii.

**C**oncilii istius notitiam debemus uni Primaso, **A** ser quisquis auctor fuit libri de haeresibus quem sub nomine Prædestinati Sirmondus edidit: qui loquens de Colorbasianis haereticis, ait illorum errorem a Theodoro Pergamensi Episcopo in *Misia mediterranea*, ut opinor, anathematizatum fuisse in synodo septem Episcoporum. Quod contigisse oportuit circa annum centesimum quinquagesimum secundum ab incarnatione Domini, quod eo tempore maxime vigeret illa haeresis, & Tertullianus Colorbasium ponat post Hieracleonem, de quo supra actum est. Haec sunt verba illius auctoris: Quintadecima haeresis Colorbasiana, a Colorbasio adinventum, vitam omnem hominum in septem stellis esse positam adfirmabat, & has esse septem Ecclesias & septem candelabra aurea conabatur adfirmare. Hunc sanctus Theodorus de Pergamo Episcopus, habita synodo septem Episcoporum, anathematizavit docens septem Ecclesias in septiformi spiritu consecratas. Una forma est, inquit, cum in

forma quam primus homo amiserat revocatur. Secunda, cum immaculatus qui erat, peccator efficitur. Tertia, cum ex terra corpus mortuum suscitabitur. Quarta cum anima de inferni claustris eruitur. Quinta, quod anima paradisi habitatione lætatur, quousque corpus suum incorruptibile recipiat. Sexta, quod filios Deo facit qui erant filii Adæ. Septima, quod facit hominem regni colorum esse participem. Has esse sancti Spiritus formas in septem Ecclesiis, in septem oculis, & in septem candelabris aureis conlocatas. Hactenus vetus ille auctor. Ceterum quod iste haeresiarcha vocatur C. Bassus apud Phisistrum, error haud dubie fuit libraris: qui cum Colorbasius videret scriptum, sciretque vulgatissimum tam Bassorum nomen, putavit legendum esse C. Bassus. Quod praedixi fuit illustrissimo Cardinali Baronio. Nam & apud Tertullianum, in libro de praescriptionibus, non Colorbasius vocatur, sed Colorbasus. Quod propius accedit ad nomen Bassi.

A N N O  
CHRISTI  
112.

## V I T A,

EPISTOLÆ ET DECRETA  
P I I P A P Æ I.*Ex libro pontificali Damasi Papæ.*A N N O  
CHRISTI  
112.

**P**ius natione Italus, ex patre Rufino, **b** C frater Pastoris, de civitate Aquileia, **c** sedit annos novemdecim, menses quator, dies tres. Fuit autem temporibus Antonini Pii, a consulatu Clari & Severi. Sub hujus episcopatu **d** (**a**) frater ipsius Hermes librum scripsit, **e** in quo mandatum continetur, quod ei præcepit angelus domini, cum veniret ad eum **f** in habitu pastoris, **g** (**b**) ut sanctum pascha die dominica celebraretur. **h** Hic constituit, hæreticum venientem ex Judæorum hæresi, suscipi & baptizari. **i** Et constitutum de ecclesia fecit. **k** Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros (**c**) duodecim, diaconos viginti unum, episcopos per diversa loca duodecim. Qui etiam sepultus est juxta **D** corpus B. Petri in Vaticano, quinto Idus Julii. Et cessavit episcopatus dies 14.

ab hunc CH.

## NOTE SEVERINI BINII.

**a** Pius.) Hyginio non Pium, sed Anicetum in pontificatu successisse asserunt, Optatus Milevitanus lib. 2. contra Parmen. Augustinus eandem secutus epist. 165. ubi Romanorum pontificum catalogum contexunt. Quam sententiam S. Hieronymus de scriptor. ecclesiasticis in Hegesippo eo ipso confirmare videtur, quod post Petrum decimo loco Anicetum numeret, qui, si Pius prior sedem pontificiam tenuisset, undecimus ponendus erat. Verior tamen & magis recepta sententia est, Pium Aniceto pontifici anteponendum esse. Id enim præter Eusebium in chron. Epiph. hæresi 27. Nicenhorum Constantinopolitanum in chron. Nicephor. Callist. lib. 3. c. 25. omnesque Latinos ac Græcos recentiores, tres alii hoc tempore viventes, Hegesippus apud Euseb. lib. 4. c. 21. Irenæus lib. 3. cap. 2. & 4. Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, ita aperte profitentur, ut prope stultus habeatur is, qui horum testimonio non acquiescit. Baron. anno Christi 158. num. 3.

Non Anicetum sed Pium Hyginio successisse probatur.

**b** Frater Pastoris.) Pastor hujus pontificis frater germanus, paulo infra Hermas, alibi Hermas nominatur, testimonio Origenis in epist. ad Romanos cap. 16. Eusebii lib. 3. cap. 3. Hieronymi de scriptoribus ecclesiasticis in Hermas. Idem est, de quo Paulus ad Romanos, Salutate, inquit, Afynectum, Philegontem, Hermam, Patrobam, Hermas. Pastor cognominatus est, vel quia fuerit de familia Junii Pastoris, qui anno tertio Aurelii

Cui Hermas frater Pii cognominatus Pastor?

huiusmodi cum Papirio Eliano consulatum petiit, vel quia quod probabilius est, angelus quo die pascha celebrandum sit annuntiavit, in habitu pastoris apparuit. Hæc omnia Tertullianus lib. 3. carm. contra Marcionem in fine his verbis confirmat:

*Papiriani dicitur Pius, Hermæ autem germinis frater, Angelicus Pastor, quia tradita verba locutus.*

Hermes fuit presbyter Actor est a Romanis Præcedis.

Presbyterum fuisse constat ex epistola Pii ad Iustum Viennensem.

Præter librum quem Hermæ Pastoris inscripsi, editum, de quo paulo infra agemus, in Iheronimo Novati anno Christi 163. titulum condidit, de quo infra in epistola postrema ad Iustum Viennensem. Ad hæc Præcedis virginis ab hoc eodem Hermæ Pastore conscripta esse, titulus antiquissimum exemplarium ostendit. Baroni anno Christi 159. num. 4. & 8. item anno 162. num. 1.

Quando & quomodo Pius Pastor excedit. 163. 164. 165.

Ex tempore ingressus & egressus eius colligitur sedisse annos 6. menses 16. dies. Nam obiit 11. Julii anno Christi 163. M. Anselmi & Lucii Veri imperii 3. Ingressus est autem eodem pontificatum 13. Januarii, anno Christi nati 158. qui est Antonini 19. Ad hæc sententiam Rufinus in chronico accedit. Itaque in auctorem libri pontificalis hoc loco errorem inesse probabile est. Baroni anno Christi 162. num. 1.

Liber Pastoris quem Hermæ scripsit.

Liber quem Hermæ scripsit dicitur, inscriptus est Pastor, inter Græcos & Latinos quibusdam notissimus fuit. Eusebius lib. 3. c. 9. Origenes Periarthen lib. 4. c. 2. Clemens Alexandrinus lib. 1. & 6. Stromat. Athanasius de incarnatione Verbi. Tertullianus lib. 3. carm. & cap. 100. de pudicitia. Hieronymus de scriptis ecclesiasticis, huius libri meminerunt, & ex eo testimonia citant. Quæ ex scripturis apud Græcos fuerit, post Ecclesiam prædictam Hæton de scriptis ecclesiasticis declarat in verbis: adveni hunc (intellige Hermæ) auctorem esse libri qui appellatur Pastor, & apud quosdam Græcæ ecclesiæ etiam publice legitur. Reverti utilis liber, multique de eorum veterum utilitas sunt testimonia, sed apud Latinos pene ignotus est. Latinos vero sic innotuit, ut cum inter apocrypha enumeraverint, idemque legi in ecclesiis non autem ad fidem catholicam adstruendam citari possent, restantur ad Tertullii prædicto loco. Athanasius in epistola ad Africanos, Prosper adversus Collatorem, Gelasius cum sancti dicitur. Hieronymus in Amos cap. 7.

An Liber Pastoris scriptus sit.

Hunc librum iam non amplius extaret hoc argumento prope hinc inde convincitur, quod in eo qui hinc adhuc prædicto titulo Hermæ Pastoris inscriptus extaret nulla præterea de celebrando pascate mentio habetur, immo longe ante hæc tempora scriptus esse videtur, præterea quod auctor se admonitum esse scribit, hunc librum Clementi præpare dandum esse, a quo in exteras civitates missentur. Itaque si velimus unum eandemque auctorem esse, ex sententia illustrissimi Cardinalis Baroni necessario dicendum est, diversos huius inter se esse commentarios, diversis temporibus scriptos, quorum prior, qui celebratio Græcis innotuit, huius posterior autem tam Latinis quam Græcis obfuit, cuius nulla præterea mentio ab aliquo antiquorum facta invenitur. Baroni anno Christi 159. num. 4. & 6. 7.

An qui nunc extat una eademque tempore scriptus sit.

In quo mandatum continetur. Hoc mandatum nuncquam apud librum Pastoris nunc extantem reperitur. Hermæ vero hoc mandatum accepisse Tertullianus hinc teste tempore equalis lib. 3. carm. in Marcionem testatur, qui quod angelus verba & mandata locutus fuerit, eum angelicum Pastorem nominat. Versum Tertulliani vide supra.

Mandatum angelice Pasche.

In habitu pastoris. Hanc ob causam Hermæstem cognominatum fuisse Pastorem, supra diximus, a familia Junii Pastoris consulis ita denominatum esse, non est valde probabile.

Ut tantum pascha die dominico celebraretur. Hoc decretum existit epistola decretali sequente prima. Vide quæ in notis ad illam epistolam diximus, verbo Pascha domini.

Cerimonia dogmæ.

Hic constituit hæreticum sententiam ex Judæorum hæresi suscipi & baptizari. Per Judæorum hæresim hoc loco intelligi Cerinthi sectam, ne dictam, quod præterea Hebræicis ritibus observandis studebat. Nam Cerinthus, ut constat ex Epiphano hæresi 28. adeo præter legem evangelii ceremoniales legem Moysis observandam esse propugnavit, ut huius rei gratia adversus Paulum & Barnabam, doctrinam suam defendens, se Hierosolimam ad tertium Apostolorum concilium, ibidem hanc ob causam habitum, contulerit. Vide quæ diximus in notis ad tertiam apostolorum synodum, verbo synodus, & verbis: Quidam descenderunt de Judæa. Sæctarios huius sectæ, si ad ecclesiam redeant, non rebaptizandi, nec baptizandi ab hæreticis in iustitia legitime juxta formam & intentionem ecclesiæ collatus iterum.

vel tantum baptizari pontifex decernit. Cum enim Cerinthus legem circumcisionis propugnaret, Christi divinitatem, atque adeo sacrosanctam Trinitatem negaret, ut constat ex Irenæo, persuasum facile est, prædictum hæreticam, aliam & longe diversam baptizandi formam adhibuisse. Pium pontificem autem, huiusmodi ad ecclesiam venientes, quippe qui nunquam vere & legitime baptizati fuerint, baptizari, recte & convenienter decrevisse. Vide quæ notavimus ad can. apost. 46. & 47. Et tantum ad ecclesia fecit. Nempè decretum illud, quod in epistola eius secunda expressum habetur, ne prædica divinis verbis tradita, humanis inferiant. Vide notis epistole secundæ Pii. Hic fecit ordinationes &c. In diaconorum numerum mendium inesse, Baroni hic anno Christi 167. num. 3. existimat.

Sæctarios Cerinthi baptizandi sunt si convertantur.

EPISTOLA I. P I I P A P Æ I. AD UNIVERSOS CHRISTI FIDELES.

Non majoris fidei apud eruditos.

Ut die dominico Pascha celebretur: quod prædictum ecclesiæ subrahens ut sacrilegus iudicaret, & si quis ex ministris episcopo inobediens fuerit, aut contumeliam aut insidias aut calumniam paraverit, curi tradatur.

- I. Ut die dominico pascha celebretur.
- II. A quibus non oporteat episcopus accusari, & de his qui transgrediuntur iussu apostolica sedis.

Omnibus ecclesiis, in eadem qua sumus, fide & doctrina manentibus, Pius apostolicæ sedis archiepiscopus

Gratias agimus, fratres, Deo, quoniam crevit fides vestra. & abundat caritas universisque omnium vestrum in invicem, ita ut nos ipsi in vobis gloriamur in ecclesiis Dei. Videte, fratres, videte, ut nemo vos seducat, volens in humilitate & religione angelorum, qua non vidit, ambulans frustra, inflatus sensu carnis sue, & non tenens caput, ex quo totum corpus, per nexum, & conjunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum Dei. Sed induite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supponentes invicem, & donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam. Et sicut Christus donavit vobis, ita & vos.

Thes. 1.

Coloss. 1.

Coloss. 1.

I.

Ceterum nosse vos volumus, quod e pascha domini die dominica annuis solennitatibus sit celebrandum, d. Istus ergo temporibus Hermæ doctor fidei & scripturarum effulsit inter nos. Et licet nos idem pascha prædicta die celebremus, quia tamen quidam inde dubitarunt, ad corroborandas animas eorum, eidem Hermæ angelus domini in habitu pastoris apparuit, & præcepit ei, ut pascha die dominico ab omnibus celebraretur. Unde & vos apostolica auctoritate instruimus, omnes eadem servare debere, quia & nos eadem servamus, nec debetis a capite quoquo modo dissidere. Cavete diligenter omnes ne quis vos decipiat per aliquam astrologiam vel philosophiam & vanam fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non

De confert. dist. 1. Nescit vos volumus. Vide notitiam dist. de ipse eccles. tom. 1.

Euseb. in Chron. ad an. 147.

J.

*Chf. 1.* secundam Christum & traditionem rectam: In Christo enim habitas omnis plenitudo divinitatis corporaliter, ut sitis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis, qui & hanc sanctam sedem apostolicam omnium ecclesiarum caput esse præcepit, ipso dicente principi apostolorum: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & porta inferi non prevaldebunt adversus eam: & tibi dabo claves regni caelorum: & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelo: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelo. Sine dubio qui contra mandata Dei agit, peccat, & qui consensum præstat erranti. Quid enim prodest illi, qui errore non pollui, qui consensum præstat erranti?

Atque malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas nunquam excidit. Semper rogo vos, ut deteriora rejiciatis, & meliora perficiatis: quia nos non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis, & ea sectamini indifferenter. Data sunt septimo Idus Aprilis: a Claro & Severo viris clarissimis consulis.

siq. tempore nota.

NOTE SEVERINI BINII.

*a Nemo vos seducat in religione angelorum.* Verba sunt apostoli Pauli ad Coloss. capite 2. scripta, non, quod sensit Hieronymus epistola 251. quasi. ro. adversus Judæos ocellicos, stellas cæli, angelos esse credentes, neque etiam adversus Simoniacos, ut sentit Belarminus; sed potius contra Cerinthi perniciosissimum dogma hoc, quo adeo humiliter de Christo sentiebat, ut omnem ab eo divinitatem auferret, nudum hominem fuisse doceret, angelos omnes qui mundi officia suscipiant super eum extolleret. Ita Cerinthum sensit non tantum ex Ireneo & Epiphanio, sed etiam Tertulliano de præscript. cap. 28. constat. Cum legitur Cerinthus Christum deprimere, & angelos exaltare, merito Paulus epistola ad Colossenses, & Pius pontifex omnes alias ecclesias hac epistola admonere dicentes: Nemo vos seducat in humilitate (Christi scilicet, cum ob scandalum crucis illum nimis humilians, hominem tantum fuisse predicaret) & religione angelorum. Natura enim ac mundi corporei officia eos fuisse iudicantes, religiose nimis deprecabantur. Theodoretus expositio huius loci & censura canonis 33. concilii Laodicensis, præterquam quod periculosa sit, vera non est. Cerinthus enim angelos mundi officia non modo non docebat esse colendos & adorandos, sed potius, tanquam malorum auctores, odio habendos esse. Vide Baronium anno domini 60. nu. 15. & sequentibus usque ad 20. Item notas nostras in canon. 35. concilii Laod. Cur Pius pontifex omnes ecclesias hoc loco sicut Paulus Colossenses admonuerit, causa est, quod Cerinthus ejusque sectarii hoc tempore eadem perverse docentes, multos a fide averterant, ut patet ex epistola Pii pontificis ad Justum Vienneensem scripta, quam nunc primum hic recto loco & ordine subjiciamus.

Locus Pauli ad Coloss. cap. 2. explicitus.

Quomodo Cerinthus angelos coluerit?

Theodoretus error.

II.

Oves enim pastorem suum non reprehendant, plebs vero episcopum non accuset, nec vulgus cum arguat, quoniam non est discipulus super magistrum, neque servus supra dominum. Episcopi autem a Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit. Nam a subditis aut pravitate hominibus non sunt arguendi, vel acculandi, aut lacerandi, ipso domino exemplum dante, quando per seipsum, & non per alium, vendentes sacerdotes & ementes ejecit de templo, & menas nummulariorum proprio evertit flagello, & ejecit de templo. Et sicut alibi per prophetam loquitur, dicens: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dispersit. Si quis vero a suo proposito retrorsum exorbitaverit, & iustum apostolicæ sedis libenter transgressus fuerit, infamis efficitur. Reprobati ergo oportet eorum redargutiones, qui in recta fide suspecti sunt. Fides autem & conversatio primum scrutanda est, & denuo, qui irreprehensibiles apparuerint, sunt recipiendi, & non prius: quia bonus homo, testante veritatis voce, ex bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Ideo persona & opinio ac vita uniuscuique in initio rimanda est, quia boni semper infestantur a malis. Boni enim cum malis, licet mixti sint in ecclesia, vix concordare inveniuntur, quoniam dissimilis est eorum cogitatio, voluntas, & actus. Nihil enim prodest homini jejulare & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate revocetur, & ab obsecrationibus lingua cohibeatur. Unde ait propheta: Cobibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diverse a malo, & fac bonum. Nemo enim bonum faciens, alteri verbo aut facto nocere vult; quanto minus in suspicionem debet venire fidelis homo, ut dicat aut faciat ea quæ pati non vult? Quia omnis suspicio potius repellenda est, quam approbanda vel recipienda. Caritas enim non querit quæ sua sunt, sed quæ aliorum: quia unius causa, multorum non est præferenda. Sectamini caritatem, amulamini spiritualis. Caritas enim patiens est, benigna est. Caritas non amulatur, non agit perperam, non instatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogit.

*b* Quæ non vidit. Videntur Paulus & Pius alludere ad id quod de eodem Cerintho Theodoretus lib. 2. cap. 4. hæretic. scripsit, dicens: Cognovit autem etiam quosdam revelaciones, tanquam ipse earum esset contemplatus. Ad captandam enim audientium fidem, illis utebatur, multa se divinitus vidisse mentiens, quæ, ut inquirunt Paulus & Pius, non vidit. Baronius anno Christi 60. num. 18.

*c* Pascha dominæ die dominica annuæ solennitatis sit celebrandum. Ex verbis sequentibus. Et licet nos idem pascha prædicta die celebremus, quia tamen quidam inde ambulant, hæc satis aperte constat, constitutionis illius (quæ præcipitur, ut Christiani die dominico tantum, post vernale æquinoctium occurrerent, pascha celebrarent, ne scilicet Christianorum & Judæorum paschalis festa unquam simul incidere possint) auctorem primum hunc pontificem Pium non fuisse, sed potius ab apostolis, quod prolixè satis supra ad canonem apostolorum 2. notavimus, institutum esse: Pium vero pontificem hanc traditionem apostolicam Judæorum ecclesiarum consuetudine violatam, edito scripto, & renovato dumtaxat decreto firmasse & stabilivisse. Vide Baron. anno Christi 159. num. 1. & seq. Item ea quæ diximus supra ad canon. apostolorum 2.

*d* Hæc ergo temporibus Hermetæ dicitur fieri. Quis & qualis fuerit Hermes, patet ex iis quæ diximus supra, in notis ad vitam Pii.

*e* Capere diligenter, ne quis vos decipiat per aliquam obrogationem aut vanam philosophiam. Aquilam Ponticum credo, qui sub Hadriano imperatore vixit ex iudicio astrologo Christianus, ex Christiano vicissim astrologus & apostata Judæus, ac demum sacra ecclesia hostis & inimicus est factus, notandum atque fugientium admonet: de quo Epiphanius libro de mens. & pond. hæc ait: Aquila egit in mente compunctus, intellige ob miracula quæ per Christianos fieri videbat) Christianismo credidit, & cum perisset progressu temporis penitentem in Christo, id ipsum affectus est. Cum autem a primo suo habitu non discederet, a credendo videlicet vane

*Chf. 1.*  
*Matth. 16.*  
*s. distict. Quid enim prodest.*  
*a. Horn. ep. 11.*  
*6. q. 1. Oves pastorem. Et in decret. l. von. lib. 4. Matth. 10. Luc. 6.*  
*Joan. 2. b. Iud. 11. fecit. 19. 7. salm. 81. a. quæst. 4. qua vero a.*  
*c. Hadr. coll. 4. 5. 11.*  
*Matth. 23.*  
*1. in 6.*  
*d. Cesar. hom. 23. De ponu. distict. 3. Nihil prodest. Et de conf. fac. dist. 5. Nihil enim prodest. 7. sal. 19.*  
*e. Sicut phil. fecit. 168. a. 149.*  
*6. q. 1. Oves pastorem. 1. Cor. 13.*  
*1. Cor. 13.*  
*1. Cor. 13.*

1 In MS. 12. Kal. Aprilis. Har. a Consulibus hi notantur in fastis an. Christi 146. Hædonus.

na abrotologia, quam ovalle edidit erat: sed quodlibet  
 positionem ratiocinationis sua spectaret, redargueret a docto-  
 ribus & incognita: ea gratia, se non cognoverit, sed po-  
 situs contentioso opponeret, & non confidentia confirma-  
 ret, factum videlicet & narrationem de ipso; expulsum est  
 rursus ab ecclesia, veluti inutilis ad salutem. Ex quo  
 facile amantissimum, veluti ignominia afflicti, merito  
 concepit, & ad amulationem elatus est; & abrogato Chri-  
 stianismo, ipsiusque vita, profectus: sic, & circumci-  
 ditur Judæi: atque tunc laborioso studio tradidit seip-  
 sum ad discendum Hebræorum linguam, & ipsorum ele-  
 menta. Ut vero hanc summe didicisset, interpretatus  
 est, non rella ratione usus, sed quo aliqua ex receptis li-  
 bris peroraret, invenit in septuaginta duorum interpreta-  
 tionem, ut testimonio de Christo in scripturis probata al-  
 ter daret. Hac Epiphanius de Aquila prædicto loco.  
 Baron. anno 137. num. 3. & 9.

Aquila Pon-  
 ticus 12. e-  
 ditionem do-  
 loie inter-  
 pretatur.

Amino domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis  
 & meo spiritu, in virtute domini nostri Jesu  
 Christi, hujusmodi tradere satana in interitum  
 carnis, ut spiritus salvus sit in die domini no-  
 stri Jesu Christi. Non est bona gloriatio vestra.  
 Nescitis, quia modicum fermentum totam mas-  
 sam corrumpit? Expurgate, inquit apostolus,  
 velut fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut  
 estis azymi. Etenim pascha nostram immolatus  
 est Christus. Itaque epulemur, non in fermento co-  
 tari, neque in fermento malitie & nequitia, sed  
 in azymis sinceritatis & veritatis. Scripsi vobis  
 in epistola, ait idem ipse apostolus, ne commi-  
 scamini fornicariis, non utique fornicariis hujus  
 mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis  
 servientibus; alioquin debueratis de hoc mundo  
 exire. Nunc autem scripsi vobis, non commisce-  
 ri. Si quis frater nominatus est fornicator, aut  
 avarus, aut idolis serviens, aut maleficus, aut  
 ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum  
 sumere. Quid enim mihi de his, qui foris sunt,  
 judicare? Nonne de his, qui intus sunt, vos ju-  
 dicatis? Nam eos qui foris sunt, Deus judicabit.  
 Auferite malum ex vobisipso. Audet aliquis ve-  
 strum, habens negotium adversus alterum, judi-  
 cari apud iniquos, & non apud sanctos? An ne-  
 scitis quoniam sancti Dei de mundo judicabunt?  
 Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis,  
 qui de minimis judicetis? Nescitis quoniam an-  
 gelos judicabimus? quanto magis secularia? Secula-  
 ria igitur judicia si habueritis, contemptibiles, qui  
 sunt in ecclesia, illos constituto ad judicandum.  
 Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos  
 sapiens quisquam, qui possit judicare fratrem suum?  
 sed frater cum fratre judicio contendit, & hoc  
 apud infideles? Jam quidem omnino delictum est  
 in vobis, quod judicia habetis inter vos. Quare  
 non magis injuriam accipitis? Quare non ma-  
 gis fraudem patimini? Sed vos injuriam facitis,  
 & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis, qua  
 iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite erra-  
 re. Neque fornicarii, neque idolis servientes, ne-  
 que adulteri, neque molles, neque masculorum  
 concubitores, neque fures, neque avari, neque ebri-  
 osi, neque malefici, neque rapaces regnum Dei possi-  
 debunt. Et hec quidem scripsit, sed ablatis istis,  
 sed sanctificati estis in nomine domini nostri Jesu  
 Christi, & in Spiritu Dei nostri. De cetero  
 (salva in omnibus apostolica auctoritate) que-  
 cumque sunt ad religionis observantiam per-  
 tinentia, locis suis, & a suæ dioceseos synodus  
 audiantur. Et si quis sacerdotum vel reliquo-  
 rum clericorum, suo episcopo inobediens fuerit,  
 aut insidias ei paraverit, aut contumeliam, aut  
 calumniam, & convinci potuerit, mox curis  
 tradatur. Qui autem facit injuriam, recipiat hoc  
 quod inique gessit. Corruptum enim moris bonos  
 colloquia mala. Evigilate iusti, & nolite peccare.  
 Data kalibus Martii, b Claro & Severo viris  
 clarissimis consulis.

1. idem  
 2. idem  
 3. Cor. 6.

EPISTOLA . II.

P I I P A P Æ I.  
ITALICIS DIRECTA.

Quæ divinis sunt assignata usibus, ad huma-  
 nos usus sine sacrilegio non posse  
 transferri.

Pius Romana urbis archiepiscopus, Italicis fratri-  
 bus salutem in domino.

a. Eadem pi-  
 ter italp.  
 da.

1. Cor. 1.

S Citis, fratres, quia Dei agricultura sumus:  
 ideo ejus adjuutores esse debemus secundum  
 gratiam, quam ipse dedit nobis. Si autem hoc  
 esse neglexerimus, nulli dubium est, quod dam-  
 nabimur. Si vero in ejus servitio pro viribus  
 laboraverimus, verique ejus adjuutores fuerimus,  
 eoque voluntatem implere studuerimus, profe-  
 cto ab illo ditabimur, quia uniuscujusque opus,  
 quale sit, ut ait apostolus, dies domini declara-  
 bit, & ignis probabit.

2. Cor. 1.

12. quest. 2.  
 Prædica divi-  
 na  
 Attendat  
 schismatici  
 hostem  
 b. Hincmar  
 de statu ec-  
 clesie  
 c. Cod. The-  
 od. lib. xxi  
 tit. a. const  
 40

Ad sedem autem apostolicam perlatum est,  
 quod sint inter vos contentiones & imula-  
 tiones: & prædica divinis usibus tradita, quidam  
 humanis applicant usibus, & domino  
 Deo (cui tradita sunt) ea subtrahunt, ut  
 suis usibus inserviant. Quapropter ab omnibus  
 illius usurpationis contumelia depellenda est,  
 a ne prædica usibus secretorum cœlestium di-  
 cata, a quibusdam irrudentibus venentur. Quod  
 si quicumque præsumperit, sacrilegus habeatur,  
 & sicut sacrilegus judicetur. Ipsos autem qui  
 hoc agunt, clericos & domini sacerdotes perse-  
 sequi, eosque infamare audivimus, ut malum  
 super malum addant, & deteriores fiant, non  
 intelligentes quod ecclesia domini in sacerdoti-  
 dus consistit, & crescit in templum Dei. Et  
 sicut qui ecclesiam Dei vastat, & ejus prædica  
 & donaria expoliat & invadit, sit sacrilegus:  
 sic & ille qui ejus sacerdotes insequitur, sacrile-  
 gegi reus existit, & sacrilegus judicatur: *Æ-  
 mulamini, fratres, charismata meliora, & no-  
 lite talia agere, nec eis commiseri aut consen-  
 tire, qui talia agunt: quoniam non solum, qui  
 talia agunt, sunt hujus criminis rei, sed qui  
 facientibus consentiunt.* Non ergo gravius pec-  
 catum est fornicatio, quam sacrilegium: sed  
 sicut majus est peccatum quod in Deum com-  
 mittitur, quam quod in hominem, sic gravius  
 est sacrilegium agere, quam fornicari. De tali-  
 bus enim ait apostolus: *Et vos instati estis,  
 & non magis iustum habuistis, ut tollatur de  
 medio vestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem  
 absens corpore, presens ut in spiritu, jam ju-  
 dicavi ut presens eum qui sic operatur est in no-*

13. quest. 4.  
 Sicut quæ-  
 ceciam

1. Cor. 12.

Rom. 1.

d. Hincmar  
 ibide n.

2. 6. 7.

B.

servientibus; alioquin debueratis de hoc mundo  
 exire. Nunc autem scripsi vobis, non commisce-  
 ri. Si quis frater nominatus est fornicator, aut  
 avarus, aut idolis serviens, aut maleficus, aut  
 ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum  
 sumere. Quid enim mihi de his, qui foris sunt,  
 judicare? Nonne de his, qui intus sunt, vos ju-  
 dicatis? Nam eos qui foris sunt, Deus judicabit.  
 Auferite malum ex vobisipso. Audet aliquis ve-  
 strum, habens negotium adversus alterum, judi-  
 cari apud iniquos, & non apud sanctos? An ne-  
 scitis quoniam sancti Dei de mundo judicabunt?  
 Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis,  
 qui de minimis judicetis? Nescitis quoniam an-  
 gelos judicabimus? quanto magis secularia? Secula-  
 ria igitur judicia si habueritis, contemptibiles, qui  
 sunt in ecclesia, illos constituto ad judicandum.  
 Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos  
 sapiens quisquam, qui possit judicare fratrem suum?  
 sed frater cum fratre judicio contendit, & hoc  
 apud infideles? Jam quidem omnino delictum est  
 in vobis, quod judicia habetis inter vos. Quare  
 non magis injuriam accipitis? Quare non ma-  
 gis fraudem patimini? Sed vos injuriam facitis,  
 & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis, qua  
 iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite erra-  
 re. Neque fornicarii, neque idolis servientes, ne-  
 que adulteri, neque molles, neque masculorum  
 concubitores, neque fures, neque avari, neque ebri-  
 osi, neque malefici, neque rapaces regnum Dei possi-  
 debunt. Et hec quidem scripsit, sed ablatis istis,  
 sed sanctificati estis in nomine domini nostri Jesu  
 Christi, & in Spiritu Dei nostri. De cetero  
 (salva in omnibus apostolica auctoritate) que-  
 cumque sunt ad religionis observantiam per-  
 tinentia, locis suis, & a suæ dioceseos synodus  
 audiantur. Et si quis sacerdotum vel reliquo-  
 rum clericorum, suo episcopo inobediens fuerit,  
 aut insidias ei paraverit, aut contumeliam, aut  
 calumniam, & convinci potuerit, mox curis  
 tradatur. Qui autem facit injuriam, recipiat hoc  
 quod inique gessit. Corruptum enim moris bonos  
 colloquia mala. Evigilate iusti, & nolite peccare.  
 Data kalibus Martii, b Claro & Severo viris  
 clarissimis consulis.

a. Cod. The-  
 od. lib. xvi.  
 tit. 2. c. 23  
 & 29. 11.  
 quest. 11.  
 Si quis sa-  
 cerdotum.  
 Colig. 1.  
 1. Cor. 12.  
 b. falsa tem-  
 poris confi-  
 guatio.

NOTA SEVERINI BINI.

a. Ne prædica usibus fornicariorum cœlestium decata.) Hoc  
 loco sacrilegia, que sunt facta, aut rapina rerum eccle-  
 siæ acquirarum, prohibentur, & possessio bonorum tem-  
 poralium eidem conceditur. Nam sicut olim Levitis,  
 quousquam decima ditarentur, non erat omnino interdi-  
 cta rerum possessio, quippe qui ex mandato Dei, Num.  
 35. in singulis tribubus urbes sacerdotales habebant ad  
 habitandum: ita etiam nec Christiana legis sacerdotibus  
 eorumdem bonorum possessio interdicta probatur. Eccle-  
 sias enim Christianorum, possessiones olim sub gentilibus

Sacrilegia  
 prohibita,  
 Ecclesiæ bo-  
 norum tem-  
 poralium  
 possessio non  
 interdicta  
 est

Imperatoribus possidisse non tantum Pii papa & Urbani I. epistola ad omnes episcopos scripta declarant, sed ipsa etiam imperatorum edicta, quibus eas libe ablatas reddi mandaverunt, evidentem demonstrant. In edicto enim Constantini atque Licinii hoc scriptum legitur. *At quoniam ipsi Christiani non solum ea loca in qua conuenerunt sed etiam alia habuisse cognoscuntur, quae non prius ad singulos, sed ad ius totius Imperii communitatis, id est, Christianorum spectabant: singulis qui ea possident, mandamus ut, ut omnia per legem, quae supra posuimus, obsequia adhaerentia Christianis, id est, societati Imperii & suorum reddant. Porro in omnibus locis, quae ad Christianos spectare dicuntur, ecclesiam fuisse, sequens eorundem edictum ad Amulianum conscriptum declarat, his verbis: Quare volumus ut si aut ac hactenus literas a nobis accepit, si qua ex his possessionibus, quae ad catholicam Christianorum ecclesiam in quibusque civitatibus aut aliis locis pertinent, etc. Vide Baron. anno Christi 37. n. 81.*

sub Antonino imperatore martyrium subisse dicantur. neminem novere debet: nam Marcus Aurelius non tantum Antoninus, sed pluribus etiam aliis nominibus nominatus fuit, ut ostendit Baronius anno 163. n. 4. & 5. *et Cerinthus primarches satanae multos avertit a fide.* Cerinthus an vitus adhuc, vel potius in saeculis tantum haerese ab eo acceptam propagantibus, multos a fide avertit, incertum est. Hoc certum est, absurdum nihil dici, si Cerinthum, quem viderunt apostoli, qui quae apostolorum terribili synodo interfuit, hoc tempore superstitem fuisse dicamus. Si enim Polycarpus discipulus Joannis attingit Anicetum pontificem, cujus anno tertio sub imperatore Aurelio martyrium subit, si Hermas discipulus Pauli cum hoc pontifice simul vixerit, impossibile videri non debet, ut Cerinthus simul hoc & apostolorum tempore superstes adhuc fuerit, ac vitus suum longe lateque per orbem terrarum evomerit. Baron. ann. 166. num. 2.

Aurelius dicitur Anoninus. An hoc tempore Cerinthus vixerit. Polycarpi martyrium quando acciderit.

EPISTOLA III. PII PAPAE I.

DIRECTA b JUSTO EPISCOPO VIENNENSI.

Hanc & seq. Baronius germanice agnovit, alii et non probantibus.

At nequam Roma exiisses, soror nostra Euprepia, sicut bene recordaris, et titulum domus suae pauperibus assignavit, ubi nunc cum pauperibus nostris commorantes, missas agimus. De te autem, superbeate, postquam ad senatoriam urbem Viennensem perrexisti, quid factum sit, nosse cupimus, & ut sementem evangelii jam sparseris, audire multum desideramus. Presbyteri illi qui ab apostolis educati usque ad nos pervenerunt, cum quibus simul verbum fidei partiti sumus, a domino vocati in cubilibus aeternis clausi tenentur. Sanctus Timotheus & Marcus per bonum, certamen transierunt. Vide frater ut illos imiteris sequendo, neque vinculis mundi illigeris. Festina palmam peritverabilem cum sanctis apostolis tenere, quam per multas passiones Paulus suscepit & Petrus, cui crux caritatem Christi tollere non ponit. Salutant te Soter & Eleutherius digni presbyteri. Saluta fratres qui tecum vivunt in domino. Cerinthus primarches satanae multos avertit a fide. Gratia Christi habitet in corde tuo.

NOTE SEVERINI BINII.

Dux alia epistola Pii pontificis ex ditae, ex tomo primo bibliothecae sanctorum patrum Parisiensis editionis, ubi extant, huc consulto transsumimus. Haec germanice esse ac legitimas, cum rerum argumentum, & admirabilis quaedam cum rebus gestis hujus temporis convenientia, tum simplicissimus ille antiquitatis candor, cuius facile persuadent. Priorem harum duarum Pium anno pontificatus sui penultimo, qui est Christi 166. posteriozem autem anno ultimo scripsisse, ipsa epistola ostendunt. Baron. ann. 166. n. 1. & 4. *Justus quis merui?* Justus Viennensis ecclesiae episcopus post longum exilium, sub persecutione Marci Aurelii martyrium subit. Ita Ado eundem Viennensis ecclesiae episcopus in chron. testatur. *Titulum domus sua.* Domus divino cultui dicatae appellatur tituli, duas ob causas, quas vide supra in notis ad vitam Anacleti, verbo, *Hic titulus.* *Sanctus Timotheus & Marcus.* Hunc Timotheum, cujus exitum nunciat Pius pontifex, Novati germanum, Pudencianum atque Praxedis fratrem, Pudencii vero atque Priscilla filium fuisse, (eundemque esse, cujus in antiquis tabulis ecclesiasticis de Martii natali descriptus habetur, his verbis: *Roma natalis SS. martyrum Marci & Timothei, qui sub Antonino imperatore martyrio coronati sunt.*) Baronius sentit anno Christi 166. num. 2. Quod vero sub Aurelio passus, in martyrologio Concil. General. Tom. I.

EPISTOLA IV. PII PAPAE I.

DIRECTA EIDEM JUSTO

Viennensi episcopo.

Attalus epistolas martyrum portans ad nos venit, gaudium nobis ineximabile faciens de triumpho eorum: qui dixit nobis & sanctum Verum collegam nostrum victorem de mundi principe triumphasse: tu vero apud senatoriam urbem Viennensem ejus loco a fratribus constitutus & colobio episcoporum vestitus, vide ut ministerium quod accepisti, in domino impleas: cura autem sanctorum martyrum corpora sicut membra Dei, quemadmodum curaverunt apostoli Stephanum. Carceres sanctorum visita, ne aliquis tepestat in fide. Martyria sancta Spiritu sancto proba: ut perseverent infide, eis incitator infiste. Presbyteri & diaconi non ut majorem, sed ut ministrum Christi te observent, plebs universa sanctitate tua protegetur. Fratres nostri, quos per Attalum recognoscas, de tyranni saevitia jam liberati requiescunt in domino. Presbyter Pastor titulum condidit, & digne in domino obiit. Revelatum mihi esse scias, collega beatissime, citius me finem hujus vitae facturum. Unum flagitabo: in communionem sta, & mei ne obliviscaris. Salutat te d senatus pauper Christi apud Romam constitutus, Saluta omne collegium fratrum, qui tecum sunt in domino.

NOTE SEVERINI BINII.

*Epistola.* Hanc epistolam ultimo anno pontificatus Pii, paulo ante obitum ejus scriptam esse, ex ipsa epistola apparet. *Attalus.* Attalus, cujus hic fit mentio, est genere Pergamenus, sed Romana civitate donatus, ac magis nominis vir. De cujus agone litera Viennensis & Lugdunensis ecclesiae, apud Eusebium lib. 5. cap. 1. extantes, scribunt. *Sanctum Verum.* Verus, de quo hic, fuit primus Viennensis ecclesiae episcopus, apostolorum discipulus, qui Traiani tempore episcopatum ejus ecclesiae accepit, & ad huc usque tempora illi pensuit. *Senatus pauper.* Id est, sacrum collegium presbyterorum, ac ceterorum Romanae ecclesiae clericorum.

Attalus quis fuerit.

Verus quis? Dele hanc vocem, & vera narratio Ado in chronico Senatus pauper quod dicitur.

EX DECRETIS  
P I I P A P Æ I.

*Ante vigintiannos quintum annos virgines non consecrantur.*

22. quest. 1. Virgines non velentur ante vigintiannos annos ætatis, nisi forte necessitate periclitantis pudicitie virginalis. Et non sunt consecrandæ: nisi in epiphania, & in albis paschæ, & in apostolorum natalitiis, nisi causa mortis urgente. (a)

EX EISDEM.

*De illis qui per caput Dei vel capillum jurant, vel blasphemias contra Deum utuntur.*

22. quest. 1. Si quis per capillum Dei vel caput juraverit vel alio modo blasphemias contra Deum usus fuerit, si in ecclesiastico ordine est, deponatur; si laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturas juraverit, acerrime castigetur, & juxta hoc, quod synodus judicaverit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifestaverit, non est dubium, quin divina condemnatione similiter coerceatur. Et si episcopus ista emendare neglexerit, acerrime corripiatur. (b)

EX EISDEM.

*De illis qui iuramentis dominis suis perjurium fecerint.*

22. quest. 1. Qui compulsus a domino, sciens pejerat, utrique sunt perjuri, & dominus & miles: dominus, quia præcepit: miles, quia plus dominum, quam animam suam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & septem sequentes annos: si servus est, utres quadragesimas & legitimas serias pœniteat.

Antelmus lib. 11. cap. 63. hoc citat ex pœnitentiis Theodori, ut Burchardus, & Ivo sequenti capite.

EX EISDEM.

22. quest. 1. Qui pejerat se in manu episcopi, aut in cruce consecrata, tres annos pœniteat: si vero in cruce non consecrata, annum unum pœniteat. Qui autem confessus fuerit, & ignorans, se pejeraverit, & post cognoscit, tres quadragesimas pœniteat. (c)

EX EISDEM.

*De illis qui uxorem legitimam sine iudicio interfecerint.*

22. quest. 1. Quicumque propriam uxorem absque lege vel sine causa & certa probatione interfecerit, aliamque duxerit uxorem, armis depositis, publicam agat pœnitentiam. Et si contumax fuerit, & episcopo suo inobediens extiterit, anathematizetur, quousque consentiat. Eadem lex erit illi qui suum seniore interfecerit. (d)

EX EISDEM.

*Pœnitentia ejus, cujus negligentia de sanguine domini aliquid stillat.*

Si per negligentiam aliquid de sanguine domini stillaverit in terram, lingua lambatur, tabula radatur. Si non fuerit tabula, ut non conculetur, locus corradatur, & igne consumatur, & cinis intra altare recondatur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si super altare stillaverit calix, torbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super linteam altaris, & ad aliud stilla pervenerit, quatuor diebus pœniteat. Si usque ad tertium, novem diebus pœniteat. Si usque ad quartum, viginti diebus pœniteat, & linteamina, quæ tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat, calice subterposito, & aqua ablutionis sumatur, & juxta altare recondatur. (e)

EX EJUDEM DECRETIS.

*Ut arreptiis sacris altaribus non ministrant.*

Communiter distinximus, ut nullus de his, qui aut in terra arrepti a demonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incurribus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscusse se ingerant sacramentis divinis, exceptis illis, qui corporum incommoditati dediti, sine huiusmodi passionibus in terra probantur elisi, qui tamen & ipsi tandem erunt ab officii sui ordine & loco suspensi, quousque unius anni spatio, per discretionem episcopi, inveniuntur ad incursum demonum liberati. (f)

EJUDEM DECRETUM EX CODICE

5. librorum, libro 2. cap. 117.

*De oblationibus popolorum.*

Ut de oblationibus quæ offeruntur a populo, & consecrationibus quæ supersunt, vel de panibus quos deserunt fideles ad ecclesiam, vel certe de suis, presbyter convenienter partes incipere habeat in vase nitido & convenienti, ut post missarum solennia, qui communicare non fuerint parati, eulogias omni die dominico, & in diebus festis exinde accipiant, quæ cum benedictione prius faciat. (g)

EJUDEM DECRETUM EX CODICE

16. librorum, libro 3. cap. 19.

*De consuetudine servanda, quæ non est contra fidem.*

(b) Petistis per Hilarium chartularium nostrum, a beate memoris prædecessore nostro, ut omnes vobis retro temporum consuetudines servarentur, quæ a Petri apostolorum principis ordinationum initiis hætenus vetustas longa servavit. Et nos quidem, juxta seriem relationis vestræ, consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem catholicam nihil usurpare dignoscitur.

De consec. dist. 2. a. Si per negligentiam. Et in decr. Ivo. lib. 1.

22. dist. 2. Communiter distinximus, ut nullus, &c.

Dist. 22. Consuetudinem laudamus. Et in decr. Ivo. lib. 1.

(a) Hujus decreti prior pars est ex Carthag. III. can. 4. altera ex M'ev. II. can. 26. restia ex epist. XI. Celai cap. 22. (b) Delumptum est ex Norella Justiniani. (c) Laudatur in collect. Anselmi tanquam ex Pœnitentiis Theodori. (d) Capitular. lib. 1. c. 100. (e) Ex Pœnitentiis Theodori. cap. 11. (f) Ivo p. 2. c. 123. hoc tribuit Plø. (g) Pro tribuitur ab Ivone. (h) Est ex epist. S. Greg. 1.1. ep. 75.

In veteri libro Penitentiali, qui ex sermone S. Romanae Eccl. assumptus fertur, vulgato a C. nifo J. Ober. Lect. tom. II. par. II. pag. 130. edit. Basnag. in decretis Pii cap. X. hoc recitatur

Ex nov. Sup. P. Mand. pag. 6.

Poenitentes non debent communicare ante A veste abstinege debeant, & discordes ab eccle- consummationem penitentiae. Quod peni- rentes a convivii, & ornamentis, atque alba

C ANNUM CHRISTI 160.

C ANNUM CHRISTI 160.

CONCILIUM ORIENTALE

Habitu circa annum Christi CLX.

Ex nova Col. lo. dione Ba. Justit.

Istud etiam Concilium debemus diligentia auctoris B cum synodo orientali damnasse, assertque loca ex scriptura sacra quibus usus est Apollonius ut eorum insaniam reselleret. Deinde addit: Hec autem & his similia, hac de causa condemnatis haereticis, rationabili sermone videbantur latifacere sacerdotes, sive ut a praecipitio revocarent, sive ut se ostenderent scetas damnare, non homines.

ANNO CHRISTI 167. 168.

ANNO CHRISTI 167. 168.

VITAE, EPISTOLAE ET DECRETA ANICETI PAPE I. Ex Libro Pontificali Damasi Papae.

Anicet. f. Em. fa.

a. Severi ita & Luc.

b. absent a C. H.

(a) Anicetus natione Syrus, ex patre Joanne de vico (b) Humilia, b fedit annos undecim, menses quatuor, dies tres. Fuit autem temporibus a Veri & Marci, a consulatu Gallicani & Veteris, usque ad Praesentem & Rufinum. c Hic constituit, ut (e) clericus comam non nutriret, b secundum praecceptum apostoli. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros (d) septemdecim, diaconos quatuor, episcopos per diversa loca (e) novem. Qui etiam obiit martyr, & sepultus est d in coemeterio Callisti, (f) via Appia, decimoquinto Kalend. Majas. Et cessavit episcopatus dies septemdecim.

NOTE SEVERINI BINII.

Quando Anicetus pontif. factus sit. 165.

Marcion, Cerdo, & Valentinus

niunt, pallodia recitata recipiuntur: sed fraude eorum detecta, vicissim proscribuntur. Marcion, quem S. Polycarpus primogegitum diaboli nominaverat, Romanus, (ad agendum enim & communicandum de paschalis controversia cum Aniceto pontifice, ipse etiam Polycarpus hoc eodem anno huc opportune venerat) quinque millibus aureorum ecclesiam donatis, ut fraudem animi pecunia occultaret, recipi petiit, & sub ea conditione regressum ad ecclesiam impetrat, ut, si quos seduxerat, contraria docendo restitueret. Anno ejusdem Aniceti 7. Cataphrygarum haeresis, Montano, Priscilla & Maximilla auctoribus exorta est, quae non plebem tantum in doctrinam, sed etiam ipsum Tertullianum virum doctissimum (proh dolor!) seduxit. Hanc pseudoprophetarum haeresim ab episcopis Asiae, concilio de ea habitis, damnatam, constat ex epistola Serapionis ad Coricum & Ponticum, multorum aliorum episcoporum subscriptionibus illustrata, quae extat apud Eusebium lib. 5. cap. 18. Verba epistolae haec sunt: Ut vero istud intelligatur, omnem in Christo sacramentum, quae per apostolum iterum ubi diffusa est, ab hoc anno & peregrina propheta, tam falsis prophetis insitata, ut ipse abhorreo, utrasque Claudii Apollonius hereticum, qui Hieronymi Aha tunc episcopi profuit, ad nos misit. De subscriptionibus vide apud Eusebium praedicto loco. Tatianus, qui ecclesiam antehac contra haereses propogaverat, superbia elatus, factus est haeresarcha, & Encratitarum, id est continentium, caput, anno hujus pontificatus octavo, qui est Christi 174. Vide Baronium praedictis locis. b Sedet annu 11. menses, &c ) Si habeatur ratio ingressus & obitus, annos octo, menses novem sedisse dumtaxat reperietur. De ingressu eius constat ex in qua supra

Romanus ecclesiae consummationem affectum. Polycarpus cur Romanam venisset?

Cataphrygarum haeresis sub Aniceto exorta. Montani haeresis per concilia Asiae condamnata.

172.

(a) Luc. Anicetus (b) Luc. Humilia (c) Luc. clorus... non nutriret. (d) Luc. XVIII. (e) Luc. XII. (f) In Luc. deq. Via Appia, & pro XV. posit XII.



supra dicta sunt. Nono autem anno pontificatus sui  
 decessisse, colligitur ex successoris Soteris ingressu, quem  
 indicio Vaticano anno domini 175 ponunt. Cum igitur  
 17. Aprilis, anno Christi predicto, martyrio clarus mi-  
 graverit ad dominum, ut ecclesiastica tabule testantur,  
 præscriptum tempus sedis Aniceti ratum ac firmum ha-  
 beri debet. Baronius anno 175 num. 2.  
 a *Ille constituit ut clericus comam non nutriat.* Hoc  
 decretum extat sequente illius epistola: vide quæ ibi  
 notavimus.  
 b *In Cameracensi Callisti.* Intellige in eo arcum, in  
 quod postea Callistus conaceterium fecit. Baronius præ-  
 dicto ann. num. 3.

si archiepiscopi consecrari possunt episcopis.  
 Sed melius est, si ipse cum omnibus, eum qui  
 dignus est, elegerit, & cuncti pariter sacra-  
 verint pontificem. Et licet istud, necessitate cog-  
 gente, concessum sit: illud tamen, quod de  
 archiepiscopi consecratione prædictum est atque  
 præceptum, id est, ut omnes suffraganei eum  
 ordinent, nullatenus immutari licet: quia qui  
 illis præest, ab omnibus episcopis, quibus præ-  
 est, debet constitui. Sin aliter præsumptum fue-  
 rit, viribus carere non dubium est, quia irrita  
 erit eius secus acta ordinatio. Ipse autem ar-  
 chiepiscopus nihil de eorum causis, aut de al-  
 iis communibus, juxta statuta apostolorum,  
 absque cunctorum illorum agat consilio: nec il-  
 li, nisi quantum ad proprias parochias per-  
 tinet, sine suo quoniam tali gaudet con-  
 cordia altissimus, & gloriatur in membris  
 suis.

a Suppositi-  
 tiam credent  
 VV. eruditi.  
 b Anicetus in  
 MS. dicitur

EPISTOLA  
 ANICETI PAPÆ  
 AD GALLIÆ EPISCOPOS.

De electione & ordinatione archiepiscopi & ce-  
 terorum episcoporum, & ut archiepiscopus abs-  
 que consilio ceterorum nihil agere præsumat  
 de causis eorum nisi tantum de sua speciali  
 parochia.

- I. De ordinationibus episcoporum, & de causis eor-  
 rum.
- II. De primatibus, & metropolitanis.
- III. Si metropolitanus sine consilio egerit, vel si  
 episcopi eum suspectum habuerint.
- IV. De iurisdictione clericorum & habitu.

Anicetus universis ecclesiis per Gallia provincias  
 constitutis, in domino salutem.

c S. Leo ep.  
 11.

Bonorum operum & spiritualium studiorum  
 Deum auctorem esse, non dubium est,  
 qui bonorum hominum incitat mentes & adju-  
 vat actiones. Quod nobis evidenter apparuit,  
 cum inter longinqua spatia regionum, unum cor-  
 da vestra tenerent consilium, & quæ desidera-  
 batis responsa, non unius, sed plurimorum  
 epistolæ intimarunt.

I.

De ordinationibus vero episcoporum, super  
 quibus nos consulere voluistis, olim in sancti  
 prædecessoris nostri Anacleti ordinationibus que-  
 dam jam decreta reperimus. Scimus enim bea-  
 tissimum Jacobum, qui dicebatur Justus, qui  
 etiam secundum carnem frater domini nuncu-  
 patus est, a Petro, Jacobo & Joanne aposto-  
 lis, Hierosolymorum episcopum esse ordinatum.  
 Si autem non minus quam a tribus apostolis  
 tantus vir fuit ordinatus episcopus, patet pro-  
 fecto, eos formam, instituentem domino, tradi-  
 disse, non a minus quam a tribus episcopis,  
 episcopum ordinari debere. Sed crescente nu-  
 mero episcoporum, nisi necessitas intervenerit,  
 debent etiam plures augeri, id est, si archie-  
 piscopus diem obierit, & alter ordinandus ar-  
 chiepiscopus electus fuerit, omnes ejusdem pro-  
 vincię episcopi ad sedem metropolitæ conveni-  
 ant, ut ab omnibus ipse ordinetur. Opor-  
 tet autem ut ipse, qui illis omnibus præesse  
 debet, ab omnibus illis eligatur & ordinetur.  
 Reliqui vero comprovinciales episcopi, si neces-  
 se fuerit, ceteris contententibus, a tribus, iur-

Supra in 1  
 Anacleti episto-  
 la

66. Dist. Ar-  
 chiepiscopus  
 ab omnibus  
 d S. Leo ep.  
 49. cap. 1.  
 Conc. III.  
 Aurel. c. 2.

II.

Nulli archiepiscopi primates vocentur, nisi  
 illi qui primas tenent civitates, quarum epi-  
 scopos apostoli & successores apostolorum regu-  
 lariter patriarchas & primates esse constitu-  
 runt, nisi aliqua gens deinceps ad fidem con-  
 vertatur, cui necesse sit, propter multitudinem  
 eorum, primatem constitui. Reliqui vero, qui  
 alias metropolitanas sedes adepti sunt, non pri-  
 mates, sed metropolitani nominentur.

9. quæst. 3.  
 Archiepisco-  
 pus nihil.

99. Dist. Nat-  
 uralis archiepi-  
 scopi.  
 a Hadr. coll.  
 c. 13.

III.

Si autem aliquis metropolitanorum inflatus  
 fuerit, & sine omnium comprovincialium præ-  
 sentia vel consilio episcoporum, aut eorum,  
 aut alias causas, nisi eas tantum quæ ad  
 propriam suam parochiam pertinent, agere,  
 aut eos gravare voluerit, ab omnibus districte  
 corrigatur, ne talia deinceps præsumere audeat.  
 Si vero incorrigibilis eiusque inobediens apparue-  
 rit, ad hanc apostolicam sedem (cui omnia  
 episcoporum judicia terminare præcepta sunt)  
 ejus contumacia referatur, ut vindicta de eo  
 fiat, & ceteri timorem habeant. Si autem pro-  
 pter nimiam longinquitatem, aut temporis in-  
 commoditatem, vel itineris asperitatem, grave  
 ad hanc sedem ejus causam deferre fuerit, tunc  
 ad ejus primatem causa deferatur, & penes ip-  
 sum hujus sanctæ sedis auctoritate judicetur.  
 Si militer, si aliquis episcoporum proprium me-  
 tropolitanum suspectum habuerit, apud prima-  
 tem diocesanos, aut apud hanc apostolicam sedem  
 audiat. Qui major est vestrum, secundum  
 dominicam iurisdictionem, sit vester minister: &  
 quanto major es in omnibus, humilia te ipsum.  
 Carissimi, nolite inter vos contendere, nec  
 quarat aliquis major esse: sed juxta apostolum,  
 diligite vos invicem, quia caritas ex Deo est: &  
 omnis qui diligit fratrem, ex Deo natus est, &  
 cognoscit Deum. Qui non diligit, non novit Deum,  
 quoniam Deus caritas est. Pascite, inquit princeps  
 apostolorum, qui in vobis est, gregem Dei, provi-  
 dentes non corde, sed spontanee secundum Deum,  
 neque turpis lucris gratia, sed voluntarie: neque  
 ut dominantes in clericis, sed forma sœculi præ-  
 ex animo. Et cum: apparuerit principi pastorum,  
 ps-

9. quæst. 3.  
 Si autem ali-  
 quis.

b Vigilus  
 ep. 1.

c Hadr. coll.  
 c. 26.

Matth. 20

Matth. 20.

Eccl. 3.

1. Joan. 4.

1. Petri 5.

1 In MSS. sepe Anicetus scribitur in quibusdam Anicetus, sic etiam eccle. Hieronymus. 2 In MS. nostro hic loco Anicetus  
 & in titulo. Hieronymus. 3 MS. complete. Hadr.

*percipietis immarcescibilem gloria coronam* Et iuxta alium apostolum: *Fratres, memores vobis verborum qua praedicta sunt ab apostolis domini nostri Jesu Christi, qui dicebant vobis, quomiam in novissimo tempore venient illusores, secundum desideria ambulantes impietatum. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem, carissimi, superedificantes vosmetipsos sanctissima vestra fides, in Spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei servate, expectantes misericordiam domini nostri Jesu Christi in vitam aeternam. Et vos quidem arguite iudicatos, illos vero servate, de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore, odientes eam, qua carnalis est, maculatam tunicam.*

IV.

Dist. 23. Prohibere fratres.

Prohibete, fratres, per universas regionum vestrarum ecclesias, ut clerici, qui laicis & simplicibus, virtutis, honestatis, pudicitiae, & gravitatis exemplar esse debent, ac seipso, tamquam signum purioris vitae, rudiorebus ad imitationem prudenter exhibere, a iuxta apostolum, comam non nutriant, sed b desuper caput e in modum sphaerae radant: quia sicut diceretur debent esse in conversatione, ita & in tonsura & omni habitu discreti debent apparere. Hac vobis fratres, ut petitis, custodienda mittimus, & custodire praecipimus, ut in nomine Jesu omne genu stentatur, caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris, cui honor & imperium per aeterna saecula. Data octavo Kalendas Junii, a Gallicano & Rufino viris clarissimis consili-

a. Mendax consilium nota.

serint: *Docete, inquit, ubi vobis mandatum sit radere capita sacerdotibus, cum e contrario tot sint exempla proposita, per non debere.* Ex Hieronymo in c. 44. Froch. ubi dicit: *Sacerdotes non debere comam alere, nec tamen radi, sed ita tondere, ut cutis testa maneat.* Denique et Dionysio, Ipphatio, Athanasio, Palladio, Augustino, Isidoro, Basilio, Concilio Carthaginiensi IV. & Toletano IV. idem colligitur: cum apud omnes illos tonsura quidem, non aurem radura mentio fiat. Praedicta igitur verba Anketi pontificis modo illo quo supra, explicare, quam integram epistolam, (quod facit Bellarm. de monachis cap. 40.) propterea in dubium vocare, convenientius est ac tutius. Vide Valent. tom. 4. discurs. 9. quest. 3. puncto 3. de annexis sacramento ordinis.

*In modum sphaerae.* Id est, corone vel circuli, quia patres & concilia dum praedictis locis de tonsura clericorum aut monachorum loquuntur, eam communiter coronam nominant, propterea nimirum, quod tonsura corone figuram habeat. Causam & rationem hujus tonsurae clericalis gestatae, alii aliam assignant. Prima est Dionysii, ut illa nudatione capitis, significetur vita aperta & pura, cui ecclesiastici studere debent. Secunda est Beatae lib. 5. historiae Anglic. c. 22. ut spinae Christi corona, quam clerici maxime in memoria habere debent, representetur. Tertia est Isidori lib. de officio cleric. Rabani lib. 2. de instrum. clerici cap. 1. ut significetur regale esse Christi sacerdotium, cuius gubernatores tali corona redimitos esse oporteat, vel etiam ut significetur, ecclesiasticum animum, qui est in homine sicut vertex in capite, debere esse nudatum a vitis, spoliatum affectu superfluitatum, ac demum apertum & expeditum ad divinas inspirationes facile percipiendas. Valentia praedictis locis. Sed & alia ab his diversis de clericorum tonsura adducitur causa a Germano episcopo Constantinopolitano, his verbis: *Duplex corona circumscripta capiti sacerdotis, capillorum significatio, imaginem refert venerandi capiti apostoli Petri: qui cum missus esset ad predicationem domini & magistri, et tonsa est ab eis, qui ejus sermoni non credebant, ut illudretur ab ipso, regis Christus magister benedixit: & insensum in bonorum, illudretum in gloriam convertit, & posuit super caput ejus coronam, &c.* Unde constat, eam, qua principi apostolorum derisionis & ignominiae causa illata est nota insensum, totius ecclesiae honori cessisse. Vide Baron. Bellarm. Valent. &c. allegatis locis.

Causa tota in clericis plures esse tantum

Exemplo Petri coronam clericis circumscriptam

ROMANA SYN. ANICETI.

ex synodico libello.

ΣΥΝΟΔΟΣ ΘΕΙΑ ΚΑΙ ΙΕΡΑ ΤΟΠΙΚΗ ΕΝ ΡΩΜΗ ΣΥΜΜΑΡΤΥΡΕΙΣΑ ΑΠΟ ΤΟΥ ΜΑΧΑΡΤΟΥ ΤΑΤΣ ΑΝΙΚΗΤΟΥ, ΤΩ ΠΑΤΡΟΣ ΠΑΤΕΡ, ΚΑΙ ΠΟΛΥΚΑΡΤΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΣΜΥΡΝΗΣ, ΚΑΙ ΔΕΙΤΕΡΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΔΕΚΑ: ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΤΗ ΔΕΚΑΤΗ ΠΕΠΤΗ ΤΗΣ ΣΕΠΤΕΜΒΡΙΟΥ ΙΟΥΡΤΩΣΙΩΝ ΤΩ ΘΕΩΝ ΠΑΤΕΡΑ, Ε ΙΠΕΡΙΟΙΣ ΙΘΕΣΙ Ε ΤΥΠΟΙΣ ΤΩΝ ΕΚΤΕΛΩΜΕΝΩΝ. ΘΕΙΣΑΣΑ ΤΩ ΜΕΝ ΟΡΘΙΝ ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΙΩΝ ΚΑΘΩΣ ΤΩ ΔΕΣΠΟΤΩ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΩ ΚΑΙ ΘΕΩ, ΤΗ ΑΓΙΑ ΠΑΡΑΣΚΕΨΗ ΜΥΣΤΙΚΩΣ ΕΚΤΕΛΕΙΝ ΠΛΩ ΔΕ ΖΩΑΡΧΙΛΩ ΑΝΑΣΤΑΣΗ, ΑΥΤΗ ΤΗ ΠΕΡΙΔΟΞΩ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΗ ΚΥΡΙΑΚΗ ΕΚ ΠΑΝΤΟΣ ΤΡΟΠΟΥ ΑΓΕΙΝ.

SYNODUS divina & sancta provincialis, Romana congregata a beatissimo Aniceto, eisdem urbis papa, & Polycarpo sancto martyre Smyrnae episcopo, aliisque episcopis decem: contra eos, qui Judaico more Luna decima quarta divinum celebrabant pascha, aliisque ritibus & typis id ipsum perhibebant. Haec igitur synodus definitum tremendam & turbulentam domini nostri Jesu Christi & Dei passionem in sancta parasceve mystice celebrandam, resurrectionem autem vitae aeternae, ipsa celebrari & magna dominica omni modo esse peragendam.

Tonsura clericali ab apostolis instituta

*a iuxta apostolum comam non nutriant.* Hoc decreto Anicetus pontifex confirmat id quod apostolica traditione ac constitutione in ecclesiam derivatum est, ut scilicet eorum capita in modum sphaerae tondentur de super, qui a communis hominum vita recedentes, exculius vitae genus sectantur: ita Isidorus de divin. offic. Hujus ritus mentio est apud Dionysium de ecclesiastica hierarchia, par. 2. cap. 3. In ecclesia a prima saecula usque huc praedictum ritum frequentatum esse constat non tantum ex Dionysio Areopagita supra allegato loco, ubi ait, *Monachos tondere solitos fuisse*: Sed etiam ex Epiphano haeres. 80. Augustino lib. de operibus monachorum, cap. ultima. ubi reprehendunt quosdam monachos, qui aliorum more tondere nollent. Ex Hieronymo in epistola quadam ad Augustinum qua est inter epistolas Augustini 26. ubi sic ait, *Novitum ut nono nomine salutes, peccat coronam suam.* Item ex Augustino epist. 147. ad Proculianum episcopum, quo loco haec scribit: *Per coronam vestram, nos adjuvatis vestri: per coronam vestram, vos adjuvatis nostri.* Ex concilio Carthaginiensi IV. canone 44. quod prohibet clericis comam & barbam alere. Ex concilio item Toletano IV. quod cap. 40. jubet, ut omnes clerici de tonsura superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquunt. Recte igitur hic Anicetus ait, secundum apostolos esse, comam non alere, sed caput demisse tondere. Nam qua per universam ecclesiam toto terrarum orbe recepta, ab apostolorum temporibus usque frequentata leguntur, ea secundum regulam S. Augustini epist. 114. ad Januarium, ab apostolis profecta & constituta esse, recte creduntur. Vide Baron. ann. 51. n. 122. & nullis aliis sequentibus, Bellarm. lib. 2. de monachis, cap. 40.

Clerici olim tondentur: non tondentur novacula.

*b desuper caput radant.* Id est, demisse tondentur. Sic enim olim fiebat, forficibus scilicet, non autem novacula, ut colligimus ex Clemente Alexandr. lib. 3. paedagogum, cap. 11. qui sic dicit: *per tondentur junii, non novacula, sed tonsorem forficibus.* Item ex Optato Milevitano lib. 2. contra Parmenianum, ubi arguit Donatistas, quod Catholicis sacerdotibus per vim capita ra-

ANNO CHRISTI 375-376

ANNO CHRISTI 375-376

V I T A
EPISTOLÆ ET DECRETA
SOTERIS PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

Soter natione Campanus, ex patre Concordio, de civitate Fundis, b sedit annos 9. menses 7. dies 21. Fuit autem temporibus (a) Veri & Marci, a consulatu Rustici & Aquilini, usque ad Cethegum & Clarum. c Hic constituit, ut a nulla monacha pallam saceratam contingeret, (b) nec incensum poneret in sancta ecclesia. Hic fecit ordinationes (c) 3. per mensem Decembrem, presbyteros 18. diaconos 9. episcopos per diversa loca 11. (d) Qui sepultus est b in cœmeterio Callistiva Appia, 10. Kalendas (e) Maias. Et cessavit episcopatus dies (f) 11.

ca, aliisque laicis, & quibusdam etiam clericis sacrorum vasorum & corporalis contactus est interdictus, ut patet ex illis quæ diximus superius in notis ad vitam & epistolam Sixti. Probabile est hujus constitutionis editam causam fuisse, quod ex Montani secta, ut docet Baronius anno 173. similes se sacris immiserent.

EPISTOLA I.
SOTERIS PAPÆ
AD CAMPANIÆ EPISCOPOS.

Hæc & sequens ejuſdem cum aliis committis apud cristicos.

De fide & incarnatione D.N.J.C.

NOTÆ SEVERINI BINI.

Quando Soter imperatoris 13. die 14. Maii post interregnum 17. dierum. Soter assistarum ecclesiarum solatium, pauperum & egenarum, teste Dionysio Alexandrino, magnus remunerator, cathedram Petri administrandam & gubernandam suscepit. quam cum annis, ut infra dicemus, fere quatuor tenuisset, non tam ex voluntate & decreto Aurelii imperatoris, quam ex temerario populi impetu, de criminibus quibusdam, quæ Gnosticorum tantum propria erant, sese cum pluribus aliis, ut constat ex literis martyrum Lugdunensium, quæ extant apud Eusebium lib. 5. cap. 1. accusatus, martyrium subijt. Imperator publico edicto ad senatum scripto, illum Christianum, ob hoc tantum quod Christianus edet, accusari prohibuit, propterea quod in Marcomanico bello totus exercitus, solis ac litis ardore gravissime afflictus, & ab hostibus interclusus, solius Christianæ legionis, quæ postea Fulminatrix appellata est, precibus, ad suam & totius exercitus Romanæ sitim extinguendam, & æstum solis temperandum, cœlitus imbrem, ad fugandos hostes, fulmina de cœlo ac tonitrua impetrasset: populus gentilia, ne Christianos, eo quod tales essent, persequendo, edictum imperatoris transgredatur, in Christianos mendacia conſpexit, eos de incestis suppetis, de infanticidiis, & aliis, quæ Gnosticorum propria erant, accusat, & sub prætextu hoc mendace occidi imperat, ut ex literis prædictis constat. Baronius prædicto anno & sequentibus.

Soter apostolica sedis archiepiscopus, Campaniæ omnibus salutem in domino.

Gaudere vos oportet, fratres, quod, divina largiente gratia, familiares domini vocamini, cuiusque sacerdotii dignitate fungimini. Nunc autem rogo vos, ut circa plebes vobis commissas laborare dignemini, & fructuosos manipulos domino reportare nitamini. b Paulus enim apostolus de fide ita loquitur, dicens: Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Item ipse ad Galatas: Postquam autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, ex muliere factum, & factum sub lege. Et ad Philippenſes: In similitudinem hominum factus, & habitum inventus ut homo, Et in psalmo 30. Infirmata est in paupertate virtus mea, & vasa mea conturbata sunt, & super inimicos meos factus sum opprobrium. Item ibi: Oblivioni datus sum, tanquam mortuus a corde. Factus sum tanquam vas perditum. Et in septuagesimo: Tanquam prodigium factus sum multis, & tu adjutor fortis. Et in 72. Ut jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Et in 80. Maser Sion dicit homo, & homo factus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus. Et in 77. Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber. Et in 108. Es ego factus sum illis opprobrium, viderunt me, & moverunt capita sua. Et in 101. Vigilavi & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Et in evangelio: Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Filius igitur secundum carnem dicitur. Nam secundum divinitatem, a Patre nusquam legitur factus, sed genitus. Deum enim Pater loquitur; Filius loquitur; & cum Filius loquitur, Patrem

lithacinæ adv. Varietatem capp. 9. & 10. Rom. 1.

Galat. 4.

Philipp. 2. 7. Gal. 30.

Joan. 1.

Quandiu sedit? 173. 177.

Soter obiisse, litera Viennensis ac Lugdunensis ecclesiarum ad Eleutherium Soteris successorem scriptæ confirmant, & auctoritas Eusebii approbat, hoc ipso, quod lib. 5. cap. 1. scribat Eleutherium 17. anno M. Aurelii imperatoris Soteri factum esse. Si ergo martyres Gallie in vinculis detenti hoc tempore persecutionis, quæ circa finem imperii M. Aurelii contigit, ad Eleutherium Romanum pontificem Soteris successorem scripserunt, necessum est, Soteri annos 9. sedis non concedere, vel, quod absurdius fuerit, M. Aurelii imperatoris annis annos plures adicere. Accedit, quod hic tres tantum ordinationes fecisse scribatur, adeoque probabile sit, non pluribus quam tribus completis annis duratam pontificatum tenuisse. c Hic constituit, ut nulla monacha pallam saceratam contingeret. Non tantum monachæ, sed etiam diaconis-

(a) Luc. Severi a consulatu &c. (b) Luc. ubi. (c) Luc. 1. (d) Luc. qui etiam. (e) Luc. Junius. (f) Luc. 21. 1. In MS. Soter, & in gignendi cœtu Soteris. Hardulianus.

trem in illo esse loquentem, documentis celestibus, comprobatur, Paulo apostolo attestante, qui ait: *Multifarie, multisque modis olim Deus locutus est patribus in prophetis, novissime autem locutus est nobis in Filio.* Et ut eundem Filium, excepto Patris præcepto, doceam fuisse locutum, ex Isaie prophetæ volumine proferimus documentum: *Hæc dicit dominus: In illa die sciet populus meus, quoniam ego sum ipse, qui loquebar in servis meis prophetis, evangelizans auditum pacis, & ecce adsum.* Item ibi: *Ego sum dominus, qui loquor iustitiam, & annuncio veritatem:* Item ibi: *Ego cogitavi & locutus sum, & creavi, & creavi, & feci.* Et apostolus: *An experimentum queritis ejus, qui in me loquitur Christus.* Et in psal. 118. *Loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebam.* Et ipse dominus in evangelio cæco a te illuminato dicit: *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.* Et Samaritanæ mulieri ait: *Ego sum, qui loquor tecum.* Et ad discipulos: *Verba que ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Et ad Patrem: *Ego ad te venio, & hæc loquor in mundo.* Et iterum Judæis dixit: *Loquor vobis, & non auditis. Si autem venerit alius, illum audietis.* Et iterum: *Hæc locutus est dominus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora ejus.* Ecce in his omnibus, quæ superius dicta sunt, non docetur Filius præcepto Patris fuisse locutus, sed magis proprium exercuisse in loquendo sermonem. Isaïas quoque propheta ait: *Hæc dicit dominus: Ego feci terram sensu meo, & hominem super eam: Ego solidavi cælum manu mea, ego omnibus sideribus mandavi, ut lucerent in cælo.* Item ibi: *Ego omne consilium meum statui, & omnia quæcumque cogitavi, ego feci.* Item ibi: *Sic dicit dominus: Qui constituit cælum & terram, & fecit eam, & fundavit eam.* Item ibi: *Ego primus, & ego in æternum: manus mea fundavit terram, dextera mea solidavit cælum.* Et in Jeremia: *Ego feci terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo excelsio.* Item ibi: *Dominus fecit terram in virtute sua magna, & erexit orbem terræ in sapientia, & prudentia sua extendit cælum, & posuit solidum aquæ in cælo.* <sup>a</sup> *Defendite, carissimi, rogo vos, contra malevolos homines inconcussæ ecclesiæ statum, ut vos Christi dextera defendat in avum. Data Nonis Maii,*

rum statu, impigro vigilem affectu: at si quid usquam reprehensionum invenitur obnoxium, celeri solitudine ab ignorantie imperitia & præsumptionis usurpatione revocemus.

<sup>a</sup> *Sacratas Deo feminas vel monachas, sacra vasa vel sacratas pallas penes vos contingere, & incensum circa altaria deserre, perlatum est ad apostolicam sedem: quæ omnia reprehensione & vituperatione plena esse, nulli recte sapientium dubium est. Quapropter hujus sanctæ sedis auctoritate, hæc omnia vobis resecare funditus, quanto citius poteritis, censuimus: & ne pestis hæc latius divulgetur per omnes provincias, abstergi citissime mandamus.* <sup>b</sup> *Ad eum apostolus: Depondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.* <sup>c</sup> *Illa est enim virgo ecclesia, sponsa unius viri Christi, quæ nullo se patitur errore vel inhonesta reprehensione vitari, ut per totum mundum una sit nobis unius castæ communionis integritas.* <sup>d</sup> *Unde conturgite, carissimi, cum Deo, & assistite, induentes arma spiritus adversus malignantes contra fidem ejus, & probetur spiritus sapienter, id est, verba illorum, si ex Deo sunt.* Scriptum est enim in Jeremia: *Probatores dedi te in populo meo robustum, & scies, & probabis viam illorum.* Multum namque nobis necessaria est vigilantia tanti sacramenti sapientie discretionis, quæ occulta tenebrarum revelat, ad requisitionem hujusmodi rei & scrutationem, quoniam latet quodammodo & absconditur, vixque comprehenditur dolosa exillens malitia, pro eo quod sibi pietatem callide blandiatur, ut valeat scrutantium mentem latere. Quod utique sciens beatus apostolus, ait: *Nam huiusmodi pseudo apostolis, operari subdoli, transfigurant se in apostolos Christi. Sed non mirum, quando ipse satanas transfiguratur se in angelum lucis, si ministri ejus transfigurentur sicut ministri iustitiæ, quorum finis est secundum opera eorum.* Sed & dominus in hoc præmuniens nos, ait: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt impii rapaces.* *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Ergo in idipsum ex toto corde vestro reteritis ante omnia super tali quaestione deprecationem, & dicetis cum David: *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* *Lucerna pedibus meis verbum tuum, &umen semitis meis.* Quoniam, ut ait beatus Daniel propheta: *Sapientia & fortitudo ejus sunt. Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse revelat profunda & abscondita, & novit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & ostendisti mihi que rogavi te.* <sup>e</sup> *Data 10. Kalendas Junii, Cethego & Claro viris clarissimis consilibus.*

Hier. 1.  
Ips. 10.  
Ips. 45.  
Ips. 46.  
1. Cor. 13.  
Ips. 9.  
Ips. 4.  
Ips. 6.  
Ips. 17.  
Ips. 8.  
Ips. 41.  
Ips. 48.  
divulsi, ut finit.  
Jerem. 17.  
S. Leo ep. 21.  
Hæc quæque delirat temporis nota an 162. congruent.

22. diffini. Sacratas Deo feminas vel monachas, sacra vasa vel sacratas pallas penes vos contingere, & incensum circa altaria deserre, perlatum est ad apostolicam sedem: quæ omnia reprehensione & vituperatione plena esse, nulli recte sapientium dubium est. Quapropter hujus sanctæ sedis auctoritate, hæc omnia vobis resecare funditus, quanto citius poteritis, censuimus: & ne pestis hæc latius divulgetur per omnes provincias, abstergi citissime mandamus. Ad eum apostolus: Depondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo. Illa est enim virgo ecclesia, sponsa unius viri Christi, quæ nullo se patitur errore vel inhonesta reprehensione vitari, ut per totum mundum una sit nobis unius castæ communionis integritas. Unde conturgite, carissimi, cum Deo, & assistite, induentes arma spiritus adversus malignantes contra fidem ejus, & probetur spiritus sapienter, id est, verba illorum, si ex Deo sunt. Scriptum est enim in Jeremia: Probatores dedi te in populo meo robustum, & scies, & probabis viam illorum. Multum namque nobis necessaria est vigilantia tanti sacramenti sapientie discretionis, quæ occulta tenebrarum revelat, ad requisitionem hujusmodi rei & scrutationem, quoniam latet quodammodo & absconditur, vixque comprehenditur dolosa exillens malitia, pro eo quod sibi pietatem callide blandiatur, ut valeat scrutantium mentem latere. Quod utique sciens beatus apostolus, ait: Nam huiusmodi pseudo apostolis, operari subdoli, transfigurant se in apostolos Christi. Sed non mirum, quando ipse satanas transfiguratur se in angelum lucis, si ministri ejus transfigurentur sicut ministri iustitiæ, quorum finis est secundum opera eorum. Sed & dominus in hoc præmuniens nos, ait: Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt impii rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Ergo in idipsum ex toto corde vestro reteritis ante omnia super tali quaestione deprecationem, & dicetis cum David: Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lucerna pedibus meis verbum tuum, &umen semitis meis. Quoniam, ut ait beatus Daniel propheta: Sapientia & fortitudo ejus sunt. Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse revelat profunda & abscondita, & novit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & ostendisti mihi que rogavi te. Data 10. Kalendas Junii, Cethego & Claro viris clarissimis consilibus.

EPISTOLA II.  
SOTERIS PAPÆ  
ADEPISCOPOS ITALIÆ:

NOTE SEVERINI BINII.

<sup>c</sup> *Ut nullæ sanctimonialium sacra vasa sacratæ que linteamina consistere aut incensum circa altare deserre præsumant.* <sup>d</sup> *S. Leo ep. 4.*

<sup>e</sup> *Ne feminæ sacra vasa vel sacras pallas contingant vel altaria incendant.*

*Dilectissimi fratribus per Italiae provincias sanctis constitutis episcopis Soter papa.*

**D**ivinis præceptis & apostolicis monitis informamur, ut vos omnium ecclesiæ Concil. General. Tom. I.

<sup>a</sup> *Sacratas Deo feminas.* Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Sixti & Soteria.

XX DE-

a In MS. Cuzgo & Chro. Harduinus.

DECRETA SOTERIS PAPAЕ

Secundum Gratianum, quæ non habentur in prioribus decretalibus epistolis.

*Juramentum malum quod incaute promittitur non est servandum.*

25. quest. 4.  
Si aliquid.  
Ita etiam ceteri collectores.  
Sed eadem causa & questio citatur ex Bedæ homilia 44. in nativitate sancti Joannis.

Si aliquid forte incautius nos jurasse contigerit, quod observatum in peiorem vergat exitum, illud salubri consilio mutandum noverimus, & magis instante necessitate perjurandum nobis, quam pro facto juramento, in aliud crimen majus divertendum.

ALIUD EJUSDEM EX GRATIANO.

*Quisque sacrificans sacerdotem habeat, qui cepta sacramenta expleat, si necessitas ingruerit.*

Zach. 4.  
De consecr. dist. 1.  
Ut illud & 7. quest. 1.  
Illud d. v. n. (1)

Ut illud divini oraculi momentis singuli præcaveant, quo scribitur: *Vae soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem*: summopere verendum est nobis atque cavendum, ne horis illis atque temporibus, quibus Deo psallitur vel sacrificatur, unicuique divinis singulariter officiis insistenti, perniciofa passio, vel quælibet corporis in valetudo occurrat, quæ aut corpus subito subruat faciat, aut mentem alienatione vel terrore confundat. Pro hujusmodi ergo casibus præcaveantes, necessarium duximus instituere, ut tibi temporis vel loci five cleri copia suffragatur, habeat (quisquis ille) canens Deo atque sacrificans, post se vicini solaminis adiutorem, ut si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram eliditur, a tergo semper habeat, qui ejus vicem exequatur intrepidus, & officium inceptum adimpleat. Censuimus ergo convenire, ut cum a sacerdotibus missarum tempore sacra mysteria consecrantur, si ægritudinis accidat quilibet eventus, quo ceptum nequeat expleri mysterium, sit liberum episcopo vel presbytero vel alii, ut consecrationem expleat officii cepti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysteriis competit, quam aut incipientis,

† Hæc deus tenent apud Gratianum.

Aut subsequenti explenda benedictio sacerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur: cum enim unum sumus omnes in Christo, nihil contrarium diversitas format, ubi efficaciam prosperitatis unitas fidei representat. Quod etiam consultum, cuncti ordinis clerici indictum vel indultum esse sibi non ambigant, sed (ut præmissum est in præcedentibus) statim alii pro complemento succedant. Ne tamen quod naturæ languoris causa consulerit, in præsumptionis perniciem convertatur, nullus post cibum potumque, sive quodlibet minimum sumptum, Missas facere, nullusque absque patetis molestiæ proventu minister vel sacerdos, cum cœperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hæc temerarie præsumserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

EJUSDEM DECRETUM  
Similiter ex Gratiano.

*Ut presbyter missam non canet, nisi duobus præsentibus secum.*

Hoc quoque statutum est, ut nullus presbyterorum missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus, sibi que respondentibus, & ipse tertius habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiscum: & illud in secretis, Orate pro me: aptissime convenit, ut & ipsius respondeatur salutationi.

De consecr. dist. 1.  
Hoc quoque. (2)

EJUSDEM ALIUD JUXTA  
Gratianum.

*Etiã in cœna domini sacram communionem debemus accipere.*

In cœna domini a quibusdam perceptio eucharistiæ negligitur, quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis iis, quibus pro gravibus criminibus inhibuitur) percipienda sit, ecclesiasticus usus demonstrat, cum etiam poenitentes eadem die ad percipiendam corporis & sanguinis dominici sacramenta reconciliantur.

De consecr. dist. 1.  
In cœna domini. (3)

C. ANNUM  
CHRISTI  
177.

C. ANNUM  
CHRISTI  
177.

CONCILIIUM HIERAPOLITANUM

*Habitu circa annum Christi CLXXIII.*

Ex nova Collectione Basilicæ.

Auctor libelli synodici narrat sanctam synodum Hierapoli Asia civitate celebratam ab Apollinario urbis illius Episcopo aliisque viginti sex Episcopis ejusdem provincie, abdicasse & extirpasse Montanum & Maximillam pseudoprophetas, simulque cum illis damnasse Theodotum Coriariam. Meminit istius & aliarum synodorum, per ea tempora celebratarum in Asia idem Apollinarius in libro secundo adversus Cataphrygas apud

Eusebium lib. v. eccles. cap. xvi. Nam cum fideles qui in Asia erant, inquit, sæpius & in plurimis Asia locis ejus rei causa convenissent, novamque illam doctrinam examinassent, & prophanam atque impiam judicassent, damnata hæresi isti ab Ecclesia & fidelium communionem expulsi sunt. Deinde addit Montanum & Maximillam, ab insano, ut fama est, spiritu incitatos, laqueo sibi gulam fregisse, atque ita instar pro-

1 Quod verius est ex Concilio Toletano 11. cap. 14. *Mardianus*. 2 Quod est in Concilio Moguntino cap. 45. *Mardianus*.  
3 Quod est in Concilio Cabillonensi secundo cap. 47. an. 813. *Mardianus*.  
4 Hanc Synodum ex libello Synodico averti Labbeus cum aliis promittit ex eodem libello infra pag. 611.

proditoris Jude vitam fuisse. Scio virum doctis-  
simum Henricum Valesium in annotationibus ad  
Eusebium pag. 98. consendere Asterium Urbanum,  
qui paulo post illic commemoratur, auctorem esse  
istorum trium adversus Cataphrygas librorum,  
non autem Apollinarem, eoque nomine traducere  
Kuffinum & Christophorsonum, qui de Apollina-  
re interpretati sunt. Verum hoc clarissimi viri sen-  
tentia revincitur auctoritate ipsius Eusebii; qui  
libro IV. cap. XXVII. recensens lucubrations ejus-  
dem Apollinaris, inter eas numerat libros quos  
scripsit contra Cataphrygarum heresim: idemque  
infra lib. V. cap. XIX. refert fragmentum epistole  
Serapionis Episcopi Antiocheni, in qua detestans no-  
vam Montani prophetiam, ait eam ab Apollinari  
Hierapolitana urbis in Asia Episcopo fuisse da-  
minatam, mittereque se ejusdem Apollinaris re-  
vinctum, id est libros, non vero litteras, ut male hic  
verterunt interpretes. Revincitur etiam auctori-

Asate ejusdem libelli synodici, in quo que de mi-  
serabili morte Montani & Maximilla scribuntur  
apud Eusebium, ad Apollinarem referuntur. Qui  
blaspheme, inquit auctor libelli, utpote a de-  
mone obsessi, sicut idem pater (Apollinaris  
Hierapolitanus) dicit, vitam commutarunt. Ob-  
secrus porro, ut hoc quoque dicam, est locus il-  
le. Quid enim est blasphemie mori? itaque vox  
Asterii, qua usus est auctor, vertenda fuit pro-  
brose, quia suspendum est probrosi & informis  
leti genus. Denique sanctus Hieronymus in libro  
de viris illustribus de hoc ipso Apollinari agens,  
docet eum libros scripsisse ad verum Cataphry-  
gas, qui tunc primum cum Priticilla & Maxi-  
milla insaniebant. Quamquam Hieronymus alibi  
libros istos tribuere videtur Apollonio cuidam viro  
dilectissimo, qui floruit sub Commodo Severoque  
Principibus.

ANNO  
CHRISTI  
179. 177.

ANNO  
CHRISTI  
179. 177.

## V I T A EPISTOLÆ ET DECRETA ELEFTHERII PAPÆ. Ex libro pontificali Damasi Papæ.

**E**leutherius natione Græcus, ex patre **A** abundio, de oppido Nicopoli, **b** se-  
dit annos quindecim, menses tres, dies duos.  
**b** & **ita** **Luc.** Fuit autem temporibus Antonini **b** Commodi,  
usque ad Paternum & Braduam. **c** Hic accepit  
epistolam a Lucio Britannico rege, ut Chris-  
tianus efficeretur per ejus mandatum. Et  
**(a)** **d** hic constituit, ut nulla **esca** (**b**) usualis,  
**c** Paulloal- **c** que tamen rationalis & humana est, quam  
ter in C.H. **Deus** creavit, a Christianis maxime fidelibus  
repudiaretur. Hic fecit ordinationes tres per  
mensem Decembrem, presbyteros duode-  
cim, diaconos octo, episcopos per diversa  
loca quindecim. Qui etiam **e** sepultus est juxta  
corpus beati Petri (**c**), septimo Kalendas  
**d** XVII. Junii. Et cessavit episcopatus dies **d** (**d**) quin-  
decim.

### NOTE SEVERINI BINII.

Eleutherius **a** Eleutherus. ) Anno Christi nati 179. M. Aurelii  
quando sit imperatoris 17. 3. Mali pontificatum auspiciatus, a mar-  
factus pon- tyribus Lugdunenſibus litteras in vinculis de rebus apud  
tifer. eos gestis (quod idem fecerunt Viennenses, ut constat  
Martyrum ge- ex Pii 4. epist. ad Justum Viennensem, de qua supra)  
sta ad pon- scriptas, & per Irenæum Romam delatas, accepit. Mar-  
tionem Re- tificem Re-  
bi solita. clonem, ut est apud Tertullianum de prescript. c. 30.  
cum Valencino adhuc a tempore Aniceti Roma agen-  
tem, sapius conversum, sapius relapsum, & instar ca-  
nis ad vomitum, & suis ad volutabrum luti redeuntem,  
plane ecclesia ejecit. Baron. anno Christi 179. & se-  
quenti.

Tempus sedis **b** Sedit annos 15. menses 3. dies 2. ) Qui anno Chri-  
Eleutherii. sti 179. 5. Nonas Mali pontificatum accipiens, eum  
177. tenuit, usque ad 194. anni 7. Kalend. Junii (qui-  
192. bus, hoc eodem auctore attestante, sepultus est) non  
Concil. General. Tom. I.

nisi 15. annis & 23. diebus sedisse potuit. Ultimum  
annum Eleutherii, & mortem Commodi imperatoris, co-  
llectere cum anno Christi nati 194. hujus chronolo-  
gia maxima laus est, utpote que cum Clementis Ale-  
xandrini computatione temporum accuratissima consen-  
tiat. Hic enim 1. lib. Stromatum supputans tempora,  
ab anno quo natus est dominus, usque ad mortem  
Commodi, annos 194. numerat, eoque Baronii chrono-  
logiam, quam sere per omnia sequimur, præclare admo-  
dum confirmat.

**c** Hic accipit a Lucio Britannico rege epistolam. ) An-  
no domini 183. Lucius Britannorum rex, divino lumine  
illustratus, legatos ad hunc pontificem misit, per  
quos divini verbi ministros aliquos, ac sacerdotes, qui  
populum in fide & moribus instruerent, exire petivit,  
& duos quasi apostolos a pontifice missos, Donatiani  
nimirum & Fugatum, impetravit. Britanniam hoc  
tempore a Romanis nondum totam subactam & in pro-  
vinciam relictam fuisse, sed potius adhuc magnam par-  
tem populi trans murum habitantis regem habuisse, Ba-  
ron. ann. 183. num. 5. ostendit.

**d** Hic constituit, ut nulla esca. ) De hoc decreto,  
vide que dicemus in notis ad epistolam sequentem, in  
qua exstat.

**e** Sepultus est. ) Martyr an confessor, incertum est. Confessores  
in martyrologio appellantur quidem martyres, sed id no-  
men etiam frequenter tributum est confessoribus, ma-  
xime illis qui fides causa cruciatum aliquem sustinue-  
rant, ut probat Baronius in notis pluribus ad marty-  
rologium.

191.

Hujus lo-  
ci tacite est  
apud Chro-  
nol. explica-  
tio.  
Britannia an  
& quando  
& per quos  
ad fidem  
converte.

XX 2

EPI.

(a) Luc hoc iterum firmavit ut (b) in Luc deest usualis sed ita legitur, & si a christianis repudiaretur maxime fidelibus, quod  
Deus creavit, qui tamen rationalis, & humana est. (c) Luc. in Vaticano IX. Kal. (d) Quindecim in Luc.

EPISTOLA I.

ELEUTHERII PAPÆ AD GALLIÆ PROVINCIAS.

De accusatione clericorum, ac defensione.

- I. De efcis irrationabiliter non vitandis.
II. De accusationibus episcoporum, & clericorum.
III. De accusationibus omnium comprovincialium.

Eleutherius episcopus universis ecclesiis, per Gallias provincias domino militantibus, in domino salutem.

Magno munere misericordie Dei, totius ecclesie catholice multiplicata sunt gaudia, cum multis populos ad domini servitium festinare cognovimus.

I.

Qua de re necessarium judicavimus vos instruere, ut eas, quas vitare vos audivimus irrationabiliter, non respiciatis. Scitis, fratres, legislatorem docuisse, omnia que creavit Deus, erant valde bona. Et ipsa per se veritas ait: Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod exit de ore. Unde constat, non debere refulari efcas communes, quas Deus ad cibos tribuit fidelibus suis. Et in actibus apostolorum de mundis efcis legitur ita: Postera autem die iter illis facientibus domesticis, & appropinquantibus civitati, ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam. Et cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus, & vidit caelum apertum, & descendens vas quoddam, velut lentem magnum, quatuor initiis submitti de caelo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentes terrae, & volatilia caeli. Et facta est vox ad eum: Surge, Petre, occide & manduca. Ait autem Petrus: Absit, Domine, quia nunquam manducaui omne commune & immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum est per ter. Et statim vas receptum est in caelum.

II.

De accusationibus ergo clericorum, super quibus consulti sumus, quia omnes eorum accusationes difficile est ad sedem apostolicam deferre, finitiva episcoporum tantum iudicia huc deferantur, ut hujus sanctae sedis auctoritate finiantur, sicut ab apostolis eorumque successoribus, multorum consensu episcoporum, jam definitum est. Nec in eorum ecclesiis alii aut praepnantur, aut ordinentur, antequam hic eorum iuste terminentur negotia. Quoniam quamvis liceat apud provinciales & metropolitanos atque primates eorum ventilare accusationes vel criminationes, non tamen licet diffinire secus quam praedictum

A est. Reliquorum vero clericorum causas apud provinciales & metropolitanos ac primates, & ventilare & iuste finire licet. d Judicantem tamen oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponendi, adiciendique praebita patientia ab eo, ut ibi actio ambarum partium limitata b sit pleniter. c Nec litigantibus d iudex prius sua velit sententia obviare, nisi quando ipsi jam, peractis omnia, nihil habeant in quaestione quod proponant. Et tandem actio ventiletur, quousque rei veritas inveniat. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid praetermissum forte remaneat, quod annecti conveniat. Induciae enim non modice ad inquirendum danda sunt, e ne aliquid praepropere agi a quacumque parte videatur; quia per surpectionem multa proveniunt. Nihil tamen absque legitimo & idoneo accusatore fiat. Nam & dominus noster Iesus Christus Judam furem esse sciebat: sed quia non est accusatus, ideo non est cecidit. Et quidquid inter apostolos egit, pro dignitate ministerii ratum mansit. Nam si leges saeculi accusatores requirunt, quanto magis ecclesiasticae regulae? Docent enim terrena & humana, quae sunt ecclesiastica atque caelestia.

De accusationibus vero comprovincialibus ita legitur esse statutum: Si quis super quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulsandum crediderit in provincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerceat actiones, & nec exstinet eum alibi aut longius ad iudicium protrahendum. Illi vero qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. Caveant etiam iudices ecclesiae, ne absente eo cuius causa ventilatur, sententiam proterant, quia irrita erit, imo etiam & causam in synodo pro facto dabunt. Proditoris vero nec calumnia, nec vox audiat. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere, quam ille, qui iniuriam, ejusque sustinuit nequitiam. Oppressus namque ab omnibus in cunctis subveniat causis. Haec omnia summo opere sunt attendenda. Nec criminatio minorum, quanto magis episcoporum, facile est recipienda, dicente domino: Non sequeris turbas ad faciendum malum. Et alibi: Non suscipias vocem mendacii. Et in Paralipomenon legitur: Omnia corda scrutatur dominus, & omnem cogitationem novit. Homo vero videt in facie, Deus autem in corde. Et alibi scriptum est: Non potest humano condemnari examine, quem Deus suo reservavit iudicio. Igitur omne pondus, & circumstantia adversariorum nocumenta, per patientiam, fratres, comprimere satagite; scientes quia subversus sunt huiusmodi, & delinquant proprio ore damnati. Quia qui fratres accusant vel infestant, non eos diligunt, sed magis negligunt, & peccant, dicente apostolo: Dilectio proximi, malum non operatur.

Et alibi: Qui non diligit fratrem suum, quem non videt; Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Nos enim humiles corde, ad ea quae recta sunt, adiutores domino, sapienter vinculo caritatis vobiscum sumus constricti, & religionem catholicam in omnibus fortiter defendentes, improbis probe resistere non negli-

a. Conrio. Aug. Bar. alitque VV. oraditis adu. toribus.

b. S. Leo ep. 34.

Gen. 1.

Matth. 23.

Act. 10.

Gen. 1.

c. Can. 4. conc. Sard. ornis.

3. quest. 6. Quamvis li. cest.

10. quest. 3. cas. 30. lu. dicitur qd. poter. ubi plura Aut. Constus.

a. Cod Theod. lib II tit 18. const. 2. b. Sumus. Hadr. coll.

c. Anianian. interpretatio ad sup. Const.

3. quest. 3. la. dicit non modice.

e. Felm. II. ep. 1. ca. 10. 3. quest. 1. Nihil contra.

f. Ambrosia. lib. 11. c. 1.

11. quest. 6. Si quis clericus.

g. Hadr. coll. 8. Anianian ad Novellam.

h. Valentinian. & Marcian. neminem exhiberi, &c.

i. quest. 9. Caveat iudices.

k. Vide Cod. Theod. 4. Anianian. interpretaciones.

Exod. 23.

1. Paral. 28.

1. Reg. 16.

1. Conf. M. ad PP. Nic. canes in col. Hadr. c. 11. & 49 ex ed. Ant. Aug. Tit. 3.

1. Conf. M. ad PP. Nic. canes in col. Hadr. c. 11. & 49 ex ed. Ant. Aug. Tit. 3.

1. Rom. 13.

1. Joan. 4.

1. Victor ep. Carthag. ad Theodorum Papat. Con. Later. lib. 5. Martiano consili. 2. anno 649.

1. A Sisto Papa ex Gratiano 3. q. 6. Si quis clericus, ex Ivone par. 6. c. 318 ab Eleuthero, & cap. 119. 2. Felice. Harduini: 2. Gratianus, in summo. Hard. 3. Gratianus, pertrahendum. Hard.

a Polix. III. ep. 1. perturbare

Præ. 10.

b Materno Anno 156. Eleuth. 9. Cof. Triarius Maternus & Aurelius Bradua.

Binnium in pluribus errasse Blondinus arguit.

An hæc epistola sit corrupta?

"Errat hic quoque Binnius, ut pluribus alii docent.

"Hanc prius a pontifice scriptam probare oportet.

An & quomodo linguis ecclesie universalis cura commissæ sit?

gligimus. Unde dictum est: "Negligere enim, cum possis, deturbare perverfos, nihil aliud est, quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinorosi desinit obviare." Hujus rei gratia universalis vobis a Christo Jesu commissæ est ecclesia, ut pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis. Frater autem fratrem adjuvans, emolabitur: & allidens, dissipabitur. Quapropter relevato semper oppressos, corripite inquietos, ut zizania dominicam messem non possit suffocare. Data 5. Idus Julii, Paterno & Bradua viris clarissimis consulibus.

NOTE SEVERINI BINII.

a Epistola. ) Hæc epistola responsoria est ad epistolam Episcoporum ac martyrum Viennensis & Lugdunensis ecclesie in carcere conscriptam. Cuius argumentum hoc est: "Alciades cum prædictis martyribus numeratus, sicut ante, ita etiam in vinculis exemplo Montanistarum, tres quadragesimas & illegitimas xerophagias observantium, vitam duriter & iustere debebat, eoque multos alios fideles offendebat. Consultus igitur hæc de re Romanus pontifex, aliquæ aliarum ecclesiarum episcopi, Eleutherius respondit, ac xerophagias Montani velut illegitimas ac superstitionis condemnat. utpote qui privatus homo, non Paracletus sit, potestatem habens obligandi, ut intendebat, universam ecclesiam ad nova jejunia, novas etiam jejuniorum leges observandas."

b Cum multis populos ad domini servitium seclinare cognovimus. ) Vide quæ scribit Baron. ann. 183. nu. 1. & seqq.

c Ut scias, quas vitare vos audimus irrationabiles, non suspicatis. ) Sicut enim Marcionitas, Encratitas, & Manichæi, de quibus est intelligendus apostolus 1. ad Timotheum c. 4. ita etiam Priscillianistæ, Montani, sectatores, a quibusdam cibis, velut a malo principio conditis, abstinabant. Montanus vero, præterquam quod privata auctoritate tres quadragesimas instituerit, quibus non nisi aridis cibis vescendum esse docuerit, nova jejunia & novam jejunandi modum instituit. Pontifex Eleutherius hæc de re consultus, illorum tanquam superstitionem & blasphemiam tententiam, huius autem velut illegitimas & irrationabiles condemnat, ut patet ex verbo, Irrationabiliter, & verbis sequentibus, Erant valde bona.

d Judicantem tamen oportet cuncta rimari. ) Horum verborum argumento post Constantium etiam Baronius, hanc epistolam existimavit esse corruptam & adulteram, quod ea, quæ de iudiciis in ipsa scribuntur, ex constitutione Constantini & interpretatione ad eam apponitur, quæ in cod. Theod. lib. 2. de iudiciis existit, superaddita, exscripta, & hæc translata videantur. Sed cum eadem infra in epistola decretali Julii papæ ad orientales cap. 31. & in canonibus Hadriani can. 26. verbis prope ipsam referantur, ideoque ipso cod. Theodosiano, qui post tempora Julii papæ compilatus est, antiquiora sint; manifesto constat, hæc de iudiciis constitutionem ab Eleuthero Juliano, a Julio Theodosio, adeoque a pontificibus imperatorem, non contra ab imperatore pontificem hæc aliatque similes constitutiones mutasse, & accepisse. Et consequenter hæc de causa non modo non velut spurium & illegitimum partem ecclesie respiciendum, sed potius tanquam matris germanæ sortum germanum pluribus posterorum pontificum scriptis quasi filiorum vultibus simillimum, ab injuriis inimicorum vindictam obvis amplexibus esse accipiendum & fovendum.

e Hujus rei gratia universalis vobis a Christo Jesu. ) Id est, dum hæretici, quorum hoc tempore magnus numerus erat, universam ecclesiam oppugnant, non modo episcopis, sed unicuique Christiano ejus defendende cura & studium demandata sunt: omnibus enim nobis a Deo præceptum est Eccles. cap. 4. ut pro veritate ac iustitia usque ad mortem certemus. Nec ob eam causam confunditur ordo hierarchicus a Christo in ecclesia institutus. Nam sicut quodlibet membrum corporis suo munere fungens, pro toto corpore laborare dicitur; adeo

ut hæc ex parte totius corporis, non partis tantum cura absque capitis injuria illi commissæ merito dici possit, eadem ratione dixit Eleutherius pontifex, omnibus & singulis membris jure meritoque universalis ecclesie curam commissam. Novantes ergo hunc locum male intelligentes, ante victricem triumphum canunt. Vide Turrianum cap. 6. lib. 2. pro episc. pontif.

EPISTOLA II.

ELEUTHERII PAPÆ

Rescriptum ad Lucium Britanniae Regem.

Quomodo gerere se debeat in Regno Britannia.

Petitissis a nobis leges Romanas, & Cæsaris vobis transmitti, quibus in Regno Britanniae uti voluistis. Leges Romanas, & Cæsaris semper reprobare possumus; legem Dei nequaquam. Suscepistis enim nuper misericordie Divinae in regno Britanniae legem, & fidem Christi. Habetis penes vos in regno utramque paginam: ex illis Dei gratia per consilium regni vestri sume legem, & per illam Dei patientia vestrum rege Britanniae regnum. Vicarius vero Dei estis in regno juxta prophetam regem: Domini est terra, & habitatio ejus, orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo; & rursum juxta prophetam Regem: Dixisti iustitiam, & odisti iniquitatem; propterea unxit te, Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis; & rursum juxta prophetam regem: Deus iudicium tuum. Non enim dixit iudicium, neque iustitiam Cæsaris.

Fili enim regis gentes Christianæ, & populi regni sunt, qui sub vestra protectione, & pace in regno degunt, & consilium juxta Evangelium: quemadmodum Gallina congregat pullos sub alis. Gentes vero Regni Britanniae & populi regni sunt; quos divites debetis in unum ad concordiam, & pacem, & ad fidem, & ad legem Christi, & ad Sanctam Ecclesiam congregare, revocare, fovere, manu tenere, protegere, tegere, & ab invidiosis & malignis & ab inimicis semper defendere.

Va regno, cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Non voco regem, propter parvam, & minimam ætatem, sed propter stultitiam & iniquitatem & insanitatem, juxta prophetam regem: Viri sanguinum. & dosi non dimidiabunt dies suos. Et per comestionem intelligimus gulam, per gulam luxuriam, per luxuriam omnia turpia & perveria & mala. Juxta Salomonem Regem, in malevolism animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

Rex dicitur a regendo, non a regno. Rex eris, dum bene regis: quod nisi feceris, nomen regis non in te constabit, & nomen regis perdes: quod absit. Det vobis omnipotens Deus regnum Britanniae sic regere, ut possis cum eo regnare in æternum, cuius vicarius estis in regno prædicto.

Prodant Utterius de Britann. Eccles. primus cap. VI. sed ipsam iudicat Constant. in appen. ad To. I. h. 4. Rom. Pont. p. 62.

71. 24. do ejus, orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo; & rursum juxta prophetam Regem: Dixisti iustitiam, & odisti iniquitatem; 71. 24. propterea unxit te, Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis; & rursum juxta prophetam regem: Deus iudicium tuum. Non enim dixit iudicium, neque iustitiam Cæsaris.

Mat. 23. 37.

Eccl. 10. 16.

1. Jos. 7. 14.

1. Sal. 1. 4.



ANNO CHRISTI 194. 195.

ANNO CHRISTI 194. 195.

V I T A, EPISTOLÆ ET DECRETA VICTORIS PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

Victor natione Afer, ex patre Felice, b A sedit annos 10. menses 2. dies 10. Fuit autem temporibus (a) Aeli Pertinacis & Severi, a consulatu Commodi quinto & Glabrio- nis, usque ad Lateranum & Rufinum. Hic constituit, ut sanctum pascha die dominica celebraretur, sicut (b) Pius. Hic fecit sequentes clericos. Martyrio coronatur. Et constituit, ut necessitate faciente, ubicumque inventus fuisset (c) quicumque hominum ex gentibus veniens, sive in flumine, sive in mari, sive in fonte, sive in stagno, baptizaretur: tantum Christianæ credulitatis confessione declarata, integer esseretur Christianus. Et c fecit concilium. Et, collatione facta cum presbyteris & diaconibus, accessitque d Theophilo b Alexandriæ episcopo, e constituit, f ut a decima tertia luna primi mensis, usque ad 21. die dominica custodiatur sanctum pascha. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros quatuor, diaconos septem, episcopos per diversa loca numero duodecim. Qui sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, quinto Kalendas Augusti. Et cessavit episcopatus dies 11. (d)

a secunda

b interrogatio facta est de pascha vel de die prima cum Theophilo. c abstant a C H.

mi consensu decreverunt, ut non alio quam die dominico pascha celebraretur. Eusebius lib. 5. cap. 12. d Theophilo Alexandria episcopo. Hunc Theophilum a Victore ad Romanum concilium accessitum fuisse non Alexandrinum, sed metropolitanum episcopum Casares Palæstinæ, testatur Euseb. lib. 5. hist. cap. 22. Quisquis ergo pro Casariense Alexandrinum substituit, erravit. Nam Theophilus Alexandrinus vixit sub Arcadio imperatore.

Quis fuerit Theophilus?

e Constituit ut a decima tertia luna primi mensis usque ad 21. die dominica. f Constituit pascha celebrandum esse dominica proxima lune decimæ quartæ post æquinoctium vernali. Idem statutum est in concilio Nicæno, ut patet ex epistola Constantini ad omnes ecclesias, apud Euseb. lib. 3. de vita Constantini existante: ubi tribus rationibus decreti hujus æquitatem confirmat: quarum prima est, ne communicemus cum Judæis Christi interfectoribus. Secunda, quia par est, ut in tota ecclesia sit una ratio paschatis celebrandi, & pauci orientales Judæizantes, omnibus occidentalibus, plurimisque orientalibus populis & episcopis aliter sentientes, cedant. Tertia est, quia aliter facientes orientales, quandoque, quod factu absurdum est, uno anno bis, quandoque nunquam pascha celebrarent. Interdum enim accidebat, ut id uno anno post æquinoctium & sequente anno ante æquinoctium vernali celebrarent. Vide Bel-larminum lib. 3. de cultu sanct. cap. 12. & ex quæ diximus supra in notis ad canonem apostolorum octavum.

Cur pascha die dominico celebrari debeat

EPISTOLA I. VICTORIS PAPÆ I.

a Hec sequenti vitæ eruditius inspicenda.

AD THEOPHILUM b ALEXANDRIÆ EPISCOPUM. De pascha & baptismo: de accusatione & judicatione episcoporum atque de concordia unanimitatis.

b Casares qd corrigunt ea Bedæ.

- 1. De celebratione pasche & baptisimi. 11. Ne quis incerta judicet. 111. De causis episcoporum terminandis.

Victor Romana ac universalis ecclesia archiepiscopus, Theophilo episcopo & cunctis fratribus in Alexandria domino famulantibus in domino salutem.

Multa mihi gratulatio est, dilectissimi fratres, quod manifeste (sicut optamus) per gratiam Dei lumine evangelicæ claritatis, & ab ecclesia jam magna ex parte perniciosi erroris nocte depulsa, creditæ nobis dispensationis fructus crescit & augmentatur in domino.

S. Leo ep.

NOTE SEVERINI BINII.

194. Quando Victor pontifex in Aus. Theodotizans Patropasiani hæretici qui erat.

a Victor. Anno Christi 194. quæst ultimus Commodi imperatoris ipsius Kal. Junii, Victor natione Afer in locum Eleutherii deuncti subrogatur. Theodotum Byzantium, qui lapsus suum eo ipso detendebat, quod solum hominem Christum, quem Deum non fuisse dicebat, negasset, recte excommunicavit. Sub hujus pontificatu Patropasiani hæretici quorum auctor est Praxeas Montem discipulus, qui Patrem non filium patrum esse dicebant, exorti sunt. Die dominico post vernal æquinoctium pascha celebranda esse multis consensibus deluper habitis iuxta apostolorum traditionem, decrevit, & contumaciter sentientes Akaticos episcopos anathematari subiecit, ita ut eum hanc ob causam Tertullianus tam in hæresim Montani, vel ex invidia, vel ambitione episcopatus Carthaginensis, lapsus, gentilem suam, in pace leonem, in prælio cervum persequentes impiorum tyrannorum subterfugientem calumniose appellaverit. Baronius anno Christi 194. & 190. 193 & 201.

Tempus sedis.

b Sedit annos decem, menses 2. dies 10. Annis postius novem, mense uno, ac diebus 22. Nam 22. die Julii, circa nonam Severi imperatoris martyrium substituit, partim ecclesiasticæ tabulæ, partim Eusebius lib. 5. hist. cap. 27. testatur.

Concilia sub Victore habita.

c Et fecit Concilium. Romanum scilicet, ad quod Theophilum Casarem Palæstinæ metropolitanum accessit. Præter hoc, in eadem hac paschatis celebrandi causa, Concilium Palæstinum a Theophilo, Ponticum a Palma, Gallicum ab Ireneo, Orosiense, Germanicum a Bacchyllo celebrata sunt, quæ omnia unan-

(a) Luc. Casaris Augusti & Commodi secundi & Grævione usque &c. (b) Luc. Eleutherus. (c) sequentia verba Luc. ita legitur, sive in flumine, sive in mari, sive in fontibus tantum Christiano confessione credulitatis clarificata quicumque hominum ex gentibus veniens, ut baptizaretur. Hic fecit ordinationes II per mensem decembrem, presbyteros IV, diaconos VII. Episcopos per diversa loca XII. Hic fecit constitutam ad interrogationem sacerdotum de circulo paschæ, ut dominico paschæ cum presbyteris & facta collatione, & accessit Theophilo episcopo Alexandria facta congregatione ut a XIV. luna primi mensis usque ad XXI. diem dominicam custoditur sanctum pascha. Hic sepultus &c. (d) Luc. XII

I.

De consec. distict. 3. Celebratorem 3. pasche. a Pius & E. leutherius.

Celebratorem sancti pasche die dominica agi debere, & predecessores nostri jam statuerunt, & nos illud vobis eadem die celebrari solenniter mandamus, quia non decet, ut membra a capite discrepent, nec contraria gerant. A quartadecima vero luna primi mensis, usque ad vicissimumprimum ejusdem mensis diem, eadem celebretur festivitas. Eodem vero tempore baptismus celebrandus est catholicus: sed tamen, si necesse fuerit, aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes quocumque loco vel momento, ubicumque e venerit, sive in humine, sive in mari, sive in fontibus, tantum Christiane confessione credulitatis clarificata, baptizentur. Ipsi quoque quod in baptismo polliciti sunt, summopere est attendendum, ne infideles, sed fideles inveniantur. Ipsi vero qui infidelitatis nota atperguntur, infames efficiuntur, atque inter fideles minime reputantur. Hæc vero statuta nulla debent improbitate convelli, nulla novitate mutari: quia alia ratio est causarum secularium, alia divinarum.

b 3. Leo op. 54.

II.

In decret. Ivo. lib. 4. Idior II. syn. 26. quibusdam leviter mutatis.

Audivimus namque, apud vos vestroque diversa judicia fieri, & incerta judicari. Incerta, carissimi, nullatenus judicemus, quoadutque veniat dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quia quamvis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi quæ manifestis indicis comprobantur, nisi quæ manifesto judicio convincuntur, nisi quæ iudiciali ordine publicantur.

III.

Similiter, ea vos judicare, ad apostolicam delatum est sedem, quæ præter nostram vobis definire non licet auctoritatem, id est, episcoporum causas. Unde ita constitutum liquet, ut tempore apostolorum, & deinceps placuit, ut accusatus vel iudicatus a comprovincialibus in aliqua causa episcopus, licenter appellet & a deat apostolicæ sedis pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos, ejus retractari negotium procuret. Et dum, iterato iudicio, pontifex causam suam agit, nullus alius in ejus loco ponatur aut ordinetur episcopus; quoniam quamquam a comprovincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen diffiniti, inconsulto Romano pontifice, permissum est, cum beato Petro apostolo, non ab alio quam ab ipso dictum sit domino: Quacumque ligaveris super terram, erunt ligata & in caelo, & quacumque solveris super terram, erunt soluta & in caelo. Et alibi in institutis legitur apostolicis: Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud patriarcham vel primatem dioeceseos, aut penes universalis apostolicæ ecclesiæ iudicetur sedem. Nihil aliud est, fratres, talis præsumptio, nisi apostolorum suorumque successorum terminos transgredi, eorumque decreta violare. Culpan-

Matth. 16.

d statuta. e Can. 17. Chalced. concilii. In epist. Clementis. 3. quæst. 6. Si quis pot. Be in decr. Sixti II. infra; & similiter infra in decr. Julii: & in dec. Ivo. lib. 4.

Atur enim, ut scriptum est, fratres, quæ alteri circa episcopos judicare præsumunt, quam apostolicæ sedis papæ fieri placuerit. Et quis est qui iudicat eum, quem dominus sibi & huic sanctæ sedi reservari voluit iudicandum. Ait namque dominus per prophetam Isaiam: Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam, & scio quia non confundar. Iuxta est, qui iustificat me: quis contradicit mihi? Stremus simul: quis est adversarius meus? Accedet ad me, ecce dominus Deus meus, auxiliator meus. Quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominum, audiens vocem servi sui? Quis ambulavit in tenebris, & non est lumen? Speret in nomine domini, & innitatur super Deum suum. Ecce vos omnes accendentes ignem, accini estis flammis, ambulatis in lumine ignis vestri, & flammis quas succendistis. De manu mea saltem est hoc vobis. In doloribus dormietis. Audite me, qui sequimini: quod iustum est, & queritis dominum: Accedite ad petram, unde exiisti estis, & ad cavernam laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos, quia unum vocavi eam, & benedixi ei, & multiplicavi eum. Consolabitur ergo dominus Sion, & consolabitur omnes cineres ejus: & ponet desertum ejus quasi deiciat, & solitudinem ejus quasi hortum domini. Gaudium & letitia invenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. Attendite ad me populus meus, & tribus mea me audite: Quia lex a me exiit, & iudicium meum in lucem populorum requiescit. Prope est iustus meus, egressus est iudicator meus, & brachium meum populos iudicabit. Ne iniqui expectabunt, & brachium meum subvertent. Levate in caelum oculos vestros, & videte terram deorsum, quia caeli sicut fumus auferentur, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores ejus sicut hæc interibunt. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. Audite me qui scitis iustum, populus: lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuat. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic decorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generatione generationum. Multus mundus huius illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut veræ caritatis & continentie obtineatur integritas. Dominus enim nullum vult perire, sed omnes salvos fieri. Certus autem sum, vos ad hæc emendanda vel defendenda, domino auxiliante, proficere. Data (a) XIII. Kalend. Augusti, Commodi & (b) Grævione viris clarissimis consulis.

11a. Hier. aut. 10. 11. 12.

11a. 11.

a. S. Leoep. 51. b. S. Leoep. 59.

c. Glabrione. d. quoniam sibi vivere ad huc Fleucherio consularium gellit.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a Theophilum Alexandria episcopum. Hic sub Arcadio imperatore vixit. Itaque ad Theophilum metropolitanum Casareæ Palæstine hanc epistolam scriptam esse, patet ex Eusebio lib. 5. cap. 21: ut supra diximus. b Celebratorem sancti pasche. Apostolica constitutio, de qua supra frequenter confirmatur. c A quartadecima. Die festiæ dominicæ, ut patet ex pontificali libro in vita Victoris. Vide quæ ibi diximus.

EPI-

EPISTOLA II. VICTORIS PAPÆ I.

AD AFROS.

De causis superioribus.

Victor ecclesie Romanae & urbis archiepiscopus, universis episcopis per Africam constitutis, in domino salutem.

S. Leo ep. c. 1

In decreto di. Anati. 90. Perlatum est. l. Cor. 12.

1474. c. 1. v. 5. Hinc dicitur

b. interea. 7. regim.

Matth. 6.

Matth. 5.

Semper enim in æterno a consilio Dei mansit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, sed ordo rerum per dominum nostrum Jesum Christum temporaliter gerendum, dispositione verbi divini sumpsit exordium. Quapropter oportet vos, fratres, unanimes esse, & adminiculum vicissim ferre: in recta ergo fide, & in sacramentis divinis non discrepare, sed concordare esse: quia licet pauci sitis malorum comparatione, si tamen concordare fueritis, facile, auxiliante domino, vestros insidiatores superabitis. Si vero discordes (quod ablit) fueritis, non superabitis, sed superabimini. Perlatum est enim ad sedem apostolicam, aliquos vestrum, nocere fratres velle, & ut cadant, decertare. Similiter in sacramentis discrepare, & ob id contentiones & amulationes inter vos fieri, a quibus dissensionibus vos avertere, & in his omnibus concordare, & opem ferre vicissim, mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis, & vicissim reconciliari non studueritis, ab apostolicæ sedis & totius ecclesiæ communionem vos pelli non dubitatis. Nec attenditis, carissimi, qualiter dominus per Isaiam prophetam talibus comminatus est, dicens: Dominus enim locutus est verbum hoc: Luxit & deflavit terra, & infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitudo populis terra. Et terra interfessa est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutaveruntque, dissipaveruntque sabbatum sempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius: faciemque insipientium cubores eius, & redimantur homines pauci. Luxit & deflavit, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui letabantur corde. Cessavit gaudium tympanorum, quietus sonitus letantium, conticuit dulcedo citbara. Cum cantico non bibent vinum: amara erit portio bibentibus illam. Attrita est civitas vanitatis, causa est omnis domus, nullo introeunte. Ciamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terra, relicta est in urbe solitudo, & calamitas opprimet porta: quia hæc erant in medio terra, in medio populorum, quomodo si pauca olive, quæ remanuerunt, excutiantur ex olea; & racemi, cum fuerit finita vindemia: hi levabunt vocem suam, atque laudabunt: cum glorificatus fuerit dominus, hincient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate dominum, in insulis maris nomen domini Dei Israel. Et dominus in oratione, quam discipulos suos docuit orare, ait: Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. In bonis & iustis hominibus sanctificatur nomen domini, & in malis blasphematur. Et ipsa per se veritas ait: Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet ali-

quid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & postea offeres munus tuum. Nulli vero liceat doctrinam evangelicam deserere, & sacerdotali honore gaudere. Data Kalendis Septembris, Laterano & Rufino viris clarissimis consulis.

EPISTOLA III. VICTORIS PAPÆ I.

VICTOR EPISCOPUS

Desidero Viennensi episcopo salutem.

c. Bar. 28. 198. num. 17. ex Bibl. Floriacensis additamentis. qq. suspecta est non secus acque altera quæ sequitur.

Sicut sancta fraternitas tua a presbyteris, qui apostolos in carne viderunt, erudita est, qui & ecclesiam usque ad tua tempora rexerunt, non decimaquarta luna cum Judæis, sed decimaquinta usque ad vigesimamprimam, pascha catholica ecclesia celebravit. Non enim iam umbram, sed veritatem quæ umbra legis celebratur, querit. Hanc doctrinam Petrus & Paulus instituerunt, ut in azymis sinceritatis, & veritatis pascha ageretur. Qui enim cum Judæis pascha agere volunt, quid nisi umbram diligunt, ut agni carnes non in veritate, sed in umbra figurante manducant? Nec audiunt Joannem Baptistam clamantem: Ecce agnus Dei, ecce qui auferit peccata mundi.

Seis, frater beatissime, opus totius pietatis sexta feria & decimaquinta luna perfectum, quando in cruce clamavit is, per quem factus est mundus, Consummatum est, & vincente luce, umbræ mortis superatæ aufugerunt, & in spem nostræ salutis Centurio confessus est, Filius Dei erat iste. Nusquam Petrus cum Judæis, postquam illis dixit penitentiam agite, quia sanguinem iusti sudistis, nos pascha celebrare docuit. Nusquam Paulus, qui ut Deum lucrifaceret observationes illas legis arbitratus est ut stercora.

Collega beatissime, Christi ecclesiam non in umbra, sed veritate suora solidam petram fundatam doceamus, ut audiamus cum apostolo Petro, Beatus es, Simon filius Joannis, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cælis est. Per tuam ergo fraternitatem presbyteris Galliarum literæ mittantur, ut observent pascha, non cum Judæis negatoribus Christi, sed cum sequacibus apostolorum prædicantibus veritatem Christi. Salutat te collegium fratrum. Saluta fratres qui tecum versantur in domino. Eubolus, qui epistolam fert Viennam, de collegio nostro, tecum vivere & mori paratus est; quem suscipe in domino Jesu Christo. Vale.

Cor. 1.

Jo. 1.

Jo. 17.

Matth. 17.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

1 MS. Romana urbis Archiep. Herd.

## EPISTOLA IV.

## VICTORIS PAPÆ I.

Ex eadem  
Bibliotheca  
Joannis a Be-  
lico.

Victor \* episcopus, Fratri Paracoda episcopo,  
salutem.

Collega noster Dionysius dormiens, te no-  
bis socium in ecclesia Christi reliquit. Vi-  
des, frater, Orientalem ecclesiam propter cele-  
brationem paschæ ab Occidentali disjunctam ef-  
se. Placuit ergo nobis apostolorum sectatori-

Abus, vestris unanimi scribere, ut (cum  
secundum quod scriptum est, *Vetres transferunt*, . . . cu-  
*erit nova facta sunt omnia*;) non tenebras sequa-  
mur, sed lucem, ut advertamus prophetam,  
*Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem* *ysai. 9.*  
*magnam*. Propterea, frater collega in domino,  
doce per ecclesias commissas a decimaquinta  
luna pascha agendum, ut dicat nobis aposto-  
lus; *Pascha nostrum immolatus est Christus*; & *1. Cor. 5.*  
*fuitis tenebra, nunc autem lux in domino*. U- *Ephes 5.*  
nanimitas fraterna te in domino salutatur, fratres  
qui apud te Viennæ veriantur de nobis salu-  
tatur. Vale.

## SYNODUS

## INCERTI LOCI IN GRÆCIA AD CONFERENDUM

Archiepiscopo Seleuciensi jus patriarchicum per totam Assyriam,  
Mediam & Persidem.

Circa exitum sæculi a Christo nato secundi, ut fertur, celebrata.

*Epistola Synodica Patriarcharum Occidentalium, quæ ad Orientales missa est.*

Affmani Bi-  
blioth. Orisp.  
to. III. p. L  
pag. 24.  
Ex nov. sep.  
P. Mand. ta. l.  
pag. 7.

FRatribus & membris nostris Christianis, Bventur. Quemadmodum vero olim Spiritus  
qui in oriente sunt, fratres vestri in Chri-  
sto, cætus pastorum, qui persecutionem pa-  
tiuntur: in Jesu salvatore nostro pax iis mul-  
tiplicetur. Nos etsi indigni, sumus tamen pa-  
tres vestri, qui nostri filii estis, & patrum fra-  
tres qui vobis præiunt. Volumus ergo solvere  
debitum, quod tanquam patres vobis debemus:  
bonas scilicet constitutiones vobis fratribus, fi-  
liisque nostris in Christo sancire: hac præser-  
tim tempestate, qua propter utriusque Imperii  
discordiam persecutio in nos commota est. Nos  
itaque pastores, persecutione quam patimur ad-  
moniti, verbum scripturæ recolimus dicentis:  
tribulationi nullum fore modum, præsertim no-  
stræ, qui Christiani sumus: adeo ut uno tem-  
pore duorum patrum sanguis innocenter effu-  
sus fuit: quæ res universam terram commovit,  
& communi eoque amaro ludu ecclesiam Dei  
in occidente, atque in oriente implevit. Post-  
quam vero illi duo patres, alter ex occidente,  
& ex oriente alter perierunt (ambo enim ad  
fores ecclesiæ Apostolorum urbis Antiochiæ  
suspensi fuerunt) placuit fratribus nostris, atque  
nobis, ne videlicet fratres nostri Christiani qui  
orientem incolunt, orphani remaneant, ut quan-  
documque magnus Metropolitæ, qui Seleuciæ  
in urbe regni Arsacidarum in magna ecclesia  
Cochensî totius orientis principatum tenet, dis-  
cesserit, nullus Metropolitæ Antiochiæ ascen-  
dat ad suscipiendum juxta præsum mores or-  
D dinationem, ne ob regum inter se discordias  
& odia innocens pontificum sanguis in poste-  
rum effundatur, quemadmodum nostra hac æ-  
tate contigit: vidimus enim spectaculum ludo-  
sum, atque terribile; duos nempe Patres e-  
totidem crucibus nudos pendere, proptereaque  
persecutionis tempestatem in oriente, juxta ac  
in occidente fuisse excitatam. Idcirco decrevi-  
mus facultatem concedere, per quam ab effu-  
sione humani sanguinis deinceps immunes ser-  
Cencil. General. Tom. I.

ventur. Quemadmodum vero olim Spiritus  
suffragio, & Apostolorum sorte illi concessum  
est, ut universæ ecclesiæ Dei, quæ illic est, ma-  
gnus Metropolitæ foret, similiter illi tradita est  
potestas, & auctoritas super omnes mundi Me-  
tropolitæ. Quamobrem ejus thronus quatuor or-  
bis Patriarchas subsequitur, tenentes quatuor  
thronos juxta evangelistarum numerum, Mat-  
thæi videlicet, Marci, Lucæ, & Joannis. Da-  
taque itaque illi facultas, ut episcopos ipse in-  
stituatur totius orientis, & ultra, Aisyriæ nimi-  
rum, Mediæ, atque Persidis, & gubernatio-  
nem Christianorum obtineat: universus insuper  
sacerdotum ordo ab impositione manus illius  
procedat. Decedente autem hoc magno Me-  
tropolitæ, ejus successor ab Antiocheno Patriar-  
cha constituatur: quia Spiritus Paraclitus non  
permittit ut filii patrem sibi per impositionem  
suarum manuum generent: sed neque in sæcula-  
ribus potestatibus majores a minoribus creantur.  
Idque ab antiquis patribus nostris definitum fuit,  
juxta illud: minorem a majori benedici oportere,  
sicut Abraham gentium pater benedictionem acce-  
pit a Rege Salem Melchisedeco, sacerdote verita-  
tis, & rege justitiæ, cui Christus secundum huma-  
nitatem suam assimilatus & comparatus fuit. Ea-  
dem de causa nos quoque, quibus credita est magna  
Dei Domus, quæ est Sancta Ecclesia, per jus-  
sionem Dei Patris, & per gratiam Filii ejus  
Jesu Christi, & per concessionem Spiritus Para-  
cliti orando petimus, & per virtutem Sanctæ  
Trinitatis, & per immortale Verbum concedi-  
mus Patriarchalis dignitatis charissima sanctæ se-  
di magni Metropolitæ, quæ est in magna ec-  
clesia Cochensî Seleuciæ, regni Arsacidarum ci-  
vitatibus in oriente. Hic posito consensus, & hoc  
spirituale donum, nempe Patriarchica digni-  
tas custodiatur apud rectores, qui deinceps in  
illa sede collocabuntur, usque ad diem revela-  
tionis Christi: nosque perpetua confessione eisdem  
assentiatur in omnibus, quæ ab ipsis in  
P. y Pa.

Patriarchica gubernatione fient. Interim oramus, ut throni illius rectores, quorum sanguis vivi & vivifici sanguinis Christi Domini participis factus est, quique consortes fieri passionis & resurrectionis ejusdem desideraverunt, ab eodem Christo custodiantur, & liberentur ab omnibus, qui tribulant eos, eorumque judicium ad victoriam perducatur, & forti brachio sustententur, Sanctique Spiritus virtute muniantur, ne coram hostibus suis cadant. Ita quaesumus, Domine, custodi famulis tuis Patriarchis gratiam istam patriarchatus, eosque in ea tenere, nostramque cum illis in hoc negotio consensionem conserva, sicut fœdus fidele, quod cum Abraham, Isaac, & Jacob, & cum universa sancta Ecclesia tua pepigisti. Etiam, Amen. A te, Domine, perfectio, & complementum sit in sæcula. Hic itaque magnus Metropolitæ, qui Patriarchicam dignitatem super orientem accepit, potestatem simul habeat creandi Metropolitæ ubicumque ipsi libuerit, quotque noverit esse necessarios: eos vero ab illo institui oportebit secundum ecclesiasticum morem per suffragium, consensumque duorum episcoporum cum ipso presentium, ut numerus ternarius non minuatur: ponaturque evangeliorum codex super caput ejus, & lectio Petri recitetur, quando cœli, terræque potestatem accepit. Quumque ordinatus fuerit, manum suam Patriarcha super caput ejus imponat, & orationem recitet. Per hunc modum ab ipso ordinentur, & per manus ejus impositionem perficiantur omnes, qui Metropolitanæ dignitatis gratiam susceperunt. Patriarcha autem defuncto congregentur Metropolitæ, & Episcopi, ut per tempus licuerit, & Patriarcha a nobis per manus ipsorum constituatur per virtutem Spiritus Paracliti, & per suffragium nostrum perficiatur ipse Patriarcha gratia, & dono Spiritus Sancti: sciantque ipsum exinde fore spirituales patrem datum in ecclesia per Spiritum Paraclitum. Hæc porro nostris literis significavimus, ut hoc modo hoc negotium peragatur. Omnes vero ecclesiasticæ dignitates infra ipsum sunt, quoniam ipse est omnium pater, & ab eo generantur. Episcopi autem, qui

Metropolitæ suarum provinciarum instituantur, locum episcoporum tantummodo teneant, & orationem faciant in medio fratrum suorum, non tamen illis liceat accedere ad sacerdotum ordinationem, & ad episcopale opus, donec ad patrem potestatum, qui est Patriarcha, accedant, & ab eo perficiantur per concessionem, & epistolam ab ipso acceptam. Quomodo vero ipse pater potestatum Patriarcha jus habeat ad ordinationem Metropolitanæ, & Episcoporum, & ad perfectionem Episcoporum; similiter jus habeat sententias judiciales, & absolutiones, atque abrogationes, & reservationes: quandoquidem illi hæc credita sunt, & circa ea potestatem, auctoritatemque habet. Quicumque autem illo inferiores sunt, nullam in eo potestatem habent secundum divinum mandatum. Quod si aliquam adversus eum causam quispiam habeat, aut quidquam ab illo reperere oporteat, Patriarchæ judicium Patriarchis reservetur, & ab istis ejus causa, non ab ejus discipulis cognoscatur: quia neque ecclesiasticæ leges hæc permittunt, neque leges naturæ. Quod si contigerit aliquando Imperium (Persarum) nobiscum habere pacem, ipsum Imperium (id est ipse Persarum rex) judicium indicat, & de regis mandato Patriarchæ causa decidatur, discipuli autem ejus nullam in eo potestatem in verbo Dei habeant, neque membra, & partes sunt magistris coæquantur, neve dicere audeant se judices illius esse. Hæc statuta a nobis, & per manus nostras vobis, fratres, decreta sunt. Describite illa vobis in tabulis cordis vestri. Eorum memoria sine oblivione apud vos servetur. Univerſa quæ apud nos est ecclesia, vos in Domino salutat.

*Hæc autem epistola a Patriarchis occidentis missa fuit per Agapetum episcopum Beth-Lapeta, qua est sedes Elam. Quam ob causam ipse primus ordinatus, & electus fuit Metropolitæ in terra, & in ecclesia orientis, honoremque consequutus est, ut primus in electione Patriarchæ suffragium ferat. Postrema hæc verba addit Ebedielus Sobienſis episcopus, unde epistola hæc desumpta est.*

## C E N S U R A

### ASSEMANI IN HANC EPISTOLAM.

Suppositionis vitio hanc epistolam laborare, vel id unum evincit, quod dicitur de Primatæ Seleuciæ loc. cit. *Eius thronus quatuor orbis Patriarchas subsequitur, tenentes quatuor thronos: nam titulus Patriarchæ, & numerus quatuor Patriarcharum desumptus est ex canone Arabico Nicæno, ut & sequentia ejusdem epistolæ verba: Hic itaque magnus Metropolitæ, qui Patriarchicam dignitatem super universum orientem accepit, potestatem simul habeat creandi Metropolitæ ubicumque ipsi libuerit, quotque noverit esse necessarios: quæ nullo apice mutato in citato canone Arabico Nicæno leguntur.*

Hæc aliaque argumenta, quæ hic brevitatis causa missa facio, suadere mihi videntur, hanc epistolam, ex canonibus Nicænis, quos Arabicos vulgo appellamus, promanasse. Quum enim in illi de dignitate Primatæque Seleuciensis ecclesiæ quadam statuta reperiantur, ea statim Nestoriani arripuerunt, (ut rectè advertit Renaudotius tom. 1. Lit. Orient. pag. 367.) atque eo adminiculo antiquitatem catholicorum suorum ad Nicæna tempora (imo longe antea) promoverunt: qui conatus inuis plane futurus apud antiqua historia peritos viros fuisset, sed apud ignaros ecclesiasticarum originum, quales tunc erant orientales Christiani, successu non caruit. Hinc primo adificio ex fictis, & inconditis narrationibus fastigium impostum est, ut ecclesiæ Nestoriana, Seleuciensis Apostolicae successioni conjungeretur; & ab Antiocheni throni jurisdictione exempta pari cum illo auctoritatis, dignitatique prerogativa, Patriarchali scilicet, cumlaretur.

Fateor, a primis ecclesiæ sæculis Seleuciensem Præulem in oriente, hoc est, in Assyria, & Ba-

& Babyloniam Primatum, sub Antiocheno tamen Patriarcha, tenuisse, ut liquet ex adis synensis Martyrum orientalium, & ex Sozomeni historia ecclesiastica, in qua S. Simeon Archiepiscopus diserte appellatur. Id enim Archiepiscopi titulus per ea tempora significabat, quod postea Catholici & Patriarcha nomen a Seleuciensibus episcopis usurpatum. At neque Syrorum, neque Græcorum, Latinorumque scriptor ullus antiquus literis consignavit Patriarchalem dignitatem Seleuciensi episcopo a reliquis Patriarchis concessam, aut hunc a potestate Antiocheni Antistitis absolutum. Hoc purum putum est Nestorianorum commentum, qui quum ab Ecclesia catholica, & a Patriarchæ Antiocheni obedientia defecissent, privilegium illud excogitarunt, quo defectionem suam cohonestarent. A Nestorianis decepti Jacobitz eadem de eo privilegio tradunt. Hinc Barhebræus quum orientales dixisset ab Episcopo Antiocheno privilegium obtinuisse, ut quum eorum caput (idest Metropolita, Seleuciensis) obisset, ipsi manum eiusto imponerent, ne pergens amplius Antiochiam opus haberet, subiungit de Antiochenæ Dicecefeos episcopis loquens: & Syllaticon quidem hac de re scripsere, utque magnus ille orientis Metropolitæ, Catholici, & Patriarchæ nomine decoraretur. E re scilicet Jacobitarum erat, fabulam illam a Nestorianis confictam tamquam Delphicum oraculum amplecti, quod suos ipsi quoque Maphrianos haberent, quos veluti legitimos Seleuciensium episcoporum successores jactant: & Barhebræus ipse, eisi aliis in rebus diligens fabularum confutator esse soleat, in hac tamen narratione, a qua tota sua dignitas pendebat (fuit enim Maphrianus) scrupulum nullum movit.

Sed quis hanc epistolam excogitavit? si recte conjicio, Josephus fuit Nestorianorum Patriarcha, qui sub Chosroë, Persarum rege, anno Christi 552. electus, tribus post annis dignitate amotus, obiit anno 566. ut ex Anno, & Barhebræo dixi tom. 2. pag. 413. Hic enim, eodem Barhebræo teste, postquam depositus fuit, epistolas nonnullas temporibus Papæ, qui eandem depositionis sententiam ab episcopis acceperat, scriptas continxit, inter quas & illam fuisse, de qua hic sermonem institimus, haud improbabilis est conjectura. Extant epistole consistoria (inquit Barhebræus de damnatione Papæ tom. cit. pag. 398.) a S. Jacobo Nisibeno & a S. Ephrem ad hunc Papam conscriptæ ob dextera ejus impedimentum, quibus episcopos reprehendunt, quod in ipsum temerario ausu insurrexissent. Nonnulli vero existimant, Josephum Catholicum, quum ab episcopis damnatus esset, eas epistolas composuisse.

ANNO  
CHRISTI  
198. aut cir-  
citer.

## CONCILIA ALIQUOT

De Paschatis observatione, sub Victore pontifice habita.

### CONCILIIUM ROMANUM.

Hoc concilium habitum est Romæ, anno A 14. lunam & vernalæ æquinoctium occurrente, domini 198. imperatoris Severi quarto, prout ab apostolis traditum est, celebrandum esse. Euseb. libro 5. eccl. hist. cap. 22. liber vocatus huic interfuit. Victor pontifex eidem pontificalis in vita Victoris. Actum in hoc præfuit. Decretum est, pascha, non 14. luna concilio nihil extat. primi mensis, sed potius die dominico post

### CONCILIIUM PALÆSTINUM.

Tempus, locus & causa concilii.

Eodem anno Christi nati, & Severi imperatoris, auctoritate Victoris Romani pontificis, Cæsareæ in Palæstina, Theophilus Cæsariensis metropolitæ episcopus hoc concilium coegit, quo de tempore paschatis celebrandi idem constitutum est, quod præcedente & sequentibus quibusdam aliarum provinciarum conciliis, nimirum, nequaquam licere Christianis decimaquarta die primi mensis pascha celebrare. Euseb. prædicto loco. Huius fragmentum plane aureum extat apud Bedam de æquinoctio vernali: estque inde huc translatum. Verba concilii hæc sunt.

Fragmentum concilii Palæstini extans apud Bedam.

Papa Victor Romanæ urbis episcopus, direxit auctoritatem ad Theophilum Cæsariensis Palæstinae antistitem, ut quo modo pascha recto jure a cunctis catholicis celebraretur ecclesis, inibi fieret ordinatio, ubi dominus & Salvator mundi fuerat in carne versatus. Percepta itaque auctoritate, prædictus episcopus, non solum de sua provincia, sed etiam de diversis regionibus omnes episcopos evocavit. Ubi cum illa multitudo sacerdotum convenit; tunc Theophilus episcopus protulit auctoritatem ad se missam Victoris papæ; & quid sibi operis fuisset injunctum, ostendit. Tunc pariter omnes episcopi dixerunt: Nisi prius, quomodo mundus fuerit a principio, investigetur, nihil potest de observantia paschæ salubriter ordinari. Dixerunt ergo episcopi: Quem credimus factum fuisse in mundo primum, nisi dominicum diem? Theophilus episcopus dixit: Probate quod dicitis. Responderunt episcopi secundum scripturæ auctoritatem: Factum est vespere & mane dies primus: deinde secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus: in quo festo.

Y y 2

pti-

ANNO  
CHRISTI  
100

anni

De tempore  
& mandatis  
sionac.

Gen. 1.

Gen. 1.

an. con-  
cretam.

Gen. 1.

De die do-  
minico.

primo requievit Deus ab omnibus operibus suis: quem diem sabbatum appellavit. Ergo cum novissimum diem signet sabbatum, quis potest esse primus, nisi dominicus dies?

Theophilus episcopus dixit: Ecce de die dominico, quia primus sit, probastis; de tempore autem quid dicitis? quatuor enim mundi tempora accipiuntur, ver, æstas, autumnus, & hyems. Quod ergo tempus primum factum in mundo? Episcopi responderunt: Verum. Theophilus episcopus dixit: Probate quod dicitis. Et illi responderunt: Scriptum est: *Germine terra sarni herbam secundum genus suum, & lignum fructiferum ferens fructum suum: hoc autem temporibus veris accipitur.* Theophilus dixit: In quo loco caput mundi esse creditis: in principio temporis, aut in medio tempore, aut in fine? Episcopi responderunt: In æquinoctio, octavo Kalendarum Aprilium. Theophilus episcopus dixit: Probate quod dicitis. Et illi responderunt: Scriptum est, *quia fecit Deus lucem, & vocavit Deus lucem diem: & fecit tenebras, & vocavit Deus tenebras noctem: & dixit inter lucem & tenebras æquas partes.* Dixit Theophilus: Ecce de die & tempore probastis: de luna quid vobis videtur: utrum crecentem, an jam plenam, an imminutam a Deo fuisse consecratam? Episcopi responderunt: Plenam. Et ille: Probate quod dicitis. Responderunt: *Et fecit Deus duo luminaria magna, & posuit ea in firmamento cæli, ut luceant super terram: luminare majus in inchoationem diei, luminare minus in inchoationem noctis.* Non poterat aliter, nisi esset plena. Nunc ergo investigavimus quomodo in principio factus fuerit mundus, id est die dominico: verno tempore, in æquinoctio, quod est, octavo Kalendarum Aprilium, luna plena: per ipsum tantummodo tempus & elementa resur-

Theophilus dixit: Nunc igitur agendum est de ordinatione, quomodo debeamus pascha tenere. Episcopi dixerunt: Numquid potest dominicus dies præteriri, ut in eo pascha mini-

me celebretur, qui tot & talibus benedictionibus sanctificatus est? Theophilus episcopus dixit: Dicite, ergo, quibus & qualibus benedictionibus eum esse sanctificatum asseritis, ut scribere possimus. Episcopi dixerunt: Prima illi benedictio est, quia in ipso tenebræ sunt remotæ, & lux apparuit. Secunda est illi benedictio, quod de terra Egypti velut de tenebris peccatorum, quasi per fontem baptismi, per mare rubrum populus fuisset liberatus. Tertia illi benedictio est, quia eodem die cælestis cibus, manna hominibus datum est. Quarta illi benedictio est, qua Moyses mandat ad populum: *Sit vobis observatus dies primus, & novissimus.* Quinta illi benedictio est, ut in psal. 117. dicit: *Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis, &c.* De resurrectione enim domini dicit: *Hæc est dies, quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea,* usque ad cornu altaris. Sexta illi benedictio est, quod in ipsa dominus resurrexit.

Vides ergo, quia dies resurrectionis dominicus singulariter in pascha teneri possit. Theophilus dixit: De tempore autem ad Moysen mandatum est a domino: *Hic mensis eris vobis initium mensum: Pascha facite in eo.* Omnes ergo triginta dies a domino consecrati sunt. Episcopi dixerunt. Jam superius dedimus responsum, Principium mundi esse æquinoctium, 8. Kalendarum Aprilium; & ab 8. Kalendarum Aprilium, usque ad 8. Kalendas Majas, legimus esse consecratos. Theophilus dixit: Ecce impium non est, ut passio dominica, tantum sacramenti mysterium, extra limitem excludatur? Passus namque dominus ab 11. Kalendarum Aprilium, qua nocte a Judæis traditus est, & ad 7. Kalendas resurrexit. Quomodo ergo tres dies extra terminum excluduntur? Omnes episcopi dixerunt: Nulla ratione fieri debet, ut tantum sacramentum extra limitem excludatur: sed hi tres dies intra terminum inducantur, & desuper retrahere constitutum est. *Huculque Beda.*

ANNO  
CHRISTI  
100Confirmatio  
di. aorum.

Euseb. 12.

## IDEM CONCILIUM PALÆSTINUM,

seu potius Casariense ex nova Baluzii Collectione.

**H**ic temporibus gravi controversia exorta, ut Eusebius ait in libro quinto historia ecclesiastica. eo quod omnes per Asiam Ecclesia vetusta quadam traditione nixa, quatuordecima luna sanctis Pasche festum diem celebrandum esse censebant, eaque omnino luna, in quocumque demum diem septimana incidisset, finem jejuniis imponendum esse statuebant, cum tamen relique totius orbis Ecclesia alio more uterentur, ut scilicet non alio quam resurrectionis dominice die jejunia solvi liceret, synodi ob id cæsusque Episcoporum convenire, atque omnes uno consensu ecclesiasticam regulam universis fidelibus per epistolas tradiderunt, ne videlicet nullo alio quam dominico die mysterium resurrectionis Domini unquam celebraretur, utque eo duntaxat die paschali jejuniarum terminum observemus. Congregata igitur ob eam causam synodo Episcoporum Palæstina, cui præsidebant Theophilus Casaræ Palæstina Episcopus & Necessus Hierosolymitanus, intererat au-

tem etiam cum illis Cassius Tyri & Clarus Ptolemæidis Episcopi & alii quidam, literas quaquaversum scripserunt, quibus decretum suum de die Paschatis universis Ecclesiis significaverunt. Exstat apud Eusebium postrema pars earum literarum, qua sic habet. Date operam ut epistolæ nostræ exemplaria per omnes Ecclesias mittantur, ne nobis crimen impudent qui animas suas a recto veritatis tramite facile abducunt. Illud etiam vobis significamus, eodem quo apud nos die, Pascha Alexandria celebrari. A nobis cum ad illos & vicissim ab illis ad nos literæ perferantur, ita ut uno consensu & simul sacrosanctum peragamus diem. Eiusdem epistolæ cum laude meminit Hieronymus in libro de viris illustribus. Theophilus, inquit, & Casaræ Palæstina, quæ olim Turris Stratonis vocabatur, Episcopus sub Severo principe adversus eos, qui decimaquarta luna cum Judæis Pascha faciebant, cum ceteris Episcopis synodicam & valde utilem composuit epistolam. Epistola illa

nunc

ANNO  
CHRISTI  
194.

quæ non extat, sed tantum vetus quedam Philippi<sup>1</sup>, ut præfert editio Bucherii, narratio de gestis in hoc Concilio, quam multo diversam, ac, ut arbitror, sincerioris editionis inveni in vetustissimo codice MS. monasterii sancti Galii in Helvetia, & in vetustissimo item codice MS. bibliotheca Colbertina, & quam in veteri quoque codice Anglicano extare accepi a viro docto. Hanc narrationem Rhabanus Abbas Fuldenfis, qui ejus epitomen legerat apud Bedam in libro de vernali equinoctio, putavit esse ipsammet epistolam synodicam, quam Theophilus Casariensis una cum ceteris Palestina Episcopis scripsit adversus eos, qui quatuordecima luna cum Judæis Pascha celebrabant, ut patet ex capite LXIV. libri de computo. Sane acta illa synodi Casariensis, qua extant, ut dixi, apud Bedam nonnullis illegitima ac spuria visa sunt, ab aliis, & quidem viris eruditissimis, pro veris ac genuinis recepta. Utinam se res habeat, cum ea nondum edita sunt cujusmodi leguntur in antiquis libris, visum est heic edi debere. Sic ergo habent.

Cum omnes Apostoli ex hoc mundo transissent, per universum orbem divisa erant jejunia. Nam omnes Galli unum diem anniversarium VIII. Kal. April. Pascha celebrabant dicentes: Quid vobis est ad lunæ computum cum Judæis facere Pascha? Sed sicut Domini natalem, quocunque die venerit, VIII. Kalend. Januarii, ita & VIII. Kalend. Aprilis, quando resurrectio traditur Christi, debemus Pascha tenere. Oriëntales vero, sicut historia Eusebii Casariensis narrat, quocunque die mense Martio quartadecima luna evenisset, Pascha celebrabant. In Italia autem alii plenos quadraginta dies jejunabant, alii triginta. Alii dicebant septem diebus, in quibus mundus concluditur, sibi sufficere jejunare. Alii quia Dominus quadraginta diebus jejunasset, illi horas quadraginta deberent. Cum hæc ergo talis diversitas esset observatio, mæror erat sacerdotum, quod ubi erat una fides, dissonarent jejunia. Tunc Papa Victor Romanæ urbis Episcopus direxit ut daret auctoritatem ad Theophilum Casariensem Palestinæ provinciæ Episcopum, quia tunc non Hierosolyma metropolis videbatur, ut inde paschalis ordinatio proveniret, ubi Christus fuisset in corpore versatus. Accepta itaque auctoritate Theophilus Episcopus videns tantum sibi opus fuisse injunctum, quod in mundi observationem transmitteretur, non solum suæ patriæ, sed & de vicinis provinciis omnes Episcopos & sapientes viros ad Concilium evocavit. Cumque grandis illa multitudo sacerdotum vel sapientium virorum in omnibus scripturis spiritualibus erudita in unum fuisset collecta, tunc protulit Theophilus Episcopus auctoritatem ad se directam Papæ Victoris, & quid sibi operis esset injunctum patefecit. Tunc pariter omnes dixerunt: Primum nobis inquirendum est quomodo in principio mundus fuerit factus. Et cum hoc fuerit diligentius investigatum, tunc poterit ex eo paschalis ordinatio salubriter provenire. Dixerunt ergo Episcopi: Quem diem primum credimus creatum in mundo? Responderunt: Dominicum: Theophilus Episcopus dixit: Quomodo potest probari quod primus dominicus sit dies factus?

Responderunt Episcopi: Dicente scriptura: Et factum est vespere & factum est mane dies primus. Inde secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, & septimus, in quo requievit ab omnibus operibus suis, quem diem sabbatum appellavit. Cum ergo novissimus sit sabbatum, quis potest esse primus nisi dominicus? Dixerunt: Sic est, & aliter non est. Theophilus episcopus dixit: Ecce de die dominico, quod primus sit, probastis. De tempore quid vobis videtur? Quatuor enim tempora in anno accipiuntur, ver, æstas, autumnus, & hyems. Quod ergo tempus credimus primum in mundo factum? Episcopi responderunt: Vernum. Theophilus Episcopus dixit: Probate quod dicitis. Et illi responderunt: Dicente scriptura: *Germinet terra herbam sani secundum genus suum, & lignum fructiferum faciens in se fructum.* Hæc enim verno tempore videmus fieri. Theophilus Episcopus dixit: Verum est. Et adjecit: Quoniam tribus mensibus vernum tempus accipitur, quo loco mundi caput esse credimus, in principio, an medio loco, an in fine? Episcopi dixerunt: In æquinoctio, id est, VIII. Kalend. Aprilis. Theophilus dixit: Probate quod dicitis. Et illi responderunt: Dicente scriptura. *Et fecit Deus lucem, & lucem vocavit diem, & fecit Deus tenebras, & tenebras vocavit noctem. Et divisi sunt Deus inter lucem & tenebras aquas partes.* Theophilus dixit: Est verum. Ecce de die vel tempore probastis. De luna quid vobis videtur? Quomodo dicimus fuisse creatam a principio, plenam, an minuentem? Episcopi responderunt: Plenam. At ille dixit: Probate quod dicitis. Episcopi responderunt: Scriptura divina dicente: *Et fecit Deus duo luminaria magna & posuit ea in firmamento cæli, sic ut luceant super terram.* Luminare majus inchoationem diei, & luminare minus inchoationem noctis, quæ tota nocte luceat super terram, non potuit esse aliter nisi plena. Theophilus dixit: Sic est verum. Ergo quomodo fuisset creatus mundus inveniamus. Responderunt: Die dominico, verno tempore, æquinoctio, hoc est, VIII. Kal. Aprilis, & luna plena. Episcopi dixerunt: Sicut in principio mundus creatus est, per ipsum tempus etiam per resurrectionem dominicam redemptus est a peccato. Resurrexit itaque Dominus noster Jesus Christus die dominico, verno tempore, in æquinoctio, luna plena. Per ipsum tantummodo tempus elementa consurgunt. Theophilus dixit. Ecce investigavimus quomodo in principio factus est mundus, vel a peccato redemptus. Nunc de observatione Paschæ agendum est, quo die, aut quo tempore, vel luna, Pascha debeat ordinari. De die dominico quid vobis videtur? Episcopi dixerunt: Numquid potest dominicus dies præteriri ut in eo pascha minimè celebretur, qui tot ac talibus benedictionibus sanctificatus est. Theophilus Episcopus dixit: Quibus aut quantis benedictionibus apertius dicite, ut scire possimus quas sanctificationes in eo asseritis, ut scribere possimus. Episcopi dixerunt. Prima illa benedictio est, quod in ipso tenebræ remotæ sunt, & lux apparuit. Secunda, quod populus Israel ex Ægypto tenebrarum velut per baptismum fontis per

<sup>1</sup> Sive Theophili potius Alex., ut suspicatur Michael le Quien in panoplia adversus schismata Græcorum sub Altamara nominæ edita p. 21.



per mare rubrum de duro servitio fuerit liberatus. Tertia, quia mandat Moyses ad populum & dicit: Observatus sit vobis dies primus & novissimus, hoc est, dominicus & sabbatum. Quarta, quia centesimus decimus septimus psalmus totus de passione & resurrectione cantatur. De passione: *Circumdantes circumdederunt me, & in nomine Domini vindicabor in eis. Circumdederunt me sicut apes favum, & exarserunt sicut ignis in spinis. Et interjectis versibus: Lapidem quem reprobaverunt edificantes, hic factus est in caput anguli. Hæc de passione. De resurrectione autem dicit: Hoc dies quam fecit Dominus. Exultemus & letemur in eo. Et interjectis versibus: Constitui te diem solemnem in condensis frequentantibus in cornu altaris. Dixerunt sic esse verum ut die dominico Pascha celebraretur, quia & tantis benedictionibus sanctificatus est, ut in eo die Dominum nostrum Jesum Christum a mortuis manifestum sit resurrectisse. Theophilus dixit: Ecce constitutum est de die dominico. De tempore quid vobis videtur? Responderunt: Numquid aliter intelligi potest, nisi quod in divina scriptura prænitium est, dicente per Moysen: *Hic mensis erit vobis initium mensium. Pascha facitote in eo.* Non dixit in prima die mensis, aut decima, aut vicesima; sed totos triginta in Pascha sanctificavit. Theophilus dixit: Qui sunt hi triginta dies? At illi responderunt: Jam autem*

diximus principium mundi esse æquinoctium. Ab octavo enim Kal. Aprilis usque ad octavum Kal. Maii, hi sunt triginta dies in Pascha sanctificati. Theophilus Episcopus dixit. Et impium non est ut illi tres dies passionis dominicæ foras terminum excludantur, id est, xi. Kal. Aprilis, quinta feria, quod cæna Domini vocatur, qua cum discipulis suis discubuit, quando & Judæ prædixit quod ab ipso esset tradendus? quod constat fuisse impletum. Paschus namque est Dominus ab undecimo Kalendas Aprilis, qua nocte a Judæ est traditus, & ad octavum Kalendas Aprilis resurrexit. Quomodo ergo hi tres dies extra terminum excludantur? Dixerunt omnes non esse verum ut foras limitem passio mittatur, sed introducantur hi tres dies in ordine paschali, & de novissimo reducantur. Et ita statutum est in illo Concilio, ut nec ante xi. Kal. Aprilis, neque post xi. Kal. Maii fieri debeat Pascha. Theophilus dixit: Ecce de die vel tempore statutum est. De luna quid vobis videtur? Responderunt. Similiter & de luna præceptum divinum servetur, dicente Moysen: *Et sit vobis observatio a quatuordecima usque primam & vicesimam lunam.* Has octo lunas in Pascha fuisse consecratur. Quando ergo intra illum terminum statutum dies dominicus & luna una ex his octo convenerit, Pascha nobis iustum est celebrare.

CONCILIUM PONTICUM.

**E**odem tempore, & ob eandem causam in Ponto a Palma hoc concilium provinciali celebratum est, & de paschatis observatione, idem quod præcedentia, definiuit. Eusebius prædicto loco, Acta non extant.

CONCILIUM GALLICUM.

**H**uic ob prædictam quæstionem & controversiam paschatis habito in Galliis concilio, Irenæus circa prædicta tempora præfedit: constituit autem in hac causa, quod superius descripta concilia decreverunt. Eusebius prædicto loco. Hujus, sicut & præcedentium, Acta interierunt.

CONCILIUM IDEM GALLICUM, SEU POTIUS LUGDUNENSE

EX NOVA BALUZII COLLECTIONE.

**P**ars huius synodi mentio extat in vulgatis editionibus Conciliorum, quod aut non inadvertenter editores extare apud Eusebium fragmenta epistolæ synodice ad Victorem Papam scriptæ, vel existimaverint epistolam Irenæi Episcopi Lugdunensis ad eundem Papam, cujus sunt hæc fragmenta, non esse scripturam publicam, sed privati domini. Verum nuper vir doctissimus Henricus Valesius in annotationibus ad librum quintum historię ecclesiasticæ Eusebii cap. xxiv. adnotavit fragmenta illa vere esse ex epistola synodica Episcoporum Gallie, argumento sumpto ex capite xxiiii. ejusdem libri, in quo Eusebius enume-

Drans epistolas synodicas tum scriptas occasione controversie de Paschate, ita scribit: Epistola quoque Ecclesiarum Gallie extat, quibus præerat Irenæus. Assensior enim eidem viro clarissimo, qui epistolam illam putat non esse diversam ab ea, quam Eusebius in capite sequenti tradit, ab Irenæo scriptam esse ad Victorem ex persona fratrum, id est, Episcoporum Gallie, existimans proinde referri illam debuisse inter Concilia Gallie; ut olim monui, inquit, Jacobum Sironidum virum doctissimum. Itaque visum est referri hoc loco debere hæc fragmenta epistolæ synodice, prout extant apud Eusebium.

INTERPR. RUFFINO.

Denique extant ipsorum litteræ, quibus asperius oburgant Victorem, veint inutiliter Ecclesie commodis consulentem. Nam &

Φέρονται δὲ καὶ αἱ τῶν ποιητῶν, πληκτικώτερον καὶ διαπορευόμενον τὸ βίβλητος. Ἐν οἷς καὶ ὁ εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὧν

INTERPR. VALESIO.

Extant etiamnum eorum litteræ, quibus Victorem acerbius perstringunt. Ex quorum numero Irenæus in epistola quam scripsit

1. Hoc idem cum Asiatico Synodici, de quo infra p. 727.

Hoc idem et Lugdunense Synodici, de quo infra pag. 726.

C. ANNUM  
CHRISTI  
197

Irenaeus cum ceteris quibus praerat Galliarum Episcopi scribens, confirmat quidem ut in dominica die resurrectionis Domini mysterium celebratur, Vestrem tamen arguit quod non recte fecerit, abscindere a corporis unitate tot & tantas Ecclesias Dei, quae morem sibi antiquitus traditum custodirent. Sed & de multis aliis commonet per haec verba. Non solum, inquit, de die Paschae agitur controversia, sed & de ipsa specie jejuniorum. Quidam enim putant una tantum die observari debere jejunium, alii duobus, alii vero pluribus; nonnulli autem etiam quadraginta, ita ut horas diurnas nocturnasque computantes, diem statuunt. Quae varietas observantiae non nunc primum neque nostris temporibus coepit, sed multo ante nos, ex illis, ut opinor, qui non simpliciter quod ab initio traditum est tenentes, in alium morem vel per negligentiam vel per imperitiam postmodum decidere. Et tamen nihilominus omnes isti, etiam cum in observantia variarent, inter semetipsos & nobiscum pacifici fuerunt semper & sunt, nec dissonantia jejunii fidei consonantiam rupit. Post haec inserit etiam historiā quamdam, quae pro sui opportunitate nec a nobis debet omitti. Denique ait. Et illi omnes ante Soterem Presbyteri qui Ecclesiae, cui tu nunc praees, sacerdotium tenuerunt, Anicetum dico & Pium Hyginumque & Telephorum & Syxtum, neque ipsi ita tenuerunt, neque hi qui cum ipsis erant. Et tamen cum ipsi ita non observarent, pacem semper habuerunt cum illis Ecclesiis quae hunc observantiae morem tenebant, cum utique & ipsis contrarium videretur quod non cum ipsis etiam ceteri similiter observarent. Numquam tamen ob hoc repulsi sunt aliqui ab Ecclesiae societate, aut venientes ab illis partibus non sunt suscepti: immo potius & omnes Presbyteri qui fuerunt ante te, omnibus semper qui non ita observabant Presbyteris Ecclesiarum eucharistiam solemniter transmittabant. Beatus autem Polycarpus cum ad urbem Romam venisset sub Aniceto, cumque de aliis nonnullis parum quid habuissent inter se, statim tamen coissent in pace, de hac quaestione ita egerunt ut non uniusquique sententiam suam

ἔρχετο κατὰ τὴν γαλλικὴν ἀδελφῶν ἐπιστάλας, παρῆσαντι μὲν τῷ θεῖν ἐν μὲν τῇ ἡμερᾷ τῇ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἐπιπέλειομαι μυστήριον· τῷ γὰρ μὲν βίκατος ἀποστολῆτος ὡς μὴ ἀποκόπτει ὅλας ἐκκλησίας τοῦ ἀρχαίου ἰθους παραδοσῆν ἐπιτηρώσας, πλείστα ἐπιτηρωμένοι. καὶ αὐτοῖς δὲ ῥήματα τῆς ἐπιλήθων. ἡδὲ γὰρ μόνον αὐτῆς τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τοῦ εἶδους αὐτῆς τῆς νηστείας, οἱ μὲν γὰρ αἰσθάνονται μὴ ἐν ἡμέραν θεῖν αὐτὸς νηστεῖν. οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας: οἱ δὲ ποσάρονοντο ὡς ἡμερᾶς τε καὶ νυκτερινῶς συμμειψῆσαι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. καὶ τιακτὴ μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρωμένων· οἱ γὰρ ἐφ' ἡμῶν γεγονῆα, ἀλλὰ καὶ πολλὸ ἀποστρέφον ἐπὶ τῷ ἀπὸ ἡμῶν. τὸ παρὰ τὸ ἀνεβίβει ὡς εἰκὸς κρατυμένων, τὴν κατ' ἀπλοτην καὶ ἰδιωτισμὸν ἐμνήθειαν εἰς τὸ μετρίετα μετρίετων· καὶ εἰς ἑλάττων πάντες αὐτοὶ ἐπιπέλειοσαν τε, καὶ ἐπιπέλειομεν ἀπὸς ἀλλήλους. καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας, τὴν ὁμοιοιαν τῆς πίστεως ἐμνήθεισι· τοῖσις καὶ ἰσοεῖαν ἀποσῆθαι τὴν οἰκείως παραθήσομαι, τὴν ἔχουσαν τὴν ἔσπον. καὶ οἱ ἀπὸ σωτήρος ἀρεσβύτεροι οἱ ἀποσάντες τῆς ἐκκλησίας ἦς νῦν ἀφῆρη, ἀνίκητον λέγομεν καὶ πῖον, ἔχονον πλεονόρον καὶ ἔσαν, οὔτε αὐτοὶ ἐτήρησαν, οὔτε τῆς μετ' αὐτοῦ ἐπέβησαν· καὶ εἰδὲν ἑλάττων αὐτοὶ μὴ τηρούσας, ἐπιπέλειον τῆς ἀπὸ τοῦ παροικίων ἐν αἷς ἐτήρητο ἐρχομένων ἀπὸς αὐτοῦ. καὶ τὴν μάλλον ἐναντίον τὴν τῆς νηστείας, τῆς μὴ τηρούσας. καὶ αὐτοῖς ποτε εἶδος τοῦ ἀπεβλήθησαν τῆς· ἀλλὰ αὐτοὶ μὴ τηρούσας οἱ ἀπὸ τοῦ ἀρεσβύτεροι, τῆς ἀπὸ τοῦ παροικίων τηρούσας ἐπιπέλειον ἐχάρισίαν. καὶ τοῦ μακαρίου πολυκαρπῆ ἐπιπέλειοσαν τῆ ῥώμῃ ἐπὶ ἀνικητου· καὶ περὶ ἀλλῶν τῶν μὲν μὲν ἔχοντες ἀπὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ εἰπέλειοσαν· περὶ τούτου τὸ κεφαλαῖον μὴ φιλεῖσθῶσας ἀπὸς ἑαυτοῦς. οὔτε γὰρ ὁ ἀνικητος τὴν πολυκαρπον πίσει εἰδὲκατὸ μὴ

ipsi nomine fratrum quibus praerat in Gallia, illud quidem defendit, solo die dominico resurrectionis Domini mysterium esse celebrandum. Vestrem tamen decenter admonet ne integras Dei Ecclesias morem sibi a majoribus traditum custodientes a communione abscindat. Et post multa alia in eam sententiam discessa, his etiam utitur verbis. Neque enim de die solum controversia est, sed etiam de forma ipsa jejunii. Quidam enim existimant unico die sibi esse jejunandum, alii duobus, alii pluribus: nonnulli etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem suum metiuntur. Atque haec in observando jejunio varietas non nostra primum aetate nata est, sed longe antea apud majores nostros coepit: qui negligentius, ut verisimile est, praesidentes, ex simplicitate & imperitia ortam consuetudinem posteris tradiderunt. Nihilominus tamen & omnes isti pacem inter se retinuerunt, & nos invicem retinemus. Ita jejuniorum diversitas confessionem fidei commendat. Narrationem deinde subiungit, quam hic opportune inseram. Est autem huiusmodi. Sed & Presbyteri illi qui ante Soterem Ecclesiam cui tu nunc praees, gubernarunt, Anicetum dico & Pium & Hyginum cum Telephoro & Xysto, neque ipsi unquam observarunt, neque his qui cum ipsis erant ut id observarent, permiserunt. Ipsi tamen cum hoc minime observarent, pacem nihilominus colebant cum iis qui ad se venissent ex Ecclesiis, in quibus id observabatur. Atqui observantia inter eos qui minime observabant, tanto magis contraria videbatur. Nec ulli unquam ob ejusmodi consuetudinem rejecti sunt. Verum illi ipsi qui te praecesserunt Presbyteri, quavis id minime observarent, Ecclesiarum Presbyteris qui id observabant, eucharistiam transmittierunt. Et cum beatissimus Polycarpus Aniceti temporibus Romam venisset, atque inter illos de quibusdam aliis rebus modica esset controversia, statim mutuo pacis osculo se complexi sunt, de hoc capite non magnopere inter se contententes. Neque enim Anicetus Polycarpo persuadere unquam poterat, ut observare desineret, quippe qui

C. ANNUM  
CHRISTI  
197

cum

obstinata contentione defende-  
ret. Neque enim aut Anice-  
tus Polycarpo suadere poterat  
ut non observaret ea quæ no-  
verat Joannem discipulum Do-  
mini nostri vel ceteros Apo-  
stolos, cum quibus semper  
fuerat, observasse; neque rur-  
sum Polycarpus Anicetum per-  
suasit ea deserere quæ ille di-  
cebat a se majorum more ser-  
vari. Cumque hæc ita inter  
se habuissent, communicarunt  
sibi invicem, ita ut cederet  
Anicetus Polycarpo etiam sa-  
cerdotali ministerio, honoris  
duntaxat contemplatione, per-  
fungi. Et ita ab invicem ple-  
na fide, pace integra, & fir-  
ma caritate discedunt, ut om-  
nes Ecclesiæ, sive quæ ita de  
Pascha, sive quæ non ita ob-  
servarent, inter se tamen con-  
cordiam custodirent

τηρεῖν, ἀπὸ μετὰ ἰωάννου τοῦ  
μαθητοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ  
τῶν λοιπῶν ἀποστόλων εἰς σω-  
τηρίας, ἀεὶ πετηκότες·  
οὐτε μὲν ὁ πολυκάρπῳ τῶν  
ἀνικητῶν ἐπέσει τρεῖς, λέγον-  
τα τῷ σωτήρει τῷ ἀπὸ  
αὐτοῦ ἀρεσβιτέρων ὀφείλειν κα-  
τεχεῖν. καὶ τούτῳ οὕτως ἐχο-  
των, ἐκοινωνήσαν ἑαυτοῖς· καὶ  
ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρη-  
σαν ὁ ἀνικητῶν τῷ ἐχου-  
σίαν τῆς πολυκάρπου κατ' ἐ-  
τροπήν δηλονότι, καὶ μετ' ἐί-  
ρημῆς ἀπ' ἀλλήλων ἀπλλαγῆ-  
σαν, πάσης τῆς ἐκκλησίας ἐί-  
ρημῆς ἐχόντων καὶ τῶν τρωσι-  
των καὶ τῶν μὴ τρωσιτῶν.

cum Joanne Domini nostri  
discipulo & cum reliquis Apo-  
stolis, quibuscum familiariter  
vixerat, cum morem perpe-  
petuo observasset. Neque item  
Polycarpus Aniceto persuade-  
re conatus est ut observaret,  
cum Anicetus eorum qui an-  
te se fuerant Presbyterorum  
morem sibi retinendum esse  
diceret. Quæ cum ita se ha-  
berent, communicarunt sibi  
invicem, & Anicetus in Ec-  
clesia consecrandi munus Po-  
lycarpo honoris causa conce-  
dit: tandemque cum pace a  
se invicem discesserunt, tam  
iis qui observabant, quam il-  
lis qui minime observabant,  
pacem communionemque to-  
tius Ecclesiæ retinentibus.

Meminit istius epistola Hieronymus in libro de viris illustribus. Feruntur, inquit, ejus (id est, Irenæi) & alix ad Victorem Episcopum Romanum de questione Paschatis epistolæ, in quibus commonet eum non facile debere unitatem collegii scindere.

CONCILIUM OSROENUM, ET CORINTHIACUM.

aut 22. in  
ed. Valat.

DE hoc & quodam alio concilio Achaico  
tunc celebrato, ita Euseb. lib. 5. c. 22.  
Aliud porro ecclesiarum (concilium intelligo)  
quæ Osroenum & reliquis in eo loco civitates  
incolebant: aliud separatim Baccyllis ecclesiæ Co-

rinthiorum episcopi, & alia denique aliorum pro-  
pe infinitorum, qui uno consensu judicioque uno,  
eamdem de illius festi (paschatis nimirum) obser-  
vatione tulere sententiam. Neque horum quid-  
quam extat.

CONCILIUM ASIATICUM, REPROBATUM.

Hoc concilium, ob causam paschatis, cir-  
ca hæc tempora Asiæ episcopi per Po-  
lycratem Ephesinum episcopum celebrarunt, in  
quo putantes se evangelio, & majorum tradi-  
tionibus inhærere, a consuetudine celebrandi  
pascha die 14. primi mensis, etiamsi in domi-  
nicum non incideret, recedendum non esse  
constituerunt, idque per Polycratem ad Vi-

ctorem Romanum pontificem rescripserunt.  
Victor pontifex hoc responso accepto concilium  
reprobavit, & quam diu minatus fuerat ex-  
communicationis sententiam contra pertinaces  
executus est. Hanc Victoris sententiam con-  
tra orientales, postea patres Nicæni concilii  
confirmarunt. Euseb. lib. 5. hist. cap. 23. & se-  
quentibus.

IDEM CONCILIUM ASIATICUM, SEU VERIUS EPHESINUM

Habitu circa annum CXCVII.

EX NOVA BALUZII COLLECTIONE.

Concilii istius memoria extat in tomis Conci-  
liorum, ex Eusebio & libello synodico. Sed  
miror prætermisum fuisse in hæc fragmentum epi-  
stola ad Victorem Papam & ad Ecclesiam Roma-

nam tum scripta a Polycrate Episcopo Ephesino,  
quam Hieronymus in libro de viris illustribus do-  
cet fuisse synodicam. Sic ergo habet fragmentum  
illud apud Eusebium.

INTERP. RUFFINO.

Nos ergo intemeratum Pa-  
schæ colimus diem, neque ad-  
dentes neque auferentes ali-  
quid. Etenim magna quædam  
luminaria apud Asiæ dor-  
mierunt, summi & electi vi-

Ἡμεῖς οὐκ ἀραδιούργων  
ἀγορεύω τῷ ἡμέραν· μή τι  
ἄποσθέντες, μή τι ἀφαιρέμε-  
νοι. καὶ γὰρ κατὰ τῷ ἀσίαν  
μεγάλα σὸρχεῖα κεκοίμηται·

INTERP. VALESIO.

Nos igitur verum ac genui-  
num agimus diem, nec adden-  
tes quicquam, nec detrahen-  
tes. Etenim in Asia magna  
quædam lumina extincta sunt,  
quæ illo adventus dominici  
die

De his item Auctor Synodici infra pag. 727. Hoc idem cum Ephesino, de quo Auctor Synodici infra pag. 725.

ANNO CHRISTI 197.

ANNO CHRISTI 197.

ti, quos Dominus suscitabit in adventu suo, cum veniet de caelis in gloria, & requireret omnes sanctos suos, in quibus est Philippus Evangelista, qui dormivit apud Hierapolim, sed & duz filiz eius, quæ virgines senuerunt, & alia eius filia spiritu sancto repleta, quæ apud Ephesum dormivit; nec non & Joannes, qui supra pectus Domini recubuit, qui fuit summus sacerdos, & pontificale petalum gessit, martyr & doctor Ecclesiæ, qui & ipse apud Ephesum dormivit. Polycarpus quoque apud Smyrnam & Episcopus & martyr. Similiter & Thraseas Episcopus apud Eumeniam, sed apud Smyrnam martyrio consummatus. Quid autem dicam etiam Sagarim nihilominus sacerdotem & martyrem, qui apud Laodiciam quiescit in pace. Sed & Papirium, & Macarium, & Melitonem propter regnum Dei eunuchum & spiritu sancto repletum, qui jacet in civitate Sardenfium, expectans adventum Domini de caelis ut resurgat a mortuis. Isti ergo omnes diem Paschæ in quartadecima die mensis observaverunt secundum evangelium, nihil omnino extrinsecus agentes, sed fidei regulam per omnia conservantes. Sed & ego omnium vestrum minimus Polycrates secundum traditionem parentum meorum observo, eorum duntaxat quos & ab initio secutus sum. Septem namque ex parentibus meis per ordinem fuerunt Episcopi, ego octavus; qui omnes ita observaverunt hunc diem, ut conveniret cum illo quo fermentum Judæorum populus auferret. Unde, fratres carissimi, sexaginta & quinque annos ætatis gerens in nomine Domini, multorum quoque orbis terræ Episcoporum notitiam plenissime habens, & sanctis scripturis intendens, non perturbabor ex his quæ ad terrorem proferantur; quia & majores mei dixerunt: Obtemperare oportet Deo magis quam hominibus. Et post hæc, de his qui secum aderant Episcopis ista subjungit: Poteram autem etiam presentium Episcoporum facere mentionem; quos ipsi petiistis ut evocarem, sicut & feci: quorum nomina si scribam, nimia multitudo est: qui omnes scientes parvitatem meam,

Concil. General. Tom. I.

ἀτῆνα ἀνασησεται τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου, ὃν ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν, καὶ ἀναζητήσει πάντας τοὺς ἁγίους· φίλιππον τὸν ἱερεὺς δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κοιμήθη ἐν ἱεραπόλει, καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γενηραὶα παρθένοι· καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἀγίῳ πνεύματι πολιθωσαμένη· ἢ ὡς ἐφίσω ἀνπαύεται· ἐτι δὲ καὶ ἰωάννης ὁ ἐπὶ τῷ στήθεος τοῦ κυρίου ἀναπεσών, ὃς ἐγέννηθη ἱερεὺς τῷ πέτιλοι πεφάρκως, καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος· ὅτις ἐν ἐφίσω κοιμήθη· ἐτι δὲ καὶ πολυκαρπὸς ὁ ἐν σμύρῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς, καὶ θρασεῖας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ εὐμενίας, ὃς ἐν σμύρῃ κοιμήθη· τί δὲ δεῖ λέγειν σαγάρην ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, ὃς ἐν λαοδικίᾳ κοιμήθη; ἐτι δὲ καὶ πάπριον τὸν μακάριον, καὶ μελιτόνα τὸν ἐν ἀγίῳ πνεύματι πάντι πολιθωσαμένον; ὃς κέεται ἐν σάρδεσι περιβητῶν τῶν ἀπὸ ἱεροῦ οὐρανῶν ἐπισκοπῆν, ὃν ἡ ἐκ νεφρῶν ἀσπίστιται· ἔτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαίδεκάτης τῆς πάσχα κατὰ τὸ διαγγέλιον· μηδὲ παρεβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸ κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες. ἐτι δὲ καὶ ἐγὼ ὁ μικρότερος πάντων ὑμῶν πολυκράτης κατὰ παράδοσιν ἱεροσυνήγων μου, οἷς καὶ παρεκολούθησα τισιν αὐτῶν· ἐπὶ μὲν ἦσαν συνήγεις μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος· καὶ πάντοτε τῶν ἡμερῶν ἔρχομαι οἱ συνήγεις μου, ἔταν ὁ λαὸς ἦρκε τῶν ἡμερῶν· ἐγὼ οὐ ἀδελφοὶ ἐξέκοντα πρὸς ἐτη ἔχων ἐν κυρίῳ· καὶ συμβεβληκῶς τῶν ἀπὸ τῆς οἰκουμενῆς ἀδελφοῖς· καὶ πάσαις ἁγίαις γραφαῖς διηληλυθῶς, οὐ στυρομαι ἐπὶ τῶν κατακλιτασμένων· οἱ γὰρ ἐμοῦ μέγιστοι εἰρήχαι, περὶ θάρχειν δεῖ διαμάχην ἢ ἀνθρώποις· τῶν τοῖς ἐπιφέρει περὶ πάντων γραφῶν ἱεροσυνπαρόντων αὐτῶν καὶ ομοδοξομένων ἐπισκοπῶν, τῶν τῶν ἀδελφῶν· ἐδυνάμην δὲ ἱεροσυσκοπῶν ἱεροσυνπαρόντων μνημονύσαι, οἷς ὑμεῖς ἠρώστατε μετακληθῆναι ὑπὸ ἐμοῦ, καὶ

die resurrexerunt sunt, cum Dominus e caelo veniet plenus majestate & gloria, sanctosque omnes suscitabit. Philippus scilicet unus e duodecim Apostolis, qui mortuus est Hierapoli, & duæ eius filiz quæ virgines contemnerunt, alia quoque ejusdem filia, quæ spiritu sancto afflata vixit, & Ephesi quiescit. Præterea Joannes, qui in sinu Domini recubuit, qui etiam sacerdos fuit, & laminam gessavit, martyr denique & doctor existit. Hic, inquam, Joannes apud Ephesum extremum diem obiit. Polycarpus quoque, qui apud Smyrnam Episcopus & martyr fuit, itemque Thraseas Eumeniæ Episcopus & martyr, qui Smyrnez quiescit. Quid Sagarim Episcopum enndemque martyrem attinet dicere, qui Laodiceæ est mortuus? Quid beatum Papirium, quid Melitonem eunuchum, qui spiritu sancto afflatus cuncta gessit; qui & Sardibus situs est, adventum Domini de caelis, in quo resurrexerunt est, expectans. Hi omnes diem Paschæ quartadecima luna juxta evangelium observarunt, nihil omnino variantes, sed regulam fidei constanter sequentes. Ego quoque omnium vestrum minimus Polycrates, ex traditione cognatorum meorum, quorum etiam nonnullos affectatus sum. Fuerunt enim septem omnino ex cognatis meis Episcopi, quibus ego octavus accessi. Qui quidem omnes semper Paschæ diem tunc celebrarunt, cum Judæorum populus fermentum abiceret. Ego, inquam, fratres, quinquaginta & sexaginta annos natus in Domino, qui cum fratribus toto orbe dispersis sermones sæpe contuli, qui scripturam sacræ omnem perlegi, nihil moveor iis quæ nobis ad formidinem intentantur. Et enim ab illis qui me longe majores erant didum scio: Obtemperare oportet Deo magis quam hominibus. Post hæc de Episcopis qui simul aderam cum hæc scriberet, & eadem cum ipso sentiebant, sic loquitur. Possent etiam Episcoporum qui mecum sunt facere mentionem; quos petiistis ut convocarem, sicut & feci: quorum nomina si adscripsero, ingens numerus videbitur. Hi cum me pusillum hominem invisissent, epistolam nostram assensu suo comprobant, gnari me ca-



GALLICANA, CONFESSORUM.

Σ Ἦνδος θεία κ' ἱερὰ παπικὴ ἐν Γαλλίᾳ, συναθροισθεῖσα ἐπὶ τῆς ὁμολογητῆς, ἀποκατάστασις Μοντανῶν κ' Μαξιμιλλιαν, ἧς ὁ ὅρος ἀπὸς τὴν ἐν Ἀσίᾳ πρὸς δι' ἴσον.

De hac a-  
dmissis in no-  
tis

S Ynodus divina & sacra provincialis in Gallia, congregata a confessoribus: quæ Montanum & Maximillam abdicavit: cujus decretum ad eos, qui in Asia erant, fideles dimanavit.

EPHESINA, POLYCRATIS.

Σ Ἦνδος ἀφελῆς, ἀπὸ τῆς ἀρχιεπίσκοπος, μετὰ τὸ ἐπίσημον μνησθῆναι τῆς Ἀσίας, συναθροισθεῖσα ἐπὶ Πολυκράτους, τοῦ ἐπισκόπου αὐτῆς ἐπισκοπῆς, ἀξίως κ' ὀρθῶς ἀπαύτως, ὅτε ἐν τῇ δεκάτῃ πεντήκῃ τῆς σελῆως, Ἰουδαϊστικῶς ἄρχον τὸ μυστικὸν πάχα, ὡς τὸ ἐν ἀνικαθῶν παραλαβῆσα, βεβαιώμενον παρὰ Τιμοθέου κ' Φιλίππου τῶν ἀποστόλων. Βίβλην αὖτ' ὅ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἀγιωτάτης πάπας, ἀποκαταστάσαν εἰδὼς Πολυκράτη πρῶτος ἀποδείξασθαι ὡς μόνον δι' αὐτοῦ, ἀλλὰ κ' συνουδικῶς τὴν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἰερῆς διακρίσεως κ' ἐπὶ αὐτῶν ἐν πλείσταις ἐπαρχίαις κ' μερῶσι τῆς γῆς σιωδῶν συγκροτῶνται, καὶ συμφωνῶς ὀρθῶς. τῶν δὲ Κομμῶν βασιλευσῶν, γέροντων,

S Ynodus simplex, neque exquisita, particularis, Ephesi metropoli Asiae congregata a Polycrate sanctissimo ejusdem episcopo: quæ dignum censet & constituit, ut omnes luna decimaquarta Judæorum ritu mysticum pascha peragant: tamquam hoc ipsa jam inde a principio accepisset, a sanctis apostolis, Timotheo & Philippo confirmatum. Victor autem Romanorum ecclesie sanctissimus papa excommunicationem mittit Polycrati, qui huic præfuerat synodo: neque hoc solum, sed synodice etiam ea, quæ ad hoc festum pertinebant, persequitur: & cum ipso synodi in plurimis provinciis & partibus terræ congregatæ, idem unanimiter statuunt. Hæc vero b Commodo imperante evenerunt.

b errat.

ROMANA, VICTORIS.

Σ Ἦνδος θεία καὶ ἱερὰ παπικὴ ἐν Ῥώμῃ συναθροισθεῖσα ἐπὶ τοῦ μακαριστάτου αὐτῆς πάπα Βικτωρος, κ' ἐπίρων ἐπισκόπων δεκαπενταρῶν ἀπαγορεύσα Ἰουδαϊκῶς τελεῖν τῇ δεκάτῃ πεντήκῃ τῆς σελῆως τὸ θεῖον κ' μυστικὸν πάχα· ἀλλ' ἐν μόνῃ τῇ μεγάλῃ κ' ζωδοτικῇ κωνσταντίνῃ,

S Ynodus divina & sacra provincialis Romæ collecta a beatissimo ejusdem episcopo Victore, & aliis episcopis quatuordecim: quæ vetat Judaice celebrari luna decimaquarta sancti Concilii Generalis Tom. I.

A Ætum & mysticum pascha, sed in sola magna & vitæ prælatrice dominica.

HIEROSOLYMITANA, NARCISSI.

Σ Ἦνδος θεία κ' ἱερὰ παπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπὶ Ναρκίσσου, τοῦ πρῶτος ἱεροσολιμῶν ἀρχιεπισκόπου, κ' ἐπίρων ἐπισκόπων δεκαπενταρῶν ὑπὲρ τὸ μυστικὸν πάχα, ὀρθῶς κατὰ τὴν ἀγιωτάτης Ἀνικητῆ κ' Βικτωρος.

S Ynodus divina & sacra provincialis, collecta Hierosolymis a ter beato illius archiepiscopo Narcisso, & aliis episcopis quatuordecim, super mystico pascha, secundum sanctissimum Anicetum & Victorem pronuncians.

CÆSARIENSIS PALÆSTINA, THEOPHILI.

Σ Ἦνδος θεία κ' ἱερὰ παπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης, Πυργουστράτωνος, ὑπὸ Θεοφίλου τῆς αὐτῆς ἀγιωτάτης ἐπισκοπῆς, κ' ἐπίρων δεκαδίδεκα, ὑπὲρ τὸ ἀγιὸν πάχα ὀρθῶς ὁμοίως.

S Ynodus divina & sacra provincialis, collecta Cæsareæ Palæstinae, sive Pyrgostratonis, a Theophilo sanctissimo ejusdem episcopo, aliisque duodecim: quæ de sancto pascha idem constituit.

Turris Stratonis,

LUGDUNENSIS, IRENÆI.

Σ Ἦνδος θεία καὶ ἱερὰ παπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Λαυδαίνῳ τῆς Γαλλίας, ἐπὶ Εἰρημίου τοῦ πρῶτος ἀγιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἐπίρων δέκα κ' τεσσάρων ἐπισκόπων ὀρθῶς ὑπὲρ τὸ θεῖον καὶ μυστικὸν πάχα ὁμοίως,

S Ynodus divina & sacra provincialis, collecta Lugduni Gallie, ab Irenæo sanctissimo ibidem episcopo, aliisque tredecim episcopis: quæ similiter de divino mystico pascha constituit.

CORINTHIACA, BACCHYLIDIS.

Σ Ἦνδος θεία καὶ ἱερὰ παπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Κορινθῶν ὑπὸ Βακχυλίδου, τοῦ πρῶτος ἐπισκόπου ἀρχιεπισκόπου, κ' ἐπίρων δέκα κ' ἑπτὰ ἐπισκόπων ὀρθῶς κατὰ τὸ μακαριστὸν πάχα ὁμοίως.

S Ynodus divina & sacra provincialis, collecta Corinthi a Bacchylide ejusdem sanctissimo archiepiscopo, aliisque octodecim episcopis: quæ idem de beato paschate constituit.

Bacchylide

1 De hac supra pag. 722. 2 De hac supra pag. 705. 3 De hac supra pag. 106d. 4 De hac supra pag. 712 5 De hac supra pag. 720.

ASIATICA, PLASMÆ.

ΣΥΝΟΔΟΣ ΘΕΙΑ ΚΑΙ ΙΕΡΑ ΤΟΠΙΚΗ, ΣΥΝΑΘΡΟΙ- ΔΕΙΣΑ ΕΝ ΑΣΙΑ, ΥΠΟ ΠΛΑΣΜΥ ΤΩ ΟΣΙΩΤΑΤΗ, ΚΑΙ ΕΠΙΤΡΩ ΔΕΚΑΤΕΣΑΡΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ. ΠΕΡΙ ΤΩ ΑΓΙΩ ΠΑΤΡΑ ΟΡΘΟΞΑ ΟΜΟΙΩΣ.

Primus Synodus divina & sacra provincialis, collecta in Asia a Plasmâ sanctissimo, aliusque quatuordecim episcopis: quæ similiter de sancto patre constituit.

OSROENA

ΣΥΝΟΔΟΣ ΘΕΙΑ ΚΑΙ ΙΕΡΑ ΤΟΠΙΚΗ, ΕΝ ΟΣΡΟΗΝ. ΕΠΙ ΛΩ ΚΑΙ Η ΕΔΑΤΑ ΚΑΙ ΤΗ ΑΔΙΑΒΗΝΩΝ ΓΗ ΣΥΝΑΘΡΟΙΔΕΙΣΑ ΥΠΟ ΔΙΚΑ ΚΑΙ ΟΚΤΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ, ΩΝ Ο ΠΡΟΚΑΘΗΜΕΝΟΣ Ε ΔΕΔΗΛΩΤΑΙ, ΠΕΡΙ ΤΩ ΘΕΩ ΠΑΤΡΑ ΟΡΘΟΞΑ ΟΜΟΙΩΣ, ΚΟΜΜΟΔΟΥ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ.

Secundus Synodus divina & sacra provincialis in Osroene, cui Edusa & Adiabonorum regio subiacet, collecta ab episcopis octodecim. quorum præter memorem proditus non est: de sancto patre idem statuens, Commodò imperante.

MESOPOTAMICA.

ΣΥΝΟΔΟΣ ΘΕΙΑ ΚΑΙ ΙΕΡΑ ΤΟΠΙΚΗ, ΥΠΟ ΔΙΚΑ ΚΑΙ ΟΚΤΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΣΥΝΑΘΡΟΙΔΕΙΣΑ ΕΝ ΤΗ ΜΕΣΟΠΟΤΑΜΙΑ, ΕΠΙ ΚΟΜΜΟΔΟΥ ΤΩ ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ΠΕΡΙ ΤΩ ΑΓΙΩ ΠΑΤΡΑ ΟΜΟΙΩΣ ΟΡΘΟΞΑ, ΗΣ ΤΟΝ ΠΡΟΚΑΘΗΜΕΝΟΝ, ΕΒΕΙΣ ΤΗ ΙΣΡΑΗΛΙΩΝ ΕΔΗΛΩΣΑ.

Synodus divina & sacra provincialis, ab octodecim episcopis collecta in Mesopota-

Amia, Commodò imperante: quæ de sancto patre similiter constituit, cuius præsidem historicorum nemo manifestavit.

ROMANA, VICTORIS.

ΣΥΝΟΔΟΣ ΘΕΙΑ ΚΑΙ ΙΕΡΑ ΤΟΠΙΚΗ, ΣΥΝΑΘΡΟΙΔΕΙΣΑ ΕΝ ΡΩΜΗ, ΕΠΙ ΒΙΚΤΩΡ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΠΑΤΡΑ, ΚΑΙ ΕΠΙΤΡΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΔΕΚΑΤΕΣΑΡΩΝ, ΑΠΟΚΡΕΥΣΑ ΘΕΟΔΩΤΟΥ, ΑΙΒΙΩΝΑ, ΚΑΙ ΑΡΤΕΜΟΝΑ, ΤΩ ΕΧ ΗΤΙΝ ΓΕΔΑΙΩΝ ΤΗ ΚΙΣΕΙ. ΟΤΙ ΓΑΡ ΑΡΧΗΓΟΙ ΓΥΓΝΑΣΙ ΠΑΥΛΩ ΤΩ ΣΑΜΟΣΑΤΩ ΚΑΙ ΝΕΣΤΩ.

Thirdus Synodus divina & sacra provincialis, collecta Romæ sub Victore sanctissimo patre, aliusque quatuordecim episcopis: quæ Theodotum, Ebionem, & Artemonem abdicavit, qui non minus, quam Judæi, fide. Hi enim duces fuerunt Pauli Samosatani & Nestori.

ROMANA ALIA, EJUSDEM.

ΣΥΝΟΔΟΣ ΘΕΙΑ ΚΑΙ ΙΕΡΑ ΤΟΠΙΚΗ, ΣΥΝΑΘΡΟΙΔΕΙΣΑ ΕΝ ΡΩΜΗ, ΥΠΟ ΤΩ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΩ ΠΑΤΡΑ ΒΙΚΤΩΡ, ΑΠΟΚΡΕΥΣΑ ΣΑΒΗΛΛΙΟΥ ΚΑΙ ΝΟΚΤΟΥ. ΤΩ ΕΠΙ ΤΗΣ ΞΕΣΤΩΣΑΤΩ ΔΕΣΤΗΤΩ, ΣΥΝΑΛΟΓΗΝ ΚΑΙ ΣΥΝΑΙΡΕΣΗΝ ΕΠΙΣΤΑΤΩΝ ΣΑΡΕΒΔΟΝΤΩΣ, ΚΑΙ ΟΥΔΑΝΤΙΝΩΝ, ΤΩΝ ΣΥΝ ΚΟΛΛΟΙΣ ΑΠΗΛΑΣΙ, ΚΑΙ ΑΡΧΙΩΝ ΤΩ ΣΩΜΑ ΤΩ ΧΕΙΣΘ ΔΟΓΜΑΤΙΖΟΝΤΑ.

Synodus divina & sacra provincialis, collecta Romæ a beatissimo patre Victore: quæ Sabellium & Noctum abdicavit, qui de divinitate in tribus personis subsistente, contractionem & commixtionem personarum divulgabant. Valentinum item, qui præter ceteras ineptias, corpus etiam Christi cæleste asserbat.

ANNO CHRISTI 203. 201.

ANNO CHRISTI 203. 201.

V I T A, EPISTOLÆ ET DECRETA ZEPHYRINI PAPÆ.

Ex Libro Pontificali Damasi Papæ.

4 Habundantius. Zephyrinus natione Romanus, ex patre d Abundio, b fedit annos octo, menses septem, dies decem. Fuit autem temporibus Antonini & Severi, a consulatu Saturnini & Gallicani, usque ad Præsentem & Strigatum consules. Hic constituit, ut præsentibus clericis & laicis fidelibus, sive clericus, sive Levita, sive sacerdos ordinetur. Et fecit constitutum de ecclesia, c ut patenas vitreas (a) ministri ante sacerdotes portarent, dum episcopus missam celebraret, & ut sacerdotes omnes adstarent, dum sic missæ celebrarentur. Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, presbyteros (b) 13, diaconos 7, episcopos per loca 13. Qui sepultus est in cæmeterio suo, (c) non longe a cæmeterio Callisti via Appia, (d) septimo Kalendas Septembris Et cessavit episcopatus dies sex.

nistri ante sacerdotes portarent, dum episcopus missam celebraret, & ut sacerdotes omnes adstarent, dum sic missæ celebrarentur. Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, presbyteros (b) 13, diaconos 7, episcopos per loca 13. Qui sepultus est in cæmeterio suo, (c) non longe a cæmeterio Callisti via Appia, (d) septimo Kalendas Septembris Et cessavit episcopatus dies sex.

No-

1 De hac supra pag. 715. 2 Hæc vocat Eusebius IV. 23. 3 De hac supra pag. 720. 4 Hæc Synodus referenda est ad annum Christi circiter 218. & ad Pontificatum Sixti, ut observat Baluzius: illiusque ibi mentionem faciemus. (a) Reliqua quæ deinceps sequuntur, sic perturbate legi Lucensis: ante sacerdotes in ecclesia, & ministros celebrantes ante sacerdotes adstantes: sic missa celebrarentur, super quoque jus Episcopi, inter quos tantum clerici subsisterent omnes præsentibus ecclesie: ordinationem de manu episcopi. Jam coronam consecratam accepit presbyteri tradendam populo. Hic fecit ordinationes &c. (b) Luc. XII (c) Luc. Junia (d) Luc. VIII

NOTE SEVERINI BINI.

EPISTOLA I.

ZEPHYRINI PAPA

AD EPISCOPOS OMNES SICILIENSES.

De iudiciis episcoporum, & majoribus ecclesie causis in sede Apostolica terminandis.

Romane urbis archiepiscopus Zephyrinus, omnibus per Siciliam constitutis episcopis in domino salutem.

Quando Zephyrinus pontifex fuit Christi redemptoris nostri...

Quando coniventia de hereticis rebaptizandis orta sit...

Lapsi per edictum publicum pontificis ad penitentiam recipiuntur...

Elagabalus religio...

Calices argentei usurpantur...

Calices lignei usus interdiciuntur...

Calices vitrei usus interdiciuntur...

De iudiciis episcoporum, & majoribus ecclesie causis in sede Apostolica terminandis...

Patriarche vero vel primates, accusatum delinquentes episcopum, non ante sententiam profertur...

Finis vero eius causae ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur...

Judicia enim episcoporum, majoretque ecclesie...

Hec cum...

Hic...

Distin...

Pr...

Anianus...

Hadrian...

desperet...

Cod. cont...

Quod...

Ad...

Vol...

MSS. plerique Zephyrini temper exhibent, & Augustinus, & Gratianus: etiam ita rede; nec male auctor libri Pontificali...



EPISTOLA II. ZEPHYRINI PAPAЕ

AD AEGYPTI PROVINCLAE EPISCOPOS.

- 1. De episcopis rebus spoliatis, vel a sede pulsis. 2. De ordinatione presbyterorum atque diaconorum.

Carissimis fratribus per Aegyptum domino militantibus Zephyrinus Romanae urbis archiepiscopus.

Tantum a domino, hujus sanctae sedis & apostolicae ecclesiae fundatore, & beato Petro principe apostolorum, accepimus fiduciam, ut pro universali Christi sanguine redempta ecclesia, impigro labore, & affectu, & omnibus domino famulantibus succurramus, & cunctis pie viventibus apostolica auctoritate opem feramus. Omnes qui in Christo volunt pie vivere, necesse est, ut ab impiis & dissimilibus patiantur opprobria, & despiciantur tamquam stulti & insani, ut meliores & purgatiores efficiantur qui bona temporalia perdunt, ut percipiant aeterna. Eorum vero despectio & irrisio in ipsos retorquetur qui eos affligunt & contumelias afficiunt, cum & abundantia eorum in egestatem, & superbia transierit in confusionem.

I.

Nunciatum est enim sedi apostolicae per apocryphos vestros, quosdam fratrum nostrorum, episcoporum videlicet, ab ecclesiis & sedibus propriis pelli, suaeque eis auferri suppellectilia, & sic nudos & expoliatos ad iudicia vocari: quod omni ratione caret, cum constituta apostolorum, eorumque successorum, & praecipua imperatorum ac constitutiones legum, idipsum prohibeant, & apostolicae sedis auctoritas idipsum fieri vetet. Praeceptum est ergo antiquis statutis, episcopos ejectos, atque suis rebus expoliatos, ecclesiis propriis recipere, & primo sua omnia eis reddi: & tum deum, si quis eos iuste accusare voluerit, aequo periculo facere, iudices esse decernentes, episcopos recta sapientes, & in ecclesia convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur: nec prius eos respondere debere, quam omnia sua eis & ecclesiis eorum legibus integerrime restituantur. Nec mirum, fratres, si vos persequuntur, cum caput vestrum Christum dominum nostrum usque ad mortem sint persecuti. Ipsae tamen persecutiones patienter portandae sunt, ut ejus discipuli esse cognoscimini, pro quo & patimini. Unde & ipse ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam. His sulti suffragiis, non multum & debemus timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis dominus jubet per Isaiam prophetam, dicens: Audite me qui scitis iudicium, populus meus, in quorum cordibus lex mea est. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne timeatis, considerantes quod in psalmo scriptum est: Nonne Deus requirit ista? Ipse enim novis abscondita cordis, & cogitationes talium

causae, a sede apostolica, & non ab alia, sicut apostoli & sancti successores eorum statuerunt, cum aliis episcopis sunt terminandae: quia licet in alios transferantur episcopi, beato tamen apostolo Petro dictum est: Quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata & in caelis: & quaecumque solaveris super terram, erunt soluta & in caelis. Et reliqua privilegia, quae soli huic sanctae sedi concessa sunt, & in constitutis apostolorum, eorumque successorum, aliisque quamplurimis cum eis concinentibus, habentur inserta. Septuaginta enim apostoli sententias praefixerunt, cum aliis quamplurimis episcopis, & servandas censuerunt. De occultis enim alieni cordis temere iudicare, peccatum est: & cum cuius non videntur opera nisi bona, iniquum est ex suspitione reprehendere, cum eorum, quae hominibus sunt incognita, solus Deus iudex sit. Ipse vero novit abscondita cordis, & non alius. Injusta enim iudicia ab omnibus cavenda sunt, maxime tamen a servis Dei. Servum autem Dei non oportet litigare, nec quemquam damnare. Episcopi namque a plebibus & clero, & domini a servis ferendi sunt, ut sub exercitatione tolerantiae, sustineantur temporalia, sperentur aeterna. Augere enim merita virtutis, quod propositum non violat religionis. Satagendum est vobis, ne aliquis fratrum vestrorum graviter laceretur vel pereat. Succurrere ergo vos oportet oppressis, & liberare eos de manu persequentium, ut cum beato Job dicatis: benedictio perituri super me veniebat, & cor viduae consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestitus me vestimento & diademate, iudicio meo. Oculi mei caeci, & pes claudus: Pater eram pauperum, & causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferere praedam: & reliqua. Vos ergo, qui in specula a domino estis positi, comprimere & repellere eos summopere debetis, qui fratribus insidias praeparant, aut in eos scditiones & scandala excitant. Facile est enim verbo fallere hominem, non tamen Deum. Ideo hos repellere, & ab his vos cavere oportet, quatenus extincta funditus huiusmodi caligine, Lucifer eis resplendeat, & laetitia oriatur, sanctissimi fratres. Data duodecimo Kalend. Octobris, Saturnino & Gallicano & vicentis clarissimis consulibus.

NOTE SEVERINI BINII.

Cur pontificatus fastigium intelligit, cui simul oves & agni, (id est, episcopi, ut patres exponunt) cum reliquis clericis & tota plebe commixti sunt, Joan. cap. 21. Ideoque hic recte pontificatum suum sacerdotale fastigium nominat, cuius sacerdotium, dignitate & officio simul, supra omnium sacerdotum & episcoporum longe eminent. Et in constitutis apostolorum. 73. canonem apostolorum intelligit: quo constitutum est, ut episcopales causae non nisi ab episcopis superioribus, conciliis, aut Romano pontifice iudicentur. Vide quae diximus ibi in notis ad praedictum canonem 73. Septuaginta enim apostoli sententias praefixerunt. Alia quae iam lectio habet, sexaginta, alia quinquaginta: quovis modo legatur, verum est, quod per has sententias, canones apostolorum intelligat, quorum numerus, licet quinquagenarius tantum fuerit, (ut supra in notis nostris ibidem ostendimus) tamen, quia uno canone quandoque plures sententiae comprehenduntur, 60. aut 70. sententiarum apostolicarum numerus, quinquagenarius apostolorum canonum numero, nihil obstat aut praerudat. Vide quae diximus in notis ad canones apostolorum in principio, verbo Canonis.

1. vobis, episcopis ab eis a MS. Mart. 10.

2. ad legationem, ut in MS. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

3. S. Leo ep. 24. off. 2.

4. S. Properi sent. 24. ex S. Aug. in ps. 124.

5. S. Leo in decr. Ivo. 1. q. 1.

6. Eihnicorum utique & ecclesiarum persecutorum. 7. quod 2. Praeceptum est. 8. Hadr. coll. 11. ex Trip. VII. c. 11.

9. Hadr. coll. 11. ex Syn. III. Rom. sub Symmacho.

10. Mart. 1. 11. Martinus contul. 2. conc. Lateranensis.

12. Ps. 139.

7/alm 92  
7/alm 11

lino hominum, quoniam vana sunt. Vana autem locuti sunt unusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde, & corde locuti sunt mala. Sed disperdet dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui dicuntur, labia nostra a nobis sunt: quis noster dominus est? Nam si hæc in memoria retinerent, minime ad tantam profilerent iniquitatem. Non enim probabili & paterna doctrina hoc faciunt, sed ut suam exercent in servos Dei vindictam. Scriptum namque est: *Via stulti recta in oculis ejus. Et sunt via, qua videntur homini justa, novissima autem earum deducunt ad mortem.* Nos enim qui hæc patimur, judicio Dei hæc reservare debemus, qui reddet unicuique secundum opera ejus. Qui etiam per ministros suos intonuit, dicens, *Mihi vindictam, ego retribuam.* Vos enim in recta fide, & opere, ac bona voluntate succurrite vicissim, nec aliquis a supplemento fratris subtrahat manum, quoniam in hoc, ait dominus, *cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinvicem.* Unde & ipse per prophetam loquitur, dicens: *Ecce quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum.* Spirituali dico habitaculo & concordia, que in Deo est, & unitate fidei, hujus delectabilis secundum veritatem habitaculi, que videlicet in Aaron magis decorabatur, atque sacerdotibus induentibus dignitatem, sicut unguentum super caput, principalem intellectum irrigans, & usque ad ipsam extremam scientiam deducens. In hoc enim habitaculo benedictionem & æternam vitam promisit dominus. Hujus igitur prophetice vaticinationis meritum amplectentes, presentem fraternam syllabam exposuimus, nostra propter caritatem minime querentes, aut querituri. Non enim detrahentibus bonum est detrahere, aut palo (secundum vulgarem fabulam) excutere palum. Absit. Non sunt ista nostra. Hæc enim avertat divinitas. Justo judicio Dei datur plerumque peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequantur, ut qui spiritu Dei juvantur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariore. Ipsi tamen,

a Idem Mar. 12/108.

Traverb. 11.

Matth. 16.

Rom. 12.

Joan. 13.

7/alm. 123

b Pauli ep. CP. epist. consil. 4. conc. Later. sub Martiano I. sacerdotalem ita & MS

c S. Prosper. 71 sent. 23. ex S. Aug. 12. pl. 118.

qui eos persequuntur, & exprobrant, atque detrahunt, erit procul dubio vix. Vix vix illis qui detrahunt servis Dei: quia detractio eorum ad eum pertinet, cuius ministerium agunt, & vice funguntur. Oramus autem, ostium circumstantiæ, qui neminem perire aut labiis suis polui volumus, eorum oribus imponi, & verbum minime nocivum concipere, aut ore proferre. Unde & dominus per prophetam loquitur, dicens: *Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Dominus omnipotens, & ejus unigenitus Filius, & salvator noster Jesus Christus, hoc vobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratribus, quibuscumque tribulationum molestiis laborantibus, viribus quibus potestis succurratis, & eorum (ut dignum est) injurias vestras æstimetis: maximum adminiculum eis verbis & factis præbeat, ut ejus discipuli inveniamini veri, qui fratres, ut se, omnibus diligere præcepit.

Greg. ep. 21. lib. 211.

7/alm. 119.

Distin. 71. Ordinatione presbyterorum constituit, b. Gelasius ep. 9.

\* Gallico.

II.

Ordinationes vero presbyterorum & Levitarum, tempore congruo, & multis coram constantibus, solemniter agite, & probabiles & doctos viros ad hoc opus provehite, ut de eorum societate & adjumento plurimum gaudeatis. Ponite indefinenter corda vestra in virtute Dei, & enarrate hæc & cetera divina verba in progenies alteras, quoniam hic est Deus. *Deus noster in æternum, & ipse reget nos in sæcula.* Data 7. Idus Novembris, Saturnino & Gallicano viris clarissimis consulibus

NOTA SEVERINI BINII.

(Apoctifarii vestros.) Apoctifarii dicuntur legati episcoporum, & velut eorum locum tenentes, qui res ecclesie gubernant, negotia singulorum audiunt, & ad episcopos referunt. Dicuntur igitur apoctifarii, id est, responsales, ab *avogationem*, id est, respondeo. Horum fit mentio in capite significati, de elect. & apud Justinianum Novell. quomodo oporteat episcopos, cap. 12. & de sanctissimis episcopis s. Reverendiss. Albericus per apoctifarios nuncios papa intelligit.

CONCILIIUM AFRICANUM

sub Zephyrino improbatum.

ANNO CHRISTI 217. 215.

ANNO CHRISTI 217. 215.

Hoc concilio auctore Agrippino hæreticorum baptisimus condemnatur.

Agrippinum Carthagenis ecclesie episcopus, indico concilio in Africa omnes Numidie & Africe episcopos convocasse, de iterando hæreticorum baptisimate, omnium sententias rogasse, ac demum ex communi episcoporum sententia id affirmantium, contra apostolicam ecclesie catholicæ traditionem, canonem & decretum statuisse, Cyprian. epist. 71. ad Quintum aperte testatur his verbis: *Quod quidem & Agrippinus bona memoria vir cum ceteris coepiscopis suis, qui illo tempore in provincia Africa & Numidia ecclesiam Dei gubernabant, statuit, & librato consilii communis examine firmavit: quorum sententiam, & religiosam & legitimum & salutarem, fidei & ecclesie catho-*

*lica congruentem, nos etiam secuti sumus. Quia autem annus Christi 217. Christianus pacatus existit, illo eodem anno sane Carthagenensem synodum habitam esse, probabile est. Occasionem errandi, Tertullianus gentilitius tribuisse videtur. Hic enim quodam prætextu pietatis, dum ad huc catholicus esset, omnia hæreticorum ab ecclesia rejicienda ac depellenda esse sentiens, eo erroris ipse cum aliis quibusdam quos induxit, prolapsus est, ut nec baptismum communem cum hæreticis habendum esse putaret: ideoque etiam baptizatos a ministris hæreticis, in ecclesiam catholicam recipiendos non esse, nisi illud ipsum sanctum lavacrum per ministerium catholicorum iteratum denuo fu-*

Tertullianus prædicti baptisimus auctor.

1 In MS. Saroffio, in factis Saturnio, & Gallo an. Christi 198. Mariani.  
2 Sed potius Carthagenis l. sub Agrippino Episcopo, ab Africe Proconularis & Numidie Episcopis, de hæreticis rebaptizandis: ad cujus sententiam provocat Cyprianus non solum in epist. 71. ad Quintum, sed etiam 72. ad Libanum. Fuit item meminit Augustinus passim, & Vincentius Lirin. lib. 1. Commonit. cap. 9.

735  
Controversia  
de baptismo  
quando ori-  
as

### CONCILIVM CARTHAGINENSE II.

736

sciperent. Hinc igitur certissimum esse liquido A rebaptizatione, inter doctores ecclesie agitatum, constat usum rebaptizandi sub Agrippino fre- sub Stephano pontifice exortam esse. Baronius quentari ceceptum esse: controversiam vero de anno Christi 217. num. 1. 2. 3. & anno 258. nu- valore baptismi ab hereticis collati, eorumque mer. 19. & 20.

ANNO  
CHRISTI  
circiter 217.

### CONCILIVM CARTHAGINENSE II.

ANNO  
CHRISTI  
circiter 217.

#### Sub Agrippino.

**A**lium, anno circiter Christi 217. celebravit Agrippinus Carthaginiensis Episcopus Concilium, in quo sancitum canon: Ne Clericus ullam curam, tutelamve susciperet. Meminit Cyprianus in epist. 66. ad clerum & plebem Furnitanorum de Victore, qui Faustinum presbyterum tu- B torem nominaverat, his verbis. Graviter commoti sumus ego & collegae mei, qui praesentes aderant, & compresbyteri nostri, qui nobis assidebant, fratres carissimi, cum cognovissetis, quod Geminus Victor, frater noster, de ticulo excedens, Geminium Faustinum presby-

terum tutorem testamento suo nominaverit, cum jampridem in Concilio Episcoporum statutum sit, ne quis de Clericis, & Dei ministris tutorem vel curatorem testamento suo constituat &c. Et infra: Quod episcopi antecessores nostri religiose considerantes, & salubriter providentes, censuerunt ne quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret; ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione ejus celebraretur.

ANNO  
CHRISTI  
221. 219.

ANNO  
CHRISTI  
221. 219.



## V I T A EPISTOLÆ ET DECRETA CALLISTI PAPÆ I.

### Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

**C**allistus natione Romanus, ex patre Do- mitio, de regione urbis Ravennatum, bedit annos (a) 5. mentes quos, dies 10. Fuit temporibus Macrini & (b) Heliogabali, a consulatu Antonini & Alexandri. c Hic martyrio coronatur. Hic constituit jejunium quater in anno fieri frumenti, vini & olei secundum prophetiam quarti mensis septimi & decimi. b defuncti in C. H.

ut ecclesiastica tabula referunt, quinque quidem annis, sed uno dumtaxat mense, & diebus 12. sedisse invenitur.

**c** Hic martyrio coronatur. De martyrio Callisti Romanum martyrologium hæc continet: Roma, via Appia natalis beati Callisti papa & martyris, qui Alexandri imperatoris jussu detentus fuit in carcere conatus, & quodam sabbato casus, tandem a fenestra domus, in qua custodiatur, precipitatus, atque in puteum demissus, visibilia triumphum promeruit. Sed cum Alexander imperator, teste Lampridio in Alexandro, Christianam rem non solum non laeserit, sed potius plurimum promovisset, Christum inter Deos habuerit, eique matutinis horis in larario suo rem divinam fecerit, ac nisi oraculis deorum distuatus fuisset, templum eidem erigere decreverit, Christianorum moribus delectatus fuisset, eos provincialiarum rectoribus imitandos proposuerit, illosque denum, popinarius expulsus, ad conventus faciendos publicum locum, ex quo olim, regnante Augusto, Christo in Bethlehem nascente, oleum secutur, concesserit, ac ibidem per Callistum pontificem templum in honore partus virginis consecratum erigi permisit: hæc, inquam, voluntate optima cum erga Christianos affectus fuisset, Callistum pontificem non ipsius Alexandri imperatoris expresso jussu ac decreto, sed potius consilio ac decreto jurisconsultorum, & imprimis Ulpiani, quem Christianis, velut sacrilegis, infestissimum fuisse, ex Laurentio Firmiano lib. 5. cap. 11. & 12. constat, occidendum fuisse verius esse putavimus. Hic enim, teste Lampridio ibidem, Alexandri imperatoris tutorem egit, principi primo loco assedit, praefecturam pratoriam, dignitatem amplissimam, imperatoris concessu administravit, ac seniorum magister exiit, adeo ut hujus arbitrio pene cuncta imperator faceret, dicereturque jussu Alexandri accidisse, quod mandato & consilio solius Ulpiani factum fuerat. De quibus vide Baron. anno 215. num. 1. 2. 3. 4. &c. item ann. 226. n. 4.

Martyrium  
Callisti

Alexander imperator erga Christianos optime affectus.

#### NOTE SEVERINI BINII.

**a** Callistus. Post interregnum 6. dierum 2. die Septembris anno dominice incarnationis 221. qui est Antonini Caracalla secundus, pontificatum gubernandum accipit Callistus, patria Romanus, vigilantissimus ecclesie pastor, miraculis & sanctitate clarus, qui Privatim ulceribus plenum precibus sanavit. Vide Baron. anno 210.  
**b** Sedit annos 5. menses duos, dies 10. Cum sub Alexandro imperatore, anno imperii illius tertio, qui est Christi 226. pridie Idus Octobris martyrio affectus sit.

Ulpianus jurisconsultus auctor necia Callisti.  
Ulpianus praefectus pratorum

(a) Luc. VII. (b) Luc. Theodoliobolli. (c) Luc. sic legit: hic constituit jejunium die sabbati ter in anno fieri frumenti vini & olei. Hic fecit basilicam Transiberim. Hic fecit ordinationes V. per mensem octobris presbyteros XII. diaconos IV. Episcopos per diversa loca numero VIII. qui etiam sepulti. Et in cimiterio Calepodii Via Aurelia milibus III. pridie Idus Octobris. Qui sunt alium cimiterium via Appia, ubi multi sacerdotum, & martyrum requiescunt, qui appellatur usque in hodiernum diem Comita san Callisti, & Callisti episcopatus die XII.

*Hac castitate.* ) Hoc decretum extat epistola eius prima. Vido quomodo dicitur in notis ad illam epistolam. *In cimiterio.* ) Cimiteriorum, quorum in vitis pontificum apud hunc auctorem diversis in locis mentio fit, quadraginta tria recensentur a Baronio anno Christi 126, num. 8. & 9. Nominantur autem cimiteria illa loca, in qua Christiani suorum defensorum corpora unguentis dallibus sepelienda deferebant: appellabant autem ea loca cimiteria, quod fides doceret, Christianos non mori, sed rursus excitandos, ineros in domino obdormisse. Tertullianus de corona militis, Hecalibi nominantur interdum arena, tumba, & castumba, & ex natura loci, crypta arenaria. His in locis Christianorum dimittantur, non autem ethnicorum gentiliū defuncti sepeliebantur, ideoque diebus dominicis a Christianis frequentari solebant: quod deinceps aliorum imperatorum edictis vetitum, aliorum vicissim Christianis concessum. Vide Baronium ann. 130, num. 2, ann. 226, num. 10. & 11, ann. 260, num. 17, 258, num. 7, item 267, num. 77. & 78.

*Millianis tertio.* ) Ab urbe nimirum: lege enim tabularum, teste Cicer. de legibus lib. 2, vetitum fuerat, defunctum intra mœnia sepelire. Hac igitur lege cogebantur etiam Christiani suos mortuos extra mœnia sepelire, nisi forte quis clanculum (quod saepius accidit) cadaver martyris sustulisset, ac in domo propria sepelisset. Sub Christianis imperatoribus sanctorum ossa in ecclesiis translata sunt. Baronius anno 226, numero 7. & 11.

*vi, dicit dominus exercituum. Et factum est verbum domini exercituum ad me, dicens: Hac dicit dominus exercituum: Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi erit domui Juda in gaudium, & in letitiam, & in solennitates præclaras: veritatem tantum & pacem diligite, dicit dominus exercituum. In hoc ergo omnes nos unanimes oportet esse, ut secundum apostolicam doctrinam, id ipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata. Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia, in cuius operis devotione gratulamur dilectionem tuam esse confortem. Non decet enim a capite membra dissociare, sed, juxta sacræ scripturæ testimonium, Omnia membra caput sequantur. d Nulli vero dubium est, quod apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, a cuius vos regulis multatenus convenit deviare. Et sicut Dei filius venit facere voluntatem Patris, sic & vos voluntatem vestræ impleatis matris, quæ est ecclesia, cujus caput (ut prædictum est) Romana existit ecclesia. Quidquid ergo sine discretionis iustitiæ contra hujus disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.*

*Ant. Aug. arch. Terr. dial. 4. libri 11. de emendatione Græciani testatur Callisti epistolæ rejectis fuisse a selectis viris qui Romæ operam navarunt in Græciana corrigendo. Idem sententur viri eruditissimi & res ipsa clamant.*

EPISTOLA I.  
CALLISTI PAPÆ I.  
AD BENEDICTUM EPISCOPUM.

De jejunii quatuor temporum, & ut criminationem adversus doctorem nemo suscipiat.

I. De temporibus jejuniorum.  
II. De criminationibus doctorum.

Callistus archiepiscopus ecclesie catholicae urbis Roma, Benedicto fratri & coepiscopo salutem in domino.

*Gelasius ep. 9.*

Fraternitatis amore & apostolico moderamine cogimur, ut consulti fratrum (prout dominus dedit) respondeamus, eoque apostolicæ sedis auctoritate intrinamus.

I.

*Dist. 76. Jejunium quod est.*

Jejunium, b quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, convenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, c ut sicut annus per quatuor volvitur tempora, sic & nos quaternum solenne agamus jejunium, per anni quatuor tempora. Et sicut replemur frumento, vino & oleo ad alenda corpora, sic repleamur jejunio ad alenda animas, juxta prophetæ Zachariæ vocem, qui ait: Factum est verbum domini ad me, dicens: Hac dicit dominus exercituum: Sicut cogitavi, ut affligerem vos, cum ad iracundiam provocasset me patres vestri, & non sum misertus: sic conversus cogitavi in diebus istis, ut bene faciam Jerusalem & domui Juda. Nolite timere. Hac sunt verba qua facietis: loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo; veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris, & unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramentum mendacæ ne diligatis. Omnia enim hæc sunt que edicuntur Concilii Generali. Tom. I.

II.

Criminationes vero contra doctorem nemo suscipiat, quia non oportet filios reprehendere patres, nec servos dominos lacerare. Filii ergo sunt doctorum, omnes quos instruunt. Et sicut filii patres carnales, sic & hi patres debent diligere spirituales. Non enim bene vivit, qui non recte credit, aut patres reprehendit, vel detrahit suos. Doctores ergo, qui & patres vocantur, magis portandam quam reprehendendi sunt, nisi in recta fide erraverint. Nullus ergo doctorem per scripta accuset, nec nisi fideli & legitimo, qui etiam irreprehensibilem vitam ac conversationem ducat, accusatori respondeat: quia indignum est, ut doctor stulto & indocto, atque reprehensibiliter viventi, respondeat juxta stultitiam suam, dicente scriptura: Non respondeas stulto juxta stultitiam suam. Non bene vivit, qui non recte credit. Nihil mali vult, qui fidelis est. Si quis fidelis est, videat ne falsa loquatur, aut cuiquam insidias ponat. Fidelis homo semper fideliter agit, & infidelis callide insidiatur, atque fideles & pie ac iuste viventes perdere nititur, quia similis similem sibi querit. Infidelis homo mortuus est in corpore vivente. Et contra, sermones fidelis hominis vitam custodiunt auditorum. Doctorem enim catholicum, & præcipue domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet machinatione aut cupiditate violari. Dicente quippe scriptura sancta, Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua abstinere: multis huius mundi illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut veræ continentie obtineatur integritas. Cujus prima est labes superbia, initium transgressionis & origo peccati: quoniam mens sponse avida, nec abstinere novit, nec pietati adhibere consensus. Nullus bonorum inimicum habet, nisi malum, qui ideo esse permittitur, ut aut corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur. Quidquid ergo irreprehensibile est

In saepe citato MS. Paris. Soc. Iesu Callistus; alibi Callistrus. Hard.

catholica defendit ecclesia. Nulli imperatori, A vel cuiquam pietatem custodienti, licet ali- quid contra mandata divina præsumere. Inju- stum ergo iudicium & diffinitio injusta, regio metu aut iussu, aut cuiuscumque episcopi aut potentis, a iudicibus ordinata vel acta, non valeat. Homini religioso parum esse debet b inimicitias aliorum non exercere, vel augere male loquendo, nisi etiam eas extinguere bene loquendo studuerit. c Melior est in malis factis humilis confessio, quam in bonis superba gloriatio. Omnes vero qui amant d vitam beatam, malunt eam tranquillitatis suæ & iustitiæ statum currere, quam nostrorum peccatorum pœnis ultricibus interpolari. e Memor enim sum, me sub illius nomine ecclesiæ præsidere, cu- B a domino nostro Jesu Christo est glorifica- ta confessio, & cuius fides omnes semper de- struit errores. Et intelligo, aliter mihi non licere, quam ut omnes conatus meos ei cau- tæ, in qua universalis ecclesiæ salus infestatur, impendam. Spero autem adfuturam f meri- coriam Dei, quod cooperante ejus clemen- tia, omnis pestifer morbus, ipso pellente, au- feratur: & quicquid ipso inspirante atque auxi- liante poterit salubriter fieri, cum tuæ fidei & devotionis laude peragatur. Quoniam res om- nes aliter tutæ esse non possunt, nisi, quæ ad divini muneris famulatum pertinent, sacerdoti- bus defendat auctoritas. Data undecimo Kalen- das Decembris, s Antonino & Alexandro C viris clarissimis consulibus.

a Conc. Rom. vi. sub Sym- macho papa. c. 1. In- iustum iudi- cium & b S. Profper sent. 179. c. 5. Aug. 14. con- tress. c. 9. c. eundem ex eodem in pi. 91. d S. Ambr. ep. 11. e S. Leo ep. 22. f S. Leo ep. 33. cuius ver- ba ut præce- dentium au- ditorum de- cernit addi- tum quibus- dam interpola- ta.

remus. Nam in iis quatuor temporibus, seriæ tempe- ritæ maxime variatur, ac fructus omnes cum frugibus vel feruntur, vel nascuntur, vel maturantur, vel col- liguntur. Hanc rationem adfert sanctus Leo sermone 2. s. & 8. de jejuniis decimi mensis. Tertia causa est, ut singulis mensibus certum aliquod fastivum ac solenne jejunium servetur, sicut singulis annis quadragesimale, singulis hebdomadibus feria sexta & quarta nisi, nec sabbata jejunatur, ac proinde quatuor anni temporibus tribus diebus unius hebdomadæ jejunamus, pro tribus mensibus: nimirum mense Martio jejunamus semel tribus diebus, pro primo, secundo ac tertio mense: mense Junio circa pentecosten jejunamus per dies tres, pro tribus se- quentibus mensibus Junio videlicet, Julio, & Augus- to: mense Septembri, pro septimo ac octavo & nono: Decembri pro decimo, undecimo ac duodecimo mense anni, scilicet pro Decembri, Januario ac Februario. Idque majoris commoditatis gratia factum est. Hæc Leo serm. 9. de jejuniis septimi mensis: & serm. 2. de jeju- niis decimi mensis, Amalarius de offic. eccles. lib. 2. c. 2. Quarta causa instituti jejunii quatuor temporum est ordinatio clericorum: quæ cum his temporibus ordina- riæ per universam ecclesiam fiat, omnes & singuli Chris- ti fideles exemplo primitivæ ecclesiæ, quam Ador. c. 13. tempore ordinationis jejunasse constat, merito cum jejunio orant, ut Christus dominus fideles operarios in vineam suam mittere dignetur. Et quanquam prin- cipium pontificis, ut perspicuum est ex libro pontifi- calis, ac testimonio Amalarii lib. 2. de offic. eccles. cap. 7. mense Decembri tantum ordines sacros contulerint, tamen crescente ordinandorum numero, resse institutum est, ut aliis etiam tribus temporibus sacri ordines conferrentur: ita Gelasius epistola prima. Vide Bellarm. prædicto loco. d Nulli vero dubium.) Romanam ecclesiam matrem & caput esse omnium aliarum ecclesiarum, evidens testi- monium notatu dignissimum hic traditur: plura testi- monia vide apud Bellarm. de Rom. pont. Quarta causa. e Memor enim sum, me sub illius nomine ecclesiæ præsidere.) Romanum pontificem successorem Petri esse, hic indicatur. Plura testimonia vide apud Bellar- min. de Roman. pont. lib. 2. cap. 12. & multis aliis se- quentibus.

NOTE SEVERINI BINII.

adignitate nequaquam submovendum. Altera deinde synodus parvo post collecta est a Demetrio, cui in versuerunt aliquot Aegyptii Episcopi. Ergo Demetrius multum in synodo conquestus de audacia Theodotisti & Alexandri, facinus porro quod Origenes adhuc iuvenis patraverrat, quum se castravit, gravissime criminatus. eo flexit ut consentiente universa synodo Origenem damnaret & sacerdotio quoque privaret. subscribentibus huic decreto etiam iis qui antea Origenem suffragabantur. Romanum porro Pontificem ac reliquos orbis Episcopos, exceptis Palaestina & Arabia & Phoenice, atque Aebaje sacerdotibus, in silam Origenis damnationem concessisse docet Hieronymus, cuius verba referuntur in secunda invectiva quam Rufinus adversus eum scripsit. Ita Alexandria pulsus Origenes, ad Theodotistum profectus, Casarea degendi & docendi potestatem accepit, ut docet idem Pampbilus apud Photium.

Euseb lib 6.  
cap. 8.

ANNO CHRISTI 322. 321.

ANNO CHRISTI 322. 321.

V I T A  
EPISTOLÆ ET DECRETA  
PONTIANI PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

**P**ONTIANUS natione Romanus, ex patre <sup>a</sup> Calpurnio <sup>b</sup> Calpurnio, <sup>b</sup> sedit annos 9. menses 5. dies 2. martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Alexandri, a consulatu Pompeiani & Pelagiani. <sup>c</sup> Eodem tempore Pontianus episcopus & <sup>d</sup> Philippus presbyter, in exilio ab Alexandro sunt deportati in Sardiniam, in insulam <sup>e</sup> (a) Buccinam, Severo & Quintiano consulibus. In eadem insula afflicti, <sup>d</sup> defunctus est (b) 13. Kalend. Decembris. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos quinque, episcopos per diversa loca 6. Quem beatus Fabianus adduxit cum clero navigio, & sepelivit in cœmeterio Callisti via Appia. Et cessavit episcopatus a (c) die depositionis 17. Kalend. Decembr. dies 13

<sup>a</sup> Calpurnio  
<sup>b</sup> Pelagiani  
<sup>c</sup> Hippolytus  
<sup>d</sup> Buccinam  
<sup>e</sup> mactatus

NOTÆ SEVERINI BINII.

Pontianus quando factus sit pontifex. Sedit persequitio. Pontianus martyrio coronatus. Quomodo sedit.

(a) Pontianus. Post interregnum 30. dierum, octavo kalend. Julii anno Christi 323. Alexandri imperatoris 10. Pontianus Urbano subrogatur. Sub hoc pontifice Origenes Cæsares philosophiam docens, Gregorium magnum, cognomento Thaumaturgum, discipulum haurum, hoc pontifice sexta persecutio Christianorum, & maxime presulum ecclesiam, a Maximino imperatore publico edicto promulgata est, propterea quod dii gentiles, ut spargebant, Christianorum moribus & religione contempti, ideoque ad iracundiam ac vindictam provocati, universam orientalem plagam gravissimis terre motibus acerbissimo exagitarent. Hac eadem persecutione Pontianus, iussu Alexandri in Sardiniam relegatus, Maximini imperatoris mandato sustibus verberatus, martyrium ibidem consummavit 19. die mensis Novembris anno Christi nati 327. Corpus illius postea a Fabiano papa Romam translatum, in cœmeterio Callisti sepultum est. Baron. prædicto anno, n. 5. 6. & 10. b Sedit annos 9. menses 5. dies 2. Annos 4. menses 4. dies 25. sedit ex die ingressus & obitus colligitur. c Eodem tempore Pontianus, &c. in exilio ab Alexandro. Quod non tam religionis causa, quam aliqua potius calumnia a gentilibus circumventum Pontianum, Alexander relegaverit, ipsius erga Christianos affectus, & familia Christianis hominibus referat indicat. Euseb. lib. 6. histor. cap. 21. ob quod facinus, Deo vindice, a militibus Alexandrum imperatorem occisum esse, non vana conjectura dici poterit. Baron. anno 327. n. 1.

EPISTOLA I.  
PONTIANI PAPÆ  
AD FELICEM SUCCRIBONUM.

De honore quo sacerdotes prosequendi sunt.

Pontianus episcopus Felici Succribono salutem.

**O**ppido cor nostrum caritati vestræ congaudet, quod studium sanctæ religionis immopere adimplere studetis, & fratres mœrentes ac destitutos, in fide & religione confortatis. Unde redemptoris nostri misericordiam exoramus, ut sua nobis in omnibus gratia suffragetur, & effectu implere tribuat, quod velle concessit. In hoc itaque bono, tanto commoda retributionis accrescunt, quanto & studium laboris augetur. Et quia in his omnibus divinæ gratiæ adjutorio opus est, omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoramus, quatenus hæc vobis semper operanda bona & velle tribuat, & posse concedat, atque in ea vos via, cum fructu boni operis, quam se pastor pastorum esse testatus est, dirigat, ut sine quo nihil agi potest, per ipsum implere bona, quæ cepistis, valeatis. De sacerdotibus autem domini, quos vos audivimus contra pravorum hominum insidias adjuvare, eorumque causas portare, scitote vos in eo valde Deo placere, qui sibi eos ad servendum adscivit, & familiares intantum sibi esse voluit, ut etiam aliorum hostias per eos acceptaret, atque eorum peccata donaret, sibi que reconciliaret. Ipsi quoque b proprio ore corpus domini c conficiunt, & populis tradunt. De illis enim dictum est: Qui vos contristabit, me contristabit: & qui vobis faciet injuriam, recipiet id quod inique gessit. Et alibi: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Hi enim non sunt infestandi, sed honorandi. In his quoque dominus honoratur, cujus legatione funguntur. Hi ergo, si forte ceciderint, a fidelibus sunt sublevandi & portandi. Accusandi autem non sunt ab infamibus, aut sceleratis, vel inimicis, aut alterius sectæ vel religionis hominibus. Si peccaverint, a reliquis arguantur sacerdotibus: sed & a sum-

a Fidei iudicium ac supposita doctrina virtus habetur ex Gregorio & Sixti præsertim facinoris confutata.

b Succribono, vel Succribono.

c S. Gregorius ep. 99. lib. VII. confite.

d Symm. id conc. Rom. VI. ad.

(a) Luc. Buccinam (b) Luc. III. Kal. Novembr. & in ejus locum ordinatus est Antherus (c) Luc. dies X. & nihil aliud addit.

summis pontificibus constringantur, & non a secularibus, aut male vite hominibus arguantur vel arceantur. Quod ergo de fratribus vestris transitu vos contristari audivimus, non modico compulsi sumus merore. Unde omnipotentem Deum rogamus, ut suae vos gratiae adspiratione consoletur, volque & a malignis spiritibus, & a perversis hominibus, caelesti protectione custodiat. Nam & si quos post illius obitum tumultus quorundam adversantium sustinetis, nolite mirari, si vos, qui frui bonis in terra vestra, id est, in terra viventium quaeritis, mala hominum in terra aliena portatis. Peregrinatio quippe est vita praesens: & qui suspirat ad patriam, ei tormentum est peregrinationis locus, etiam si blandus esse videatur. Vobis autem qui patriam quaeritis, inter suspiria quae habetis, etiam gemitus audio humanae oppressionis exurgere. Quod miramur omnipotentis Dei dispositione agitur, ut dum veritas per amorem vocat, mundus praesens a seipso animum vestrum per tribulationes, quas ingerit, rejiciat; tantoque facilius ab amore hujus saeculi mens exeat, quanto & impellitur, dum vocatur. Itaque quod crepistis, hospitalitatis curam impendite, in oratione & lacrymis instantissime laborate: eleemosynis, quas semper amastis, jam nunc largiatur atque uberius date operam, ut tanto postereatque vobis in retributione fructus muneris, quanto hic excreverit studium laboris.

a. S. Greg. ep. 90. lib. IX. paucis pro more sui que verba.

b. Idem ep. 21. lib. VII.

c. Idem ep. 27. ejusdem libri.

d. an. 235.

NOTAE SEVERINI BINII.

Car sacerdotum colendi:

Sacerdotium regno praestantius est:

a. De sacerdotibus, &c.) Docet sacerdotibus Dei ministris summum honorem deferendum esse, ideo quod Dei maximi ministri sint, quodque inter Deum & homines quasi mediores existant, imaginem Dei gerant, ac demum pro Christo legatione fungantur. Cum igitur iniuria & contemptus legatorum cedat in ignominiam superioris legantis, honor legato exhibitus, ipsi regi aut superiori exhibetur; recte hic decernitur sacerdotium Christi in ecclesiam transferri, venerandum esse ministerium, ejusque gubernatores, qui sunt episcopi & sacerdotes, maximo honore colendos esse. Addo, regale Christi sacerdotium & regnum in apostolos, eorumque successores, ut supra alibi diximus, translatum, non modo omnibus regnis, imperiis ac principatibus dignum & praestantius esse, verum etiam quolibet reges ac principes quibusvis sacris ministris inferiores esse, adeoque Christi sacerdotes longe majore honore ac reverentia dignos esse. Sacerdotium, inquit S. Ignatius epist. ad Smyrneses, est omnium bonorum, quae in hominibus sunt, apex: quidni igitur maxime honorandum? Animam corpore, res divinas humanis praestantiores esse, omnium hominum una communis est sententia. Sacerdotium est velut anima, ejusque regnum spirituale est & divinum. Nam vos, inquit Gregor. Nazianzenor. ad cives Nazianzen. quoque mea potestate, meliusque subsistis lex Christi subiecti: imperium enim vestrum quoque gerimus, addo etiam praestantius & perfectius, nisi Concil. General. Tom. I.

vero equum est spiritum carnis salsibus submittere, & caelestia terrenis cedere. Et pulchra Ambros. de dignit. sacerdot. cap. 2. Honor, inquit, & sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adequari. Si regem fulgenti comparet, & principum diademati, longi erit inferioris, quasi plumbi metallum ad auri fulgorem comparet: quippe cum videat regem colla ac principum submittere genibus sacerdotium, exosculati eorum dextera, orationibus eorum se credens communit. In eadem sententiam huc Chrysost. in verb. Isaia hom. 4. & 3. Alii sunt servituti regni, alii sacerdoti: sed hoc illo majus est, neque enim ex gemmis & auro aestimari debet. Ille, qui sunt in terra sortitus est: sacerdoti jus a supernis descendit. Regi, qui hic, commissi sunt, nihil caelestia. Regi, quae supra commissa sunt, sacerdoti anima: major hic principatus, propterea caput submitte manus sacerdoti. Sacerdotium igitur, cuius arma non sunt carnalia, ut inquit Paulus 1. Corinth. cap. 10. sed Deo potentia, scilicet ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobilit eorum in manibus ferreae, hoc, inquam, sacerdotium quolibet humano impetio praestantius esse, nemo non videt. Unde recte sancti patres jubent, ut post Deum, episcopi & sacerdotes supra reges ac principes majorem potestatem habentes, ac demum tertio loco saeculares principes ac magistratus honorentur: sic enim ait Ignatius epist. praedicta. Honorare Deum, ut omnium auctorem & dominum: episcopum, ut principem sacerdotum, imaginem Dei serventem, Dei quidem propter principatum, Christi vero propter sacerdotium. Honorare oportet & regem, nec enim regem quisquam praestantius, aut quisquam ei pariter in rebus omnibus credit. Nec episcopo quidquam majus in ecclesia, &c. Et ut significet, quo loco, quove ordine & honore singuli in ecclesia habendi sint, ibidem subiungit: Omnia igitur vestra debent ordine perficiantur in Christo. Laici quoque quorum numero sunt omnes etiam reges Christianissimi, diaconi subiacentur: diaconi presbyteris: presbyteri episcopo: episcopus Christo, ut ipse Patri. Sanctus Chrysostomus hom. 33. in Matthaeum, diaconos altaris ministros allocutus haec ait: Si dux igitur quisquam, huiusmodi diademate ornatur, indigne adent, obibo ac coarce: majorem tu illo habes potestatem. Docuit hoc idem exemplum Sanctus Martinus episcopus, qui cum a Maximo imperatore convivio exceptus, rogaretur pateram a ministro oblatam, tanquam dignior, prius accipere, & regi praebere, obtinuit regis petitioni, sumptum poculum ac praebuit. Sed Martinus ubi non? (verba Sulpitii in vita Martini cap. 22. sunt) pateram presbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem, qui post se videret: nec integrum sibi fore, si aut regem ipsum, aut eos qui a regem erant proximi, presbytero praestitisset. Vide quae diximus in notis ad can. apostol. 79. & 74. Baron. anno Christi 57. n. 31. & 32.

7. Jan. 149.

Sacerdotibus honor major debetur quam regibus aut principibus.

Exemplum S. Martini episcopi.

Pontianum haereticum calumniantur.

Testimonia Hieronymi.

Augustini.

Chrysostomi.

b. Proprio ore corpus domini conficiunt.) Qui hanc ob causam Pontianum velut blasphemum accusent, idem Sanctum Hieronymum, Augustinum, Chrysostomum, aliosque plures ecclesiam catholicam patres orthodoxos de crimine notant, in quo nullum sane crimen demonstrare possunt. Hieron. in epist. ad Heliodorum, Abbi, inquit, ut de his quidquam scilicet loquar, qui apostolice gradus succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quas & nos Christiani sumus, qui claros regni caelorum habentes, quadammodo ante iudicii diem iudicant. Augustinus epist. 123. ad Victorianum, ubi de feminis captivis inter barbaros: Ora, inquit, Deum pro eis, & roga, ut etiam ipsas doceat talia dicere, qualia S. Agrippinus inter cetera in oratione & confessione fudit ad Deum: sic enim sunt illae in terra captivitate sua, quemadmodum erant illi in terra, ubi nec sacrificare more suo poterant domino, sicut nec illi possunt vel fecer oblationem ad altare Dei, vel invocare Ipsi sacerdotem, per quem offerant Deo. Sanctus Chrysost. 3. lib. de sacerdotio, comparans sacerdotium novae legis cum sacerdotio veteris legis, dixissetque Judaeorum sacerdotes non lepram purgasse, sed depurgata dumtaxat iudicasse: Nihil, inquit, sacerdotibus, non corporis lepram, sed anima sordes non dico purgata probare; sed purgare praesens concessum est. Quod igitur Pontianus hic scribit, per sacerdotes corpus domini confici, aliorum hostias a Deo recipi, peccata hominum dimitti, etiam probatissimi auctores praedicti scripserunt, ideoque quod Magdeburgenses in Pontiano reprehendunt, nihil est aliud quam mera calumnia. Bellarm. lib. 4. de Roman. pontif. cap. 8.

EPISTOLA II. PONTIANI PAPER

De fraterna dilectione & vitandis malis.

Pontianus sancta & universalis ecclesie episcopus, omnibus recte dominum colentibus, & divinam cultum amantibus, salutem.

Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Haec, verba, carissimi, non hominum sunt, sed angelorum: & non humano sensu excogitata, sed ab angelis in ortu salvatoris annuntiata. Quibus indubitanter ab omnibus intelligi potest, quod non male voluntatis hominibus, sed bonae, pax sit a domino data. Unde Dominus per prophetam loquitur, dicens: Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde. Mei autem pene moti sunt pedes; pene effusi sunt gressus mei, quia emulatus sum contra iniquos, pacem impiorum vident. De bonis vero ipsa per se veritas ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Mundi enim non sunt corde, qui mala cogitant, aut nociva adversus fratres suos: quia nihil mali vult, qui fidelis est. Fidelis ergo homo magis diligit audire quae oportet, quam dicere quae non oportet. Et si quis fidelis est, videat ne mala loquatur, aut cuiquam insidias ponat. In hoc ergo discernuntur filii Dei & filii diaboli. Filii namque Dei semper cogitant & agere contendunt quae Dei sunt, & fratres indefinenter adjuvant, & nulli nocere volunt. Filii autem diaboli e contra, mala & nociva semper meditantur, quia opera eorum mala sunt. De quibus loquitur dominus per Jeremiam prophetam, dicens: Loquar iudicia mea cum eis: super omnia malitia eorum. Propterea iudicio contendam adhuc vobiscum, ait Dominus, & cum filiis vestris disceptabo. Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem. Haec, fratres, valde sunt timenda, & ab omnibus cavenda: quoniam super quem iudicium Dei ceciderit, non exiit impunitus. Et ideo unumquique praevideat, ne hoc machinetur aut agat in fratrem, quod ipse pati noluerit. Et nec in suspicionem veniat homo fidelis, ut dicat aut faciat ea quae pati non vult. Unde suspectos, aut inimicos, aut facile litigantes, & eos qui non sunt bonae conversationis, aut quorum vita est accusabilis, & qui rectam non tenent & docent fidem, accusatores esse & testes, & antecessores nostri apostolica repulerunt auctoritate, & nos submovimus, atque futuris temporibus excludimus, ne libenter labi possint, quos nos tenere & salvare debemus: ne (quod absit) praedictum Dei iudicium, non tantum super utrosque veniat, sed & nos eorum vitio (quod Deus avertat) pereamus. Scriptum est enim: Restorem te posuerunt? curam illorum habe, ut lateris propter illos, & ornamentum gratiae accipias coronam, & dignationem consequaris corrogationis. Verbum enim nequam immutat cor, ex quo quatuor partes oriuntur, bonum & malum, vita & mors, & dominatrix est eorum assidue lingua. Pro talibus praedictae enucleatim examinentur opiniones, & ab illis alieni invenian-

atur, non sunt suscipiendi, quoniam sacrificium salutare est, attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate: Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate: & laudatio, recedere ab iniustitia. Quoniam scriptum est: dilige proximum, & conjungere fide cum illo. Quod si denudaveris absconsa illius, non persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit avem de manu sua, sic qui dereliquisti proximum tuum, & non eum capies. Non illum sequaris, quoniam longe adest. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quia vulnerata est anima eius. Ultra eum non poteris colligare, & maledictus est concordatio. Denudare autem amici mysteria, desperatio est animae infelicitis. Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abiciet. In conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur. Novissime autem pervertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. Multa odisti, & non coaerxisti ei, & dominus odiet illum. Qui in altum lapidem mittit, super eius caput cadet, & plaga dolosa dolose dividet vulnera. Qui fodit foveam, incidet in illam: & qui statuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alii ponit, peribit in illo. Facienti nequissimum consilium, super ipsum devotetur: & non cognoscat unde adveniet illi. Illatio & improprium superborum, & vindicta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum: dolor autem consumet illos antequam moriantur. Ira & furor, utraque execrabilia sunt: & vir peccator continens erit illorum. Qui vindicari vult, a Deo inveniet vindictam & peccata illius servans servabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo homini reservat iram, & a Deo querit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimum? Ipse cum caro sit, reservat iram: & propitiationem petit a Deo? Quis orabit pro delictis illius? Memento novissimorum, & desine inimicari: tabitudo enim & mors imminet mandatis. Memorare timorem Dei, & non irascaris proximo. Memorare testamenti Altissimi, & despice ignorantiam proximi. Abstine te a lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna sive, sic ignis exardescet: & secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit: & secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendet ignem, & lis festinans effundet sanguinem, & lingua testificans adducet mortem. Si sufflaveris in scintillam, quasi ignis ardebit: & si expueris super illam, extinguetur, & utraque ex ore proficiuntur. Insurre & bilinguis maledictus: multos enim turbavit pacem habentes. Lingua tertia multos commovit, & dispersit illos de gente in gentem. Civitates divitum munias destruxit, & domos magnatum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes sortes dissolvit. Lingua tertia mulieres viratas ejecit, & privavit illas laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habitabit cum requie. Flagelli plaga livorem facit, & plaga autem lingua comminet ossa. Multi ceciderunt in ore gladii; sed non sic, quomodo qui interierunt per linguam suam. Beatus qui scelus est a lingua nequam, qui in iracundiam illius non iras-

Lui.

Psalm.

Matth.

Sicut sent.

Jerem.

Jerem.

Jerem.

Sicut ejusdem sent.

Eccl.

Eccl.

in mandatis

festinant.

maras

veritates

habebit amicum in quo requiescat

transieris, & qui non attraxit jugum ejus, & vinculis ejus non est ligatus. Jugum enim illius, jugum ferreum est, & vinculum illius, vinculum areum est. Mors illius, mors nequissima: & utilis potius infernus quam illa. Persecerantia illius non permanebit, sed obtinebit vias injustorum, & flamma sua non comburet justos. Qui derelinquit dominum incidit in illicium, & exardescet in illis, & non extinguetur: & immitatur in illos quasi leo, & quasi pardus ledet eos. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam: & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Aurum tuum & argentum tuum confila, & verbis tuis facito stateram, & franos ori tuo reffos. Et attende, ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conspectu inimicorum insulantium tibi, & sit casus tuus insanabilis ad mortem. Ne tardes converti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius: & in tempore vindictæ disperdet te. Noli anxius esse in deuitis injustis, nihil enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omni via: sc enim peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui, & scientia: & prosequatur te verbum pacis & justitiæ. Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas: & cum sapientia ser responsum verum. Si est tibi intellectus, responde proximo: su autem, sit manus

A tua super os tuum, ne capiatis in verbo indisiplinato, & confundaris. Honor & gloria in sermone sensati: lingua imprudentis, subverbo ipsus. Non appelleris susurro: & in lingua tua ne capiatis, & confundaris. Super furem enim est consilio & penitentia, & donatio pessima super bilinguem. Susurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. Justifica pusillum & magnum similiter. Noli feri pro amico inimicus proximo. Improprium enim & contumeliam malus hereditabit, & omnis peccator invidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione anima tua velut tantras, ne forte elidatur virtus tua super stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam disperdet, qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum. Carissimi, oppressos erigere studete, & necesse habentes semper adjuvate: quoniam qui fratrem afflictum relevat, apprehensum eripit, merentem consolatur, ab illo sibi retribuui, cui totum impendit, non dubitet, qui ait: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Taliter enim bona indefinenter agere studete, ut fructum boni operis & hic consequamini, & in futuro gratia Dei perfuamini, quatenus celestis regni aulam introire postea mereamini. Data 4. Kal. Maii, Severo & Quantiano viris clarissimis consulibus.

E. 1. f. 1.

E. 1. f. 1.

S. Greg. ep. 11. lib. VII.

Quod Mart. 23.

S. Greg. ep. 11. lib. VII. ANNO CHRISTI 335.

ANNO CHRISTI 335.

## CONCILIIUM ALEXANDRINUM

## Incerti loci

Ab Heracla Patriarcha celebratum circa annum Christi cccxxv.

Ex Eutychii Patriarchæ Alexandrini Annalibus.

Ex Labbei append. tom. 1.

Heraclas Patriarcha Alexandrinus Episcopus congregavit is Synodum Episcoporum, & in pos constituit viginti. Ex his unus erat, Ammonius didus, religionis defertor. De quo simul ac ad Heracliam delata est fama, xit

ANNO CHRISTI 335.

ANNO CHRISTI 335.

V I T A,  
EPISTOLÆ ET DECRETA  
ANTERI PAPÆ.

## Ex Libro Pontificali Damasi Papæ.

A Nterius natione Græcus, ex patre Romanensem Decembrem, & unum episcopum ordinavit in civitate Fundis Campaniæ. Qui sepultus est in cæmeterio Callisti via Appia, 3. Nonas Januarii. Et cessavit episcopatus dies 13.

No-

(a) Luc. addit., &amp; legentium. (b) deest in Luc. (c) in Luc., martyrio coronatus (d) in Luc., deest ordinationem unam



NOTÆ SEVERINI BINII.

Anterus non... Cyprianus Urbanus... tunc... cessit.

Quamvis... sedis... tunc... cessit.

Quamvis... notiam in... excipiendo

Causa marty... tu Anteri...

a. Suspecta... pariter... doctis... vel... ex... unius... Hieronymi... sequentia.

b. sedium... episcopalium.

c. non... probat... Ant. Aug. in... cap. 42. coll. Ma... driani pape.

d. Sineus... ep.

Joan. B.

EPISTOLA ANTERIPAPÆ AD EPISCOPOS PROVINCIARUM BÆTICÆ ET TOLETANÆ.

De mutatione b episcoporum.

Carissimis fratribus per b Beticam atque c Toletanam provincias episcopis constitutis, Anterus episcopus in domino salutem.

Optarem, fratres carissimi, semper d dilectionis & pacis vestre sinceritatis gaudia... audire, ita ut vicissim discurrentibus literis sospitatis indicia juventur...

Aris, & Apostoli sententia repressus, dicens: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. O infelix audacia, o desperata mentis astutia. Ipse enim hortatur odia, & fugat concordiam. Et quia facile ad deteriore partem mens humana transducitur, volens magis per spatiosam viam ambulare, quam arcte via iter cum labore transire. Qua de re, fratres dilectissimi, testamini meliora, & semper relinquitte deteriora. Bona agite, mala vitate, ut vere discipuli domini esse inveniamini.

De mutatione ergo episcoporum, unde sanctam sedem apostolicam consulere voluistis, sentite eam communi utilitate atque necessitate fieri licere, sed non libitu cuiusquam ad dominatione. Petrus, sanctus magister noster & princeps apostolorum, de Antiochia utilitatis causa translatus est Romam, ut ibidem potius proficere posset. b Eusebius b quoque de quadam parva civitate, apostolica autoritate, mutatus est c Alexandriam. Similiter Felix d de civitate, qua ordinatus erat electione civium, propter doctrinam & bonam vitam quam habebat, communi episcoporum & reliquorum sacerdotum ac populorum consilio, translatus est Ephesum. Non enim transit de civitate ad civitatem, qui non suo libitu aut ambitu hoc facit, sed utilitate quadam aut e necessitate aliorum, hortatu & consilio potiorum transfertur. Nec transfertur de minori civitate ad majorem qui hoc non ambitu nec propria voluntate facit, sed aut vi a propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci aut populi, non superbe, sed cum humilitate, ab aliis translatus & inthronizatus est: quia homo videt in facie, Deus autem in corde. Et dominus per prophetam loquitur dicens: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vana sunt. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem. Nec mutat civitatem, qui non sua sponte, sed f consilio & electione aliorum mutatur. Non ergo migrat de civitate ad civitatem, qui non avaritiae causa, nec sponte dimittit suam: sed (ut iam dictum est) aut pulsus a sede sua, aut necessitate coactus, aut electione & exhortatione sacerdotum & populorum, translatus est ad alteram civitatem. Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos & reliquos sacerdotes, sic quoties utilitas aut necessitas coegerit, supradicto modo & mutare & inthronizare potestatem habent. Hæc, ut petiistis, licet vobis b incognita non sint, tenenda mandamus, ne ignorantia quorundam, meliora & utiliora vitentur, & inutiliora sumantur, sicut in sancto legitur evangelio: Va vobis hypocritæ, qui decimatis menibam, & anelbum, & cuminum, & reliquias quæ graviores sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes calicem, camelum autem glutientes. Quod licet, non licet i: & quod non licet, licet. Quemadmodum Jannes & Mambres resistunt veritati, sic & illi, mente reprobi, amantes voluptatem magis quam Deum, quod licet, docent non licere, id est, episcopos migrare de civitate ad civitatem, prætaxato modo: quod non licet, docent licere, id est, misericordiam non agere circa patientes necessitatem, hoc est, eis qui epi-

Ignorantia vobis incognita non sint, tenenda mandamus, ne ignorantia quorundam, meliora & utiliora vitentur, & inutiliora sumantur, sicut in sancto legitur evangelio: Va vobis hypocritæ, qui decimatis menibam, & anelbum, & cuminum, & reliquias quæ graviores sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes calicem, camelum autem glutientes. Quod licet, non licet i: & quod non licet, licet. Quemadmodum Jannes & Mambres resistunt veritati, sic & illi, mente reprobi, amantes voluptatem magis quam Deum, quod licet, docent non licere, id est, episcopos migrare de civitate ad civitatem, prætaxato modo: quod non licet, docent licere, id est, misericordiam non agere circa patientes necessitatem, hoc est, eis qui epi-

epi-

MS. a editio Merini. Bætica atque Toletana

episcopum non habent, & sacro episcopa-  
li indigent ministerio, episcopum de alia ci-  
vitate causa utilitatis vel necessitatis tribui:  
& episcopis persecutionem aut necessitatem  
patientibus, aliam cothedram dari negant.  
Contradiciunt etiam sacra scripturae, quae te-  
statur *maie Deum misericordiam quam* <sup>a</sup> judi-

1. sacrificium  
2. eodem MS.  
defunt quae  
antiqua clau-  
sa.

1. 1. 19.

(Quae, precor, major caritas, aut quod ef-  
ficacius pietatis patrocinium potest a quoquam  
alicui impendi, quam si ignorantiae tenebras  
& imperitiae caliginem ab eo repellat, ac de-  
mum verae fidei doctrinae pabulo, non ad qua-  
estum, non ad ambitionem, sed ad eruditionem  
& aedificationem reficiat? Tamquam enim  
mutilo sit manus, claudendo pes, oculus caeco, qui  
ignorantiae tenebris obvoluto, sapientiae & scienti-  
ae thesaurum referat, & candorem lucis,  
viaeque domini benigniter aperit.)

b. a. Tim  
c. propriam  
profapem  
d. Idem Ba-  
nodius loco  
supra citato.

1. 1. 1. Mu-  
tationes epi-  
scoporum.

1. 1. 18.

1. Idem En-  
nodius mox  
laudatus.

1. Synodica  
Martini I.

1. Sapiens 1.

1. maledicum

Utriusque autem, id est, & famem verbi  
Dei patientibus, & episcopis necessitatem,  
quando inthronizantur propter communem uti-  
litatem in aliis civitatibus, non modica exhibe-  
tur misericordia. Negantes autem haec, licet  
speciem habeant pietatis <sup>b</sup>, virtutem tamen  
eius abnegant. Nam <sup>c</sup> in tali negotio profa-  
piam <sup>d</sup> non agnosco: si quis tamen sapientium,  
quos insipientibus tempestatis huius pro-  
cella aliis traiecit auctoribus, facinorum parti-  
cipatione maculatur, splendor sapientis, et si  
communione criminum incurrit, nescit tam-  
en ducem se praebere peccantibus. Alia quo-  
que est causa utilitatis & necessitatis, & alia  
avaritiae & praesumptionis, aut propriae volun-  
tatis. Avaritiae quoque causa, vel praesumptio-  
nis, aut propriae voluntatis, non sunt episco-  
pi mutandi de civitate ad civitatem, sed uti-  
litatis & necessitatis. Quod nemo negat, nisi  
hi de quibus dictum est: *Erraverunt in ebrietate,  
nescierunt evidentem, ignoraverunt iudicium.*  
Nam si enarrando <sup>e</sup> cogerer aperire transacta,  
ostenderem vobis, nullum evenire solatium de  
comparatione factorum. Ceterum *state*, carissimi,  
*super vias, aspicientes & interrogantes de  
semitis domini antiquis* <sup>f</sup>, & videte, quae est via  
bona & recta, & ambulat in ea, & invenie-  
ti *requiem animabus vestris*. Et ut iuxta sa-  
pientiae vocem dicamus, *Diligite iustitiam, qui  
iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate,  
& in simplicitate cordis quaerite illum: quoniam  
invenitur ab his qui non tentant illum: apparet  
autem eis qui fidem habent in illum. Perversae  
enim cogitationes separant a Deo, probata au-  
tem virtus corripit insipientes. Quoniam in ma-  
levolum animam non introibit sapientia, ne-  
habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus  
enim sanctus disciplinae effugiet fictum, &  
auferet se a cogitationibus quae sunt sine intel-  
lectu, & corripietur a superveniente iniquitate.*  
Benignus est enim spiritus sapientiae, &  
non liberabit <sup>g</sup> maledictum a labiis suis: quoniam  
renum illius testis est Deus, & cordis eius  
scrutator est verus, & lingua illius auditor.  
Quoniam spiritus domini replevit orbem terra-  
rum, & hoc, quod continet omnia, scientiam ha-  
bet vocis. Propter hoc, qui loquitur iniqua, non  
potest latere, nec praeteriet illum corripienti iudicium.  
In cogitationibus enim impius interrogatio erit.  
Sermo enim illius auditio ad dominum veniet,  
& ad correptionem iniquitatum illius: quoniam  
aurem zeli audit omnia, & tumulus mur-

murationum non abscondetur. Custodite ergo vos  
a murmuratione, quae nihil prodest: & a detra-  
ctione partem linguae: quoniam sermo obscurus in  
vacuum non ibit. Os quod mentitur, occidit ani-  
mam. Nolite zelare mortem in errore vite ve-  
stra, neque acquiratis perditionem in operibus ma-  
nuum vestrarum: quoniam Deus mortem non fecit,  
nec latetur in perditione vivorum. Creavit  
enim, ut essent, omnia, & sanabiles esse voluit  
nationes orbis terrarum. Non est in illis medi-  
camentum exterminis, nec inferorum regnum in  
terra viventium. Iustitia perpetua est & immor-  
talis: iniustitia autem mortis est acquisitio. Impi-  
i autem manibus & verbis accerserunt illam:  
& estimantes eam amicam, defluerunt, & spon-  
siones posuerunt ad illam: quoniam morte digni  
sunt, qui sunt ex parte illius. Dixerunt enim, *Sapienter*  
*apud se cogitantes non recte: Exiguum est, &*  
*cum radio, tempus vite nostra, & non est re-*  
*frigerium in fine hominis, & non est qui agni-*  
*tus sit reversus ab inferis. Quoniam ex nihilo*  
*nati sumus, & post hoc erimus tamquam non*  
*fuimus. Quoniam fumus* <sup>a</sup> *afflatus est in navi-*  
*bus nostris, & sermo scintilla ad commovendum*  
*cor nostrum: quae extincta, cinis erit corpus no-*  
*strum, & spiritus effunditur, tamquam mollis aer.*  
*Et transibit vita nostra tamquam vestigium nubis,*  
*& sicut nebula dissolvetur, quae fugata est a ra-*  
*diis solis, & a calore illius aggravata. Et no-*  
*men nostrum oblivionem accipiet per tempus, &*  
*nemo memoriam habebit operum nostrorum. Um-*  
*bra enim transitus est tempus nostrum, & non*  
*est reversio finis nostri, quoniam consignata est,*  
*& nemo revertetur. Propterea unicuique pra-*  
*videndum est, ut summopere se custodiat, &*  
*utiliter se praevideat, ut cum dies extrema fi-*  
*nisque vitae advenerit, non transeat ad pe-*  
*peritiam mortem, sed ad vitam aeternam. Facta*  
*enim subditorum iudicantur a nobis, nostra*  
*vero iudicat Deus.* <sup>b</sup> *Ex merito vero plebis*  
*nonnunquam episcopi depravantur, quatenus*  
*proclivius cadant qui sequuntur. Capite lan-*  
*guescente, cetera corporis membra inhiuntur.*  
*Deteriores sunt, qui vitam moreque bonorum*  
*corrumpunt, his qui substantias aliorum pra-*  
*ediaque diripiunt. Caveat uniuersusque ne aut*  
*linguam, aut aures habeat prurientes* <sup>c</sup>, id  
est, ne aut ipse aliis detrahat, aut alios au-  
diat detrahentes. *Sedens, inquit, adversus fra-*  
*tre[m] tuum loquebaris, detrahendo, & adversus*  
*filium matris tuae ponebas scandalum, &c.* Par-  
cant singuli detractioni linguae, custodiantque  
sermone[m] suos: & sciant, quia cuncta quae de  
aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur.  
Nemo invito auditori libenter refert. Offici-  
singulorum sit, dilectissimi, non solum oculos  
cautos servare, sed & linguam. Nec quid in  
cuiusquam domo agatur, alia domus per vos  
unquam noverit. Habeant omnes simplicita-  
tem <sup>e</sup> columbae, ne cuiquam machinentur do-  
los: & serpentis astutiam, ne aliorum supplan-  
tentur insidiis. Non est humilitatis mea, ne-  
que mensurae, iudicare de ceteris, & de mi-  
nistris ecclesiarum sinistrum quidpiam dicere.  
Abiit, ut quidquam sinistrum de his loquar,  
qui apostolico gradui succedentes, Christi cor-  
pus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam  
Christiani sumus, qui claves regni caelorum  
habentes, ante iudicii diem iudicant. Veteri  
quidem lege habetur, quicumque sacerdotibus  
non obtemperasset, aut extra castra posuisset,

Sapienter

a. Fumus

1. 1. 1. Facta  
subditorum.  
1. Ind III.  
1. 1. 1. 49

b. S. Hier.  
ep. 1. ad Ne-  
potianum  
1. 1. 1. 49

1. Idem Hier.  
ep. 1. 2. ad Ne-  
potianum  
1. 1. 1. 49  
1. 1. 1. 49  
1. 1. 1. 49  
1. 1. 1. 49

lapidabatur a populo, aut gladio cervicē subje-  
 cta, contemptum expiabat cruore. Nunc vero  
 inobediens spirituali animadversione truncatur,  
 & cæcus ab ecclesia, rabido dæmonum ore  
 a. dicitur. b. Oportet enim ut qui Deum hæ-  
 reditate possident, abique ullo impedimento  
 sæculi Deo serviant, ut dicere possint: Domi-  
 nus pars hereditatis mee. O quam bonus & sua-  
 vis est spiritus tuus, domine, in omnibus. Par-  
 cis autem omnibus, quoniam tua sunt domine  
 qui animas amas. Ideoque vos, qui exerrant  
 partibus, corripis: de quibus peccant, admones  
 & alloqueris, ut restituta malitia, credant in te  
 domine. Tu autem Deus noster, suavis & verus  
 es, patiens, & in misericordia disponens omnia.  
 Etenim, si peccaverimus, tui sumus, scientes  
 magnitudinem tuam. Et si non peccaverimus,  
 scimus quoniam apud te sumus computati. Spi-  
 ritus timentium dominum quæretur ab eo, & in  
 respectu illius benedicientur. Quapropter, fratres  
 carissimi, omnis sermo malus ex ore vestro non  
 procedat. sed si quis bonus est ad edificationem op-  
 portunitatis, ut det gratiam audientibus, & no-  
 lite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo  
 signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritu-  
 do, & ira, & indignatio, & clamor, &  
 blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia.  
 Estote autem invicem benigni, misericordes, do-  
 nantes misericordiam, sicut & Deus in Christo donavit  
 vobis. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii car-  
 issimi; & ambulate in dilectione, sicut & Chris-  
 tus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro no-  
 bis oblationem & hostiam Deo in odorem suavi-  
 tatis. Fornicatio autem & omnis immunditia aut  
 avaritia non nominetur in vobis, sicut & decet san-  
 ctos, aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrili-  
 tas, que ad rem non pertinent, sed magis gratiarum  
 actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis  
 fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est  
 idolorum servitus, non habet hereditatem in re-  
 gno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus  
 verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios  
 assidentie. Nolite ergo effici participes eorum.  
 Eratis enim aliquando tenebre, nunc autem lux  
 in domino. Ut filii lucis ambulate, (fructus enim  
 lucis est in omni bonitate & iustitia & verita-  
 te) probantes quid sit beneficiatum Deo. Et no-  
 lite communicare operibus infructuosius tenebrarum,  
 magis autem redarguite. Que enim in occulto  
 sunt ab ipso, turpe est & dicere. Omnia autem  
 que arguantur, a lumine manifestantur. Omne  
 enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod  
 dicit: Surge qui dormis, & exurge a mortuis,  
 & illuminabit te Christus. Videte itaque, fra-  
 tres, quomodo caute ambuletis, non quasi in-  
 sapientes, sed ut sapientes: redimentes tempus,  
 quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri im-  
 prudentes, sed intelligentes qua sit voluntas Dei:  
 Et nolite inebriari vino, in quo est inxuria: sed  
 implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetip-  
 si in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus,  
 cantantes & psallentes in cordibus vestris Domi-  
 no, gratias agentes semper pro omnibus in nomi-  
 ne domini nostri Jesu Christi Deo & Patri, sub-  
 jecti invicem in timore Christi. State itaque,  
 fratres, & tenete traditiones apostolorum &  
 apostolicæ sedis, ut dominus noster Jesus Chris-  
 tus, & pater noster, qui dilexit nos, & dedit  
 consolationem æternam, & spem bonam in gra-  
 tia, exhortetur corda vestra, & confirmet in omni

Opere & in sermone bono. De cetero, fratres,  
 orate pro nobis, ut sermo domini currat & clari-  
 ficetur, sicut & apud vos, & ut liberemur ab  
 importunis & malis hominibus: non enim om-  
 nium est fides. Fidelis autem Deus est, qui con-  
 firmabit vos, & custodiet a malo. Quapropter  
 ponite indifferenter corda vestra in virtute Dei,  
 & resistite semper malis, & enarrate hæc, juxta  
 vocem prophetæ, in progenies alteras, quoniam  
 hic est Deus Deus noster in æternum, & ipse re-  
 get nos in sæcula. Unde vos, qui in specula a  
 domino estis constituti, comprimere & repe-  
 lere eos summopere debetis, qui fratribus in-  
 sidias præparant, aut in eos seditiones & scan-  
 dala excitant. Facile est enim hominem ver-  
 bo fallere, sed non donum. Ideo hos re-  
 prehendere, & ab his vos avertere oportet,  
 quatenus, & extincta funditus hujusmodi cali-  
 gine, Lucifer eis respiciat, & lætitia ori-  
 tur in cordibus eorum. Confidamus autem de  
 vobis, fratres, in domino, quoniam que præcepi-  
 mus, & facitis, & facietis. Quanto enim be-  
 neficia vestra his amplius exhibetis, tanto  
 majorem vicissitudinem ab omnipotenti Deo,  
 cui, & serviunt, expectatis. Omnipotens Deus  
 sua & vos protectione custodiat, honoremque  
 & præceptum servare concedat, & gloria hon-  
 orque Deo Patri omnipotenti, eoque unige-  
 nito Filio salvatori nostro, cum Spiritu sancto  
 sit in sæcula sæculorum Amen. Data  
 xii. Kal. Aprilis Maximiano & Africano viris  
 clarissimis consulibus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a De mutatione episcoporum. Pontifex de sedibus  
 episcopalibus transferendis & transmutandis consultus,  
 hac epistola docet, & exemplo Petri apostoli aliorum-  
 que plurium probat translationem sedis episcopalis li-  
 citam esse, si utilitate & necessitate alterius ecclesie exi-  
 gente fiat cum superiorum episcoporum cognitione &  
 consensu: si vero vel ex avaritia, vel ambitione aut  
 presumptione, ac sola propria voluntate episcopus se-  
 dem mutet, illicitum est, & apostolica lege, que ex-  
 tat canon. apostol. 14. interdictum. Unde cum tempo-  
 re Nicæni concilii ex Antiochenis, alii Eusebium Cæsari-  
 ensem, alii Eustachium Beroensem antistitem non si-  
 ne turba totius populi expeterent, sacrosancta synodus  
 sanctissime id, quod ab apostolis constitutum jam ante  
 fuerat, confirmavit, ne episcopi, presbyteri atque dia-  
 cono de ecclesia in qua ordinati sunt, in aliam transfe-  
 rantur, nisi necessitas vel evidens ecclesie utilitas aliud  
 requirat. Nam ut alicui sedes ab hæreticis pessumdatur,  
 insignis aliquis alterius ecclesie episcopus præficiatur, id  
 non modo non sancta synodus prohibuit, sed e contra  
 potius id faciendum esse exemplo edocuit, cum Eusebio  
 Nicomedensi & Theognide Nicæno episcopis Arianis  
 insignioribus depositis, in sedem ipsorum aliarum sedium  
 antistites successerunt. Et quia Eusebio Nicomedensis  
 hominis iniqui & ambitioni (qui post duas sedes mu-  
 tatas Constantinopolim se transferri curavit) exemplo,  
 frequenter ab Arianis fiebat, ut qui humanæ gloriæ li-  
 bidine incitati, numeribus ad majores sedes provēhi-  
 laborarent, iis episcopis qui majores civitatibus præ-  
 erant, negotium facerent; ideo patres sacrosancti Oec-  
 umenici concilii Sardicenses decreverunt, ut tales deinceps,  
 non tantum inter episcopos non numerarentur, sed  
 inter laicos commemorarentur, imo ne laica quidem com-  
 munionem in fine vite impartirentur. Baron. ann. Christi  
 324. num. 155. anno 325. num. 153. item anno 347.  
 num. 46.  
 b Eusebius quærit. Hic est ille Eusebius Alexandri-  
 nus episcopus, qui scripsit 18. sermones nuper in vetus-  
 tissimo libro bibliothecæ Cryptæ ferratæ, ut testatur  
 Turrianus cap. 12. libro 2. inventos, in quorum uno  
 quem de ascensione domini scripsit, usus est verbo Ha-  
 manis, quod sanctus Athanasius in epist. ad Africanos  
 ait non fuisse in synodo Nicæna inventum, sed prius  
 fuisse etiam ab episcopis Alexandriae usurpatum, ad as-  
 ferendam contra hæreticos consubstantialitatem Filii Dei.  
 VI.

Hædæus  
 Hæc. Ant  
 to multi  
 anit posse  
 1107.  
 b. Iud II  
 off. 1.  
 Psalm 10.  
 Sapient. 12.  
 Sapient. 11.  
 Sapient. 13  
 Eccl. 24.  
 Epist. 4  
 Epist. 5.

Tib. Sal  
 Gelasius  
 ep. 9.  
 Tib. Sal 41.  
 Sixt. sent  
 176  
 Steph. Do  
 reusa in  
 libello oba-  
 to an. 649  
 in synod.  
 Rom. cont.  
 1. Tib. Sal 3.  
 d. S. Greg  
 ep. 12. lib.  
 12.  
 servitus  
 e. Idem ep.  
 30. lib. 15.

ex MS  
 Iustelli.

Mutatio sedis  
 episcopalis  
 ex sola uti-  
 litate & ne-  
 cessitate ex-  
 ecutive licita  
 est.

Pana sedes  
 episcopales  
 sine iusta  
 causa ma-  
 nentiam

ANNO CHRISTI 258. 256.

ANNO CHRISTI 258. 256.

V I T A
EPISTOLAE ET DECRETA
FABIANI PAPE

Ex libro Pontificali Damasi Papae.

Fabianus natione Romanus, ex patre A Fabio, b fedit annos 14. mensium unum dies 11. c martyrio coronatur 14. Kalend. Februariarum. Fuit autem temporibus Maximini & Africani, usque ad Decium secundo & Gratianum. d Hic regiones divisit diaconibus, & e fecit septem (a) subdiaconos, qui septem notariis imminerent, ut gesta martyrum a in integrum colligerent: & f multas fabricas per caemeteria fieri praecepit. Post passionem vero ejus, g Moses & Maximus presbyteri, & Nicostratus diaconus, comprehensi sunt, & in carcerem missi. h Eodem tempore supervenit Novatus ex Africa, & separavit Novatianum de ecclesia, & quosdam confessores, i postquam Moses in carcere detundus est, qui fuit ibi mentes b 11. k Et sic multi Christiani fugerunt, Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros vigintiduos, diaconos septem, episcopos per diversa loca c 11. Qui sepultus est in caemeterio Callisti, via Appia, XIII. (b) Kalendas Februarii. Et i cessavit episcopatus dies (c) sex

& initium imperii suscipit esset martyrio coronatus est, annis 14. & 4. diebus sedisse oportuit. Baron. ann. 253. num. 5. & 6.
Martyrio coronatur. ) Initio omnium atrocissima persecutio istius, quam Decius imperator, ex eo quod sub Philippis longe tateque divina praedictio pervagata, ingentem numerum ubique ad fidem Christi aggregasset, & gentilis superstitione in dies magis laquearet, ira & invidia incitatus indixit, quamque Deus, teste Cypriano libro de lapsis, ob Christianam disciplinam corruptam, permisit. Baronius praedicti loco.
Hic regiones divisit diaconibus. ) Sicut Evaristus, ut supra diximus in nota ad vitam Evaristi, diaconum id munus inunxit, ut etiam episcopo evangelium praedicanti assisterent, ita & Fabianus hic addidit, ut eadem quatuordecim urbis regionibus praesent, singulis binas assignans, ut pauperum in eis degentium curam gererent. Ideoque ex officio diaconi regionalis appellati sunt, qui in concilio Romano II. sub Silvestro cap. 6. diaconi cardinales etiam nominati reperiuntur; ideo quod licet diversis in locis agerent, unius tamen ecclesiae, ejusdemque primatiae cardine continerentur. Vide quoque ibi dicemus, item Baron. anno 112. num. 8. & 9.
Fecit septem subdiaconos, qui. ) Ut supra sit auctoritas actorum a notariis conscriptorum, subdiaconos eisdem muneri praefecit. Vide notas ad vitam Clementis & Anteri, ibique Baronium.
Multas fabricas per caemeteria. ) Cum a tertio anno Fabiani usque ad ultimum exclusive pontificatus sui annum Gordianus & Philippus imperassent, sub quibus omni ex parte persecutione cessante Dei ecclesia tranquille agebat, Fabianus pontifex non modo Christianam religionem propagare, sed etiam propagatam aedificis supra sepulchra martyrum in caemeteriis & cryptis crectis pro viribus illustrare studuit, quae deinceps frequentandi causa a fidelibus, ut supra dixi, frequentata sunt. At non Fabianus tantum hoc tempore pacis, Romae ecclesias extruxit: verum etiam Gregorius Thaumaturgus episcopus Neocaesareae in Ponto, de quo Gregorius Nyssenus scribit, quod cum immensum civium numerum convertisset ad fidem, populo pecuniam & operam conferente, nobilissimam extruxit ecclesiam, altariis pulcherrime ornata, quam Deus, quod a tali viro aedificata, ac divino cultui consecrata esset, a maximo terrae motu impetu, quo urbs ipsa funditus everfa fuit, & quod miraculosum, a Diocletiano omnes omnino ecclesias & sacra altaria demolentis furore ac saevitia, usque ad Gregorii Nysseni tempora illasam conservavit. Baron. anno Christi 245. num. 2.
Moses & Maximus presbyteri. ) Romanae ecclesiae presbyteros ac confessores, eosque ultra annum in carcere detentos, misere affectos fuisse, literis Cypriani ad hosce confessores, & confessorum ad Cyprianum, testantur. Vide epistolas Cypriani 16. 23. 26. 31.
Eodem tempore. ) Nempe quo praedicti confessores in carcere detinebantur, & quo in locum Fabiani iam ultra annum martyrio affecti, post annum interregnum pontificum Cornelius susceptus erat. Nam qui haec verba ad tempus Fabiani adhuc viventes referunt, graviter errant, cum non tantum liber pontificalis hic in vita Fabiani, & infra in vita Cornelii, verum ipse quoque Cypri. epistol. 49. 52. & 70. aperte scribant Novatium num non ante a Novato seductum fuisse, nisi post scilicet adversus Cornelium constatum. Unde quid de epistola Fabiani prima, qua Novatianus a Novato eo tempore seductus esse scribitur, sentiendum sit, in notis ad primam epist. dicemus infra. Baron. anno 258. num. 9. & seqq.
Postquam Moses in carcere defunctus est, qui fuit...

NOTAE SILVERINI BINII.
Fabianus a Fabiano. ) Anno Christi 258 Maximini secundo, quando, & do, post interregnum tredecim dierum, 16. Januarii, Fabianus iudicio spiritus sancti in specie columbae super caput ejus descendens eligitur, & in pontificia sede, uno uniuersorum omnium consensu collocatur, & ex ea difficillima temporibus ecclesiam uniuersam gubernat. Euseb. lib. 6. cap. 22. post Maximinum utrumque a militibus occisum, pacato ecclesiae statu, Privatam hereticum, a concilio Africano 90. episcoporum condemnatum, ipse & Donatus Carthagenensis episcopus ecclesiastica communione priuarentur. Baronius anno 247. num. 2. Philippum imperatorem a Pontio martyre Christi fide imbutum, ut ex martyrologio & actis illius constat, ecclesiam in prolesso pasche ingredi, eiusque preces participare volentem, non prius admisit, quam peccatorum suorum confessionem & exomologesim prius edidisset, proque his debitam penitentiam persoluisset. Euseb. lib. 6. cap. 27. Baron. anno 246. num. 5. & sequentibus. Item anno 249. num. 2. & seqq. Huius pontificatu Helicesitarum, Valesiorum, aliorumque hereticorum immortantatum auzae negantium haeresea exortu, prope sui initio pontificis gladio, concilio aliorumque doctorum virorum eam fortiter impugnantium impetu ingulatae sunt. Baronius anno 249. num. 6. & 7. Donato Carthagenensi episcopo defuncto, Cyprianus rhetor eloquentissimus a Caecilio ad fidem conversus, ab ethnicius per contemptum deinceps Cyprianus, id est, Stercorarius nominatus, summo cleri ac totius populi consensu, uno Felicissimo presbytero inteliciter aduersante, eiusdem sedis episcopus eligitur, consulibus duobus Philippis, qui est Christi nati 250. Fabiani 12. Philippi imperatoris 5.
Sedit annos 14. menses 11. dies 11. ) Qui 16. Januarii anno 258. pontificatus suscipit, 20. Januarii anno 259. cum Decius secundum consulum ageret, Concil. General. Tom. I.

Septima persecutio istius, quam Decius imperator, ex eo quod sub Philippis longe tateque divina praedictio pervagata, ingentem numerum ubique ad fidem Christi aggregasset, & gentilis superstitione in dies magis laquearet, ira & invidia incitatus indixit, quamque Deus, teste Cypriano libro de lapsis, ob Christianam disciplinam corruptam, permisit. Baronius praedicti loco.
Sicut Evaristus, ut supra diximus in nota ad vitam Evaristi, diaconum id munus inunxit, ut etiam episcopo evangelium praedicanti assisterent, ita & Fabianus hic addidit, ut eadem quatuordecim urbis regionibus praesent, singulis binas assignans, ut pauperum in eis degentium curam gererent. Ideoque ex officio diaconi regionalis appellati sunt, qui in concilio Romano II. sub Silvestro cap. 6. diaconi cardinales etiam nominati reperiuntur; ideo quod licet diversis in locis agerent, unius tamen ecclesiae, ejusdemque primatiae cardine continerentur. Vide quoque ibi dicemus, item Baron. anno 112. num. 8. & 9.
Ut supra sit auctoritas actorum a notariis conscriptorum, subdiaconos eisdem muneri praefecit. Vide notas ad vitam Clementis & Anteri, ibique Baronium.
Cum a tertio anno Fabiani usque ad ultimum exclusive pontificatus sui annum Gordianus & Philippus imperassent, sub quibus omni ex parte persecutione cessante Dei ecclesia tranquille agebat, Fabianus pontifex non modo Christianam religionem propagare, sed etiam propagatam aedificis supra sepulchra martyrum in caemeteriis & cryptis crectis pro viribus illustrare studuit, quae deinceps frequentandi causa a fidelibus, ut supra dixi, frequentata sunt. At non Fabianus tantum hoc tempore pacis, Romae ecclesias extruxit: verum etiam Gregorius Thaumaturgus episcopus Neocaesareae in Ponto, de quo Gregorius Nyssenus scribit, quod cum immensum civium numerum convertisset ad fidem, populo pecuniam & operam conferente, nobilissimam extruxit ecclesiam, altariis pulcherrime ornata, quam Deus, quod a tali viro aedificata, ac divino cultui consecrata esset, a maximo terrae motu impetu, quo urbs ipsa funditus everfa fuit, & quod miraculosum, a Diocletiano omnes omnino ecclesias & sacra altaria demolentis furore ac saevitia, usque ad Gregorii Nysseni tempora illasam conservavit. Baron. anno Christi 245. num. 2.
Romanae ecclesiae presbyteros ac confessores, eosque ultra annum in carcere detentos, misere affectos fuisse, literis Cypriani ad hosce confessores, & confessorum ad Cyprianum, testantur. Vide epistolas Cypriani 16. 23. 26. 31.
Nempe quo praedicti confessores in carcere detinebantur, & quo in locum Fabiani iam ultra annum martyrio affecti, post annum interregnum pontificum Cornelius susceptus erat. Nam qui haec verba ad tempus Fabiani adhuc viventes referunt, graviter errant, cum non tantum liber pontificalis hic in vita Fabiani, & infra in vita Cornelii, verum ipse quoque Cypri. epistol. 49. 52. & 70. aperte scribant Novatium num non ante a Novato seductum fuisse, nisi post scilicet adversus Cornelium constatum. Unde quid de epistola Fabiani prima, qua Novatianus a Novato eo tempore seductus esse scribitur, sentiendum sit, in notis ad primam epist. dicemus infra. Baron. anno 258. num. 9. & seqq.
Postquam Moses in carcere defunctus est, qui fuit...

(a) Luc. diaconos. (b) Luc. XIV. (c) Luc. VII

771

mensis 21. ) Cum sede adhuc vacante ad Mosen, Mar-
ximam & Nicofratum, postquam in carcere ultra an-
num detenti fuissent sanctus Cyprianus epistolam scri-
psit, quæ est 16. editionis Pamel. fueritque tunc
adhuc pace & unitate concordæ, (quæ cum Maximus &
Nicostratus post creatum Cornelium, ab eodem, ut ex
Eusebio constat, in schismate divisi sunt.) certissi-
mum est, non 6. diebus, ut infra auctor pontificalis
scribit, neque etiam sex mensibus tantum, quod alii as-
serunt, sed ultra integrum annum hoc tempore sedem
pontificiam vacasse. Baron. anno 253. num. 22. Quem
autem hic in carcere defunctum esse insinuat, ex epist.
Cornel. ad Fabium Antiochen. quam infra ex Eusebio
huc referemus, constat glorioso martyrio publice in om-
nium conspectu coronam martyrii adeptum esse. Ita Ba-
ron. anno 253. num. 39.

Cyprianus,
Dionysius &
Paulus eremi-
ta supra.

Et sic inquit Christiani fuerunt. ) Indictio persecu-
tionis atrocissimæ, adeo ecclesiam universam concussit,
ut complures licet fortissimi se sublaxerint, & quidem
inter alios sanctissimus Cyprianus divino prope spiritu
impulsus, Dionysius Alexandrinus, ac Paulus eremi-
ta: qui deinceps in spelunca, quam tunc temporis na-
lus est, solitariam vitam agens, exemplum vitæ mo-
nasticæ præbens, permansit ad annum ætatis 173. qui
est Constantii imperatoris 7. inchoatus. Baronius an-
no 253.

Cæsaris episcopatus dies 6. ) Ultra annum sedem
pontificiam vacasse, constat ex his quæ supra dixi, ver-
bis, Postquam Mosen: quæ de re plura dicemus infra.

arit, potiatur. Et sicut bonitas studii vestri de
se nobis certitudinem præbet, ut in nullo dis-
fidere debeamus de ea, sed magis, ut sapien-
tibus filiis ecclesiæ nostræ, hæc fiducialiter com-
mendemus: ita postpositis opportunitatis occa-
sionibus, vestra efficacia elaborare enixius de-
bet atque modis, quibus possibile fuerit, a
omni studio abigere contumelias. Hortamur
etiam vos, juxta dictum apostoli, Stabiles esse
& immobiles, abundantes in opere domini semper,
scientes quod labor vester non est inanis in domino.
Et alibi: Vigilate, & orate, & stete in fide.

a S. Greg.
ep. 91. lib.
VII.
b agere con-
tendatis.
1. Cor. 15.

Vigiliter agite, & confortamini. Omnia vestra in
caritate fiant. d Insuper & illud vos scire de-
sideramus, quia nostris temporibus c præpe-
diētibus quidem nostris peccatis, suadente an-
ticipo hoste, qui semper ut leo rugiens circuit,
querens quem devoret, supervenit Novaux ex
Africa, & separavit de ecclesia Christi d No-
varianum, & quosdam alios Christi confesso-
res, & convertit in pravam doctrinam. A qui-
bus vos, fratres, avertite, & cavete ab omni-
bus qui alteram fidem & doctrinam tenent,
quam apostoli & successores eorum tenuerunt
& docuerunt, ne (quod absit) post eum ab-
euntes, in laqueum satanæ cadatis, & compe-
dibus ejus detineamini. e Unde fraternitatis
vestræ caritatem intimis obsecramus precibus,
ut nostræ parvitatæ in vestris sacris orationi-
bus memores esse dignemini, orantes ac de-
precantes dominum cæli, ut tam nos quam

c Greg. 211.
ep. 22.
d Tur. 1.

d Hoc sub
Cornelio
centig. de-
finito jam
Fabiano, ut
pluribus Ba-
ronius ad
an. 253. a. 9.

e S. Bonifa-
cii A. Mag.
ep. 6. quam
consule

EPISTOLA I.
FABIANI PAPÆ

Qui non debeant admitti ad excusationem,
& non esse communicandum excom-
municatis.

a Tres illæ
ep. pariter
impositæ ac
spæritas
doctæ ha-
bentur, &
merito.
b de errore
Novari &
Novariani

Discretissimis ubique catholica ecclesiæ commissis,
Fabianus salutem in domino

Divinis præceptis & apostolicis monemur
instituitis, ut pro cunctarum ecclesiarum
statu impigro vigilemus affectu. Unde conse-
quens est, debere vos scire, quæ apud Roma-
nam in sacro aguntur ritu ecclesiam, ut ejus
sequentes exempla, ejus veri filii inveniamini,
quæ vestra est mater vocata. b Septem ergo
diaconos in urbe Roma per septem regiones
civitatis, sicut a patribus accepimus, habemus,
qui per singulas hebdomadas, & dominicos dies,
atque festivitatum solennia, cum subdiaconi-
bus & acolythis, ac c sequacium ordinum mi-
nistris, iniuncta sibi observant ministeria, &
parati omni hora sunt ad divinum officium, &
quidquid eis injungitur, peragendum. Similiter
& vobis, prout opportunum fuerit, per singu-
las civitates est faciendum, ut divinum absque
ulla mora & negligentia studiose ac solenniter
agatur officium. e Denique septem similiter
subdiaconos ordinavimus, qui septem nota-
riis immineant, & gesta martyrum veraciter
in integro colligerent, nobisque rimanda ma-
nifestarent. Quod etiam vos omnes agere mo-
nemus, ne in posterum aliqua ex his dubita-
tio fiat, quæstioque oriatur: quoniam omnia
quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta
sunt. Et quæ nostris temporibus veraciter scri-
buntur, ab futurorum doctrinam diriguntur.
Et ideo fidelissimis hæc negotia committi præ-
cipimus, ne aliqua in eis illusio inveniatur,
ex qua fidelibus scandalum, quod absit, oria-
tur. Unde & caritatem vestram paterna dul-
cedine petimus, f ut in cunctis affectum ve-
stræ caritatis sancta modo ecclesia inveniat, &
favoris vestri solatiis, quocumque necesse fue-

e S. Leo ep.

d sequentium

e Vide pon-
tificiam con-
stitutionem in Cle-
mente & An-
tero.

Rom. 23.

f S. Greg.
ep. 21. libri
VII.

sancta mater ecclesia Christi pretioso sanguine
redempta, a laqueis venantis satanæ, & ab im-
portunis & malis hominibus liberetur, & ser-
mo Dei currat, & clarificetur, & prava eorum,
& omnium perverfa doctentium, corrumpat
doctrina atque deficiat. Precamur etiam, ut
pietatis vestræ precibus impetrare studeatis, ut
Deus & dominus noster Jesus Christus, qui vult
omnes homines salvos fieri, & neminem perire,
sua ingenti omnipotentia reverti faciat corda
eorum ad sanam doctrinam & catholicam fidem,
quatenus respiciant a diaboli laqueis, quibus capi-
tenter, & aggregentur filiis matris eccle-
siæ. Reminiscetes quoque fratrum vestrorum,
miseremini illorum, quibus potestis bonis stu-
diis vestris, ne perdantur, sed ut precibus &
aliis bonitatis vestræ studiis domino salven-
tur. Ita ergo in his agite, ut obedientes filii
& fideles sanctæ Dei ecclesiæ appareatis, & ut
mercedis præmia percipiat. Hi, & omnes qui
rectam non docent doctrinam, vel rectam non
tenent fidem, accusatores neminem recte creden-
tium accusare possunt, quia infamia sunt nota-
ti, & a sinu sanctæ matris ecclesiæ, apostoli-
co mucrone, utique ad rectam conversationem
& reversionem eorum abiciunt. Unde apostolica
auctoritate, cum omnibus ejusdem apostolicæ
atque universalis ecclesiæ filiis statuentes sancimus,
ut omnes qui in catholica fide suspecti
sunt, in accusatione recte credentium non sus-
cipiantur: quia i suspiciones semper sunt amo-
vendæ. Merito ergo eorum reprobatum accusatio
qui in recta fide suspecti sunt. s Nec eis omni-
no est credendum, qui (a) Trinitatis fidem igno-
rant. Similiter omnes, quos sanctorum pa-
trum statuta tam præteritis quam futuris tem-
poribus anathematizant, submovemus, & ab
omni accusatione fidelium alienamus. Discre-
ti ergo semper debent esse fideles ab infideli-
bus,

1. Tim. 2.

1. Pet. 3.

1. Tim. 2.

omnino.

f suspecti
omnes sem-
per sunt a-
movendi &
non reci-
piendi. Ita
in Luc.
Hadrian.
coll. c. 4.
p. 4. q. 4. Om-
nes quot
sanctorum.

(a) Luc. veritate.

bus, & iusti ab iniustis: quoniam in fideles & malevoli, modis quibus possunt, semper infestant fideles & perdere nituntur: & ideo non sunt suscipiendi, sed repellendi, & procul abijciendi, ne perdere fideles aut infamare possint.

Quapropter, carissimi, cavete salium foveam, in quam multos cecidisse cognovimus. Cavete raliu-  
m jacula, & antiqui hostis tentamenta, per quae etiam proprios propinquos coram nobis vulneratos cadere vidimus. Attendite laqueos insidiantium, quibus notos & commilitones stragulare solent. Nolite tales sequi, sed procul repel-  
lite eos. *Esote, juxta veritatis vocem, prudentes ut serpentes, & simplices ut columbae.* Videte, ne in vacuum quoque curratis, aut laboretis, sed alterutrum fulti precibus & orationibus, voluntatem Dei facere contendite, & a memoratis, si incorrigibiles apparuerint, vos in omnibus separate. Similiter ab omnibus quos

S. Bonif. ep. 19. pluribus modis interpolat.

Math. 10. 7. 1.

S. Cor. 1. 6. q. 1. Omnes illi tunc ab.

b. fidelibus. 11. q. 3. Si- cur apostoli statuerunt.

Can. 11.

o. Can. 11. apost. inter. Dionysio. Rom. 2.

Dist. 61. Si inimicus. d. Epist. 1. Clementi tributa ex versione Ru- ni supra pag. 98. E

S. Leo ep. 2.

Rapient. 9.

tamquam fumus qui a vento diffusus est, & tamquam memoria hospitis unius diei praeferentis. Sum-  
nopere, carissimi, tales cavendi sunt, & aver-  
tendi atque reiiciendi, si nocentes apparuerint: quia non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi leges se nocentes non suscipiunt, sed repel-  
lunt. Unde scriptum est: *Os impiorum devo-  
rat iniquitatem.* Et dominus per prophetam loquitur, dicens: *Cum sancto sanctus eris, & cum perverso perverseris: Et cum electo electus eris, & cum viro innocente innocens eris.* Et Apostolus inquit: *Pervertant bonos mores collo-  
quia mala.* Idcirco (ut jam prælibatum est) mali sunt semper cavendi, & bonis atque be-  
nevolis est inhærendum ut periculum deli-  
dix, quantum possumus, declinemus. Et ne pestis hæc lætius divulgetur, severitate qua possumus, abscindamus: quoniam non temeritas intervenit præsumptionis, ubi est dili-  
gentia pietatis. Agat semper unusquisque ve-  
strum, hac informatione apostolica fultus juxta vires suas, & fraterna dilectione, & sancta religione, mores proprios conservare, & in commune alterutrum adjuvare, & in caritate permanere, & in Dei voluntate indefinenter studeat inhære, ut simul laudantes Dominum indefessas semper illi gratias agamus. Valete in Domino carissimi, & prædi-  
cta, ut melius potestis, Domino opem ferente, adimplere studeat. Data Kalendis Julii, Maximo & Africano viris clarissimis consulis.

abell. te. MS.

Cor.

S. Leo ep. 4

Idem ep.

Idem ep. 2. S. Bonif. ep. 19.

Maximo an. 216.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Epistola I. Fabiani. ) Hæc epistola aliis spuria, nisi a quibusdam mendis & erroribus expurgetur, alius non a Fabiano, sed potius a Cornelio scripta esse videtur: eo quod infra de Novato & Novatiano hæc referat: *Insuper & illud vos scire desideramus, quia nescitis inter-  
parlous, præpeditibus quidem nescitis peccatis, judicatis antiquo hoste, qui semper ut leo rugiens circuit quærens quem devoret, supervenit Novatus ex Africa, & separavit de ecclesia Christi Novatianum, & quosdam alios Christi confessores, & convertit in pravam doctrinam.* Quæ sane non ante Cornelii pontificis creationem contigisse, testimonio libri pontificalis, & Cypriani satis est manifestum. Adde, quod Pacianus epist. 3. ad Sympronianum, cum Novatiani meminit, de iis quæ ante sedem Cornelii gesserat, commendat ejus catholicam fidem, sic enim scribit: *Cur igitur Novatianus tuus, ne falsis quidem adhuc episcopus sacerdos, longo antequam Cornelius Roma episcopus fieret, antequam sacerdotio illius invideret, hæc iussit? Habet Cyprianus testimonium, &c.* Et post reliqua: *At hæc ipsam heresim Novatiani quando ceperunt? Audite, queso, & scitur. diem erroris vestri advertite. Cornelius jam Roma episcopus a sexdecim episcopis factus, locum cathedra vacantis acceperat, & illa qua fuit prædixit castissima virginale crebras persecutiones nisi principes sustineret. Tum forte quidam presbyter Novatus ex Africa, &c. Romam venit, &c.* Itaque ob hæc causam liceret firma coniectura statuere auctorem hujus epistolæ Cornelium potius quam Fabianum fuisse, nisi infra mentio fieret septem subdiaconorum, quos, ut ex vitæ ipsius apud librum pontificalem constat, notarius acta martyrum colligentibus, & conscribentibus, Fabianus, non Cornelius, omnium sententia præfecit. Tutius igitur ac verius esse videtur, prædicta de Novato & Novatiano ab aliquo scitolo superaddita fuisse, ideo, quod putarit hæc verba libri pontificalis, Eodem tempore supervenit Novatum, ad Fabiani sedis pontificis tempus, referenda esse cum revera ad ea quæ auctor proxime dixerat, post passionem vero ejus, referri debeant. Barp. anno 238. num. 9. & seqq.

An hæc epi- stola sit Fa- biani?

Hæc epistola est corrupta, imo potius corrupta om- nino & ex variis locis constans circa anno Christi 230.

Septem ergo diaconos. ) Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Clementis, Evaristi, Anteri, & Fabiani. Denique septem similiter subdiaconos. ) Hic colligitur hujus epistolæ auctorem esse Fabianum pontificem: & quod illi fidem derogat, surreptitium esse, adeoque expurgandum, vel saltem annotandum.

ita etiam MS: tamen Latinus ex conjectura legit revertendo. Hard

d. Insuper & illud vos scire desideramus. Hæc iategra periodus surrepitis est, & ab aliquo scolo superaddita, qui existimavit ea que in vita Fabiani de Novato & Novatiano scribuntur, temporibus Fabiani accidisse, ideoque in hanc epistolam interenda esse. Vide que diximus verbo. Epistola Fabiani

lis & successoribus eorum accepimus, vobisque tenenda mandamus. Hæc sancta Romana ecclesia, & Antiochena a tempore apostolorum custodit: hæc Hierosolymorum & Ephesinorum tenet. In quibus apostoli prædicates, hæc docuerunt, & vetus chrisma incendi, & non amplius quam uno anno uti, permiserunt, atque deinceps novo frui, & non veteri, jubentes docuerunt. Si quis ergo his obviare testaverit, omnem sibi per vos, & per omnes recte intelligentes, indulgentiæ aditum intelligat observatum: quia pravissimarum mentium perversa doctrina, dum indulgentius frænis utitur, in prævaricationem præsumptionis delabitur: & nullatenus erunt, nisi prudentium sustentatione & correctione liberetur. Illa autem, que circa divina mysteria & erga baptizandos, in universo mundo sancta ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplanda sunt intuitu, ne locum supervacuis intentionibus & superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere, quia docendi potius sunt, quam illudendi. Ad nostram enim lætitiæ benefacta perveniunt, & meroris aculeis nos, que fuerint male facta, pungunt. Hic vero inter manus latronum & dentes luporum furentium, utcumque versamur, & contumaces sunt subditi atque oves. Nam latratu canum, baculoque pastoris, luporum rabies deterrenda est. Illa vero que sumentis non sanantur vulnera, ferro abscondi necesse est. Nec silere possumus, ut cum hic ab illicitis revocemus aliquos, officii nostri provocamur instinctu, in speculis a domino constituti, ut vigilantia nostræ diligentiam comprobantes, & que coercenda sunt reseceamus, & que observanda sunt censuramus.

EPISTOLA II. FABIANI PAPÆ AD OMNES ORIENTALES EPISCOPOS.

Ut chrisma anni anno renovetur, consecrando & vetus in ecclesiis ponatur cremando de accusatione sacerdotum, & ut oves pastorem suum nisi in fide erraverit reprehendere non audeant.

- I. Ut per annos singulos novum chrisma conficiatur, & vetus incendatur.
II. De episcopis non accusandis ac obreftationibus lacerandis.

Fabianus episcopus urbis Romæ, omnibus orientalibus episcopis & cunctis fidelibus, in Domino salutem.

Exigit dilectio vestra sedis Apostolicæ consulta, que vobis denegare non possumus nec debemus. Hoc autem & prædecessores nostros multarum regionum episcopis egisse liquet: & nos, qui in eadem sede, Domino largiente, collocati sumus, agere debere hæc terna caritas & obedientiæ debitum compellit. Cura est ergo vestræ sollicitudini adhibenda, ut ea, que sunt ab apostolis eorumque successoribus ordinata, & instigante sancto Spiritu instituta, nec dissimulatio negligere, nec aliqua præsumptio valeat perturbare. Sed sicut hoc, quod rationis exigebat utilitas, oportuit diffinire: ita quod diffinitum est, non debet violari.

I.

Literis vestris vero inter cetera insertum invenimus, quoddam regionis vestræ a episcopos a vestro nostroque ordine discrepare, & non per singulos annos in cæna Domini chrisma conficere, sed duos aut tres annos confessionem sancti chrisimatis semel adam conservare. Dicunt enim, ut in memoratis apicibus reperimus, nec balsamum per singulos annos posse reperiri, nec necesse fore per singulos annos chrisma conficere, sed dum una confectio chrisimatis abundat, aliam fieri necesse non habere. Errant enim qui talia excogitant, & mente vesana potius quam recta sentientes, hæc dicunt. In illa enim die Dominus Jesus, postquam convavit cum discipulis suis, & lavit eorum pedes, sicut a sanctis apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt, chrisma conficere docuit. Ipsa enim lavatio pedum, nostrum significat baptismum, quando sancti chrisimatis unctioe perficitur atque confirmatur. Nam sicut ipse diei solemnitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sancti chrisimatis confectio per singulos annos est agenda, & de anno in annum renovanda, & fidelibus tradenda: quia novum sacramentum est per singulos annos, & tam dieo die innovandum, & vetus in sanctis ecclesiis cremandum. Illa a sanctis aposto-

II.

Consulere etiam nos (ut in prædictis literis vestris invenimus) super accusatione sacerdotum voluistis, que oppido apud vos (ut in eisdem apicibus reperimus) crebrescit. Significastis insuper, plerisque attendere, multos in ipsis honoribus ecclesiasticis non congruenter vivere sermonibus & sacramentis que per eos possunt ministrantur. O miseros homines, qui hos intuendo, Christum obliviscuntur: qui & multo ante prædixit, ut legi Dei potius obtemperetur, quam imitandi videantur illi, qui ea que dicunt, non faciunt: & traditorem suum tolerans, usque in finem etiam ad evangelizandum cum ceteris misit. Nam apostoli talem consuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt: similiter & successores eorum, quamquam multa de talibus, prævidentes spiritu Dei futura, statuerunt. Porro (ut legitur in Actibus apostolorum) erat eo tempore inter fideles cor unum & anima una, neque aliquis eorum aliquid suum proprium dicebat, sed erant illis omnia communia. Nulla enim inter eos accusatio, nisi familiaris erat, nec unquam inter imitatores eorum aut fideles fieri debet, dicente domino: Quod tibi non vis fieri, alteri non facias. Et idem: Diliges proximum tuum sicut teipsum: &, Dissidio proximi malum non operatur. Ipsi ergo apostoli & successores eorum olim statuerunt, eos ad accusationem non recipi, qui sunt suspecti, vel qui heri, aut nondum suspecti, vel dudum fuerunt inimici, quoniam suspecti facti sunt, & qui non sunt bonæ

a. apocrypham non nullis vide re testantur B. II. Post. atque Catholicis & multa probant

b. S. Greg. epist. 11. ad 111.

De consec. dial. 1. l. 1. tit. 11.

Idem

Idem

a. nos. b. Sicutus ep. 1. c. 7.

c. Innoc. ep. ad Mil. lev. PP

d. Cæ. ad Gallus. cap. 11.

e. Idem ep. 2. cap. 1.

f. componunt.

g. S. Aug. de pastoribus cap. 7.

h. S. Hier. ep. 81.

i. Sicut. mox cit.

k. Cal. ep. 2. c. 1.

l. Servemus. Sentimus.

m. q. 1. Significastis insuper

n. S. August. lib. 10. hom. ult. cap. 11.

Matth. 7. Luc. 6. Tob. 4. Matth. 23. Marc. 12. Luc. 10. Rom. 12. Ambros. ep. 64.





nitate detinuit sensus illorum. Cor durum male habebis in novissimo: & qui amat periculum, in ipso peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit requiem, & pravi cordis in illis scandalizabitur. Cor nequam gravabitur in doloribus, & peccator adjiciet ad peccandum. Talia cogitantes sancti apostoli, eorumque successores, spiritu Dei repleti malos homines praevidentes, & simplices considerantes, difficilem, aut nunquam voluerunt esse accusationem sacerdotum; ne a malis potuissent everti aut submoveri: quia si hoc facile conce-deretur saecularibus & malis hominibus, aut nullus, aut vix perpauci remanerent; quoniam semper fuit, & est, & (quod pejus est) nimis viget, ut mali bonos periequantur, & carnales spirituales infestent. Idcirco (ut praedictum est) statuerunt, ne accusarentur, aut si aliter fieri non possit, perdifficilem eorum fieret accusatio, & a quibus (ut supra dictum est) non praesumeretur, neque a propriis sedibus aut ecclesiis episcopi ejicerentur. Quod si quo modo praesumptum fuerit antequam & proprius locus, & sua omnia eis legibus redintegrentur, nullatenus a quoquam accusarentur aut criminarentur, & nisi sponte elegerit, cuiquam pro talibus non responderent. Sed postquam (ut praesum est) restituti fuerint, & sua omnia eis legibus redintegrata, dispositio ordinatilisque suis, magnum spatium, tractandi causa, eis concederetur. Et postea, si necesse fuerit, regulariter vocati, venirent ad causam: & si justum visum fuerit, accusantium propositionibus sustentatione fratrum responderent. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona vel ecclesiae atque res ab amulis aut a quibuscumque detinentur, ut aliquid illis objici debeat. Nec quisquam potest eis quoquo modo quilibet majorum vel minorum objicere, dum ecclesiis, rebus, aut potestatibus carent suis. Similiter statutum est, & nos eadem statuta firmantes, statuimus, ut si aliquis clericorum suis episcopis infestus aut insidiator fuerit, eosque criminari voluerit, aut conspirator fuerit, ut mox ante examinatum judicium submotus a clero, curiae tradatur, cui diebus vitae suae deserviat, & infamis abique ulla restitutionis spe permaneat. Nec ullus unquam praesumat, accusator simul esse & iudex vel testis: quoniam in omni iudicio quatuor personas necesse est semper adesse, id est, iudices electos, & accusatores, ac defensores, atque testes. Similiter statuentes, apostolica auctoritate jubemus, ne pastorem tuum oves, quae ei commissa fuerant, nisi in fide erraverit, reprehendere audeat: quia facta praepositorum, oris gladio ferienda non sunt, neque potest esse discipulus super magistrum, dicente veritatis voce: *Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. Odibilis autem coram Deo & hominibus est superbia, & execrabilis omnis iniquitas: Perdidit Deus memoriam superborum, & reliquit memoriam humilium sensu. Semen hominum honorabitur, hoc quod timet Deum. Semen autem hoc exbonorabitur, quod praeterit mandata domini. In medio fratrum, rector illorum in honore: & qui timent dominum, erunt in oculis ejus. Fuit, ait Salomon, in mansuetudine serva animam tuam, & da illi honorem, cui honor competit. Priusquam interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaveris,*

*corripe iuste. Priusquam audias, ne respondeas verbum: & in medio seniorum ne adjicias loqui.* Exemplo Cham filii Noe, dampnantur qui patrum suorum culpas in publicum produunt, aut eos accusare vel detrahere praetamunt: veluti Cham, qui patris sui Noe pudenda non operuit, sed deridenda monstravit. Similiter & illi exemplo Sem & Japheth iustificantur, qui reverenter operiunt, & non produunt ea, quae patres suos excessisse cognoscunt. Si enim a fide deviaerit episcopus, erit corrigendus prius secrete a subditis suis. Quod si incorrigibilis (quod absit) apparuerit, tunc erit accusandus ad primates suos, ut ad sedem apostolicam. Pro aliis vero actibus suis magis est tolerandus ab ovibus & subditis suis, quam accusandus, aut publice derogandus: quia cum in eis a subditis delinquitur, ejus ordinationi obviatur, qui eos ei praetulit, dicente Apostolo: *Dei ordinationi resistit, qui potestati resistit.* Qui vero omnipotentem Deum metuit, nec contra evangelium, nec contra apostolos, nec contra prophetas, vel sanctorum patrum instituta, aliquid ullo modo agere consentit. Sacerdotes ergo honorandi sunt, non lacerandi vel exprobrandi sunt. Legitur in Ecclesiastico: *In tota anima tua time Deum, & sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & ministros ejus non derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotem, & propurga te cum brachiis. Da illi partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum, & de negligentia purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum, & sacrificium sanctificationis offeres domino, & initia sanctorum: & pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio & benedictio tua.* Haec non tantummodo vobis, sed omnibus fratribus per vos nota fieri volumus, ut unanimes, unum sentientes, permaneamus in Christo nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes, non hominibus, sed Deo salvatori nostro placentes. Cui est honor, & gloria in saeculorum saecula. Amen.

NOTE SEVERINI BINII.

(Episcopi.) Indicatur materiam sacramenti confirmationis esse chrisma, quod est unguentum ex oleo & balsamo mixtum, & ab episcopo consecratum. Ex eo enim quod scribit, Christum ritum conficiendi apostolos docuisse, utique aliquam formam benedicendi & consecrandi tradidisse, dubium non est. Unde praeterquam quod sanctissimi patres, Clemens, Dionysius, Irenaeus, Urbanus pontifex epistola sua, &c. hoc alibi sanctum chrisma, alibi unguentum sanctificationis nominant, conciliis Florentino & Tridentino nunc aperte definitum est, quod universa ecclesia, ex institutione Christi, ab apostolis traditum erat. Bellarm. Suarez, Valent. de sacram. confirm. Hanc epistolam Posssevinus in apparatu sacro, verbo, *Faustanus*, a quibusdam, nescio quibus, velur apocrypham rejici assertit. Qui confirmationem a Melchiae institutam esse ajunt, ex hac & praecedentis Urbani epistola satis refutantur.

(In illa die dominus.) Ut chrisma conficiatur & consecratur feria quinta in cena dominica, ab apostolis institutum esse ait, ideoque ab ea consuetudine nequaquam recedendum esse decrevit. Hunc ritum eodem tempore observatum fuisse indicat Cyprianus, vel quisquis auctor est ejus libri, serm. de unct. chrisma. his verbis: *Hodie in ecclesia (loquitur de die cena domini) ad populum acquisitionis sanctificationem, in participatione dignitatis: & nominis sacrum chrisma conficitur, in quo mixtum oleo balsamum, regis jaredotale gloria exprimit unitatem, quibus dignitatibus insistantis, divinitus est unctio instituta.* Eadem consuetudo colligitur ex Ildoro, Alcuino, Ruperto, & aliis antiquis divinatorum officio.

procurator  
idem infra in  
decr.  
Joseph.

q. 1. Episcopi  
procurator  
Conc. v. sub Symmacho  
Hadrian. coll.

q. 1. Episcopi  
procurator

q. 1. Statutum  
ut si quis clericorum.

Curia haec  
valde suspensa  
est Ant. Augustin.  
cap. 18. coll. Hadr.

Conc. v. Rom. sub Symmacho  
& S. Greg. Past. P. II. c. 1.  
Matth. 10. Luc. 6. Euseb. 10.

Præc.

Gene. 9. 1. In. III. sent. 19.

Sup. habeat  
idem in epist.  
Anaclei ut  
titia

S. Greg. Past. III. c. 1.

Rom. 13. 1. Qui omnipotens est.

Euseb. 7.

Inoc. I. ep. 2. c. 12.

Chrisma ex oleo & balsamo consecratum, & ab episcopo consecratum, est materia confirmationis.

Tempus consecrandi chrisma.

In MS additur. Data xvi. Kal. Novemb. Marini, & Africani quiri. Coll. idest anno Christi 130. Har.

sciorum scriptoribus. Unde in concilio Meldensi c. 46. *expressè præcipitur, ut nemo sacrum chrismum, nisi in quinta feria majoris hebdomada consueverit præsumat.* Et hanc ob causam in cap. quoniam, de sent. excom. in 6. dicitur, *chrismus esse consuevendum in die cæne domini, etiam terra interdicta existat.* Errant igitur, qui putant fuisse aliquando usitatum in ecclesiis, ut quolibet anni tempore chrismus consecraretur. Quod dicitur cap. omni tempore, de consecr. dist. 4. item conc. Tol. 1. cap. 30. licet episcopo omni tempore chrismus consecraret, intelligendum est non simpliciter de omni tempore, sed accommodate, de omni tempore annuali, quod ad consuevendum chrismus præscriptum est. Accedit quod consilia non aliquam temporis, sed potius certi ministri determinationem præsumere intendunt, quasi dicerent tolli episcopo, non presbytero liceat omni tempore consecrari, sacrum chrismus consecrari. Nam concilium Tol. expressè intendit prohibere abusu quorundam presbyterorum, qui consecrationem chrismatis sibi usurpabant. Vide Suarez tom. 3. disp. 38. sect. 1.

non habeant accusandi: quia suspiciosa vox, & inimica, veritatem solet opprimere.

II.

Peregrina vero a iudicia, salva in omnibus apostolica auctoritate, generali sanctione prohibemus: quia indignum est ab externis, ut iudicetur, qui provinciales, & a se electos debet habere iudices, nisi fuerit appellatum. Unde oportet, si aliquis episcoporum super certis accusetur criminibus, ut ab omnibus audiatur qui sunt in provincia episcopis: quia non oportet accusatum alicubi, quam in foro suo, audiri. Si quis vero iudicem adversum sibi miserit, vocem appellationis exhibeat. Appellanti autem non debet afflictio ulla aut detentionis injuriæ custodia: sed liceat appellatori, vitiatam causam appellationis remedio sublevare. Liceat etiam in causis criminalibus appellare. Nec vox appellandi denegetur ei, quem supplicio sententia destinarit.

III.

Pulsatus ante suum iudicem causam dicat: & ante non suum iudicem, pulsatus, si voluerit, taceat. & ut pulsatis, quoties appellaverint, inducæ dentur.

IV.

Si quis ergo iratus, crimen aliquod cuiuslibet temere objecerit, convicium non est pro accusatione habendum: sed, permisso tractandi spatium, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur: ut, si fortasse relapsus, quæ præ iracundia dixit, iterare aut scribere noluerit, non ut reus criminis teneatur. Omnis ergo qui crimen objicit, scribat se probaturum. Revera semper ibi causa agitur, ubi crimen admittitur. Et qui non probaverit, quod objicit, pœnam quam intulerit ipse patiat.

V.

Placuit etiam, ut si episcopus accusatus, appellaverit ad apostolicam sedem, id statuendum, quod eisdem sedis pontifex censuerit. Hæc tamen omnino in sacerdotum causa forma servetur, ne quemquam sententia, non a suo iudice dicta, constringat. Occurrere quoque quisque fidelium ruinis debet oppressorum & miserorum subsidio, quo valeant, ex revelatione alienæ vindictæ, a se Dei removere vindictam. Libat enim domino prospera, qui ab afflictis pellit adveria. Unde scriptum est: *Frater fratrem adiuvans, exultabitur.* Ecclesia enim Dei sine macula & ruga debet existere, & ideo non oportet eam a quibusdam conculcari aut maculari, quia scriptum est: *Una est columba mea, perfecta mea.* Hinc iterum dominus ad Moysen ait: *Est locus penes me, & stabis super petram.* Quis est locus, qui non sit domini, dum cuncta in ipso, per quem creata sunt, continentur? Est tamen locus apud Deum, videlicet sanctæ ecclesiæ unitas, in qua supra petram statuitur, dum confessionis soliditas humiliter tenetur.

Idem Hadr. coll. c. 27. ex Cod. Theod. lib. 18. tit. 1. const. 10. quæ 7. Si quis episcoporum. quæ 6. Si quis iudic. Vide Hadr. coll. c. 27. tit. 1. pr. Aniani in const. a. 11. & 10. ut 10. libri 21. Cod. Theod. nec non nota An. Aug.

q. 2. Pulsa. tus ante. Hadr. coll. c. 10.

q. 6. Qui crimen. Hadr. coll. c. 27. ex Aniano in const. 7. ut primi lib. 21. Cod. Theod. Idem c. 48. ex Aniani interp. in const. 11. eisdem tit. 21.

Hadr. coll. c. 27. in decretis Ivon. lib. 4. Cod. Theod. lib. 21. tit. 16. const. 10. confilio. Cont. Tol. VIII. c. 2. Prov. 18.

Caus. 6. Hadr. 11. S. Greg. ep. 24. libri VII.

EPISTOLA III.

FABIANI PAPÆ

AD HILARIUM EPISCOPUM.

Ut peregrina iudicia respuantur atque accusatus in suo loco causam suam peragat, & ut omnis qui crimen objicit, scribat se probaturum, & si non probaverit quod objicit, pœnam quam intulerit, patiat.

I. Quæ non debeant admitti ad accusationem.

II. De peregrinis iudiciis.

III. De pulsatis.

IV. Si quis iratus crimen objecerit, vel objecta non probaverit.

V. Si episcopus accusatus sedem apostolicam appellaverit.

Dilectissimo fratri Hilario episcopo Fabianus.

Divinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam, ob hoc ad fatigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inhærentes, & in quadam sacerdotum eius specula constituti, prohibeamus illicita, & senuenda doceamus. In tantum enim in occiduis partibus, quibus moraris, audivimus altitiam diaboli favere in populum Christianum, atque multiplici deceptione prorumpere, ut non solum laicos saculares, sed ipsos quoque domini sacerdotes premat atque vexet. Unde, in grandi mœrore posiri, dissimulare non posuimus, quod corrigere atrociter debemus. Quapropter competens adhibenda est talibus medela vulneribus, ne immatura curandi facilitas, mortifera capitis peste nihil possit, sed sepius trada pernicies, reatu non legitime curationis, involvat pariter sauciatos & medentes.

I.

Ob id ergo statuentes decernimus, ut hi, qui non sunt bonæ conversationis, aut quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita & libertas nescitur, non possint domini sacerdotes accusare, ne viles personæ ad accusationem eorum admittantur. Similiter hi, qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, vel qui sunt suspiciosi, vocem adversum majores natu

a Hilarius papa S. Leonis successor ep. 3.  
b Felix III. ep.  
c capis peste non proficit. Hæc ad suam usque epistolam habentur etiam in descr. Sixti III.

d Hadr. coll. c. 11.

Te, frater, & omnes fratres nostros ecclesiam Christi sanguine redemptam regentes, monemus. ut omnes a præcipitio, in quo fratres, & domini patribus detrahendo & persequendo, verbis & factis labuntur, laqueis quibus potestis, attentis, & lacerari eos in hamo ire non permittatis, quia scriptum est: *Ira enim iri iustitiam Dei non operatur.* Hinc rursum dicitur: *Sis omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.* Hæc autem vos, Deo auctore, omnia servare non ambigo, sed occasione admonitionis exorta, bonis vestris desideris & operibus me furtive subiungo, ut quod non admoniti facitis, quando vobis etiam admonens additur, iam non soli faciatis. Quapropter, fratres, oportet vos & omnes fideles diligere invicem, & non detrahere aut accitate alterutrum; scriptum est enim: *Diligo proximum, & conjungere fide cum illo.* Quod si deuderis absconsa illius, non persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic qui perdit amicitiam proximi sui: & sicut qui dimittit avem de manu sua, sic qui dereliquit proximum suum, & non eum capiet. Non illum sequaris quousiam longe abest. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam vulnerata est anima ejus. Ultra eum non poteris colligare, & maledictus est concordatio. Denudare autem amici mysteria, desperato est anima infelici. Annuens oculo sabricat iniqua, & nemo non abiciet. In conspectu oculorum tuorum concalcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur: *Novissime autem pervertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum.* Multa audis, & non coequatur ei, & dominus odiet illum. Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet: & piaga dolosa, dolose dicitur vulnera. Qui sedit siveam, incidet in illam: & qui statuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alii ponit, peribit in illo. Facienti consilium nequissimum, super ipsam delectetur: & non agnoscat, unde advenit illi. Illisio & improprium superborum, & vindicta, hinc leo insidiabitur illis. Laqueo peribunt, qui obestantur casu iustorum; dolor autem consumet illos antequam moriantur. Ira & furor, utraque execrabilia sunt: & vir peccator, continens erit illorum. Qui vindicari vult, a Deo inveniet vindictam: & peccata illius servent, servabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo homini retervat iram, & a Deo quarit medicinam? In hominem sibi similem non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimum? Ipse, dum caro sit, reservat iram & propitiationem petit a Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento novissimorum, & desine inimicari. Tabitudo enim, & mors imminet in mandatis ejus. Memorare timorem Dei, & non irascaris proximo. Memorare testamenti altissimi, & despice ignorantiam proximi. Abstine te a lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna silve, sic ignis exardescet: & secundum virtutem hominis, iracundia illius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendet ignem, & iis festinans effundet sanguinem, & lingua testificans adducet mortem. Si suffeceris in scin-

illam, quasi ignis exardescit: & si experis super illam, exinguetur, & utraque ex ore profiscuntur. Sufurro & bilanguis, maledictus: multos enim turbavit pacem habentes. Lingua tertia multos commovet, & dispergit illos de gente in gentem. Civitates muratas dicitum destruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissipavit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & privavit illas laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requiescat. Flagelli plaga levorem facit: plaga autem lingua comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic, quomodo qui interierunt per linguam suam. Beatus, qui tectus est a lingua nequam, qui in iracundiam illius non transiit, & qui non attraxit jugum ejus, & vinculum ejus non est ligatus. Jugum enim illius, jugum ferreum est: & vinculum illius, vinculum areum est. Mors illius, mors nequissima: & utilis potius infernus, quam illa. Perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias iustorum. In flamma sua non comburet iustos. Qui derelinquant dominum, incidunt in illam; & exardescet in illis, & non exinguetur: & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus ledet illos. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam, & ori tuo facito ossa, & seras auribus tuis. Auram tuam & argentum tuum conla, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos. Et attende, ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insauabilis in mortem. Ita caveant omnes, & cobibeant linguam suam a malo, & labia eorum ne loquantur dolum. De cetero, carissimi, confortamini in domino, & in potentia virtutis ejus. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequicia in caelestibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in domino, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loriceam iustitia, & calcatei pedes in preparatione evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Hæc, frater, quæ tibi scripsimus, generaliter omnibus nota fieri volumus, ut quæ ceteros tangunt, omnibus nota fiant. Omnipotens Deus te, frater, & reliquos fratres nostros, ubique consistentes, protegat usque in finem, qui cunctum mundum dignatus est redimere, Jesus Christus dominus noster, qui est benedictus in sæcula. Amen. Data decimo septimo Kalend. Novembr. Africano & Decio viris clarissimis consulibus.

labi 008  
 8 in 1100  
 non in 1100  
 Greg 7p  
 128 lib 111

Luc 13  
 132  
 Adam

a condula  
 d odri

Luc 11

deprece  
 tur 11p

S. Greg.  
 ep. 14. lib.  
 7. 11

mendosa  
 adnotatio

DE.

DECRETA FABIANI,

EJUSDEM EX GRATIANO.

EX DECRETO GRATIANI DESUMPTA,

Confanguinei tantum, vel (si progenies defecit) antiqui & veraces, propinquitatem in synodo computent.

nec prioribus inserta.

Inediis maceretur acerrimis qui fratri suo reconciliari non vult.

218. 90. Si quis Con- tristatus. Basil. in Reg. cap. 74.

Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo, satisfaciendo ei qui contristavit, acerrimis maceretur inediis, usque dum gratanti animo satisfactionem recipiat.

Confanguineos extraneorum nullus accuset vel consanguinitatem in synodo computet, sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id est, pater & mater, soror & frater, patruus, avunculus, amita, matertera, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus & veracioribus, quibus eadem propinquitas nota est, episcopus canonice perquirat & si inventa fuerit propinquitas, separentur

EJUSDEM EX GRATIANO

EJUSDEM EX GRATIANO

4. q. 1. Quicumque sciens. Regio ex lib. Penitentiali. Afferit.

Infamis efficitur qui sciens pejerare praesumit.

Ter in anno quisque fidelium communicet.

Quicumque sciens se pejeraverit, quadraginta dies in pane & aqua, & septem frequentes annos poeniteat: & nunquam sine poenitentia: & nunquam in testimonium recipiatur; communionem tamen post hoc percipiat.

Et si non frequentius, saltem in anno ter laici homines communicent, nisi forte quibus libet criminibus impediatur, pascha videlicet, & pentecoste, & natali domini. (a)

EJUSDEM EX GRATIANO.

EJUSDEM EX GRATIANO.

Furiosus & furiosa, matrimonium contrahere non possunt.

Ante annos 30. presbyter non ordinetur.

21. q. 7. Neque furiosus. Et in decret. lvo. lib. 6. Afferit Regio ex lege Rom.

Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt. Sed si contraidum fuerit, non separentur.

Si quis triginta aetatis suae non impleverit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiam si valde sit dignus: quia & ipse dominus triginta annorum baptizatus est, & sic cepit docere. Non oportet ergo, qui ordinandus est, utque ad hanc aetatem legitimam consecrari.

EJUSDEM EX GRATIANO.

EJUSDEM DECRETA EX CODICE

Affines in quinta generatione copulari possunt, & in quarta, si fuerint inventi, non separentur.

decretorum sexdecim librorum, libro quinto, capite septimo.

21. q. 2. & 3. De propinquis. Et ex Penitentiali Theodon.

De propinquis, qui ad affinitatem per virum & uxorem veniunt, defuncta uxore vel viro, in quinta generatione conjugantur: in quarta, si inventi fuerint, non separentur. In tertia tamen propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum ejus. Aequaliter vir conjugatur in matrimonio eis, quae sibi consanguineae sunt, & uxoris suae consanguineis, post mortem suae uxoris.

Ut oblatio altaris singulis diebus dominicis fiat.

(b) Decernimus, ut in omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus fiat, tam panis quam vini, ut per has immolationes a peccatorum suorum facibus liberentur.

EJUSDEM EX GRATIANO.

EJUSDEM DECRETA

Ad titulum immediate praescriptum.

ex eodem, capite nono.

Eodem cap. ex eodem Penitentiali.

Qui propinquam sanguinis uxorem ducunt, & separentur, non licebit eis, quandiu utriusque vivunt, alias uxores sibi in conjugio sociare, nisi ignorantia excusentur.

Ut presbyter illiteratus missam celebrare non audeat.

Sacrificium non est accipiendum de manu sacerdotis, qui orationes vel actiones, & reliquas observationes in missa secundum ritum implere non potest.

(a) Et can. 10. conc. Turon an 813. (b) Conc. Matifcon II can 4.

C. ANNUM CHRISTI 327

CONCILIUM ROMANUM Habitum circa annum CCXXXVII.

C. ANNUM CHRISTI 327

Harduinus in Indice Conc. tom. 2.

IN Romano Concilio damnatum fuisse Origenem a Fabiano Papa testis est Rufinus libro 2. In-cess. in Hieronymum. Damnatur (Origenes) a Demetrio episcopo, exceptis Palæstinæ & Arabiæ & Phœnicis atque Achajæ sacerdotibus: IN DAMNATIONEM EJUS CONSENTIT URBS RO-

MA. Ipsa contra hunc COGIT SENATUM &c. Hieronymus, in epist. LXV. ad Pamphac. & Ocean. Ipse Origenes in epistola quam scribit ad Fabianum, Romanæ urbis episcopum, penitentiam agit cur talia scripserit, &c. Vide & Eusebium, lib. VI. cap. XXXVI.

ANNO CHRISTI 343-340.

CONCILIUM LAMBESITANUM

ANNO CHRISTI 343-340.

in Africa.

Causa, tempus & locus hujus conc. a 240.

Hoc concilium Africæ habitum est in Lambesitana colonia anno Christi nati 242. qui est Fabiani 4. & Gordiani imperatoris 2. annus. Convenerunt XC. episcopi adversus Privatium hæreticum, quem post causæ discussionem communi omnium sententia condemnarunt: sententiam vero eorum Fabianus pontifex eo ipso approbavit, quod eundem ecclesiastica communione privaverit. De rebus in hac synodo adversus Privatium gestis, hæc Cypr. epist. 55. ad Corn. Per Felicitanum autem significavi tibi, frater, venisse Carthaginem Pri-

vatum veterem hæreticum, in Lambesitana colonia ante multos fere annos, ob multa gravia delicta 90. episcoporum sententia esse damnatum, antecessorum etiam nostrorum (quod & vestram conscientiam non laet) Fabiani & Donati literis severissime notatum. Quæ fuerint hæreticæ & errores hujus hominis, nondum constat; potius alienæ hæresis sedatorem, quam novæ alicujus institutorem fuisse, credibile est. De hoc eodem in quodam concilio Carthaginensi sub Cypriano, anno 255. vicissim prodeunte, plura dicemus.

ANNO CHRISTI 249-247.

CONCILIUM ARABICUM.

ANNO CHRISTI 249-247.

Causa, tempus & locus hujus conc. b 247.

Concilium hoc, teste Euseb. lib. 6. cap. 31. in Arabia celebratum est, anno 4. Philippi imperatoris, qui est Christi b 249: & Fabiani pontificis 11. contra hæreticos affirmantes, animas hominum mortales esse, easque una cum corporibus extingui, & in novissimo die cum iisdem vicissim resuscitari. Origenes in hoc concilio præfens, eos doctissime impugnavit, & simul expugnavit. Eusebii verba hæc sunt: Per idem tempus (anno scilicet 4. Philippi imperatoris) quidam tursum in Arabia dog-

mascentur, asserentes hominum animas una cum corporibus uno eodemque temporis articulo morte accumbere, & penitus extingui: at demum tempore resurrectionis universæ carnis cum iisdem vitam denuo recuperaturas. Non exiguus igitur episcoporum conventus ea de re coactus, Origenes ibi etiam rogatus, ut partes de illa controversia disputandi susciperet, sic orationis vi & impetu ferebatur, ut eorum mentes, qui se ante ei errori impicissent, ad rectam fidem & sanam doctrinam traduceret. Vide Baron. an. 249. n. 6.

Qui interdu-

SYNODI BOSTRENA ET ARABICA.

Ex libello synodico.

ΣΥνοδος θεία κ' ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τῷ τῷ πολυμαθῶς Ὁριγενίῳ, ἐν Βοστρᾷ τῆς Ἀραβίας, ὑποτίνα Ἡσαίας πάλιν Βοστρᾶν ἀνομάσασθαι, ἐπωνυμίαν ἔσαν Βοστράς, τῆς μηδὸς τῆς θεοπιστείας Γωβ, ἐπὶ διαρῶσται τοῦ ἱεροσοφιστοῦ Βρελλίου, τῷ τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπισκόπῳ, εἰς τὸ τῷ σκεπτοῦ Θεοδοτοῦ φρόνημα παραστήσασθαι, καὶ αὐτῶς πάλιν δρομῶσαν εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, τοῖς παρανέστον Ὁριγενίῳ.

SYNodus divina & sacra provincialis, collecta a doctissimo Origene in Bostra Arabia, quam Itaias olim Botron nominavit, cognominem Bostoræ matri diyini Jobi: ad emendationem sacrificiositæ Berilli ejusdem urbis episcopi, qui in Theodoti coriarii sensum prolapsus fuerat, & ad orthodoxam rursus fidem Origenis cohortatione recurreret.

Σύνο-

Habitum fuit hoc Concilium circa annum 242. ut observat Harduinus idemque est, ac Bostrenum & Arabicum libelli synodici, cuius Auctor ex unico bina Concilia fecit.

ΣΥνοδος θεία κ' ἱερά τοιαύτη, ἐν Ἀραβίᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ Ὡργεῖου, κ' ἱερῶν ἐπισκόπων δεκαεταίων, ἐπὶ τῇ ἱερῇ πύλῃ διασπασθεῖς, ἐκ τῆς λοιμώδους αἰρέσεως, ἀναφανέως συμφορέσθαι τὰς ψυχὰς τῶν σώμασι, κ' πάλιν συναθροισθῆναι οἰηθέντων, τῇ παρατίθει δὲ τῷ Ὡργεῖου ἀποκαθελόμενον, τὴν πλάγιον ἀποδεξίμενον.

**S**ynodus divina & sacra provincialis, in Arabia collecta ab Origene, aliisque quatuordecim episcopis pro correctione fidelium ex quadam pestilente hæresi, quæ affirmabat una cum ipsis corporibus animas intire, eisdemque rursus cum corporibus resurgere arbitrabantur; Origenis autem, qui præsidebat, cohortatione, errorem depofuerunt.

C. ANNUM CHRISTI 245.

CONCILIIUM ASIATICUM

C. ANNUM CHRISTI 245.

Habitu circa annum Christi CCXLV.

Ex nova Col. Iestione Bal. 211.

**I**nfelix ille delirusque Noetus, cum ausus esset nos de divinitate & de Christo sententias proponere, sed & majori quadam arrogantia ac ve cordia elatus sese Moysen, fratrem vero suum Aaronem esse diceret, a Presbyteris, inquit Epiphanius, sive ab Episcopis ejus regionis evocatus ad reddendam fidei sue rationem, primo negavit se quicquam ab Ecclesia placitis alienum docuisse; deinde quum quosdam ad insaniam suam pertraxisset, majorem in superbiam atque insolentiam elatus, atque audacior factus, palam hæresim suam disseminavit. Proinde rursum iidem illi

**P**resules Ecclesiarum tam ipsum, quam qui se ad eum infeliciter aggregaverant, arcessunt, atque iisdem de rebus sciscitantur. Cumque ille perstricta fronte dogma suum assereret, eorum judicio ab Ecclesia pulsus est cum discipulis suis. Refert autem Epiphanius verba quæ ab Episcopis dicta in Concilio sunt adversus Noetum dicentem: Unum Deum venero, unum novi, nec præter ipsum alterum natum, passum, mortuum. Volebat enim hæc mysteria patrata fuisse in persona patris, adeoque Christum non esse diversum a patre. Tum Episcopi:

Ὅτι εἷς Θεὸν δοξαζόμενον κ' αὐτοῖ, ἀλλ' ὡς οὐδαμῶν δικαίως δοξαζέμενον. κ' εἷς Χριστὸν ἔχομενον, ἀλλ' ὡς οὐδαμῶν εἷς Χριστὸν υἱὸν Θεοῦ, πατρὸς καὶ ὡς ἑαυτοῦ, ἀποθανόντι καὶ ὡς ἀπέθανον, ἀναστάντι, ἀνελθόντι εἰς τὸν οὐρανόν, ὄντι ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ἐρχόμενον κενῶναι ζώντος κ' νεκρῶς. ταῦτα λέγοντες μεμαθηκότες ἀπὸ ἱερῶν βιβλίων γραφῶν, ἃ κ' ἐπιστάμεθα.

**E**t nos; inquit, unum quoque Deum colimus, sed quemadmodum legitime illum colere novimus. Itidemque Christum habemus unum, sed quemadmodum novimus, unum Christum Dei filium, passum quomodo passus est, mortuum quomodo mortuus est; qui & resurrexit, & in cælum ascendit, & ad patris dexteram manet, & venturus est judicare vivos & mortuos. Hæc nos ab scripturis sacris accepta profitemur, quæ & novimus.

C. ANNUM CHRISTI 245.

CONCILIIUM ACHAJÆ.

C. ANNUM CHRISTI 250.

Habitu circa annum CCL.

Ex nova Col. Iestione Bal. 211.

**C**ongregata fuit hæc synodus adversus inepidam tam Valerianam sive Eunuchorum sectam, qui simpliciter interpretantes verba illa Domini, Sunt eunuchi qui se ipsos castraverunt propter regnum cælorum, & se ipsos castrabant & hospites suos, id est, peregrinos ad eos divergentes. Itaque damnati sunt a synodo Achajæ, ut scribit auctor Prædestinati lib. 1. cap. xxxviii.

**I**n tricessimam & septimam hæresim Valerianus incurrit, qui infelices & se ipsos castrant, & hospites suos. Hoc modo dicunt illud impleri: Qui se castraverunt propter regnum cælorum. Alia quoque hæretica docere dicuntur & turpia; sed quæ illa sint nec ipse Epiphanius commemorat, nec usquam potui reperire. Hi a synodo sunt damnati Achajæ.

ANNO CHRISTI 253.

INTERREGNUM PONTIFICIUM

ANNO CHRISTI 253.

unius Anni.

Quo a clero Romano ecclesiam universam curavit.

Septima persecutio, causa interregni pontificii.

**A**nno Christi 253. septima Christianorum persecutio, corruptis multorum fidelium moribus causata, publico edicto Decii imperatoris promulgata, a Cypriano Dei revelatione jam ante cognita, tam horrenda, immanis & atrox fuit, ut non modo fulcra ecclesiarum plurima fugarit, ejusque capita, nimirum Babylam Antiochenum, Alexandrum Hierusalem, & demum ipsum ecclesie verticem Fabianum Romanum pontificem maximum abstulerit, verum etiam metu & horrore omnibus incusso impedit, ne per annum integrum, licet causæ gravissimæ maxime id exigere, successor ei subrogari potuerit. Nam Cyprianus epistola sua 16. editionis Pacelli. Relio prima.

**E**rosolymitanum, & demum ipsum ecclesie verticem Fabianum Romanum pontificem maximum abstulerit, verum etiam metu & horrore omnibus incusso impedit, ne per annum integrum, licet causæ gravissimæ maxime id exigere, successor ei subrogari potuerit. Nam Cyprianus epistola sua 16. editionis Pacelli. Relio prima.

Sedem suo in seculo anno vacante. Relio prima.

Ddd 2

ni

ni passionem, ut habet liber pontificalis, in A  
 carcerem missis, de annuo confessionis honore  
 plurimum gratuletur, eosque velut fratres pa-  
 ce & unitate concordēs saluet, manifestum  
 est, eo tempore, quo hanc epistolam scripsit,  
 jam annuum tempus defuncti Fabiani & in  
 carceratorum presbyterorum supradictorum re-  
 volutum, ipsumque Cornelium Romanæ ec-  
 clesie præfulem & antistitem Fabiani succes-  
 sorem nondum creatum fuisse, adeoque ultra  
 annum integrum sedem pontificiam vacasse.  
 Quos enim Cyprianus prædicta epistola 16. in-  
 ter se unanimes & concordēs fuisse demon-  
 strat, eorundem aliquos tempore electionis  
 Cornelii, dum adhuc in carcere detinerentur,  
 fraudibus & dolo Novati ad defectionem & B  
 schisma sollicitatos & inductos esse constat ex  
 Cypriani epistola 51. ad eundem post mortem  
 Decii, Volusiani imperatoris iussu e carceri-  
 bus solutos, scripta: item ex quadam epistola  
 Cornelii pontificis ad Fabium episcopum An-  
 tiochenum, quam infra ex Eusebii lib. 6. cap.  
 35. nunc in tomos conciliorum cum aliis qui-  
 buldam consulto retulimus. Accedit, quod  
 idem Cyprianus epistola 40. ad plebem scri-  
 bens initio secundi anni sui exilii, cleri tan-  
 tum, non Romani pontificis meminerit, adeo  
 ut satis liqueat, adhuc cum hanc epistolam  
 scripsit, Romanam ecclesiam pastore destitu-  
 tam fuisse: ita enim inquit: *Non suffecerat exi-  
 lium iam biennii, & a vultibus atque oculis ve-  
 stris lugubris separatio, &c.* & infra: *Cumque  
 semel placuerit tam nobis, quam confessoribus &  
 clericis urbis; item universis episcopis, vel in  
 nostra provincia, vel trans mare constitutis, ut  
 nihil innovetur circa lapsorum causam, nisi om-  
 nes in unum convenerimus.* Certum igitur est,  
 non minus quam integro anno post martyrium  
 sancti Fabiani, sedem Romanam vacasse, &  
 pastore destitutam, quati viduam persevera-  
 se. Quod sanctus Cyprianus prædicta epistola  
 ait, se biennio exulasse, sedique pontificia cle-  
 rum Romanum totidem annis prætulisse, ideo-  
 que non uno tantum, sed duobus annis sedes  
 pontificia vacasse videatur, dicendum est, id  
 non de absoluto, ut exponit Pamelius, sed de  
 inchoato dumtaxat biennio intelligi debere:  
 nam sedem tanto tempore vacasse, dictu mon-  
 strosus esset, cum nullus unquam hætenus  
 id vel somniaverit, neque ut tamdiu differretur,  
 reddita anno 254. ante festum paschæ,  
 ut patet ex Baronio anno 40. pace ecclesie,  
 ulla prorsus causa præcesserit. Vide Baronium  
 anno Christi 253. numero 28. item anno 254.  
 numero 30. & 31.

27. Deinde cum idem Romanus clerus a Cle-  
 mentio subdiacono, iterum ex Africa misso  
 intellexisset Cyprianum episcopum monitu Spi-  
 ritus sancti, (quod ipse Cyprianus epistola 15.  
 testatur) magis quam mortis metu persecuto-  
 ris gladium subterfugisse, & voluntarie in exi-  
 lium abiisse, fugam Cypriani laudans, ad cle-  
 rum Carthagenensem literas dedit (extant in  
 Cypriani epistola 3.) quibus eum recte fecisse  
 declarat, ut scilicet in tanta rerum perturbatio-  
 ne ad tempus ecclesia relicta, opportuniore tempo-  
 re in medium prodiret, & dilatum martyrium ma-  
 jore cum utilitate ecclesie. Præterea ut a pa-  
 store relictam ecclesiam Carthagenensem in of-  
 ficio contineret, Carthagenensem clerum hor-  
 tatur, ut ex ipsi, suo exemplo, optimi pasto-  
 ris specimen edant & vicem gerant, infirma  
 ecclesie membra non negligant, & sacra mar-  
 tyrum corpora diligenter curent. Baronius an-  
 no 253. numero 32. 33. 34. 35. 36. Tertio  
 eam, quam sanctus Cyprianus, de lapsis reci-  
 piendis, deque convulsa ab aliquibus eccle-  
 siastica disciplina restituenda, sententiam per  
 epistolam 29. significatam, (reddita ad eum  
 epistola, quæ est apud Cyprianum 31.) cle-  
 rus Romanus confirmat, ad evitandam invi-  
 diam odiumque lapsorum, in ecclesiasticam  
 communionem recipi instantium: Synodum, C  
 de qua infra, convocat, eiusque de lapsis coer-  
 cendis vel recipiendis decreta universis ecclesie  
 per literas circulares intimat. Baronius prædicto  
 anno 253. numero 75. & sequentibus. Denique  
 cum jam ingens lapsorum numerus præ fori-  
 bus esset, & ut in ecclesiam reciperetur sol-  
 cite instaret, Novatus etiam Africani schisma-  
 tis auctor Romanam sedem vacantem ambi-  
 dolis atque insidiis, ut infra dicemus, ambi-  
 ret, totius Romanæ ecclesie clerus, nullo per-  
 secutionis adhuc Romæ durantis metu, aut  
 principis adhuc viventis (ut patet ex epistola  
 eius 52. ad Antonianum) conatu prohibente,  
 conveniunt, & quod erat officii sui, Corne-  
 lium Romanum Christianæ religionis pontifi-  
 cem, divino iudicio & suffragio jam ante qua-  
 si prælectum, episcopi, qui tunc in Urbe 19.  
 aderant, jure suffragii eligunt: presbyteri ve-  
 ro cum plebe præsentēs factam ab episcopis ele-  
 ctionem suo testimonio comprobant. Baro-  
 nius anno 254. num. 41. & sequentibus usque  
 ad 46.

Cypriani fu-  
 ram iustitiam  
 Spiritus sancti  
 factam com-  
 mendat

Ratio se-  
 cunda.

Integro bien-  
 nio vacasse  
 quidam inle-  
 genter asserunt. Ex-  
 plicat hoc locus  
 Cypriani.

Concilium  
 indicit

Cornelii pos-  
 titicus electio  
 qualis.

Ad clerum  
 Romanum se-  
 de vacante  
 pertinet cura  
 universæ ec-  
 clesie. Cleri  
 Romanæ facta.

\* Clerus Romanus. ) Clerus Romanus pro-  
 be sciens, ex antiquiori consuetudine, sublato  
 visibili universalis ecclesie capite, suarum esse  
 partium (quippe qui veluti propinquiora mem-  
 bra capiti inhærent, quique Petri ecclesie admi-  
 nistri essent) catholicæ ecclesie per totum terra-  
 rum orbem diffusæ prospicere atque consulere,  
 in iis quæ licerent, ipsius capitis munera ex-  
 plevit. Principio igitur postquam glorioso mar-  
 tyrio Fabianus pontifex ex hac vita subtrahus  
 esset, ut exemplo capitis membra nullo mor-  
 tis metu a Christi confessione dicerentur,  
 id transmarinis ecclesiis per literas (quas Cy-  
 prianus epistola 4. ad clerum se accepisse scri-  
 bit per Clementium subdiaconum) significat.  
 Baronius anno Christi 253. numero 26. &

D. CYPRIANI CARTHAGINENSIS<sup>A</sup> EPISTOLA • CLERI ROMANI  
 EPISCOPI ET MARTYRIS AD CLERUM CARTHAGINENSEM.

<sup>a</sup> est ordine  
 II in ed. Pam.  
 & Rig.

EPISTOLÆ ALIQUOT AD CLERUM ROMANUM.  
 Pauca item cleri Romani.

*Quæ certa ratione hic collocata sunt, quod multum conferant ad rationem illorum temporum*

DIVI CYPRIANI EPISTOLA  
 AD CLERUM URBS ROMÆ.

De dormitione episcopi • Romani

<sup>s</sup> Urbici.

<sup>b</sup> Est ordine Cyprianus. <sup>b</sup> presbyteris & diaconibus Romæ consistentibus fratribus salutem.

<sup>c</sup> Clementium ita etiam legitur editus.

CUM de excessu boni viri collegæ mei rumor apud nos incertus esset, fratres carissimi, & opinio dubia nutaret, accepi a vobis literas ad me nullas per Clementem hypodiamonem, quibus plenissime de gloriose ejus exitu instruerer. Et exultavi satis, quod pro integritate administrationis ejus, consummatio quoque honesta processerit. In quo vobis quoque plurimum gratulor, quod ejus memoriam tam celebri & illustri testimonio profsequamini, ut per vos innotesceret nobis, quod & vobis esset circa præpositi memoriam gloriosum, & nobis quoque fidei ac virtutis præberet exemplum. Nam quantum pernicio-<sup>C</sup>sa est ad sequentium lapsum, ruina præpositi, intantum contra utile est & salutare, cum episcopus se per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum. Legi etiam alias literas, quibus nec qui scripserint, nec ad quos scriptum sit, significanter expressum est. Et quoniam me in iisdem literis & scriptura, & tensus, & chartæ ipsæ quoque moverunt, ne quid ex vero vel subtractum sit vel immutatum, eandem ad vos epistolam authenticam remisit, ut recognoscatis an ipsa<sup>D</sup> sit, quam Clementi hypodiamono perferendam dedistis: perquam etenim grave est, si epistolæ clericæ veritas mendacio aliquo & fraude corrupta est. Hoc igitur ut scire possimus, & scripturam & subscriptionem, an vestra sit, recognoscite, & nobis quid sit in vero rescribite. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

De secessu divi Cypriani.

*Intellexerat clerus Romanus a Clementio hypodiamono secessisse Cyprianum in persecutione. Pro suo itaque zelo fidei clerus Carthaginensem officii sui admonet, ac instruit, quid circa lapsos, interea dum abest illorum episcopus, fieri oporteat.*

**D**idicimus secessisse benedictum papam Cyprianum a Clementio subdiacono, qui a vobis ad nos venit certa ex causa; quod utique recte fecerit, propterea quod cum sit persona insignis, & imminente agone quem permittit Deus in sæculo colluctandi causa cum adversario, simul cum servis suis, volens etiam angelis & hominibus certamen hoc manifestare, ut qui vicerit coronetur; victus vero portaverit in se sententiam, quæ nobis manifesta est. Et cum incumbat nobis qui videmur præpositi esse, & vice pastoris custodire gregem: si negligentes inveniamur, dicetur nobis quod & antecessoribus nostris dictum est, qui tam negligentes præpositi erant: quoniam perditum non requisivimus, & errantem non correximus, & claudum non colligavimus, & lac eorum edebamus, & lanis eorum operiebamur. Denique & ipse dominus implens quæ erant scripta in lege & prophetis, docet, dicens: *Ego sum pastor bonus, qui pono animam meam pro ovibus meis: mercenarius autem, & cuius non sunt propria oves, cum viderit lupum venientem, relinquens effugit, & lupus dispergit oves; sed & Simoni sic dicit: Diligis me? respondit: Diligo; ait ei: Pasce oves meas.* Hoc<sup>Jan. 16.</sup> verbum factum ex actu ipso quo cessit cognoscimus, & ceteri discipuli similiter fecerunt. Nolumus ergo, fratres dilectissimi, vos mercenarios invenire, sed bonos pastores, cum sciatis tum non minimum periculum incumbere, si non hortati fueritis fratres nostros stare in fide immobiles, ne præceps iens ad idololatriam funditus eradicetur fraternitas: nec enim hoc solum verbis vos hortamur, sed discere poteritis a pluribus a nobis ad vos venientibus, quoniam ea omnia nos Deo adjuvante & fecimus & facimus cum omni sollicitudine & periculo sæculari, ante oculos plus habentes timorem Dei, & pœnas perpetuas, quam timorem hominum, & brevem injuriam; non deserentes fraternitatem, & hortantes eos stare in fide, & paratos esse debere ire cum domino: sed & ascendentes ad hoc quod compellebantur, revocavimus Ecclesia ista fortis in fide, licet quidam terrore ipso compulsi, <sup>Jan. 21.</sup> E si ve quod essent insignes personæ, si ve apprehensi timore hominum revertuntur: quos quidem separatos a nobis non derelinquimus, sed ipsos cohortati sumus & hortamur agere patientiam, si quo modo indulgentiam potuerunt recipere ab eo qui potest prestare: ne si relictæ fuerint a nobis, peiores efficiantur. Videtis ergo, fratres, quoniam & vos hoc facere debetis, ut etiam illi qui ceciderunt, hortatu vestro corrigentes animos eorum, si apprehensi fuerint iterato, confiteantur, ut

Scripta sedo vacante per mortem sancti Fabiani, quæ satis indicat prærogativam ecclesiæ Romanæ.

Jan. 21.

Jan. 16.

Jan. 21.

ut



possint priorem errorem corrigere. Et alia quæ incumbunt vobis, etiam ipsa subdidimus, ut si, qui in hanc tentationem inciderunt, ceperint apprehendi infirmitate, & agant penitentiam facti sui, & desiderent communionem, utique subveniri eis debet. Sive viduz, sive clinomeni, qui se exhibere non possunt, sive hi qui in carceribus sunt, sive exclusi a sedibus suis, utique habere debent qui eis ministrent. Sed & catechumeni apprehensi infirmitate, decepti esse non debebunt, ut eis subveniatur: & quod maximum est, corpora martyrum, aut ceterorum, si non sepeliantur, grande periculum imminet eis, quibus incumbit hoc opus. Cujusque ergo vestrum quacumque occasione effectum fuerit hoc opus, certi sumus eum bonum servum æstimari, ut qui in minimo fidelis fuit, constitutur super decem civitates. Faciat autem Deus, qui omnia præstat sperantibus in se, ut omnes nos in his operibus inveniamur. Salutant vos fratres qui sunt in vinculis, & presbyteri & tota ecclesia, quæ ipsa cum summa sollicitudine excubat pro omnibus qui invocant nomen domini. Sed & nos petimus mutua vice, memores sitis nostri. Scitis autem Bassianum pervenisse ad vos, & petimus vos, qui habetis zelum Dei, harum literarum exemplum ad quoscumque poteritis, transmittite, per idoneas occasiones, vel vestras, faciatis; sive nuncium mittatis, ut stent fortes & immobiles in fide, Optamus vos, carissimi, bene valere.

Lui. 10.

a XIV in edit. Paris &amp; Rigal.

## CYPRIANI \* EPISTOLA

## AD CLERUM ROMANUM.

## De secessu suo.

*Cyprianus presbyteris & diaconibus Rome consistentibus fratribus salutem.*

Quoniam comperi, fratres carissimi, minus simpliciter & minus fideliter vobis renunciari, quæ hic a nobis & gesta sunt & geruntur, necessarium duxi has ad vos literas facere, quibus vobis actus nostri, & disciplinæ, & diligentis ratio redderetur. Nam sicut domini mandata instruunt, orto statimurbationis impetu primo, cum me clamore violento frequenter populus flagitasset, non tam meam salutem, quam quietem fratrum publicam cogitans, interim secessi, ne per inverecundam præsentiam nostram seditio, quæ ceperat, plus provocaretur. Absens tamen corpore, nec spiritu, nec actu, nec monitis meis defui, quo minus secundum domini præcepta fratribus nostris, in quibus possem, mea mediocritate consulerem, & quid egerim, loquuntur vobis epistolæ, pro temporibus emissæ numero tredecim, quas ad vos transmisit. In quibus nec clero consilium, nec confessoribus exhortatio, nec extortibus, quando oportuit, oburgatio, nec universæ fraternitati ad deprecandam Dei misericordiam allocutio, & persuasio nostra defuit, quantum secundum legem fidei, & timorem Dei, domino suggerente, nostra mediocritas potuit eniti. Postquam vero & tormenta venerunt, sive jam tortis fratribus nostris, sive adhuc ut torque-

rentur inclusis, ad corroborandos & confortandos eos noster sermo penetravit. Item cum comperissem eos qui sacrilegis contactibus manus suas atque ora maculassent, vel nefandis libellis nihilo minus conscientiam polluisent, exambire ad martyres passim, confessores quoque importuna & gratiosa deprecatione corrumpere, ut sine ullo discrimine atque examine singulorum darentur quotidie libellorum millia contra evangelii legem; literas feci quibus martyres & confessores consilio meo quantum possem ad dominica præcepta revocarem. Item presbyteris & diaconibus non defuit sacerdotii vigor, ut quidam minus disciplinæ memores & temeraria festinatione præcipites, qui cum lapsis communicare jam ceperant, comprimerentur, intercedentibus nobis. Plebi quoque ipsi quantum potuimus animos composuimus, & ut ecclesiastica disciplina servaretur, instruximus. Postmodum vero cum quidam de lapsis, sive sua sponte, sive aliquo incitato, audaci flagitatione proruerent, ut pacem sibi a martyribus & confessoribus promissam extorquere violento impetu niterentur, de hoc etiam bis ad clerum literas feci, & legi eis mandavi, ut ad illorum violentiam interim quoquo genere mitigandam, si qui libello a martyribus accepto de saculo excederent, exomologesi facta, & manu eis in penitentiam imposita, cum pace sibi a martyribus promissa ad dominum remitterentur. Nec in hoc legem dedi, aut me auctorem temere constitui: sed cum videretur & honor martyribus habendus, & eorum qui omnia turbare cupiebant impetus comprimendus, & præterea vestra scripta legissem, quæ de hoc ad clerum nostrum per Clementium hypodiamonem nuper feceratis, ut iis qui post lapsum infirmitate apprehensi essent & penitentes communicationem desiderarent, subveniretur; standum putavi & cum vestra sententia, ne actus noster qui adunatus esse & consentire circa omnia debet, in aliquo discreparet. Plane ceterorum causas quamvis libello a martyribus accepto differri mandavi, & in nostram præsentiam reservari: ut cum, pace a domino nobis data, plures præpositi convenire in unum ceperimus, communicato etiam vobiscum consilio disponere singula & reformare possimus. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

a animos

b protumpe-  
tent

c huc

## CYPRIANI \* EPISTOLA

## AD CLERUM ROMANUM.

## De Luciani inverecundia.

*Cyprianus presbyteris & diaconibus Rome consistentibus fratribus salutem.*

POST factas ad vos literas, fratres carissimi, quibus actus noster expositus, & disciplinæ ac diligentis quantulumque ratio declarata est, aliud accessit, quod nec ipsum latere vos debuit. Nam frater noster Lucianus & ipse unus de confessoribus, fide quidem callidus & virtute robustus, minus dominica lectione fundatus, quadam conatus est imperiti jam pridem se vulgi auctorem constituens, ut manu ejus scripti libelli gregatim multis nomi-

d XXII  
edit. Pam. &  
Rigal.

ne

ne Pauli darentur; cum Mappalicus martyr A  
cautus & verecundus, legis ac disciplinae me-  
mor, nullas contra evangelium literas fecerit,  
sed tantum domestica pietate commotus ma-  
tri suae & sorori, quae lapsae fuerant, manda-  
verit pacem dari: Saturninus quoque post tor-  
menta adhuc in carcere constitutus, nullas  
ejusmodi literas emisit. Lucianus vero non  
tantum Paulo adhuc in carcere posito nomine  
illius libellos manu sua scriptos passim dedit,  
sed & post ejus excessum eadem facere sub  
ejus nomine perseveravit, dicens hoc sibi ab  
illo mandatum; nesciens domino magis quam  
conservo obtemperandum. Aurelii quoque ado-  
lescentis tormenta perpeffi nomine libelli multi  
dati sunt, ejusdem Luciani manu scripti, quod B  
litteras ille non nosset. Cui rei ut aliquatenus  
posset obfisti, literas ad eos feci, quas ad vos  
sub epistola priore transmisit, quibus petere  
& suadere non desisti, ut dominicae legis, &  
evangelii ratio teneretur. Postquam vero ad  
eos literas misi, ut quasi moderatius aliquid  
& temperantius fieret, universorum confessorum  
nomine idem Lucianus epistolam scripsit,  
qua pene omne vinculum fidei, & timor Dei,  
& mandatum domini, & evangelii sanctitas, &  
firmitas solveretur. Scripsit enim omnium no-  
mine, universis eos pacem dedisse, & hanc  
formam per me aliis episcopis innotescere velle,  
cujus epistolae exemplum ad vos transmi-  
si. Additum est plane: de quibus ratio con-  
stitit, quid post commissum egerint: Quae  
res majorem nobis constat invidiam, ut nos  
cum singulorum causas audire & excutere coe-  
perimus, videamur multis negare; quod se nunc  
omnes jactant a martyribus & confessoribus ac-  
cepisse. Denique hujus seditionis origo jam  
cepit: nam in provincia nostra per aliquot  
civitates in praepositos impetus multitudinum  
factus est; & pacem quam semel cunctis a  
martyribus & confessoribus datam clamabant,  
confestim sibi representari coegerunt; territis  
& subactis praepositis suis, qui ad resistendum  
minus virtute animi & robore fidei praevale-  
bant. Apud nos etiam quidam turbulenti, qui  
vix a nobis in praeteritum regebantur, & in no-  
stram praesentiam differebantur, per hanc epi-  
stolam, velut quibusdam facibus accensi, plus  
exardescere, & pacem sibi datam extorquere  
coeperunt. De quibus quales ad clerum no-  
strum literas fecerim, exemplum vobis misi:  
sed & quid mihi Caldonius collega pro inte-  
gritate & fide sua scripserit, quidve ego ei re-  
scripserim, utrumque ad vos legendum trans-  
misi. Exempla quoque epistolae Celerini boni  
& robusti confessoris, quam ad Lucianum eum-  
dem confessorem scripserit, item quid Lucia-  
nus ei rescripserit, misi vobis; ut sciretis & la-  
borem circa omnia & diligentiam nostram, &  
veritatem ipsam disceratis: Celerinus confessor,  
quam sit moderatus & cautus, & humilitate  
ac timore sectae nostrae verecundus, Lucianus  
vero circa intelligentiam dominicae lectionis,  
ut dixi, minus peritus, & circa invidiam vere-  
cundiae nostrae relinquendam facilitate sua mo-  
lestus. Nam cum dominus dixerit, *in nomine*  
*Patris, & Filii, & Spiritus sancti* gentes tin-  
gi, & in baptismo praeterita peccata dimitti;  
hic praepcepti & legis ignarus, mandat pacem  
dari & peccata dimitti in Pauli nomine: &  
hoc sibi dicit ab illo esse mandatum, sicut in

literis ejusdem Luciani ad Celerinum factis ani-  
madvertetis. Quibus minime consideravit, quod  
non martyres evangelium faciant, sed per evange-  
lium martyres fiant: quando & Paulus apostolus  
quem dominus vas electionis suae dixit, po-  
tuerit in epistola sua, dicens: *Miror quod sic*  
*tam cito demutamini, ab eo qui vos vocavit in*  
*gratiam, ad aliud evangelium, quod non est*  
*aliud, nisi si sunt aliqui qui vos turbant, & vo-*  
*lunt convertere evangelium Christi: sed licet nos,*  
*aut angelus de caelo aliud annunciet, praeterquam*  
*annunciavimus vobis, anathema sit: sicut pra-*  
*dicavimus: & nunc iterum dico, si quis vobis annun-*  
*ciaverit praeterquam quod accepistis, anathema*  
*sit.* Opportune vero supervenerunt literae ve-  
strae, quas accepi ad clerum factas, item quas  
beati confessores Moyses & Maximus, Nicolstra-  
tus, & ceteri, Saturnino, & Aurelio, & ce-  
teris miserunt, in quibus evangelii plenus vi-  
gor & disciplina robusta legis dominicae conti-  
nentur; laborantes hic nos, & contra invidiae  
impetum totis fidei viribus resistentes, mul-  
tum sermo vester adjuvit, ut divinitus com-  
pendium fieret; & priusquam venirent ad vos  
literae, quas vobis proxime misi, declararetis  
nobis, quod secundum evangelii legem stet  
nobiscum fortiter atque unanimiter etiam ve-  
stra sententia. Opto vos, fratres, semper bene  
valere.

CYPRIANI • EPISTOLA • XXXIX  
AD CLERUM ROMANUM.  
edit. Pau & Rigal.

De lapsis qui sibi pacem a Paulo  
martyre datam vin-  
dicabant.

*Cyprianus presbyteris & diaconibus Roma con-*  
*sistentibus fratribus*  
*salutem.*

ET dilectio communis & ratio exposcit, fra-  
tres carissimi, nihil conscientiae vestrae sub-  
trahere de his quae apud nos geruntur, ut sit  
nobis circa utilitatem ecclesiasticae administra-  
tionis commune consilium: nam posteaquam  
ad vos literas feci, quas misi per Saturnum lo-  
torem, & Optatum hypodiamonem fratres no-  
stros de quorundam prospecta temeritate, qui  
penitentiam agere, & Deo satisfacere detre-  
cant, literas ad me fecerunt: pacem non dan-  
dam sibi postulantes, sed quasi jam da-  
tam sibi vindicantes, quod dicant Paulum  
omnibus pacem dedisse, sicut in literis eorum,  
quarum exemplum ad vos transmisit, legetis.  
Simul quid & ego eis breviter interim rescri-  
pserim, sed & quales postea ad clerum literas  
fecerim, ut scire possitis, hujus quoque rei  
exemplum vobis misi. Quod si ultra temeritas  
eorum nec meis nec vestris literis compressa  
fuerit, nec consiliis salutaribus obtemperavit,  
agemus ea quae secundum evangelium dominus  
agere praepcepit: Opto vos, fratres carissimi,  
semper bene valere.

a XXX.  
edit Pam. &  
Rigol.

## EPISTOLA • CLERI ROMANI

## AD CYPRIANUM.

Confirmat sententiam ipsius  
de lapsis.

*Cypriano papa, presbyteri & diaconi Roma consi-  
sentes salutem.*

CUM perlegissemus, frater, literas tuas, seras, gemino sumus dolore percussi, & duplici mœrore confusi, quod neque tibi requies ulla in tantis persecutionis necessitatibus traderetur, & lapsorum fratrum immoderata petulantia usque ad periculosam verborum temeritatem producta denotaretur. Sed quamquam nos atque animum nostrum ista, quæ diximus, graviter affligerent; tamen mœroris nostri tam gravem sarcinam, rigor tuus, & secundum evangelicam disciplinam adhibita severitas temperat: dum & quorundam improbitatem iuste coerces, & hortando ad penitentiam, viam legitimam salutis ostendit. Quos quidem satis mirati sumus ad hoc usque protilire voluisse, ut tam urgerent, & tam inmaturo atque acerbo tempore, in tam ingenti & imminente crimine, atque delicto, pacem sibi non tam peterent, quam vindicarent, imo jam & in cœlis habere se dicerent. Qui si habent, quid petunt quod tenent? si autem non habere illos probatur, hoc ipso quod petunt, cur non iudicium eorum sustinent, a quibus petendam pacem, quam utique non habent, putaverunt? Quod si aliunde prærogativam communicationis habere se credunt, cum evangelio illam conferre contentur, ut ita demum firmiter valeat, si ab evangelica lege non dissonat. Ceterum quo pacto evangelicam poterit præstare communicationem, quod contra evangelicam decretum videtur veritatem? Nam cum omnis prærogativa ita demum ad indulgentiæ privilegium spectet; si ab eo cui sociari querit, non discrepet qui a Deo, cui sociari querit, discrepat, necesse est indigentiam & privilegium societatis amittat. Videant igitur quid in hoc negotio agere contentur: nam si aliud quidem evangelium, aliud autem martyres dicunt possuisse decretum, collidentes contra evangelium martyres, utrobique periclitabuntur. Nam & evangelii fracta jam & jacens videbitur esse majestas, si potuit alterius decreti novitate superari: & de martyrum capite gloriosa confessio- nis corona detracta, si non illam de evangelii conservatione invenientur consecuti, unde martyres fiunt; ut merito nulli magis sit competens nihil contra evangelium decernere, quam qui martyris nomen evangelio laborat accipere. Illud præterea vellemus addiscere, si martyres non propter aliud martyres fiunt, nisi ut non sacrificantes, teneant ecclesiæ usque ad effusionem sanguinis sui pacem, ne cruciatus dolore superati perdendo pacem, perdant salutem: quo pacto salutem, quam si sacrificassent se habituros non putaverunt, illis existiment donandam, qui sacrificasse dicantur, cum legem hanc debeant in aliis tenere, quam ipsi videbantur sibi anteposuisse? In quo negotio, hoc ipsum, quod pro te ipsis facere putave-

Arunt, animadvertimus contra seipso protulisse. Nam si dandam illis pacem martyres putaverunt, cur illos ad episcopum, ut ipsi dicunt, remittendos censuerunt? Is enim qui jubet fieri, potest utique facere, quod fieri jubet. Sed ut intelligimus, imo ut res ipsa loquitur & clamat, sanctissimi martyres utrobique adhibendum putaverunt temperamentum & pudoris & veritatis. Nam & quia a multis urgebantur, dum ad episcopum illos remittunt, verecundiæ propriæ, ne ulterius inquietarentur, consulendum putaverunt: & dum illis, non ipsi communicant, evangelicæ legis illibatam sinceritatem custodiendam judicaverunt. Tu tamen, frater, nunquam pro tua caritate desistas lapsorum animos temperare, & errantibus veritatis præstare medicinam; licet animus ægrorum medentium respicere soleat industriam. Recens est lapsorum nuper hoc vulnus, & adhuc in tumorem plaga consurgens: & idcirco certi sumus, quod spatio productioris temporis, impetu isto conlescente, amabunt hoc ipsum, ad fidelem se dilatos esse medicinam; si tamen desint qui illos arment ad periculum proprium, & in perversum instruunt pro salutaribus dilationum remediis, exitiosa deposcant illis properatæ communicationis venena; neque enim credimus sine instinctu quorundam, aucturos fuisse omnes tam petulanter sibi pacem vindicare. Novimus Carthaginensis ecclesiæ fidem, novimus institutionem, novimus humilitatem: unde etiam mirati sumus, quod quædam in te per epistolam injecta durius notare mus: cum amorem vestrum mutuum, & caritatem exemplis multis reciproce affectionis in vos invicem sæpe comperissemus. Tempus est igitur ut agant delicti penitentiam, ut probent lapsus sui dolorem, ut ostendant verecundiam, ut monstrant humilitatem, ut exhibeant modestiam, ut de submissione provocent in se Dei clementiam, & de honore debito in Dei sacerdotem, eliciant in se divinam misericordiam. Quanto meliores ipsorum literæ fuissent, si pro ipsis preces stantium humilitate ipsorum adjunctæ fuissent, quoniam & facilius impetratur quod petitur, quando is pro quo petitur, condignus est, ut quod petitur, impetretur. Quod autem pertinet ad Privatum Lambestanum, pro tuo more fecisti, qui rem nobis sollicitam nunciare voluisti: omnes nos decet, pro corpore totius ecclesiæ, cujus per varias quasque provincias membra digesta sunt, excubare: sed nos etiam ante literas tuas fraus callidi hominis latere non potuit: nam cum antehac quidam ex ipsis nequitia cohorte venisset vexillarius Privati, & furto ac fraudulenter literas a nobis elicere curaret, nec quis esset, latuit, nec literas, quas volebat, accepit. Optamus te in dono bene valere.

XXXI.  
c. 11. Pam. &  
Regal

## EJUSDEM • CLERI ROMANI

## EPISTOLA AD CYPRIANUM.

De eodem.

*Cypriano papa, presbyteri & diaconi Romae  
consistentes salutem.*

Quamquam bene sibi concitius animus, & evangelicæ disciplinæ vigore subnixus, & verus sibi in decretis cœlestibus testis effectus, soleat solo laudes petere, aut accusationes pertimescere: tamen geminata sunt laude condigni, qui cum conscientiam sciant Deo soli debere se iudici, actus tamen suos deliderant etiam ab ipsis suis fratribus comprobati. Quod te frater, Cypriane, facere non mirum est, qui pro tua verecundia & ingenta industria, consiliorum tuorum nos non tam iudices voluisti, quam participes inveniri; ut in tuis rebus gestis laudem tecum, dum illas probamus inveniremus; & tuorum consiliorum bonorum coheredes, quia & affirmatores esse possimus. Idem enim omnes credimur operati, in quo deprehendimur eadem omnes censuræ & disciplinæ consensione sociati. Quid enim magis aut in pace tam aptum, aut in bellis persecutionis tam necessarium, quam debitam severitatem divini vigoris tenere? quam qui remiserit, instabili rerum cursu erret semper necesse est, & huc atque illuc variis & incertis negotiorum tempestatibus dissipetur & quasi extorto de manibus consiliorum gubernaculo, navim ecclesiasticæ salutis illidat in scopulos, ut appareat non aliter saluti ecclesiasticæ consulti posse, nisi si qui & contra ipsam faciunt, quasi quidam adversi fluctus repellantur, & disciplinæ ipsius semper custodita ratio, quasi salutare aliquod gubernaculum in tempestate servetur. Nec hoc nobis nunc nuper consilium cogitatum est, nec hæc apud nos adversus improbos modo supervenerunt repentina subsidia, sed antiqua hæc apud nos severitas: antiqua fides, disciplina legitur antiqua; quoniam nec tantas de nobis laudes apostolus protulisset dicendo: *Quia fides vestra predicatur in toto mundo: nisi jam exinde vigor iste radices fidei de temporibus illis mutuatus fuisset, quarum laudem & gloriæ degenerem fuisse, maximum crimen est. Minus est enim dedecoris nunquam ad præconium laudis accessisse, quam de fastigio laudis ruisse. Minus est criminis honoratum bono testimonio non fuisse, quam honorem bonorum testimoniorum perdidisse. Minus est, sine prædicatione virtutum ignobilem sine laude jacuisse, quam ex hæredem fidei factum laudes proprias perdidisse: ea enim quæ in alicujus gloriam proferuntur, nisi anxio & sollicito labore servantur, in invidiam maximi criminis intumescunt. Hoc nos non falso dicere superiores nostræ literæ probaverunt, in quibus vobis sententiam nostram lucida expositione protulimus adversus eos, qui seipso infideles illicita nefariorum libellorum professione prodiderant, quasi evasuri irretientes illos diaboli laqueos viderentur, quo non minus quam si ad nefarias aras accessissent.*

*Concil. General. Tom. I.*

credemur  
deprehendimur  
recum

Apoc. 1.

A hoc ipso quod ipsum contestati fuerant, tenerentur. Sed etiam adversus illos qui acta fecissent licet præsentibus cum fierent non adfuissent, cum præsentiam suam utique ut sic scriberentur mandando fecissent. Non est enim immunis a scelere, qui ut fieret imperavit, nec est alienus a crimine, cujus consensu, licet non a se admissum crimen, tamen publice legitur, & cum totum fidei sacramentum in confessione Christi nominis intelligatur esse digestum, qui fallaces in excusatione præstigiis quærit, negavit, & qui vult videri propositis adversus evangelium vel edictis vel legibus satisfecisse, hoc ipso jam paruit, quod videri paruisse se voluit. Nec non etiam contra illos quoque qui illicitis sacrificiis manus suas atque ora polluerant, pollutis ante mentibus propriis, unde etiam sunt ipsæ manus atque ora polluta, fidem nostram consensumque monstravimus. Absit enim ab ecclesia Romana vigorem suum tam profana facilitate dimittere, & nervos severitatis everta fidei majestate dissolvere: ut cum adhuc non tantum jaceant, sed & cadant everforum fratrum ruinæ, properata nimis remedia communicationum utique non profutura præstentur, & nova per misericordiam falsam vulnera veteribus transgressionis vulneribus imprimantur, ut miseris ad everisionem majorem eripiantur & penitentia. Ubi enim poterit indulgentiæ medicina procedere, si etiam ipse medicus intercepta penitentia indulget periculis? si tantummodo operit vulnus, nec sinit necessaria temporis remedia obducere cicatricem? Hoc non est curare, sed si dicere verum volumus, occidere. Quamquam confessorum quoque, quos hic adhuc in carcerem dignitas suæ confessionis includit, & ad certamen evangelicum sua fides in confessione jam gloriosa semel coronavit, literas habeas conspirantes cum literis nostris, quibus severitatem evangelicæ disciplinæ protulerunt, & illicitas petitiones ab ecclesiæ pudore revocarunt. Nisi hoc fecissent, disciplinæ evangelicæ ruina non facile tarceretur, præsertim cum nulli magis tam congruens esset tenorem evangelici vigoris illibatum, dignitatemque servare, quam qui se excruciantes & excarnificandos pro evangelio turentibus tradidissent, ne martyrii honorem merito perderent, si in occasione martyrii prædicatores evangelii esse voluissent: nam qui quod habet non custodit, in eo ex quo illud possidet, dum id ex quo possidet violat, violat illud quod possidebat. In quo loco maximas tibi atque uberes gratias referre debemus & reddimus; quod illorum carceris tenebras literis tuis illuminasti, quod ad illos venisti, quo modo introire potuisti, quod illorum animos sua fide & confessione robustos tuis allocationibus literisque recreasti, quod felicitates eorum condignis laudibus prosecutus accendisti ad multo ardentiorum cœlestis gloriæ cupiditatem, quod pronos impulisti, quod, ut credimus & speramus, victores futuros viribus tui sermonis animasti: ut quamquam hoc totum de fide contentium & de divina indulgentia venire videatur, tamen in martyrio suo tibi ex aliquo debitores facti esse videantur. Sed ut ad id, unde digressus sermo videbatur esse, rursus revertatur, quales literas in Siciliam quoque miserimus, subiectas habebis. Quamquam nobis differendæ huius rei necessi-

Ecc

tas

tas major incumbat, quibus, post excessum nobilissimæ memoriæ viri Fabiani, nondum est episcopus propter rerum & temporum difficultates constitutus, qui omnia ista moderetur, & eorum qui lapsi sunt, possit cum auctoritate & consilio habere rationem. Quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat, quod & tu ipse tractasti prius, ecclesiæ pacem sustinendam deinde, sic collatione consiliorum cum episcopis, presbyteris, diaconis, confessoribus, pariter ac stantibus laicis facta, lapsorum tractare rationem. Perquam enim nobis & invidiosum & onerosum videtur, non per multos examinare, quod per multos commissum videatur fuisse; ut unum sententiam dicere, cum tam grande crimen per multos diffusam notetur exisse; quoniam nec firmum decretum potest esse, quod non plurimorum videbitur habuisse consensum. Aspice totum orbem pene vastatum, & ubique jacere dejectorum reliquias, & ruinas, & idcirco tam grande expeti consilium, quam late propagatum videtur esse delictum. Non sit minor medicina, quam vulnus est: non sint minora remedia quam funera: ut quomodo qui ruerunt, ob hoc ruerunt, quod cæca temeritate nimis incauti fuerunt; ita qui hoc disponere nituntur, omni consiliorum moderamine utantur, ne quid non ut oportet factum tamquam irritum ab omnibus iudicetur. Uno igitur eodemque consilio, iisdem precibus & fletibus tam nos, qui usque adhuc videmur temporis istius ruinas subterfugisse, quam illi qui in has temporis videtur clades incidisse, divinam maiestatem deprecantes, pacem ecclesiastico nomine postulamus: mutuis votis nos invicem foveamus, custodiamus, armemus: oremus pro lapsis, ut erigantur: oremus pro stantibus, ut non ad ruinas usque tententur; oremus ut qui cecidisse referuntur, delicti sui magnitudinem agnoscentes, intelligant non momentaneam neque præproperam desiderare medicinam; oremus ut effectus indulgentiæ lapsorum subsequatur & pœnitentiam, ut intellecto suo crimine, vellent nobis interim præstare patientiam, nec adhuc fluctuantem turbent ecclesiæ statum; ne interiorem nobis persecutionem ipsi incendisse videantur, & accedat ad criminum cumulum, quod etiam inquieti fuerunt. Maxime enim illis congruit verecundia, quorum in delictis damnatur mens invereconda. Pullent sane fores, sed non utique confringant. Adeant ad limen ecclesiæ, sed non utique transiliant. Castrorum cœlestium excubent portis, sed armati modestia, qua intelligant se delictores fuisse. Resumant precum suarum tubam, sed qua non bellicum clangant. Arment se quidem modestiæ telis, & quem negando mortis metu fidei dimiserant

A clypeum, resumant, sed ut contra hostem diabolum vel nunc armati, non contra ecclesiam, quæ illorum dolet casus, armatos esse se credant. Multum illis proficiet petitio modesta, postulatio verecunda, humilitas necessaria, patientia non otiosa. Mittant legatos pro suis doloribus lacrymas; advocacione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus, dolorem probantes commissi criminis & pudorem. Imo si dedecoris admissi magnitudinem perhorrescunt, si pectoris & conscientiæ suæ lethalem plagam & sinuosi vulneris altos recessus vere inedica manu tractant, erubescant & petere, nisi quia majoris est rursum & periculi & pudoris, auxilium pacis non petisse. Sed hoc totum in B sacramento, sed in ipsis postulacionis lege temporis facto temperamento, sed postulacione demissa, sed prece subdita: quoniam & qui petitur flecti debet, non incitari, & sicut respecti debet divina clementia, sic respecti debet & divina censura, & sicut scriptum est: *Donavi* Matth. 18. *tibi omne debitum, quia me rogasti:* sic scriptum est: *Qui me negaverit coram hominibus, negabo* Matth. 10. *ego eum coram Patre meo, & angelis eius.* Deus enim, ut est indulgens, ita est præceptorum suorum exactor, & quidem diligens, & sicut ad convivium vocat, si habitum nuptiarum non habentem ligatis manibus & pedibus extra sanctorum cœtum foras jactat. Paravit cœlum, sed paravit & tartarum. Paravit retrigera, sed paravit etiam æterna supplicia. Paravit inaccessibilem lucem, sed paravit etiam perpetuæ noctis vastam æternamque caliginem. Cujus temperamenti moderamen nos hic tenere querentes, diu, & quidem multi, & quidem cum quibusdam episcopis vicinis nobis & appropinquantibus, & quos ex aliis provinciis longe positæ persecutionis istius araor eiecerat, ante constitutionem episcopi nihil innovandum putavimus, sed lapsorum curam mediocriter temperandam esse credimus; ut interim dum episcopus dari a Deo nobis sustineatur, in suspensio, eorum qui moras possunt dilacionis sustinere, causa teneatur. Eorum autem, quorum vitæ suæ finem urgens exitus dilacionem non potest ferre, acta pœnitentia & professio frequenter suorum detestacione factorum, si lacrymis, si gemitibus, si fletibus dolentis ac vero pœnitentis animi signa prodiderint, cum spes vivendi secundum hominem nulla substituerit, ita demum caute & solcite subveniri, Deo ipso sciente quid de talibus faciat, & qualiter iudicii sui examinet pondera, nobis tamen anxie curantibus, ut nec pronam nostram improbi homines laudent facilitatem, nec vere pœnitentes acculent nostram quasi duram crudelitatem. Optamus te beatissime ac gloriosissime papa in domino semper bene valere & nostri meminisse.

ANNO  
CHRISTI  
353. 350.

ANNO  
CHRISTI  
353. 350.

CONCILIUM ROMANUM  
A CLERO ROMANO  
SEDE VACANTE CONGREGATUM.

Tempus &  
locus concilii.  
Lapsi  
quotuplices.

Libellatici  
quatuor.

Causa habitu  
conduci.

Decretum hu-  
jus concilii.

**C**oncilium. ) Hoc concilium Romæ habi-  
tum est, anno Christi 353. hanc ob cau-  
sam. Plurimi ex lapsis, quorum alii sacrificati  
erant, qui quomodocumque vel immolaverant,  
vel immolata gustaverant: alii thurificati,  
qui thus obtulissent: alii idololatræ, qui  
quemlibet religionis cultum idolis publice exhibu-  
issent: alii libellatici, qui quidem privatim  
vel per se, vel per alium edita aliqua profes-  
sione fidem negaverant, ne vero sicut ceteri  
ignominiose ad aram traherentur, id pecunia  
redimebant. Baron. anno 253. num. 18. 19. &  
24. Ex his, inquam, cum plurimi in Africa-  
na ecclesia lapsi a Cypriano ardentius, datis  
nomine ecclesiæ libellis supplicibus, pacem pe-  
terent, isque non sine prævia penitentia ac  
satisfactione recipi posse neque debere respon-  
dissent; Lucianus autem contriter quosvis sine  
discrimine recepisset, Romanæ ecclesiæ senten-  
tiæ ac iudicio per literas se submittit, ejusque  
consilium hac in re inquit: clerus vero Ro-  
manus, ad evitandam invidiam odiumque la-  
piorum, ne ipsi tantum viderentur auctores  
atque promulgatores ecclesiasticæ disciplinæ,  
persecutione adhuc instante, hanc synodum  
celebravit, & ad eam vicinos quosque episco-  
pos, & quotquot ex aliis regionibus extorres  
Romæ fidei causa mutato habitu delitescerant,  
convocavit. Qui simul congregati conflue-  
runt, ut infirmi quidem de vita periclitantes,  
prævia confessione & penitentia recipiantur,  
aliorum vero causa & reconciliatio ad electio-  
nem novi Romani pontificis suspendatur. De-  
cretum hoc extat epistola illa quam scripsit

Aclerus Romanus, de qua supra: verba illius  
hæc sunt: Ante constitutionem episcopi nihil in-  
novandum putavimus, sed lapsorum curam me-  
diocriter temperandam esse credimus, ut interim  
dum episcopus dari a Deo nobis sustinetur, in  
suspensio, eorum, qui moras possunt dilationis su-  
stinere, causa teneatur. Eorum autem quorum  
vita sua finem urgentem exitus dilationem non po-  
test ferre, acta penitentia & professio frequen-  
ter suorum detestatione factorum, si lacrymis, si  
gemitibus, si fletibus dolentis ac vere peniten-  
tis animi signa prodiderint, cum spes vivendi  
secundum hominem nulla subsisterit, ita demer-  
sante & solcite subveniri, Deo ipso sciente quid  
de talibus faciat, & qualiter iudicis sui exami-  
net pondera, nobis tamen anxie curantibus, ut  
nec pronam nostram impij homines laudent faci-  
litem, nec vere penitentes acculent nostram  
quasi duram crudelitatem. Deinde leges iisdem  
præscribit hæc, ut ad communionem & uni-  
tatem ecclesiæ, a qua per negationem excide-  
rant, recipi petant, non per vim, seditiones  
aut turbas, sed humilem penitentiam & la-  
crymas. *Præsent, inquit, fores, sed non ut que  
confringant, adeant ad limen ecclesiæ, sed non  
transgessant, &c.* Hæc de lapsis coercendis vel  
recipiendis decreta ejus synodi, univervæ eccle-  
siæ catholicæ servanda, præscripta, & ad sin-  
gulas toto terrarum orbe diffusas ecclesias trans-  
missa sunt, ut scilicet univervus orbis catholi-  
ceus observet, quod a cathedra Petri etiam va-  
cante dimanare intelligit. Cyprianus epistola  
52. ad Antonianum. Baron. anno 253. n. 78.  
79. 80. & 81.

Synodi decre-  
ta promul-  
gantur per  
universam  
ecclesiam.

ANNO  
CHRISTI  
354. 351.

ANNO  
CHRISTI  
354. 351.

V I T A,  
EPISTOLÆ ET DECRETA  
CORNELII PAPÆ.  
Ex Libro Pontificali Damasi Papæ.

a. a. m. a.  
d. j.  
Ansalvis inelu-  
sa delictum in  
Luc.  
Valusiano

**C**ornelius natione Romanus, ex patre Ca-  
stino, b sedit annos a (a) tres in episco-  
patu, & dies decem. c (Hic sub Cæsare De-  
cio) martyrio coronatur. d Sub hujus episco-  
patu Novatus Novatianum extra ecclesiam ordi-  
navit, & in Africa Nicostratum. Hoc factum,  
& confessores qui se separaverant a Cornelio,  
cum Maximo presbytero, qui cum Mote tuit,  
Concil. General. Tom. I.

Dad ecclesiam tunc reverti, & facti sunt confes-  
sores fideles. Post hoc Cornelius episcopus f  
Centumcellas pulsus est, & ibi scriptam epi-  
stolam de sua confirmatione, missam a Cypria-  
no, (quam Cyprianus in carcere subscripsit,  
& dedit Celerino lectori) suscepit. g Hic tem-  
poribus suis rogatus a quadam matrona Luci-  
na, corpora Apostolorum beatorum Petri &  
Pau-  
Ecc 2

(a) Luc. an II. mens. 11. dies III.

Pauli & catatumbis levavit noctu. Primum quidem corpus beati Pauli, beata Lucina posuit in pradio suo via Officis ad locum ubi decollatus est. Beati vero Petri corpus accepit beatus Cornelius episcopus, & posuit juxta locum, ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum in templo Apollinis in Vaticano palatii Neroniani, in monte aureo, 3. Kalendas Julii. Post hoc Cornelius ambulavit Centumcellas. Eodem tempore b. auditur Decius, quod epistolam accepisset a beato Cypriano Carthaginensi episcopo; qui misit Centumcellas, & (a) adduxit beatum Cornelium. Quem iussit sibi (b) cum praefecto urbis i in Tellure (c) noctu praesentari. Cui ita dixit: Sic definiti, ut nec deos consideres, nec praecipua principum audias, nec nostras minas timeas, ut contra rempublicam literas accipias, & dignas? Cornelius episcopus respondit, dicens: Ego & de corona domini mei literas accepi & dixi, & non contra rempublicam, (sed magis per spirituale consilium) ad animas redimendas. Tunc Decius iracundia plenus, iussit os beati Cornelii cum plumbatis caedi, & praecipit eum duci ante templum Martis, ut adoraret. Quod si non fecerit, dicens: Capite truncetur. Post hoc, id est, 3. Nonas Martii, antequam passus est, omnia bona ecclesiae tradidit Stephano archidiacono. Hoc factum est. Qui cum adorare non vellet, decollatus est in loco supradicto. Cujus corpus nocte col-legit beata Lucina cum clericis, & sepelivit in crypta juxta cimiterium Callisti in pradio suo via Appia, 18. Kalendas Octobris. Et cessavit episcopatus dies tringintaquinque

Volusianus

Telluris

Anfusa inclusa delata in Luc. Volusianus

Luciana

66 ita & Luc.

NOTE SEVERINI BINII.

Cornelius quando potest

Calumniam schismaticorum contra Cornelium

Confessores in caetera Novatiani seducunt Novatiani ex schismate hanc hereticam Schismaticorum nominis quae?

id est, mundi, eo quod turpiter a fide lapsus, & incontinentes, ad ecclesiam non reciperent, & secundas nuptias damnarent. Cornelius quibus virtutibus praeditus, quibus calumniis exagitatus fuerit, refert Cyprianus episcopus ad Antonianum, de qua infra. Plura infra in notis sequentibus. Vide Baron. anno 254. & sequentibus.

(i) Sedis annos tres & dies 10. Verius, non ultra unum annum, 3. menses, & dies 14. Nam quem supra circa mensum Aprilem anni 254. pontificatum accepisse diximus, eundem 14. Septembris anni 255. martyrii palmam consecutum esse, partim ex tabulis ecclesiasticis, partim ex illis, quae verbis sequentibus notabimus, constat.

(ii) Hic sub Casare Decio martyrio coronatur. Cornelium, Decio imperatore adhuc vivente, martyrio coronatum esse, falsum est. Constat enim ex illis quae supra diximus, ipso exordio pontificatus Cornelii circa mensum Aprilem anni 254. divina ultione, (ut inquit Cyprianus episcopus, 5. & lib. de lapsis.) armis & bello viduum occubuisse. Nam Eusebio & Cassiodoro testantibus anno tantum uno, & mensibus tribus imperavit. Cum igitur principio imperii sui 30. Januarii interfecti mandaverit Fabianum pontificem, a cuius obitu usque ad initium Cornelii, sedes pontificia anno uno, & duobus vel tribus mensibus vacavit, necessum est affirmare Decium imperatorem initio pontificatus Cornelii e vivis sublatum fuisse. Cornelium vero non sub Decio, sed sub Gallo & Volusiano imperatoribus Romanis, 24. Septembris, anno 255. Christi nati qui est secundus Galli & Volusiani, & primus instauratus Deciani persecutionis, martyrii coronam obtinuisse. Et haec quamquam satis superque demonstrata sint illis testimoniis quae supra attulimus: ad omnem tamen hac de re ambiguitatem profusam tollendam, accedit aliud testimonium Cypriani, qui episcopus 58. ad Lucium papam Cornelii successorem scribens, haec ait: *Intelligimus, frater carissime, quod tota cordis luce perspicimus, divina maiestatis sollicitate & sancta consilio. Unde illic repentina persecutio exorta sit, inde contra Christi ecclesiam, & episcopum Cornelium beatum martyrem, usque omnes saeculari potestate subita propositi, &c.* Quibus verbis asserit Cornelium martyrem esse factum, quando repentina persecutio in ecclesia exorta est; Gallo nimirum & Volusiano imperantibus. Nam post mortem Decii, Gallus & Volusianus initio sui imperii ecclesiam pacem dederunt, viros & carceribus dimiserunt, & a sanguine Christianorum manum ac gladium subtraxerunt, adeo ut eam ob causam senatus (ut refert Aurelius Victor in Gallo) ab imperatoribus deficienti Hostilianum Perpernam, ad exturbandos (ut ceperat Decius) Christianos, in Imperium evexisset: verum is cum paulo post quam persecutionem Christianorum instaurasset, savissima peste tunc recens exorta absumptus esset, Gallus & Volusianus persecutionem a Decio ceptam, ab Hostiliano instauratam, anno imperii sui secundo prosecuerunt. Haec Cyprianus initio libelli de lapsis, & multis episcopi. Item Dionysius Alexandrinus episcopus, qui est apud Eusebium lib. 7. cap. 1. Itaque hinc verum esse constat, Cornelium, (quod praeter Cyprianum praedictis locis testantur Eusebius in chron. & lib. 7. histoe. c. 1. & 2. Hieronymus de script. ecclesiasticis in Cornelio,) non sub Decio, sed sub Gallo & Volusiano imperatoribus martyrem factum esse. Quorum persecutio, cum una & eadem sit cum ea quae auctore Decio cepta, & paulo post quam per pacem redditam interrupta fuisset, deinceps secundo anno Galli & Volusiani instaurata, per integrum decennium usque ad obitum Valeriani continuata est, frequenter in actis martyrum Decii persecutio, a primo auctore sic dicta, reperitur nominata fuisse. Et probabile est auctorem libri pontificalis huius ignorantia deceptum esse, ita ut quod sub persecutione Decii factum esse legitur, id sub Decio contigisse putaverit: Ideoque ea quae sub Gallo & persecutione Decii facta esse leguntur, quasi sub Decio, non sub Gallo contigissent, inconsulte correxerit. Baronius anno Christi 254. num. 46. & sequentibus, & anno 255. num. 55. 56. & 57.

Quandis sedis?

Cornelli martyrium sub quo imperatore?

Decius quando imperaverit.

Persecutio Decii per quem sit instaurata?

Cor Galli & Volusiani persecutio appellatur Decii persecutio.

(iii) Sub huius episcopatu Novatiani Novatianum extra ecclesiam ordinavit. Vide quae de hoc schismate primo, in Romana ecclesia sub huius pontificatu exorta, supra in Fabiano diximus, & quae infra in notis ad primam episcopi Cornelii dicemus.

(iv) Confessores. Qui & quales fuerint hi confessores, vide in notis Fabiani, & episcopi. 1. Cornelii. f. Centumcellas pulsus est. Hic locus egregie describitur a Plinio secundo libro 6. episcopi. 31. Ad eam ibi degentem, & de prostrata perfidia triumphantem, Cyprianus scripsit epistolam edit. Pamel. 57. quae sic incipit. *Cognovimus, frater carissime, fidelis ac veritatis vobis.*

(a) Luc. exhibit. (b) cum praefecto urbis deest in Luc. (c) Luc. addit ante templum palatii, quem ita aggreditur dicens: si delinxi &c. deest autem noctu.

*Acta*, &c. De exilio Cornelii intelligendum est illud A  
 Dionysii Alexandrini apud Eusebium lib. 7. cap. 1.  
*Sancti & pater eius, qui pro pace eius imperii prope  
 una in hac urbe ceteros deum precabantur.* ( Gallus  
 scilicet & Volusianus ) crediderunt eorum, idcirco in  
 eundem officio lapidem, in quem Decius imperator,  
 cum suo magno male incurruerat : nam ut infamata  
 per ipsos persecutione, dira & immensa lues ab Æthio-  
 pia orta, in universam prope orbem progressa, vix in-  
 tra decennium quiescit, ita atrocem toto orbe vulga-  
 tam Christiani sanguinis innocenti internecionem, sava  
 & atrox decennalis pestis scelerum impiorum vindex,  
 & Christiani sanguinis ultrix totum terrarum orbem  
 concommicatur. Oratius lib. 7. cap. 2. Euseb. in chron.  
 Baron. anno Christi 255. num. 41. & 45. & anno 256.  
 num. 6. & sequentibus.

Translatio SS. Corpora sanctorum apostolorum,  
 Petri & Pauli in Vaticano, Pauli in via Ostiensis sepulta, istinc  
 li, quando  
 & quoties  
 & quibus  
 An Helio-  
 gabalus sepul-  
 crum Petri  
 diruerit.

*Hic temporibus.* Corpora sanctorum apostolorum,  
 Petri in Vaticano, Pauli in via Ostiensis sepulta, istinc  
 li, quando  
 & quoties  
 & quibus  
 An Helio-  
 gabalus sepul-  
 crum Petri  
 diruerit.

Liber ponti-  
 calis redat-  
 gnatur erro-  
 ru.

De transla-  
 tione corpo-  
 rum Petri  
 & Pauli, ve-  
 ra est sen-  
 tentia S.  
 Gregori.

nam mendacia perscriptis. Si obicit primam epistolam  
 Cornelii, qua idem, quod liber pontificalis affert, de  
 corporum apostolorum translatione scribitur, ego illa  
 que istinc obijciuntur, vel surrepticia, vel falsam mi-  
 nistris auctoritatis esse respondeo, quam sicut ea que e  
 Gregorio scribuntur illis epistolis, de quibus nunquam  
 ne quidem in minimo est dubitatum. Baron anno 251.  
 num. ult. Sed dico secundo, non videri que postea fi-  
 dum fuerit, ut tot tantisque persecutionum procellis  
 Romana ecclesia exagitata ipsa SS. Apostolorum me-  
 moris, eorumque preclara omnibus conspicua trophaa  
 diruta & funditus everta non fuerint, cum tamen Ter-  
 tulliani auctoritate manifestum sit, gentiles sub perse-  
 cutioibus quibusdam precedentibus in Christianorum  
 sepulchra debacchari, ossa martyrum resolvere, dispersa  
 atque disperdere consuevisse. Patet, hoc me nunquam  
 satis admirari potuisse, atque miraculorum pene omnium  
 maximum esse semper dijudicasse, ut aliorum marty-  
 rum sepulchra desolantes, ossa defunctorum contumelio-  
 se tractantes homines furiosi, apostolorum sepulchris pe-  
 pererint, & ab edificis desuper extructis pariter ab-  
 stinerint, illo opinor Dei consilio, ut omnibus inno-  
 tesceret, quod sancti apostoli jam mortui, omnes ar-  
 morum potentis furentes imperatores longe superant,  
 quod supra talem tamque firmam petram istud adifi-  
 cium fundatum, a qua nullo ventorum aut procellarum  
 impetu deici possit. Baron. anno Christi 215. num. 3.  
 & hic, & apud Adonem in martyrologio eius ex-  
 rant, corrupta esse patet ex illis que supra diximus.  
 Auctor enim pontificalis existimans Cornelium in per-  
 secutione Decii passum, sub ipso imperatore Decio ad-  
 hac vivente, martyrio assumptum esse, corrupte loco De-  
 cianus persecutionis, nomen Decii substituit : qui error  
 ut emendetur, nomen Decii, quod in textum irrepsit  
 certum est nomine Volusiani, ( cui, ut ex litteris Cor-  
 nelii ad Viennensem episcopum patet, una cum imper-  
 rio persecutio demandata est ) in margine scripte ad-  
 notavimus.

In Tellude. Id est, in templo, in quo sepe se-  
 templum Tel-  
 natas cogi consuevit, ut ex Cicero, Dione, & Li-  
 ludie.  
 via apparet. Vide Baron. anno 255. num. 6.  
 De corona domini. Fidelem Christi plebem, sam-  
 corona do-  
 minique que.  
 Libri ponti-  
 ficalis error.

An Cornelius  
 ordines sa-  
 croe conser-  
 varet.

in Cassanis episcopatus. Enumeratio codicum habent  
 25. diebus post obitum Cornelii sedem vacasse. Quod  
 vero ordinatio nulla ab eo facta legatur, temporis quo  
 sedis brevitatem arguit, cum vix aliquem alium sit re-  
 perire, qui absque ordinatione pontificum exegerit.  
 Baron. anno 255. num. 63. Veneta autem editio habet,  
 in quodam vetusto exemplari de ordinationibus Corne-  
 lli hac extare. *Hic fecit ordinationes duas per mensem  
 Decembrem, & ordinavit presbyteros 4. diaconos 4. ep-  
 scopos per diversa loca numero 7. De scriptis vero Cor-  
 nelii papa eadem Veneta editio conciliorum hinc subjun-  
 git : Epistolas asque decreta episcopi atque catholici viri  
 per diversa loca directi. De quibus scriptis lib. de scriptis  
 occlet. in Cornel. hinc S. Hieron. Cornelius Romano ur-  
 bis episcopus ad quem S. Cyprianus extans epistola scripsit  
 epistolam ad Flavianum (allii hanc dicunt Fabium) An-  
 tiochena ecclesia episcopum de synodo Romana, Italica &  
 Africana : & aliam de Novatiano, & de his qui in-  
 qsi sunt tertiam de gestis synodi : quartam ad eundem  
 Flavianum valde prolixam, & Novatiani hæresis cau-  
 sam & anatHEMA continentem. Baron. anno 255. nu-  
 mer. 63.*

Scripta Cor-  
 nelii papa.

EpI



EPISTOLA I. CORNELII PAPÆ

De translatione corporum apostolorum Petri & Pauli: & de Novato, aliisque hæreticis.

Carissimis atque dilectissimis fratribus, sanctæ Dei ecclesiæ filiis, & omnibus domino rectæ fide famulantibus, Cornelius episcopus.

a. Bar. aliis que merito suscipiuntur, sequenti que non est majora apud eruditos fideri.

b. Ades caritatis vestre benevolentia.

c. S. Greg. epist. 114. lib. 111. de 49. lib. 1111.

d. Ado in chronico & in martyrologio ut si nulli scilicet, quæ res sanctæ ep. 10. lib. 111. ac Basso. rio. depositum.

e. S. Matt. 1. in ep. ad S. Aman. dum. f. commoda. re.

Videns b caritatis vestre benevolentiam, quia apostolorum amatores estis, eorumque fidem & doctrinam tenetis, decrevi vobis scribere (domino auctore) quædam ex his quæ nunc temporis necessaria sunt sciri, & quæ apud nos in ecclesiâ Romana (auxiliante domino) meritis apostolorum nuper ada sunt sive geruntur: quoniam patrocinante caritate, credo vos paterna gratia scripta sedis apostolicæ libenter suscipere, & mandata eius peragere, atque de ejus profectibus gratulari: quia quilibet se in radice caritatis inserit, nec aviriditate deficit, nec a fructibus inanescit, nec amore fecunditatis opus efficax amittit. Ipsa enim caritas exercet corda fidelium, sensus corroborat, ut nihil grave, nihil difficile, sed fiat totum dulce quod agitur, dum ejus proprium sit, nutrire concordiam, servare mandata, atque dissociata conjungere, prava dirigere, & ceteras virtutes perfectionis suæ munimine solidare.

Quapropter rogo vos nobis congratulari, quia rogatu cujusdam devotæ faminæ atque nobilissimæ matronæ Lucinæ, b levata sunt corpora d apostolorum Petri & Pauli de catacumbis. Et primo quidem beati Pauli corpus, levatum silentio, \* positum est in prædio prædictæ matronæ, via Ostiensis ad latus ubi decollatus est. Postea vero beati apostolorum principis Petri accepimus corpus, & condecen- ter posuimus illud juxta locum, ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano palatii Neromiani, tertio Kalendarum Juliarum die, orantes Deum & dominum nostrum Jesum Christum, ut intercedentibus suis sanctis apostolis, maculas vestrorum purget peccatorum, & in sua vos conservet voluntate diebus vitæ vestræ, & in fructu boni operis vos perseverabiles reddat. Vos vero his congratulante gaudio. Vos semper Deum laudate, & ipse glorificetur in vobis. Scriptum est enim: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini invocabo. e. Tantum enim a nobis exigitur, quantum possumus famulatus nostri obsequio f commenda- re. Unde quidem tanto nos necesse est importunis prædicationibus insistere, quanto nobis perfectæ negotiationis creditur duplicata talentorum assignatio, atque dominicæ vocis ad suscipiendam ejus requiem suadet assertio.

Hæc invidens antiquus hostis, suscitavit e nobis adversarium Novatum, rectæ fidei & san-

ctæ doctrinæ inimicum, d qui extra ecclesiam ordinavit Novatianum, & in Africa e Nicostratum, utrosque hæreticos, sicut ille erat. Hi vero conatibus quibus potuerunt, e multos a recta & catholica fide suadentes recedere fecerunt, & post se in perverfam & Deo odibilem doctrinam corrumpere persuaserunt. Sed sicut istorum tergiversationibus nimis sumus contristati, & de eorum perditione contriti, sic de aliorum conversatione, domino auxiliante, sumus lætificati. Deus autem omnipotens, qui tristibus miscet læta, oppido nos lætificavit, quod quidam confessores, qui dudum fuerant fideles, a nobis & a recta fide, diabolo instigante, se separantes, cum Maximo presbytero ad ecclesiam catholicam & fidem rectam sunt reversi, & denuo, sicut prius b, facti sunt confessores fideles. Quapropter, carissimi, hortamur vos & deprecamur per dominum nostrum Jesum Christum, prædictos hæreticos, & omnes quos a recta fide & doctrina apostatare cognoveritis, exhortationibus & bonis studiis vestris ad catholicam fidem & rectam doctrinam convertere contendite, & in Dei voluntate persistere suadete. Et non solum hos, sed omnes qui nondum fidem rectam percepserunt, ad catholicam fidem perducere festinate.

Quis neque mors, e neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque sortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia (magistro gentium docente) poterit nos separare a caritate domini nostri Jesu Christi, & quæ in ipso est, recta fide.

Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes adversariorum, quatenus fidem inemeratam usque in finem conservantes, repromissionem percipiamus, quam repromisit his qui legitime certate properant. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet, & non tardabit. Ecce enim judex ante januam assistit, coronas hilariter promittens his qui pro eo passionibus submituntur. Quod si subtraxerit se quis, non placebit anima mea, sed cadet de promissione propter negationem. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Propter quod assumite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, adversus omnes inimicos sanctæ ecclesiæ & vestros, & induite vos loriceam justitiæ, & calceati pedes in preparatione evangelii pacis, in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia jacula nequissimi ignita extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, per omnem orationem & obsecrationem, radicati & fundati in solatio fratrum pro Christo Jesu domino nostro. Sed & nunc, fratres, commendamus vos domino, & omnes verbo gratiæ ejus, qui potest perficere, & dare hereditatem nobis cum omnibus sanctis. Ipse autem Deus pacis & consolationis, det vobis id ipsum sapere in alterutrum, ut vobis invicem succurratis, & non sitis divisi, ut unanimis, uno ore & uno corde honorificetis eum, in concordiam & consolationem fratrum, qui potest confirmare vos secundum evangelium ejus, juxta revelationem æterni mysterii, temporibus scilicet perpetuis, quibus

De eo Cy. ep. 48. & 49.

f. fueras

Rem. 8. c. Hæc & sequentia expo. repetit Me. cator in variis positum cum Rem. epistolis.

Abas. 1. Jacob. 1.

Heb. 10.

Epist. 6.

Act. 10.

Rom. 11.

Rem. 16.

1. MS. collegii Parisi Soc. Jesu teste Harduino legit, Arma Dei. 2. Id. MS. adversus inimicos. 3. Id. MS. ignita. 4. Id. MS. accipere. 5. In cod. MS. abest omni. 6. Id. MS. solatiis.

bus vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Summopere considerare etiam debetis, quod illi qui fratribus invident, eosque damnare atque perdere cupiunt, per se tua dogmata destruant. Dicit enim dominus: *Omne regnum in se divisum, non stabit: & omnis scientia & lex adversum se divisa, non stabit.* Ideoque necesse est, ut concorditer salubres suscipiatis hortatus, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes, divinis & apostolicis constitutionibus pareatis. Data septimo Idus Septembris, Decio & Maximo viris clarissimis consulibus.

Mar. 11.  
Mar. 2.  
Iun. 11.  
Philip. 9.

o Anno  
a 20 250  
aut seq.

NOTÆ SEVRINI BINII.

Quor. epist.  
Corn. papa  
scripserit.

Hoc sal-  
tem neque  
enim qui-  
quidam illas  
anquam vi-  
dit Hierony-  
mas. Trans-  
lato sancto-  
rum corpo-  
rum Petri &  
Pauli, que-  
do?  
Novatus quis  
de qualis.

Quando Ro-  
mam vene-  
rit.

Quare Ro-  
mam vene-  
rit.

Novatianus  
quomodo &  
a quibus an-  
tipapa ele-  
ctus.  
Primum schis-  
ma.

Schisma Na-  
vianus con-  
fessores la-  
ticaratas  
sedavit.

*a Epistola I. Cornelii papa.* ) S. Cornelium plures epistolae scripsisse, testatur Hieron. libro de scriptor. eccles. in Cornelio, verbis supra allatis. Primam, cuius meminit, cum ipsis adis conciliorum excidisse refert Baron. anno 335. num. 3. Secundam, cuius ibidem mentionem facit, hanc esse, & cuius scripta cum verum historia conveniunt. Quod vero SS. corporum Petri & Pauli ex catarumbis translationem Cornelio attribuit, id ex libri pontificalis erroribus in hanc epistolam mendose irrepsisse, probabile esse videtur, nam ea verius primo seculo paulo post ipsorum passionem accidit, ut testimonio S. Gregorii pontificis supra demon- stratum est.

*b Levata sunt corpora.* ) Vide quæ supra diximus in notis ad vitam Cornelii, verbo, *Hic temporibus, &c.* c *Suscepit nobis advenarium Novatianum.* ) Novatus fuit Africæ ecclæ episcopus, qui Felicissimum diaconum & schismaticum Montensium ( sic dicti, quod scilicet illius in monte con-ventum ) auctorem, iuxta Cypriano ordinaverat, & ad schisma constandum, eiusdem odio & invidia, antesignanus extiterit: qualis autem fuerit, Cyprianus epist. 49. his verbis declarat. *De Novato nihil ad nos fuerat nuntiatum, cum magis per nos vobis debeat Novatus ostendi, verum Novatus semper & cupidus, acerrima insuperabili papacitate furibundus, &c.* Sede vacante ad evertendam Romanam ecclesiam Romanam veniens, Novatianum Romanum presbyterum, male in Cornelium vitio ambitionis animatum, acris in eum impellit, eo quod Cornelius, fratrum suorum consilio penitentes lapsos in ecclesiam reciperet: cum tamen in Africa Cypriano sacrosanctæ ecclæ communione a lapsis petitam, illi ad certum tempus differendam esse respondisset. Plura in notis sequentibus. Baronius anno 334. numero 32. usque ad 43. item numero 59. & quibusdam sequentibus.

*d Qui extra ecclesiam vivit Novatianum.* ) Novatus qui semel in Africa per suos cathedram contra cathedram dicit schismate collocat, ut infelicia germina ipse cum Felicissimo uno ac primo tot infelicitum casuum auctore in transmarinam quoque ecclesiam propageret, Romanæ se contulit, nactus occasionem sedis vacantis, per fraudem multorum animos sibi conciliavit, ut eorum favore, vel ipse, vel saltem aliquis ex sibi faventibus in sede pontificia collocetur, atque ita semel constatum schisma contra Cyprianum rectus solidetur. Sed cum, Deo volente, Cornelius opinione citius pontifex crearetur, per fraudem ac dolum, gravibus calumniis in Cornelium sparsis, præter multos confessores gloria præclaros, tres episcopos in eundem concitavit, qui Novatianum clandestine pontificem Romanum electum ordinarunt, & primum schisma ecclæ Romanæ constarunt. Res gesta describitur a Cypriano epist. 49. ad Cornelium, & 52. ad Antonianum secundum editionem Pamel. & constat ex epist. Cornel. ad Fabium Antiochenum, quam ex Eusebio nunc primum in hoc tomo conciliorum imprimi curavimus. Baron. prædicto anno numero 65. & sequentibus.

*e Multi a vestra fide recedere fecerunt.* ) Romanos clericos in errore adhuc detentos hosce, Maximum, Nicotratum, Urbanum, Sidonium, Maxarium, Celestinum, & alios, uno Mose presbytero excepto, in suam sententiam per dolos ac fraudes pellexerunt, ut patet ex prædicta epistola.

EPISTOLA II.  
CORNELII PAPÆ

AD RUFUM COEPISCOPUM RUSTICUM  
ORIENTALEM.

Ne sacerdotes domini sicut vulgus solet  
facere, præsumant jurare vel com-  
pellantur.

- I. Si sacramentum ab episcopis fieri debeat.
- II. De causis episcoporum, & ut quidquid aver-  
sus absentes agitur, vacuum habeatur.

Cornelius episcopus Ruffo coepiscopo in Rustico domino salutem.

Exigit dilectio tua, frater carissime, ut ex auctoritate tuæ apostolicæ tuis debere-  
mus consulibus respondere. Quod licet non  
prolixè, sed succinctè agere festinarem, pro-  
pter quosdam importunitates, quæ nostris præ-  
pedientibus peccatis, in nos supervenere, tuis  
tamen per reliqua sanctorum patrum instituta  
studius perquirere latius & investigare permitti-  
mus. Non enim potest mens attrita, & oneribus  
atque importunitatibus gravata, tantum boni  
peragere, quantum delectata & oppressione  
soluta. Non ergo ista ob id prætulimus, ut  
hæc & alia, quæ necessaria fore cognoverimus,  
tuæ sanctitati velimus denegare: sed quod hio  
minus invenitur, latius perquiratur.

I.

« Sacramentum autem hæcenus a summis  
sacerdotibus vel Dei ministris exigi, nisi  
pro fide recta, minime cognovimus, nec  
spontaneos jurasse reperimus. Summopere er-  
go sanctus Jacobus apostolus prohibens sacra-  
mentum, loquitur, dicens: *Ante omnia, fratres  
mei, nolite jurare, neque per caelum, neque per  
terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit  
autem sermo vester, Est, est, Non, non: ut non  
sub iudicium decidatis.* Et dominus in evange-  
lio: *Audistis quia dictum est antiquis: Non pe-  
jerabis, reddes autem domino juramenta tua. Ego  
autem dico vobis non jurare omnino, neque per  
caelum, quia thronus Dei est: neque per terram,  
quia scabellum est pedum eius: neque per Hiero-  
solytam, quia civitas magni regis est: neque per  
caput tuum juraveris, quia non potes unum ca-  
pillum album facere aut nigrum. Sit autem ser-  
mo vester, Est, est, Non, non: quod autem his  
abundantius est, a malo est, id est, ab exigen-  
te & a jurante.* Hæc, frater carissime, ipse  
dominus prohibet, id est, non debere jurare.  
Hæc apostoli maxime omnes, hæc sancti viri  
prædecessores nostri, qui huic sanctæ universa-  
li apostolicæ ecclæ præfuerunt ante nos, hæc  
prophetæ & reliqui sancti doctores, per uni-  
versum mundum dispersi ad prædicandum, ju-  
ramenta fieri vetant. Quorum nos exempla in-  
cæperimus enumerare, aut in schedula hac in-  
ferere, ante deficiet hora diei, quam eorum  
exempla de hac causa prohibita. Quæ nos se-  
quen-

Greg. ep.  
11. lib. 2.

2. q. 1. Sacra-  
mentum ha-  
cenus  
c. reliqua  
d. sponte

Matth. 5.

Matth. 5.

2. q. 1. No-  
vatorum  
sequentes.

1 Id. MS. pro te. 2 Non sunt in fessis hi consules. 3 Ita etiam Gratianus, in cit. MS. vel reliquis exigit.  
4 In cit. MS & apud Gratianum: nec sperat eos.

quentes, sanctorum apostolorum, eorumque successorum jura firmamus, & sacramenta incauta fieri prohibemus. Unde & ipse dominus in tabulis lapideis, quas Moysi dedit, propria manu scripsit, dicens: *Vide ne assumas nomen domini Dei tui in vanum*: & reliqua. Nos autem (ut paulo superius prælibavimus) sacramentum episcopis nescimus oblatum, nec unquam fieri debet: quoniam (ut supra memoratum est) *preceptum est a domino, non jurandum, neque per cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum ejus: neque per caput suum, quia nullus potest unum capillum creare*. Unusquisque enim sicut ante altare stans, Dei timorem habet præ oculis, & propriam conscientiam mundam servat Deo, quod in memoria retinet, nullatenus habet intermittere, quoniam, *os, quod mentitur, occidit animam*. Et apostolus ait: *Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra*. Et alibi: *Nolite mentiri invicem*. Hæc sunt præcepta salvatoris, hæc prophetarum, hæc sanctorum patrum instituta. Quæ si quis in vanum duxerit, hostis est animæ suæ: quia nemo contra prophetas, nemo contra apostolum, nemo contra evangelium facit aliquid absque periculo. Et summo opere prævidendum est, ne pastorem suum oves, quæ ei commissæ fuerant, reprehendere (nisi a fide exorbitaverit) neque accusare præsumant: quoniam tales accusationes vim non habent, neque eis nocere possunt. *Unum vero, carissimi, ut ait beatus apostolus Petrus, non lateat vos, quia unus dies apud dominum sicut mille anni, & mille anni sicut unus dies. Non tardat dominus promissis, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam revocari. Adveniet autem dies domini ut fur, in qua cæli magno impetu transibunt, elementa vero calore solvantur*. Cum hæc igitur omnia dissolvenda sunt, ex his potestis considerare, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus & pietatibus, expectantes & properantes in adventum diei Dei, per quem cæli ardentes solvantur, & elementa ignis ardore tabescent. Vos autem carissimi, dixit Judas Apostolus, *memores estote verborum quæ prædicta sunt ab Apostolis domini nostri Jesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illi foras, secundum sua desideria ambulantes impii, males, spiritum non habentes. Vos autem, carissimi, superadificantes vosmetipsos sanctissima vestre*

*A fidei, in Spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei servate, expectantes misericordiam domini nostri Jesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite judicatos, illos vero servate, de igno rapientes. Aliis autem miseremini in timore, odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Nullus enim sacerdotum causam suam alieno committat iudicio, nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum. Sed unusquisque comprovinciales iudices & notos habeat, nisi aliquam vim temerariæ multitudinis illic timuerit, aut infestus, aut suspectus inibi iudices habuerit, pro quibus causis ad majoris auctoritatis iudices, & ad alias provincias appellare & venire concessum est.*

II.

Omnia ergo quæ adversus absentes in omni negotio aut loco aguntur aut judicantur, omnino evacuantur: quoniam absentem nullus addicit, nec ulla lex damnat. Facile ergo homo hominem fallere potest, non tamen Deum cuius oculis omnia nuda sunt & aperta. Unde ait propheta: *Dominus novis cogitationibus hominum, quoniam vana sunt*. Sapiens ergo non est, qui nocet. Nec quidquam mali vult, qui fidelis est, aut cuiquam infidias machinatur. Hortamur, frater, & monemus tuam dilectionem, ut omnes semper, prout melius poteris, adjuves, consortes & consolentis. Et sacramenta, super quibus hanc sanctam Romanam, ac universalem ecclesiam consulere voluisti, fieri prohibeas, & neminem unquam infestes aut noceas. Hæc, frater, ad reliquorum fratrum notitiam tua faciat sanctitas pervenire, ut omnes hæc mala caveant. Et sicut generaliter tam ab ipso domino, quam a sanctis & reliquis apostolicis viris, & ceteris patribus, sunt prohibita, ita generaliter ab omnibus custodiantur. Bene valere beatitudinem tuam semper optamus, & sacris virtutibus proficere te desideramus, frater carissime atque amantissime. Data undecimo Kalendas Junii, Maximo & Decio viris clarissimis consulibus.

NOTA SEVERINI BINII.

*a Sacramentum autem balneum. ) Quando ab episcopis ac reliquis clericis iuramentum licite præstetur, vel exigatur, vide canonistas 2. qu. 4. can. sacramentum balneum, de quo proluxit Covarruvius, alique plures.*

Eusd. no. n. q. 7. Non sacramentum.

Matth. 5. Jacobi 5.

Sep. 1. Ephes. 4. Coloss. 3.

Ep. ad Oceanum de vita clericorum apud Hieronymum. Conc. Carth. I. cap. 13. Rom. V. (sub Symmacho).

1. Pet. 3.

Sic MS. Q. alia, promissis, ut & Græca, vulgata Latina, promissum.

In epistola sua canonica, v. 27.

Sic MS. Q. editio vulgata, de & Græca. alia in im-pietate, ex-cusa habent in impietate.

S. Ambr. ep. 19. In decret. Ivo. lib. 4. Hadr. coll. 17. Item: 8. 10. 11. &c.

1. q. 9. Omnia quæ ad verius.

Conc. Chalced. in-icio ad 1019 X. Sixti sent. 176. & paulo post 292. & 203. 7. alio. 93. 6. q. 1. Sapiens non est: allegatur tamen ibi sub nomine Lucii papa successoris Cornelii, ubi etiam habetur.

S. Bonif. ep. 8.

an. 170. aut 169.

v Non sunt in fatis hi Conules

EPISTOLA III. CORNELII PAPÆ AD FABIUM EPISCOPUM ANTIOCHENUM.

I. Quomodo Confessores ab illo decepti fraudes eius detexerint, & palam Ecclesie notas fecerint. II. Contra omnes leges ordinatus episcopatum sibi arrogas. III. Cleri Romani populique multitudinem a schismate non deterretur. IV. Urgente infirmitate in lecto persusus seu baptizatus, minime consignatus est. V. Persecutionis tempore presbyterum se negare pavulus, quam fratribus subvenire. VI. Præter leges, clerico ac plurimis de populo intercedentibus, per gratiam episcopi ad presbyterium promotus fuit. VII. Qui corpus & sanguinem Christi porrigens, singulos sibi jurare cogat. VIII. Eum ab omnibus deseri.

Ἴνα δὲ γινῶσθε ἀπόκαλοι ὀργήμωνος τῆς ἐπισκοπῆς ὁ Σαυμάσιος ὅτις, καὶ κρυπτῶν ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀποπειρῆν ταύτην αὐτῷ ἐπιθυμίαν ἐλαύνοντα, ἐπικαλύμματα τῆς αὐτοῦ ἀπονοίας τῆς κατωρχίας αὐτοῦ αὐτῷ τῶν ὁμολογητῶν ἐγκρατεῖα χρωσάμενος, εἰπεῖν βέλομαι. Μάξιμος ἀρεσβύτερος τῆς παρ' ἡμῶν καὶ Οὐρβανὸς δις τὴν ἐξ ὁμολογίας δόξαν ἀείλιω καρπωσάμενοι, Σιδωνίος τε καὶ Κελερίνος, ἀνήρ ὅς πᾶσας βασάνους ὄξεν τὴν τῷ Θεῷ ἔλεον καρτερικώτατα διουργίας, καὶ τῷ ῥώμῃ τῆς αὐτοῦ πίστεως, τὸ ἀδούρει τῆς σαρκὸς ἐκίρρωσας, κατὰ κράτος ἰσχυρίσθη τῶν ἀντικειμένων· ὅτι δὴ ἦν οἱ ἀνδρες κατηνοήσαντες αὐτὸν, καὶ καταφορᾶσαντες τὴν ἐν αὐτῷ πανουργίαν τε καὶ καλιμβολίαν, τὰς τε ἐπιτοκίας καὶ ψευδολογίας, καὶ τὴν ἀκοινωνήσιαν αὐτῷ καὶ λυκοφιλίαν, ἐπανήλθον εἰς τὴν ἀγίαν ἐκκλησίαν, καὶ ἅπαντα αὐτῷ τὰ τεχνήματα, καὶ ποιήματα, ἃ ἔχ' πολλὰ ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὑπέελετο, παρόντων ἑαυτῶν τῶν μὲν ἐπισκόπων, τῶν δὲ ἀρεσ-

UT autem scias qualiter admirandus ille dignitatis episcopalis cupiditate incensus, & temerariam atque effrenatam illam ambitionem suam intra se regens latuit, dum hoc vesaniae velamentum obtendit, quod Confessores ab initio secum habuisset, volo enarrare. Maximus nostrae ecclesiae presbyter & Urbanus epegriam ex iterata confessione gloriam adepti, Sidonius quoque & Celerinus, vir qui cuncta tormentorum genera per Dei misericordiam fortissime sustinuit, & fortitudine fidei suae infirmitatem carnis roborans, adversarium penitus devicit: hi igitur viri cum cognovissent illum, & fraudem ejus ac perfuriam, necnon perjuriam & mendacia, atque a societate & communione abhorrentem ejus animum & lupinam consuetudinem deprehendissent, ad Sanctam Ecclesiam reverterunt: cunctaque illius praestigias & flagitia, quae jam pridem intra se occultans reprimebat, praesentibus aliquot episcopis

Affert P. Constant. pag. 141.

Concil. General. Tom. I.

F ff ac

1 Fragments ista Eusebius lib. 6. hist. c. 43. nobis asseravit hoc eis praemisso praenotio: Βασιλειῶν ἀδελφῶν ἐπισκοπῶν Κορνελίου Ῥωμαίων ἐπισκοπῶν ἐπὶ τὸν ἀντιόχειον ἐκκλησίαν ἐπιστολῶν ἐπιπέμψας, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ Ῥωμαίων συνάξεσι γράψας, ὅτι ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὴν ἀφρικανὴν αἰθρῶν ἐκκλησίαν ἐπιστολῶν ἐπιπέμψας, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἀφρικανῶν λατρίαις ἐκτελεσθῆναι ἐκέλευεν. Ἄλλα πρὸς τὸν λατρινὸν ἐκκλησίαν ἐπιστολῶν ἐπιπέμψας, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ λατρινῶν ἐκκλησίαις ἐκτελεσθῆναι ἐκέλευεν. Ἄλλα πρὸς τὸν ἀφρικανὸν ἐκκλησίαν ἐπιστολῶν ἐπιπέμψας, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἀφρικανῶν ἐκκλησίαις ἐκτελεσθῆναι ἐκέλευεν. Ἄλλα πρὸς τὸν ἀντιόχειον ἐκκλησίαν ἐπιστολῶν ἐπιπέμψας, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἀντιόχειον ἐκκλησίαις ἐκτελεσθῆναι ἐκέλευεν. Ἄλλα πρὸς τὸν ἰταλικὸν ἐκκλησίαν ἐπιστολῶν ἐπιπέμψας, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἰταλικῶν ἐκκλησίαις ἐκτελεσθῆναι ἐκέλευεν. Ἄλλα πρὸς τὸν γαλιλιανὸν ἐκκλησίαν ἐπιστολῶν ἐπιπέμψας, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ γαλιλιανῶν ἐκκλησίαις ἐκτελεσθῆναι ἐκέλευεν. Ἄλλα πρὸς τὸν ἀσιατικὸν ἐκκλησίαν ἐπιστολῶν ἐπιπέμψας, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἀσιατικῶν ἐκκλησίαις ἐκτελεσθῆναι ἐκέλευεν. Ἄλλα πρὸς τὸν ἰουδαϊκὸν ἐκκλησίαν ἐπιστολῶν ἐπιπέμψας, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἰουδαϊκῶν ἐκκλησίαις ἐκτελεσθῆναι ἐκέλευεν. Ἄλλα πρὸς τὸν ἰσχυρικὸν ἐκκλησίαν ἐπιστολῶν ἐπιπέμψας, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἰσχυρικῶν ἐκκλησίαις ἐκτελεσθῆναι ἐκέλευεν. Ἄλλα πρὸς τὸν ἰσχυρικὸν ἐκκλησίαν ἐπιστολῶν ἐπιπέμψας, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἰσχυρικῶν ἐκκλησίαις ἐκτελεσθῆναι ἐκέλευεν. Ἄλλα πρὸς τὸν ἰσχυρικὸν ἐκκλησίαν ἐπιστολῶν ἐπιπέμψας, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἰσχυρικῶν ἐκκλησίαις ἐκτελεσθῆναι ἐκέλευεν.

2 Novatianus scilicet, quem vago pronomine designare Cornelius pro more satis habet. 3 Cum Cyprianus, quoties eorundem Confessorum mentionem facit, ubique Macarium Celerini hujus loco memorat, existimat Tillemonius eundem Confessorem duplici, Maxarii scilicet ac Celerini, nomine donatum: tumulque monet hunc alium esse a Celerino Carthaginensis ecclesiae lectore saepius apud Cyprianum commendato. 4 Ita loqui videtur Cornelius propter peculiarem Novatiani opinionem, quam Eusebius lib. 6. c. 43. mirandam καὶ ἀκατάβητον, a fraterna caritate abhorrentem ἐκτελεσθῆναι ἐκέλευεν, quae videlicet haereticus iste lapsus communionis ac pacis spem omnem adimebat. Eadem haeresis, apud Cyprianum in Tractatu ad Novatianum, & ab Hieronymo initio epistolae ad Oceanum, Caina haeresis appellatur, licet diversa quadam ratione. Sic nempe nuncupatur a praedicti Tractatus scriptore, quia nonnulli tantum occidere possunt, ab Hieronymo autem, quia Caino similis desperanti ac dicenti, Major est iniquitas mea, quam ut ventiam merear, peccatis novatillis veniam spem profusus negat, adeoque dicit aliqua esse peccata, quae Christus non possit purgare sanguine suo. 5 Immo, si laudato apud Cyprianum Tractatu fidem habeamus, multa piz se sevens Christiana peccata esse presbytero digna, utpote qui antea semper in domo una, id est Christi Ecclesiae, proximum adhibita ut propria fuerit, omnia fratrum, sicut Apostolus hortatur, severis, lubricis in fide calcis alienatione corroboraverit. Sed huius laudi non respondent quae infra num. 5. gestio narratur. 6 Quinque adfuisse epistolae 6. n. 2. dicuntur. Mirum est tantum hic presbyteros memorari, ac sacri diaconos aliove clericos, praesertim cum laici etiam adfuerint. In epistola quidem 6. n. 2. dicitur presbyterum hac occasione contradium. Sed hoc vocabulo cleri cetera a potiori eius parte designari solebat. Possit etiam eadem ratio- ne hic presbyterorum nomine totus clerus significatur.

ac presbyteris & laicis quam pluribus evulgarunt, ingemiscentes & dolentes, quod a fraudulenta & maligna illa bestia induci, ad medicum tempus ab Ecclesia defecissent.

2. Deinde post pauca ait. Vix credibile est, frater carissime, quantam in eo varietatem ac mutationem brevi temporis spatii factam conspexerimus. Nam egregius ille, qui tremendis quibusdam sacramentis fidem fecerat, sese episcopatum nequaquam concupiscere, repente episcopus tamquam ex machina aliqua in medium projectus appareret. Nempe ille dogmatum conditor atque ecclesiasticæ discipline propugnator cum episcopatum sibi a Deo minime concessum præter fas arrogare atque subripere conaretur, duos sibi socios deploratæ salutis delegit, quos in exiguam atque vilissimam Italiæ partem destinaret: ut inde accitos episcopos tres, homines plane rudes ac simplices, fraudulenta quadam molitione deciperet, affirmans atque constanter asseverans, ipsos quam primum Romanam proficisci oportere, ut omnis undecumque orta discordia, ipsorum una cum aliis episcopis interventu sedaretur. Qui cum advenissent, homines, ut jam diximus, simplicioris ingenii, nec in his perditorum artibus ac fallacis fati triti; eos ille a quibusdam sui similibus, quos ad id comperaverat, inclusos, hora decima temulentos & crapula oppressos, imaginaria quadam & vana manuum impositione episcopatum sibi tradere per vim cogit: eumque, cum nullo sibi competat jure, per insidias atque fraudem vindicat. Nec multo post unus ex illis episcopis ad Ecclesiam rediit, cum lamentis & fletibus peccatum suum confitens. Quem nos, cum universus populus præsens deprecatus esset, ad communionem laicam suscepimus. Re-

Αβυθίων, & λαϊκῶν ἀνδρῶν αὐτοῦ, ἐξήγγελλαν, ἀποδουράσασθαι καὶ μεταγινώσκοντας ἐφ' οἷς περὶ ὁδοῦ τῷ δολερῷ & κακοῦθει θηρῷ, πρὸς ὀλίγον χρόνον τῆς ἐκκλησίας ἀπελείφθησαν.

Εἴτι μὲν βραχία φησὶν. Ἀμήχανον ὄστω, ἀδελφεὲ ἀγαπῆτε, ἔσπευ καὶ μεταβολῶν ἐν βραχείᾳ κηρῷ ἰδρασάμεθα ἐπ' αὐτῷ γρηγορήσειν. ὁ γὰρ τοῦ λαμοσύνης, καὶ δι' ὄρκων φοβερῶν τινῶν πιστεύσας τὸ μὴ δι' ὅλους ἐπισκοπῆς ὀρέγεσθαι, αἰφνίδιον ἐπίσκοπος ὡσπερ ἐκ μαγγάνων τινός ἐς τὸ μέτρον ῥαφῆς ἀναφαίνεται. ὅπως γὰρ τοῦ ὀδοματίας, ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης ὑπερασπιστῆς, ἐσπληνικὰ παρασπασθεῖται καὶ ὑπερβῆκεν πλὴν μὴ δοθεῖσαν αὐτῷ ἀνώθεον ἐπιτοκῶν ἐπιχειρεῖ, δύο ἑαυτῷ κατωκῶς ἀπεργακώτης τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ἐπιλέξασθαι. ὡς ἂν ἐς βραχύτι μέρος καὶ ἐλάχιστον τῆς Ἰταλίας ἀποσελῆσθαι κείσθαι ἐπίσκοπος ἔσῃς, ἀνδρώπης ἀγροίκου καὶ ἀπλουσίου, πλάσῃ τινι ἐπιχειρήσει ἑκαπέτησθαι. ὁ βραβυβαίνουσος καὶ διήχουχόμουσος δὲν αὐτῶς ἐν τῆσιν παραρηγῆσαι ἐς Ρώμην, ὡς δὲ ὄστω πᾶσα ἡ τις δῆποτε ἐν διχοστασίᾳ γρηγορήσει, σὺ καὶ ἑτέροις ἐπισκόποις καὶ αὐτῆς μεσιτῶντων ὁμοιωθῆσθαι. ὅς παραρηγῶν αἰτε δὴ (ὡς ἐφθῆκεν λέγοντες) ἀνδρώπης ἀπλουσίου πρὸς τῆσιν ποιητῶν μηχανῶν τε καὶ ραδιουργίας, συγχλωιδεῖσθαι ὑπο τινῶν ὁμοίων αὐτῷ τετυγμῶν ἀνδρώπων, ὅρα δεκάτη μεδιόντης καὶ κραπαλώντης, μὲν βίος λυγρῶσων εἰκονικῆ τινὶ καὶ ματιὰ χειρεπίθεσις ἐπισκοπῶν αὐτῷ δουραῖ. ἢν ἐκείνη καὶ παουουργία μὴ ἐπιβάλλῃσαν αὐτῷ ἐκδικεῖ. ἔξ ὧν ἐς μετ' οὐ πολὺ ἐπανήλθῃς ἐς τῶν ἐκκλησίαν ἀποδουρόμῃος καὶ ἐξομολογῆσας τὸ ἑαυτῷ ἀμάρτημα. ὃ καὶ ἐκοινωνήσασθαι ὡς λαϊκῶν, ὑπὲρ αὐτῷ δεηθῶστος παύτως παρόντος τῷ λαῷ. καὶ ἔξ ἁλοκῶν δι' ἐπισκόπων ὁμοῖο-

1. Christophorus hoc latine ita convertit: *Iste novus sella inventor, & doctrina ecclesiastica, & Deo placet, preparator, Valeus vero, et qui se doctorem & ecclesiastica disciplina propugnatores forebat.* Vox *dogmatum* hic ecclesiastica disciplina preparatorum, & non nihil minus quam *nova sella inventorem* sonat. Palam est Novatianum præclarum hunc titulum affectabat. Quoties Cyprianus supra epist. 1. nu. 2. de illo ejusque affectu scribit: *Si se affectores Evangelii Christi confitentur, prius ad Ecclesiam revertantur.* Nominatimque Novatianus, uti Valeus observat, suum de cibis Judæis librum *plati in Evangelio perhibent* inscripsit. En quos imitantur stantis nostræ novatores, qui cum ab avita fide discesserint, sese puri Evangelii vindices habitare non verentur.

2. Hoc est, quæ impositionis manuum quandam potius imaginem præ se ferret, quam veritatem. Quapropter minus mirum est Pacianum hujusmodi ordinationem irritam & nullam censuisse, ac de ea sic epist. 2. scripsisse: *Novatianum absentem epistola episcopum renatis*, seu fecit: quia nimirum Confessorum epistola ad Novatianum absentem scripta, quæ ei manus quasi in episcopum imponi consuebant, ut episcopus fieret occasione & auctoritatem præbuit. Pergit Pacianus: *Eum consecrante nullo lineata (id est episcopalis) sedes accepti.* Cur *consecrante nullo*, subinde explicat idipsum repetens his verbis: *Novatianum cognoscite SINE CONSECRATIONE LEGITIMA episcopum factum per epistolam eorum, qui se confessores esse simularent.* Ideo igitur nullo consecrante in episcopali sede collocatum dixit, quia cum *per consecrationem legitimam episcopum factum*, nonni de imaginaria & vana ac profusa nulla consecratione gloriari posse persuasum haberet. Ipsi certe Confessores, teste Cornelio & vana ac profusa nulla consecratione gloriari posse persuasum haberet. Ipsi certe Confessores, teste Cornelio epist. 6. n. 1. eo se abduetos fatebantur, ut *paterentur et manus quam in episcopum imponi.* Neque Cyprianus epist. 44. seu 46. suum eis dolorem dissimulat, quod illos *alium (æ Cornelio) episcopum fieri consensisse* per epistolam significasse. Sane violentam hujusmodi ordinationem ab episcopis vino & crapula oppressis intempestiva hora factam, præsentibus hiis Confessoribus horrore non fuisse valde stupendum esset. Inde & illud sequitur, ut hac illustrium Confessorum epistola ad sevuendos episcopos simplices abusus sit Novatianus, ne ab imponendis ipsi manibus abhorrerent. Cur vero de iis, quos pro fide carcerem passos esse Cornelii, Cypriani, aliorumque testimonio constat, Pacianus quod *se Confessores esse simularent*, dixit? Quia nimirum hanc confessionis gloriam ab Ecclesia discedendo obtulerant ac perdididerant, non secus atque homo in pluribus iustitiam exercitatus operibus, peccato admisso, iusti titulum ac laudem amittit.

3. Episcopum illum existimat Valeus Trophimum, de quo Cyprianus in epistola 10. sequente ad Antonianum plura scribit. Sed quæ ibi de hoc Trophimo Cyprianus eloquitur, ægerime cum iis componantur, quæ nunc Cornelius de Novatiani ordinatore narrat. Quippe cum Antonianus, mendacibus Novatiani litteris commotus, a Cypriano scribi sibi petisset, *Cornelius qua ratione Trophimo & iustificatis communicet*: rescribit is præful n. 1. *Cornelium nulla libelli, ut eundem iustificet, labe maculatum esse; sed neque cum episcopis, qui sacrificaverunt, communicandum fore, nisi iustitiam iustitiam.* Tum num. 10. subiicit: *Nam & de Trophimo, de quo tibi scripsi desiderasti, non ita res est, ut ad te potestatis sumor & mendacium malignorum...* Tractatum illic cum collecti plures *habito susceptus est Trophimus, pro quo satisfacienda fratrum reditus & restituta multorum salus. Si tamen susceptus est Trophimus, ut laicos communicet, non secundum quod ad te malignorum littera perulerunt, quasi la-*

Ἐπαρχος εἰς τὸς τόπους ἐν οἷς ἦσαν χειροτονήσαντες, ἀπετάλαμμεν.

Ὁ ἐκδιαιτῆς ἐν τῷ Καρχηδονίῳ ἐκκλησίᾳ ἐκείνῃ ἐπίσκοποι δὲν εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ; ἐν τῷ ἐκ κληροῦ (πὺς γὰρ;) πρεσβύτερος εἶναι πασάρα-κοντα ἑξ, διακόνους ἑπτὰ, ὑποδιακόνους ἑπτὰ, ἀκο-λύθους δύο ἑ πασάρακοντα, ἱεροκρίτας δὲ καὶ ἀνα-γνώστας ἅμα πωλυαροῖς δύο καὶ πενήκοντα, χήρας σὺν θλιβομβίῳ ὑπὲρ τὰς χιλίας πεντακοσίας, ὡς πάντας ἢ τὸ δεσπότη χάρεις καὶ φιλανθρωπία δια-φέρεται. ὃν ἐδὲ πρὸς τὸ πλῆθος καὶ ἔπος ἀναγκαῖον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀποστολῆς πλού-σιος τε καὶ πληθίων ἀειθμὸς μὲν μεγίστη καὶ ἀνα-ειθμῆτος λαῶν, ἀπὸ τῆς πιαύτης ἀπογκώσεως τε καὶ ἀπαγορεύσεως ἐνεβέβητε καὶ ἀνεκαλίσατο εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

Καὶ αὐτὸς μεθ' ἕτερα τῶν πρὸς Θεοῦ τῶν-τα. Φέρε δὲ ἔξω ἀπομῶ, τίσιν ἔργοις ἢ τίσι πολιτείαις περὶ αὐτῶν ἀντεποιήθη τῆς ἐπισκοπῆς ἀράγε διὰ τὸ ἔξ ἀρχῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνεβέβη-  
Concil. General. Tom. I.

A liquis etiam (duobus) episcopis successores or-  
dinavimus, colque in loca illorum misimus.

3. Ille ergo Evangelii vindex ignorabat  
unum episcopum esse oportere in Eccle-  
sia catholica? in qua non ei latebat (quo-  
modo enim latere posset?) presbyteros esse  
quadragesima sex, diaconos septem,  
subdiaconos septem, acolythos duos & qua-  
dragesima, exorcistas autem & lectores cum  
ostiaris quinquaginta duos, viduas cum  
thlibomenis plus mille quingentas. Quibus  
universis Domini gratia & benignitas ali-  
menta suppeditat. Neque tamen tanta tam-  
que necessaria in Ecclesia multitudo, tam  
ingens numerus divinæ providentiæ copiis  
opulentus & abundans, cum immenso atque  
innumerabili populo, ab huiusmodi despera-  
tione & audacia eum deterruit, & ad Ec-  
clesiam revocavit.

Cleus Ro-  
manus

4. Rursum & aliis intercessis hæc addit.  
Agendum, exponamus deinceps, quibus ope-  
ribus quibusve vitæ institutis episcopatum  
ambire ausus sit. Num propterea quod ab  
initio vitam in Ecclesia exegerit, & mul-  
Pii 2 ta

Concil. General. Tom. I.

cum Trophimo usque. Hæc autem aliaque Cypriani de Trophimo receptione verba qui expendunt, deprehenden-  
10. Trophimum sacrificantium labe fuisse adfectum, 20. eum ad Ecclesiam rediisse cum maximo fratrum numero,  
qui omnes regressuri ad Ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo, 30. eum a Cornelio susceptum esse tractatu  
ante habito non cum plebe sua quemadmodum in ordinatio Novatiani receptione assum est, sed cum collegio  
pauca, hoc est in frequenti episcoporum concilio; indeque mendaciter divulgatum esse, Cornelium cum sacrifican-  
tibus communicare, & Trophimo huius criminis reo primum sacerdotii locum reddidisse. Si etiam ex utrimque qui  
fuerint illi maligni, quorum litteræ & sumptibus hæc mendacia facta sunt, non alii forsitan inveniuntur a Nova-  
tiano, cuius litteris commotus Antonianus Cyprianum de huiusmodi mendaciis interrogavit. Horum certe vel  
Novarianus, vel socii eius factores fuerunt. Nemo autem id Novatiano eufre affectis displicuisse & vitium ver-  
sum esse sibi persuaserit, quod ordinator ipse ab illo susceptus atque communionem laicam delectus donatus esset.

1. Evastium, in cuius locum Zetus constitutus fuisse in superiore epistola e. dicitur, ex his duo-  
bus episcopis unum existisse Valefius probabilior coniectura putat. Hinc quippe facile intelligitur, quo pacto  
Evastium auctoritate schismatis fuisse Cornelium in laudata epistola scribat. Ita autem duobus illis episcopis suc-  
cessores ordinatos esse hic memoratur, ut & quodam modo innuitur loco eius, qui ad communionem laicam susce-  
ptos est, neminem esse susceptum. Sed ex quo episcopus ad communionem laicam delectus prædicatur, sedem illius  
vacare, eique proficiendum esse satis intelligitur.

2. Ita probata ac perulgata erat hæc regula, ut Confessores ad Ecclesiam redeuntes in superiori epistola e. n. 2.  
illam tanquam rem omnibus notam, & quam nulli ignorare liceat, profiteantur. Sic & Cyprianus in sequente  
epistola ad Antonianum n. 7. ubi Cornelium legitime ordinatum esse multis probavit, addit demum: Cum post-  
quam secundus esse non possit, quisquis post unum qui solus esse debeat factus est, non jam secundus ille, sed  
nullus est.

3. In latina Valefii interpretationem quatuor & quadragesima mera oscitantia irrepsisse certo argumento est ista  
illius in hæc verba annotatio: Ex hoc loco colligi potest, quos basilicas sive Roma habuerint Christiani. Cum enim  
singuli presbyteri suas regerent basilicas, si ab fuerint presbyteri, totidem basilicas fuisse dicendum est. In hunc lo-  
cum graviter peccat Blondellus cum eum ita perstringit, ut nullam subdiaconorum faciat mentionem, exindeque  
conclat puer nullos tum Romæ subdiaconos fuisse institutos. Sed lectio illius falsitatem cum grecis Eusebii  
textus, tum latina Rufini interpretatio demonstrant. Tradit & Optatus lib. 2. quadragesima & amplius basilicas  
Romæ existisse, quando illuc Victor Gabienis proxime post exortum Donatistarum schisma ab his schismaticis  
missus est. Hi quippe, inquit Optatus, in 1187. 40. & quod excurrit basilicas, locum ubi colligerent non habe-  
bant. Quem locum, dum Blondellus Apolog. pag. 223. de ipsius Optati atate interpretatur, ab eo male intelle-  
ctum esse Valefius recte notat.

4. Hoc verbo etiam latine nobis uti licere duximus ad imitationem cleri Romani ad clerum Carthagensem  
edit. Oxon. epist. 1. sic scribens: Sive vidua, sive THLIBOMENI (male apud Pamel epist. 3. Thlibomeni,  
& apud alior Clementi,) qui se exhibere non possunt, utique habere debent qui eis ministrant. Quo in loco qui  
intelligendi sunt thlibomeni, statim explicatur adjunctis verbis, qui se exhibere non possunt, hoc est qui sustentare  
se ac victui necessaria suppeditare sibi non valent, ut patet ex his Cypriani lib. Testimon. n. 61. Habentes itaque  
EXHIBITIONEM & tegumentum, his consentiunt finis. Eodem exhibitionis verbo eodem intellectu utitur &  
Tertullianus lib. de Idolol. c. 5. & 1. ubi artifices qui idola confingere non delinabant arguens, solitas eorum  
vocem, Non habeo aliud quo vitam, sibi obicit, ac deinde sic refellit: Si ita EXHIBITIONIS necessitas obtin-  
ditur, habent & alias species, qua sine exortatione disciplina, id est sine idoli confectura, OPEM VICTUS  
PRÆSTENT. Hoc est igitur exhibere, quod opem victus præstare. Adeoque non male Rufinus pro thlibome-  
ni substituit indigentibus. Observavit Valefius ecclesiam Antiochenam Chrylostomi atate, ipso Chrylostomo te-  
ste homil. 67. in Matth. tametsi mediocres redditus possideret, plerumque tria millia viduarum & virginum aluisse  
quotidie, præter hospites, leprosos, viandos & clericos.

5. Verterat Christophorus. Nemo in tanta ministrorum multitudine... nemo ex tanto egenorum numero Dei pro-  
videntia luculentate... nemo denique ex maxima illa & innumerabili frequentia. Qua in interpretatione istud non  
placet, quod præter græci textus fidem si: ministris Ecclesiæ ab egenis distinguit, quasi non illi perinde atque hi  
divina providentia divitiis sustentarentur. Certe Rufinus hunc locum aliter intellexit, siquidem de presbyteris,  
diaconis ceterisque clericis non secus atque de viduis, & indigentibus dicit: Quos omnes Deus alit in Ecclesia  
sua. Subinde ecclesiarum proventus sic distributi sunt in quatuor partes, ut una pars episcopo, altera clericis  
ceteris, tertia egenis, quarta fabricis cederet. Verum antea etiam par non erat eorum divisio, in alios tamen  
usus nequaquam impendebantur.

6. Illud in Ecclesia perinde est atque in Ecclesiæ ministerio. Nec aliud sonare mihi videtur ab infans, atque ab  
inveniente atate & ab infantia. Et ea quidem tum forte obtinebat disciplina, qua si qui in clerum adsciscendi erant,  
se, ut loquitur Siricius epist. 1. n. 13. Ecclesia veteri obsequi, ab infantia sua, vel ut idipsum Zolianus epist.  
9. n. 5. enuntiat, ab infantia ecclesiastica, ministrandi nomen dare, & ita per omnes cleri gradus episcopatum pro-  
mereri solebant. Quocirca Cyprianus in epistola sequenti n. 7. etiam si Cornelium ecclesiastica ministerio ab infans  
seu ab infantia nomen dedidisse non aperte dicat: hinc tamen eum commendat, quod non ad episcopatum subito pro-  
venit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus, & in divinis administrationibus Deum promeritus, ad sacerdotii su-  
blime fastigium cunctis religionis gradibus adscendit. Hic igitur quaeritur, an similibus meritis ornatus sit Nova-  
tianus, & ea illi defuisse demonstratur.



κλησίας κανόνα· τῆτε σφραγισθῆναι ὑπὸ τῶ ἐπισκοπῆ. τῆτε εἰ μὴ τυχὼν, ὡς αὐτὸς τῶ ἀγίῳ πνεύματι ἐτύχε;

Καὶ πάλιν μὲν βραχεία φησὶν· Ὁ δὲ διὰ δουλίαν καὶ φιλελεύθερον ἐν τῷ κερφῆ τῆς ἀνώγειας ἀρισβύτερον εἶναι ἑαυτῶν ἀρνησάμενος. ἀξίως γὰρ καὶ παρακαλούμενος ὑπὸ τοῦ ἱεροῦ διακονῶν, ἐν ἐκκλησίᾳ τοῦ εἰκίσκου ἐν ᾧ καθῆρξεν ἑαυτῶν, βοηθήσῃ τοῖς ἀδελφοῖς, ὅσα θεῖος καὶ ὅσα δυνατῶν ἀρισβύτερον κηδεύσασθαι ἀδελφοῖς καὶ ἐπιχειρῶν διοικήσας βοηθεῖν· τοῦτον ἀτίχει τὸ περὶ φαρήσας παρακαλῶσι τοῖς διακόνους· ὡς καὶ χαλεπαίνοντα ἀτίχει καὶ ἀπαλλάττειν· μὴ γὰρ εἴτι βέλτερον ἀρισβύτερος εἶναι εἶπῃ· ἕτερος γὰρ εἶναι φιλοσοφίας ἐραστῆς.

Τίπτεβας εἰ ὀλίγα, τοῦτοις πάλιν ἐπιφέρει λέγων, κατελιπὼν γὰρ ὁ λαμφοῦ, ἵτις τῶ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ πισθῶσας κατηξιώθη τῶ ἀρισβύτερος κατὰ χάριν τῶ ἐπισκοπῆ τῶ ἐπιδοσῆσθαι αὐτῶ χάρις εἰς ἀρισβύτερος κληρῶν. ἐς διακονοῦσας ὑπὸ πάσης τῆ κληρῶ, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν· ἐπεὶ μὴ ἴσθον ἢ τῶν ἐπὶ κληρῶν δια νόσον περὶ ὁδοῦται, ὡσπερ καὶ ἵτις, εἰς κληρῶν τῶνα ἡμεῶνται, ἡξίωτε συγχωρηθῆναι αὐτῶ τῶντον μοῖον χειροτονῆσαι.

Εἴτι ἄλλο τι τοῦτοις χεῖρας ἀρισβύτησι ἱεροῦ τοῦ ἀδελφῶ ἀπειμῆτων, λέγων ὅτως. Ποιῆσαι γὰρ τῶ ἀρισβύτησας, καὶ διαμέλων ἐκάστω τῶ μέ-

Acipienda sunt, neque ab episcopo signatus est. Hoc autem signaculo minime percepto, quomodo Spiritum sanctum potuit accipere?

5. Et iterum aliquando post dicit. Qui persecutionis tempore præ metu ac nimio vitæ amore presbyterum se esse negavit. Admonitus enim ac rogatus a diaconis, ut in cubiculo in quo se ipsum incluserat egressus, fratribus succurreret, quantum presbytero liceret ac fas esset fratribus in periculo constitutis & auxilio indigentibus subvenire: tantum abfuit ut rogantibus diaconis morem gereret, quin potius indignabundus abiit ac discessit. Neque enim presbyterum se amplius velle esse respondit: sed alterius philosophiæ amore ac studio teneri.

6. Paucis autem transcurtis, hæc rursum adiungit dicens. Nam præclarus ille vir Ecclesiam Dei dereliquit, in qua post susceptam fidem presbyterio cohonestatus est pro gratiam & indulgentiam episcopi, qui imponens ei manum ad presbyterii ordinem eum provexit. Intercedebat omnis clerus, & multi ex laicis, eo quod non liceret eum, qui quemadmodum & ille in lectulo urgente morbo perfusus fuisset, in clerum aliquem assumi. Verum rogavit episcopus ut eum unum ordinare sibi permitteretur.

7. Deinde aliud adiungit facinus omnium, quæ ab illo commissa sunt, longe gravissimum, ita dicens. Etenim oblationibus factis portionem singulis dividens, dum eam tradidit,

*Christum non credens.* Quapropter eos, qui ex hac heresi ceteris Ecclesiis coniunguntur, laudatissimi patres inungi præceperunt. Sed Nicæni patres c. 8. tantum præcipiunt, ut Novatiani per manus impositionem suscipiantur. His conciliis Innocentius epist. 5. c. 8. & Innocentius epist. 2. c. 8. constituunt, ut venientes a Novatianis vel Montanistis per manus (addit Innocentius tantum) impositionem suscipiantur, nulla inunctionis facta mentione. Ibi autem Theodoretus etiam de Novatiano nonnulla tradit ad accuratam rerum fidem non satis exacta, ad canonem 7. concilii CP. I. haud dubie respicit.

1 In hac Rubini interpretatione, cum subvenire in exitu catechumeni, rogaretur, a cellula in qua iacebat timentis perterritus, presbyterum se esse denegavit, nimia deprehenditur interpretis licentia: cum verba Cornelii de omnibus auxilio presbyterii indigentibus dicta ad unos catechumenos, quibus & diaconi subvenire poterant, referat. Quocirca neque placet quod Theodoretus lib. 3. hæret. fab. eandem narrationem ita exponit. Qui vero remissionem (lapsus) adipiscitur postulat, arguuntur autem, quod laice rogatus ut ad illos periret, & veros confiteantur, qui tyranni machinis nullabantur, oculis se ipse claudere studens, presbyterum etiam se esse denegavit. Ex hoc autem loco liquet, quin merito superius a Cornelio postulatum sit, an Novatianus in multis, magnisque periculis salutis causa fuerit?

2 Non displicet alibi quod Valefius vertit, post susceptum baptismum; id enim hæc proprie sonant, in qua baptismum suscepto, fidelis iam dici atque haberi cepit. Sed litteræ hærendum duxit, cum Cornelium, ubi de ritu quo Novatianus initiatus est, loquitur, baptismi vocabulo constanter abstinere observarim. Rubinus unum verum per se his duobus latinis, gratiam confitentis, reddidit. Quod eodem redit. Nam gratia, vel gratia Dei, seu gratia Christi vocabulo baptismus sæpe apud veteres designatur. Quid enim sibi vult illud Cypriani epist. 76. ad Magnum, Quæritur quid mibi videatur de his, qui in infirmitate & languore Dei gratiam suscipiunt, nisi illud, quid mihi videatur de his qui in infirmitate & languore Dei gratiam suscipiunt, generaliter gratia legitimum dicitur, in quo hæc celebranda gratia perinde esse liquet atque celebranda baptismi.

3 Hoc est, in aliquo cleri gradu. Nam iterum pro cleri gradu a Cornelio usurpatis ex proximis illius verbis, sic presbyterio cleri, liquet. Eadem loquendi ratione apud Cyprianum edit. Rigalt. vetus auctor in Tractatu de non rebaptizandis hæreticis dixit. Quod cum nullum sanæ mentis fidelium tenore, vel maxime nullum omnino in QUOCUMQUE CLERO constitutum, ac multo magis episcoporum auctoritate dicitur. Et eorum Immo magis hoc nomine eorum operatur, licet fuerit antea fidelissimus, aut in CLERO ALIQUO constitutus. Quod licet Valefius recte observavit, a littera tamen græca, quam servare fas est, nonnulli recedit in hunc modum. Ne, quemquam ex his, qui urgente vi morbi in lectulo perinde ac ille perfusus fuisset, in clerum assumi. Plus enim illud, quemquam ex his, unde exceptio omnis excluditur, quam particula in sonat, sicut significantius aliquid præ se fert in aliquo clero, quam simpliciter in clero. Disciplina huius severitatem aliquando post Cornelium ævum temperavit Neocæsariensis concilium, hominem in lectulo perisum non ab omni cleri gradu, sed a presbyterio dumtaxat excludens, immo eum etiam ad hunc gradum provehi permittens propter consequentem eius fidem & fidem, certamque voluntatem. Præferat Fabianus, seu quivis alius Novatiani ordinator, huiusmodi exceptionem per ecclesiasticam regulam permitti. Nec temere divinat, qui episcopo huic maxime Novatiani ingenium & eloquentiam, quæ in illius scriptis ac nominatum in epistola apud Cyprianum 31. ab ipso scripta aspicitur, placuisse conestet. Qui autem Novatiani ordinationi, cum ad presbyterii ordinem proveheretur, intercesserunt, ecclesiasticas obijcentes regulas, quibus quempiam in lectulo perisum ad ullam cleri gradum assumi prohibebatur, simili ratione artea intercedere debebant, si ullus ei gradus collatus fuisset. Quocirca presbyterii dignitatem ipsi per se, inferioribus alius ordinibus prætermissis, collatam esse Valefius atque Tillæmontius inde concludunt.

4 Apud Valefium, collatum est. Et hic hæretes græco retinemus oblationibus factis, hoc est, pane & vino consecratis. Novatianum per se, non diaconorum ministerio corpus Christi suis potestatis plane iure dicitur. An vero dissimili ratione Scribae & nostri sanguinem is tradiderit, dubitare licet propter fabulosa verba, quæ mihi per coram & languore Domini possit. N-gandum tamen non est, usum non receptum esse, ut fideles



miseros homines benedictionis loco jurare cogit, manus ejus qui portionem accepit, ambabus manibus suis comprehensas retinens, nec prius dimittens, quam jurati ista dixerint (ipsis enim utar illius verbis:) Jura mihi per corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi, te nunquam partes meas deserturum, nec ad Cornelium amplius esse rediturum. Et miser homo non prius iurat, quam sibi ipse malum imprecatus sit. Et cum panem illum accipiens dicere debuisset, Amen; ejus loco dicit, Non revertar deinceps ad Cornelium.

S. Et post alia rursus hæc dicit. Jam vero scias illum nudatum ac desertum esse, fratibus cum quotidie derelinquentibus, & ad Ecclesiam redeuntibus. Quem etiam Moyses beatus martyr, egregio & admirando martyrio nuper apud nos perfundus, dum adhuc superstes esset, audaciam & amentiam ejus perspectam habens, a communione tua separavit una cum quinque presbyteris, qui se pariter cum illo ab Ecclesia segregaverant.

ἄρος, καὶ ἐπιδίδους τοῦτο, ὁμνῶν ἄντι τῷ δολογῆν τοῖς πλαιπώροις ἀνθρώποις ἀναρχαζέει, κατεχὼν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τοῖς τοῦ λαβόντος καὶ μὴ ἀφείς ἐς ἂν ὁμνῶντες εἴπωσι ταῦτα· (ταῖς γὰρ ἐκεῖνος χρῆσθαι λόγους·) ὁμοσῶ μοι κατὰ τὸ σῶματος καὶ τὸ αἵματος τῷ κρείν ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, μηδέποτε με καταλείπειν, καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς Κορηλίον· καὶ ὁ ἄθλιος ἀνθρώπος ἠσπότερον γὰρ εἶμι ἠσπότερον αὐτῷ καταράσασθαι. καὶ ἄντι τῷ εἰπεῖν, λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκεῖνον, τὸ ἀμὴν, ἐκίτε ἀνήξω πρὸς Κορηλίον λέγει.

Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν ταῦτα φησὶν. Ἡδὴ δὲ ἴδε γεγυμῶσαι καὶ ἔρημον γεγονέαι, καταλιμνωθέντων αὐτὴν καθ' ἡμέραν ἐκαστῷ τῶν ἀδελφῶν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀπαπερχομένων. ὃν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος μάρτυς, ὁ παρ' ἡμῶν εὐαγγεῖος μαρτυρήσας καλήν τινα καὶ θαυμαστὴν μαρτυρίαν, ἐπὶ ὧν ἐν κόσμῳ, κατιδὼν αὐτὴν θρασυτάτη καὶ τὴν ἀπονοίας, ἀκοινωήτων ἐποίησεν ἰσὺ ταῖς πρῶταις πρῆβυτέροις ταῖς αἰα αὐτῷ ἀποχρίσασιν ἑαυτὸς τῆς ἐκκλησίας.

9. De

diaconorum ministerio sanguinem vel etiam corpus Christi perciperent. Scribit quippe Justinus apolog. 2. ad Antoninum: *Postquam antea gratiarum actionem se fecit, & populus omniis appreciatus est, diaconi ex pane, vino & aqua consecratæ partem diaconis unicuique præstent.* In Africa saltem calicem, quo sanguis Christi continebatur, a diaconis porrigi consuevit. Iovet illud Cypriani lib. de lapsis: *Ubi vero solemnibus adimplerit, calicem diaconus offerre præsentibus capit.* Eundem morem Roma usitatum inuait apud Ambrosium lib. 1. offic. c. 6. pia expostulatio S. Laurentii archidiaconi S. Xistum pontificem sic interpellantis; *Cui commisit Dominici sanguinis consecrationem ( hoc est consecrati sanguinis Domini dispensationem, ) cui consummandorum consecrationum sacramentorum, huius sanguinis sui consecrationem nega?* Ad idem ministerium referri commodè potest: quod de diaconis Romane ecclesie loquens antiquus auctor quæst. vet. & nov. Test. apud Augustinum append. 10. 3. c. 101. generaliter dicit: *Diaconi ergo ordo est accipere a sacerdote, & sic dare plebi.* Verum sacerdotibus id, quod diaconis committere consueverunt, per se præstare nusquam est prohibitum. Immo, si Chrysostomum homil. 46. in Matth. audiamus, *soli sacerdoti licet calicem sanguinis dominici præbere.* Sed cum sanctus ille Doctor non addat plebi, eius sententiam ex verbis uæst. vet. ac nov. Testam. proxime allatis explicari nil vetat. Ut verbo dicam, corpus & sanguinem Christi populo tradere semper sacerdotibus ex officio, diaconis autem tamquam sacerdotum ministris ex quodam concessu, & necessitate postulante, olim licuit, seu, ut cum auctore Constit. apost. lib. 8. c. 28. loquar, *Diaconus non offerit, obtulione uero ab episcopo aut presbitero facta, dat populo, non tamquam sacerdos, sed tamquam qui ministrat sacerdotibus.* Hinc Carthagenense iv. concilium can. 37. hoc præmittit monitum: *Diaconus ita se presbiteri ut episcopi ministrum noverit: ac deinde can. 38. illud adiungit, Ut diaconus, præsentibus presbiteris, eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussu oraret.* Porro, ut laudatus scriptor quæst. vet. & nov. Testam. loco citato observat, *major ordo intra se habet & minorem. Presbyter enim & diaconus agit officium & eucharistia & leuiti.*

1. Græce saure, non dicitur, apud Georgium Syncellum legi, eamque lectionem præferendam esse monet Valensius: ac simul observat, nullum esse iurandum sine expressa vel tacita imprecatione. Eo Novatianum adigisse videtur quotidiana suorum defectio.

2. Nempe fideles, dum corpus ipsi tradebatur, tradenti respondere solebant Amen. Hinc Hieronymus adv. errores Johann. Jerof. ad Pamach. *Seo consentiens, inquit, ad Eucharistiam accedam, & respondebo AMEN, cum de caritate dubitem pergerint?* Huc spectat illud Augustini Serm. 272. nov. edit. *Audi corpus Christi, & responde AMEN.* Et lib. 12. contra Faustum c. 10. *Habet enim magnam vocem Christi sanguis in seruis, cum eo accipit ab omnibus respondetur AMEN.* Ritus ille apud Ambrosium lib. 4. de sacram. c. 5. explicatur his verbis: *Ergo non otiose cum accipit, tu dicit AMEN, tam in spiritum confitens quod accipias corpus Christi.... Dicit tibi sacerdos, CORPUS CHRISTI, & tu dicit AMEN, id est verum.* Cum his consentit & Cyrillus Jerofol. in Catechesi ultima.

3. In epistolis 16. & 25. Cypriani ad hunc Moysen & socios Confessores, necnon in epistola 26. eorumdem Confessorum ad Cyprianum, Moysis nomen in capite ceterorum constanter præponitur. Hunc in carcere defunctum Valensius existimat, nititurque his verbis Bucheriani catalogi in Fabiano: *Post mortem ejus (Fabiani) Moysi & Maximus presbyteri & Nicoftratus diaconus comprehensi sunt, & in carcerem missi. Eo tempore supervenit Novatus ex Africa, & separavit Novatianum & quosdam Confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est, qui suis ibi mensis xi. dies xi.* Sed catalogum illic accuratum non esse vel hinc probatur, quod Novatiani schisma sic narrat ut Moyse morte posterius, cum ea antea fuisse palam hic Cornelius testetur. Si vero Cyprianum consulamus, ad imitationem Cornelli titulos, quibus Moysen exornat, pro diversis temporibus mutat. Nam in epistola 10. sequenti n. 5. respiciens ad id tempus, quo Moyses celebri Novatiani epistola de lapsis subscripsit, illum *tunc adhuc confessorem*, pro tempore autem, quo ipse ad Antonianum scribebat, *nunc jam martyrem* appellat. Verum neque inde quidquam certi adversus Valensii sententiam conficitur: cum Cyprianus etiam eos, qui etiam non tortis in carcere tamen vitam finiunt, martyres habendos censet. Quamvis igitur in id propendeam animo, ut qui ob egregium & admirabile martyrium commendatur, eum in diversis tormentorum generibus constanter perferendis mirabilem se exhibuisse credam: propter diuturnitatem tamen durissimi carceris, quo a Christi confessione ad mortem usque detentari non valuit, egregium & admirabile dici potuit ejus martyrium. Moyses autem cum tantum esset presbyter, Novatianum communionis exortem fecit, non potestate atque auctoritate judicis, sed ea cautione qua cuicunque fidei uti licet erga eos, quorum fides perversa vitæque pestis lenis manifeste deprehenditur.

4. Qui sunt illi quinque presbyteri Romani, qui cum Novatiano sese ab Ecclesia segregaverunt, sibi incomperum Valensius fatetur. Maximum tamen presbyterum, Maximo confessori cognominem, quem Novatianus legatum postea misit in Africam, quique Carthagine episcopus ordinatus est, unum ex illis fuisse opinatur. Tillemontius hist. eccl. to. 3. pag. 463. huic adici posse putat Hippolytum, qui Prædientio teste, Novatiano primum additus, ac postmodum sentina ejus detestatus, labem illam celebri martyrio absterfit. Hic cavendum, ne quinque presbyteri, quos Moyses martyri a communione sua segregavit, cum illis confundantur quinque presbyteri factionis Novatis de quibus Cyprianus tum intra epist. 12. ad Cornelium, tum epist. 40. ad plebem suam plura edisserit. Hi quippe Atti, dii Romani, hi Felixissimo, illi Novatiano additi, pacem hi concedebant lapsis nulla exacta penitentia; illi etiam penitentibus negabant.



ria tollerentur, deprecati sunt. Omni igitur <sup>A</sup> actu ad me perlato, placuit contrahi presbyterium. Adfuerunt etiam episcopi quinque, qui & hodie presentes fuerunt, ut firmato consilio, quid circa personas eorum observari deberet, consensu omnium statueretur. Et ut <sup>B</sup> motum omnium & consilium singulorum dignosceres, etiam sententias nostras placuit in notitiam vestri perferri, quas & subjectas leges. His ita gestis, in presbyterium venerunt Maximus, Urbanus, Sidonius, & Macarius, & plerique fratres, qui te eis adiunxerant, summis precibus desiderantes, ut ea quæ ante fuerant gesta, in oblivionem cederent, nullaque eorum mentio haberetur, proinde atque si nihil esset vel commissum vel dictum, invicem omnibus remisit, cor mundum & purum jam Deo exhiberent, sequentes evangelicam vocem, dicentem *beatos esse puros corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Quod erat consequens, omnis hic actus populo fuerat insinuandus, ut & ipsos viderent in ecclesia constitutos, quos errantes & palabundos jamdiu viderant, & dolebant. Quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concursus factus est. Una vox erat omnium, gratias Deo agentium, gaudium pectoris lacrymis exprimentium, complectentium eos, quasi hodie pena carceris fuissent liberati. Et ut ipsorum propria verba designem: Nos <sup>a</sup>, inquit, Cornelium episcopum sanctissima catholica ecclesie, electum a Deo omnipotente, & Christo domino nostro, scimus. Nos errorem nostrum confitemur: Nos imposturam passi sumus, circumventi sumus perfidia & loquacitate <sup>c</sup> captiosa. Nam etsi videbamur quasi quamdam communicationem cum schismatico & hæretico homine habuisse, sincera tamen mens nostra semper in ecclesia fuit. Nec enim ignoramus unum Deum esse, & unum Christum esse dominum, quem confessi sumus, unum spiritum sanctum, unum episcopum in catholica ecclesia esse debere. Ista eorum professione non moveremur: ut quod apud potestatem sæculi erant confessi, in ecclesia constituti comprobarent? Quapropter Maximum presbyterum locum suum <sup>b</sup> ignoscere iustissimus: ceteros cum ingenti populi suffragio recepimus. Omnia autem remisimus Deo omnipotenti, in cuius potestate sunt omnia reservata. Hæc igitur, frater carissime, eadem hora, eodem momento ad te per scripta transmisimus, & Nicephorum <sup>e</sup> acolythum, descendere ad navigandum festinantem, de statione ad vos statim dimisi, ut nulla procrastinatione habita, vel præiens in isto clero, & in isto populi cœtu, Deo omnipotenti & Christo domino nostro gratias ageres. Credimus autem fore, quinimmo jam pro certo confidimus, ceteros quoque, qui in hoc errore sunt constituti, in ecclesiam brevi reverfuros, cum auctores suos viderint nobiscum agere. Has literas puto te debere, frater carissime, & ad ceteras ecclesias mittere, ut omnes sciant schismatici huius & hæretici dolum & prævaricationem de die in diem evacuari. Bene vale, frater carissime.

• vocum

• Marc. 1.

<sup>a</sup> Formula professionis Maximi & aliorum potentium ad ecclesiam redeuntium, quem usinam iustitiam schismatici omnes aique hæretici. <sup>b</sup> festinata. <sup>c</sup> Uaui episcopis in catholica ecclesia.

b agnoscere

c acolythum vel acolythum.

EPISTOLA VI.  
CORNELII PAPÆ  
AD CYPRIANUM.

De factione Novatiani cum suis.

Cornelius Cypriano fratri salutem.

NE quid minus ad penam futuram huius <sup>b</sup> scelerati hominis decisset, prostratus virtutibus Dei (cum Maximus, & Longinus, & Machæus inde fuissent expulsi) denuo resurrexit: & sicut prioribus literis tibi, quas per Augendum confessorum misi, significavi, puto Nicostratum, & Novatum, & Evarestum, & Primum, & Dionysium, illo jam pervenisse. Invigiletur ergo, ut omnibus coepiscopis nostris & fratribus innotescat, Nicostratum multorum criminum reum, & non solum patronæ suæ carnali, cujus rationes gestis, fraudes & rapinas fecisse, verum etiam, quod est illi ad perpetuam penam reservatum, ecclesie deposita non modica abstulisse: Evarestum vero auctorem schismatis fuisse, & successorem plebi, cui antea præfuerat, Zetum, in locum eius episcopum esse constitutum. <sup>C</sup> Majora vero & graviora hic designavit malitia & inexplebili pravitate sua, quam quæ illic apud tuos temper exercuit, ut scias quales duces & protectores iste schismaticus & hæreticus lateri suo temper junctos habeat.

• XLVIII. inter epist. Cypri. edit. Pamel. & Rigal.

• Novatiani an. 272.

• an Macarius de quo superiore epistola?

EPISTOLA VII.

CORNELII PAPÆ  
AD CYPRIANUM

In causa rebaptizandi venientes ab hæresi.

Dilectionis tuæ non delectabilia, & contra <sup>D</sup> fidei regulam scripta suscepi, in quibus nauseas recognovi, & venena sermonum adversus catholicam per totum orbem diffusam Ecclesiam horribilibus a te superferri zizaniis non laudavi. Quæ peto velociter tollas ac prædamnes. Quod prius quidem te facere oportebat quam in mundo lethale virus adspersionum simplicium & innocentium interficeret mentes. Non ergo dignum est rebaptizare. Ergo eradicanda, & extricanda, ut diximus, florulentis sermonibus atque dignis per posteriorem epistolam <sup>E</sup> priora scripta, quæ contra catholicam fidem <sup>d</sup> servare censuerunt gemina viperarum. Non enim decet tantæ urbis antistitem excellentissimumque doctorem, ut dum putas hæresis baptisima prædammandum, verum baptisima sermonibus maculare <sup>e</sup> audias quæ doles contra apostolum scilicet repugnare dicentem: *unus Deus, una fides, unum baptismum.*

Protulit Balsarius in coll. operum S. Cypriani, a-posteriorum cœnet. Constant.

• forte ferere

• forte audere quæ doleo

D. CYPRIANI CARTHAGINENSIS

EPISCOPI

EPISTOLÆ AD CORNELIUM PAPAM

Que cum ad precedentium historiam & intelligen-  
tiam multum conferant, huc eas  
transulimus.

XII  
edit. Pame-  
in & Ricol-  
ti

EPISTOLA I. CYPRIANI

AD CORNELIUM PAPAM.

Quod ordinationem Novatiani non ce-  
perit.

Cyprianus Cornelio fratri salutem.

Venerunt ad nos, frater carissime, missi a  
Novatiano, Maximus presbyter, & Au-  
gustus diaconus, & Machæus quidam, &  
Longinus. Sed enim cum ex literis, quas se-  
cum ferebant, & ex eorum sermone atque asse-  
ratione Novatianum episcopum factum compe-  
rilemus, illicitæ & contra ecclesiam catholicam  
sacæ ordinationis pravitate commoti, a commu-  
nicatione eos nostra statim cohibendos esse cen-  
suimus, refutatis interim ac retusis quæ obstinate  
ac pertinaciter asserere tentabant. Nam ego & col-  
legæ mei plurimi, qui ad me convenerant, expe-  
ctavimus adventum collegarum nostrorum Caldo-  
nii & Fortunati, quos ad te nuper & coepiscopos  
nostros, qui ordinationi tuæ adfuerant, lega-  
tos miseramus, ut eis adventantibus, & rei  
gestæ veritatem reportantibus, majore auctori-  
tate, & elucidata per eos probatione, par-  
tis adversæ improbitas frangeretur: supervene-  
runt vero Pompejus & Stephanus collegæ nos-  
tri, qui & ipsi quoque ad instruendos illic  
nos, manifesta secundum gravitatem ac fidem  
suam indicia ac testimonia protulerunt, ut nec  
necessè fuerit audiri ultra eos qui a Novatia-  
no venerant missi: qui cum in statione, in-  
vidiosè quoque conviciis & clamoribus tur-  
bulentis præruerent, & flagitarent ut crimi-  
na, quæ se asserere ac probare dicebant, pu-  
blice a nobis & a plebe cognoscerentur, gra-  
vitatè nostræ negavimus convenire, ut colle-  
gæ nostri jam delecti & ordinati, & lauda-  
bili multorum sententia comprobati, ventilari  
ultra famam ore maledico & æmulantium  
voce pateremur. Et quia, quibus refutati &  
compressi sunt, & illicitis sonatibus hæresim  
fecisse nudati sunt, in epistolam congerere lon-  
gum fuit, ex Primitivo compresbytero nostro  
plenissime singula, cum ad vos venerit, audie-  
tis. Ac ne eorum furens audacia unquam des-  
isteret, hic quoque in schismatis partes Chri-  
sti membra distrahere, & catholicæ ecclesiæ  
corpus unum scindere ac laniare nituntur, ut  
ostiatim per multorum domos, vel oppidatim per  
quasdam civitates discurrentes, obstinationis  
suz, & erroris scissi sibi querant comites.  
Quibus semel responsum dedimus, nec man-  
dare desistimus, ut perniciofa dissensione &  
concertatione depolita, impietatem esse sciant  
matrem deserere, & agnoscant atque intelligant,  
episcopo semel facto, & collegarum ac plebis  
testimonio & iudicio comprobato, alium con-

Concil. General. Tom. I.

stitui nullo modo posse: proinde pacifice sibi  
ac fideliter consuluisse, ut si se assertores evan-  
gelii & Christi esse consenserunt, prius ad eccle-  
siam revertantur: Opto te. frater carissime,  
semper bene valere.

EPISTOLA II.

CYPRIANI AD CORNELIUM.

XIII  
edit. Pame-  
in & Ricol-  
ti

De ordinatione ejus a se comprobata, &  
Felicissimo.

Cyprianus Cornelio fratri salutem

QUOD servis Dei, & maxime sacerdotibus  
justis & pacificis congruebat, frater ca-  
rissime, miseramus nuper collegas nostros Cal-  
donium & Fortunatum, ut non tantum per-  
suasione literarum nostrarum, sed præsentia  
sua, & consilio omnium vestrum, emitterentur  
quantum possent, & elaborarent, ut ad ecclesiæ  
catholicæ unitatem scissi corporis membra com-  
ponerent, & Christianæ caritatis vinculo copula-  
rent. Sed quoniam diversæ partis obstinata & in-  
flexibilis pertinacia, non tantum radicis & in-  
tris sinum atque complexum recusavit, sed et-  
iam gliscente & in pejus reerudescente discor-  
dia, episcopum sibi constituit, & contra sacra-  
mentum semel traditum divinæ dispositionis  
& catholicæ unitatis, adulterium & contra-  
rium caput extra ecclesiam fecit: acceptis lite-  
ris tam tuis, quam collegarum nostrorum,  
item adventantibus bonis viris, & nobis caris-  
simis collegis nostris Pompejo & Stephano, a  
quibus hæc omnia nobis cum lætitia com-  
muni asseverata sunt firmiter & probata, se-  
cundum quod divinæ traditionis, & ecclesiasti-  
cæ institutionis sanctitas ac pariter veritas exi-  
gebat, literas nostras ad te direximus. Sed &  
per provinciam nostram hæc eadem collegas  
nostris singulis in notitiam perferentes, ab his  
quoque fratres nostros cum literis dirigendos  
esse mandavimus, quamquam mens nostra &  
propositum jam tunc fratribus & plebi illic  
universæ manifestatum fuisset, quando literis  
nuper ab utraque parte susceptis, tuas literas  
legimus, & episcopatus tui ordinationem sin-  
gularum auribus intimavimus. Honoris etiam  
communis memores, & gravitatis sacerdoti-  
lis ac sanctitatis respectum tenentes ea quæ  
ex diverso in librum ad nos transmissum con-  
gesta fuerant, acerbationibus criminosis respui-  
mus, considerantes pariter & ponderantes,  
quod in tanto fratrum religiosoque conventu  
confidentibus Dei sacerdotibus, & altari posi-  
to, nec legi debeant, nec audiri. Neque enim  
facile promenda sunt, & incaute ac temere  
publicanda, quæ discordioso stylo scripta au-  
dientibus scandalum moveant, & fratres lon-  
ge positos, ac trans mare constitutos, incerta  
opinionem confundant. Viderint, qui vel furori  
suo, vel libidini servientes, & divinæ legis ac  
sanctitatis immemores, jactitare interim gellunt,  
quæ probare non possunt. Et cum innocentiam  
destruere, atque expugnare non valeant, satis  
habent, fama mendacii & falso rumore maculas  
inspergere. Certe quod præpositus & sacerdoti-  
bus congruit, danda opera est, ut talia cum a

Ggg

qui-

quibusdam scribantur, per nos respiciantur. Ubi enim erit, quod discimus ac docemus scriptum esse, *Contine linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur in invidiosum?* Item alibi: *Os tuum abundavit malitia, & lingua tua complectebatur infidias: Sedens adversus fratrem tuum detrahebas, & adversus filium matris tuae ponebas scandalum?* Item quod apostolus dicit: *Omnis sermo malus de ore vestro non procedat: sed bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus.* Porro hæc fieri debere ostendimus, si quando talia quorundam calumniosa temeritate conscripta sunt, legi apud nos non patimur. Et idcirco, frater carissime, cum ad me talia adversum te & compresbyteros tecum confidentes scripta venissent, & clero & plebi legi præcepi, quæ religionem simplicitatem sonabant, nec ullis maledictorum & conviciorum latratibus perstrepebant. Quod autem scripta collegarum nostrorum, qui illic ordinationi tuæ adfuerant, desideravimus, non veteres mores obliti, novum aliquid quærebamus. Nam satis erat, ut tu te episcopum factum literis nunciasses: nisi esset ex diverso discrepans factio, quæ criminosis & calumniosis commentis suis collegarum pariter ac fratrum plurimorum turbaret mentes, & corda confunderet. Cui rei sopiendæ necessarium duximus, ut scribentium nobis inde collegarum nostrorum firma & solida auctoritas pareretur, qui moribus ac vitæ & disciplinæ tuæ condigna literarum suarum testimonia prædicantes, æmulis quoque & rerum vel novitate vel pravitate gaudentibus, omnem ambiendi, & discrepandi scrupulum sustulerunt, & secundum consilium nostrum salubri ratione liberatas in hoc fluctu æstuantium fratrum mentes, sincere ac firmiter tuum sacerdotium probaverunt. Hoc enim vel maxime, frater, & laboramus, & laborare debemus, ut unitatem a domino, & per apostolos nobis successoribus traditam, quantum possumus, obtinere curemus: & quod in nobis est, palabundas & errantes oves, quas quorundam pervicax factio, & hæretica tentatio a matre scernit, in ecclesiam colligamus, illis solis foris remanentibus, qui in obstinatione sua vel furore perseveraverunt, & ad nos redire noluerunt; discretionis ac separationis a se factæ, & ecclesiæ derelictæ, ipsi rationem domino reddiduri. Quantum vero hic ad presbyterium quorundam & Felicissimi causam pertinet, quid hic actum sit, ut scire posses, literas ad te collegæ nostri manu sua subscriptas miserunt. Qui, auditis eis, quid senserint, & quid pronuncia-verint, ex eorum literis disces. Melius autem, frater, facies, si etiam exempla literarum, quæ ad te legenda pro dilectione communi per Caldonium & Fortunatum collegas nostros proxime miseram, quæ de eodem Felicissimo & de presbyterio ejusdem ad clerum istic nostrum & ad plebem scripseram, legi illic fratribus jubeas, quæ & ordinationem & rationem rei gestæ loquantur, ut tam istic, quam illic circa omnia per nos fraternitas instruat. Exemplaria autem eadem nunc quoque per Mettium hypodiasconum a me missum & Nicephorum acolythum transmissi. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

7/et. 11.  
7/et. 49.

8/pt. 4.

\* paratur,

\* libræ

a f. presbyte-  
torum.

\* Ecclesiam  
nostram & ad  
plebem.

EPISTOLA III. • CYPRIANI. XLIII.

AD CORNELIUM. edn. Pam. & Rigal.

Quod ad confessores a Novatiano seductos literas fecit.

*Cyprianus Cornelio fratri salutem.*

ET religiosum nobis, & necessarium existimavi, frater carissime, ad confessores, qui illic sunt, & Novatiani & Novati obstinatione & pravitate seducti, de ecclesia recesserunt, literas breves facere, quibus eos pro affectione mutua convenirem, ut ad matrem suam, id est, ecclesiam catholicam, revertantur: quas literas tibi a Mettione hypodiascono legi prius mandavi, ne quis aliud me scripsisse fingeret, quam quod meis literis continetur. Mandavi tamen eidem Mettione a me ad vos misso, ut de tuo arbitrio rem perat: & si easdem literas confessoribus putaveris esse reddendas, tunc eas tradat. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

EPISTOLA IV. • CYPRIANI. XLV.

AD CORNELIUM. edn. Pam. & Rigal.

De Polycarpo Adrumetino.

*Cyprianus Cornelio fratri salutem.*

LEGI literas tuas, frater carissime, quas per Primitivum compresbyterum nostrum misisti, in quibus te comperi motum, quod cum de Adrumetina colonia Polycarpi nomine ad te literæ dirigerentur, posteaquam nos, ego & Liberalis, in eundem locum venissemus, cepissent illuc ad presbyteros & diaconos literæ dirigi. Quod scire te volumus, & pro certo credere, nulla id levitate aut contumelia factum. Sed cum statuissemus collegæ complures, qui in unum conveneramus, ut legatis ad vos coepiscopis nostris Caldonio & Fortunato missis, omnia interim integra suspenderentur, donec ad nos iidem collegæ nostri, rebus illic aut ad pacem redactis, aut pro veritate compertis, redirent: presbyteri & diaconi in Adrumetino consistentes, Polycarpo coepiscopo nostro absente, ignorabant, quid nobis in commune placuisset. At ubi nos in præsentiam venimus, comperto consilio nostro, ipsi quoque id, quod & ceteri, observare ceperunt, ut in nullo ecclesiarum istic consistentium consensio discreparet. Quidam tamen mentes nonnunquam & animos sermonibus suis turbant, dum aliter quædam, quam se habet veritas, nunciant. Nos enim singulis navigantibus, ne cum scandalo ullo navigarent, rationem reddentes, scimus nos hortatos eos esse, ut ecclesiæ catholicæ matricem & radicem agnoscerent, & tenerent. Sed quoniam latius sua est nostra provincia, habet enim Numidiam & Mauritaniam duas sibi coherentes, ne in urbe schisma factum absentium animos incerta opinione confunderet, placuit, ut per episcopos, retenta a nobis rei veritate, & ad

& ad comprobendam ordinationem tuam, facta auctoritate majore, tum demum scrupulo omni de singulorum peccatoribus excusso, per omnes omnino in provincia ista positos, littere fierent, sicuti sunt, ut te universi collegae nostri & communicationem tuam, id est, catholicam ecclesiam unitatem pariter & caritatem probarent firmiter ac tenerent. Quod divinitus evenisse, & consilium nostrum providenter processisse gaudemus. Sic enim nunc episcopus tui & veritas pariter & dignitas apertissima luce & manifestissima & firmissima comprobatione fundata est, ut ex rescriptis collegarum nostrorum, qui ad nos litteras inde fecerunt, & ex relatione ac testimonio coepiscoporum, Pompeii & Stephani, & Caldonii, ac Fortunati, ordinationis tuae & origo necessaria, & ratio justa, & gloriosa quoque innocentia ab omnibus noscitur. Quod ut simul cum ceteris quoque collegis nostris stabiliter ac firmiter administremus, atque ut catholicam ecclesiam pacem concordiae unanimitate teneamus, perficiat divina protectio, ut dominus, qui sacerdotes sibi in ecclesia sua eligere & constituere dignatur, electos quoque & constitutos, sua voluntate atque opitulatione tueatur, gubernantes inspirans, ac ministrans, & ad improborum contumaciam frmandam, vigorem, & ad lapsorum fovendam poenitentiam, lenitatem. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

A signis sensibus estimare. Nam cum istuc ad litteras vestras, quas de eorum confessione missis, letatus sit omnis fratrum numerus, & summa alacritate hunc nuncium communis gratulationis exceperit, quid illic, ubi res ipsa & praesens laetitia sub oculis omnium gerebatur? Cum enim dominus in evangelio suo dicat, esse summum gaudium in caelo super uno peccato-  
re poenitentiam agente: quanto majus est gaudium & in terris pariter & in caelo, super confessoribus ad ecclesiam Dei cum gloria sua, & cum laude redeuntibus, & redeundi viam ceteris exempli sui fide & probatione facientibus? Hic enim quosdam fratres nostros error induxerat, quod sibi communicationem confessorum sequi viderentur. Quo errore sublato, lux omnium peccatoribus infusa est, & ecclesia catholica una esse, nec scindi nec dividi posse monstrata est. Nec quisquam jam facile poterit schismatici furentis verbis loquacibus decipi, cum probatum sit, bonos & gloriosos Christi milites non potuisse diu aliena fallacia, & perfidia extra ecclesiam detineri. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

## EPISTOLA · VI · CYPRIANI

XIIX.  
edit. Pam. &  
Rig.

Responsum ad Cornelium de Novati sceleribus.

*Cyprianus Cornelio fratri salutem.*

EPISTOLA · V · CYPRIANI  
AD CORNELIUM.

XLVII.  
edit. Pam.  
li & Rigal.  
III.

Responsum congratulatorium, de confessorum reditu ex schismate.

*Cyprianus Cornelio fratri salutem.*

ET egisse nos, & agere, frater carissime, maximas gratias sine cessatione profitemur Deo patri omnipotenti, & Christo ejus, domino, & Deo nostro salutari, quod sic ecclesia divinitus protegatur, ut unitas ejus & sanctitas non jugiter, nec in totum perfidiae & haereticarum pravitate obstinatione vitietur. Legimus enim litteras vestras, & voti communis amplissimum gaudium exultanter exceperimus, Maximum presbyterum & Urbanum confessores, cum Sidonio & Macario ad ecclesiam catholicam regressos esse, id est, errore deposito & schismatico, imo haeretico furore deserto, unitatis ac veritatis domicilium fideli sanitate repetisse, ut unde ad gloriam processerant, illuc gloriosi redirent: ne qui Christum confessi essent, Christi postmodum castra desererent: nec tentarent caritatis atque unitatis fidem, qui victi robore & virtute non fuerant. Ecce incolumis & immaculata laudis integritas, ecce incorrupta & solida continentium dignitas, a desertoribus & profugis recessisse, proditores fidei & ecclesiae catholicae impugnatores reliquisse. Merito illos revertentes, summo (ut scribitis) gaudio, & clerus, & plebs, & fraternitas omnis exceperit: quoniam in confessoribus gloriam suam conservantibus, & ad unitatem revertentibus, nemo non socium se & participem eorum gloriae computat. Hujus diei laetitiam de nostris Concil. General. Tom. I.

ET cum diligentia & cum dilectione fecisti, frater carissime, festinato ad nos mittendo Nicephorum acolythum, qui nobis & de confessoribus regressis gloriosam laetitiam nunciaret, & advertius Novatiani & Novati novas & perniciosas ad impugnandam Christi ecclesiam machinas plenissime instrueret. Nam cum pridie istuc venisset haereticarum pravitate nocens factio, ipsa jam perdita, & alios qui sibi consenserint peritura, postero die Nicephorus cum vestris litteris supervenit: quibus & didicimus, & docere atque instruere ceteros coepimus; Evaristum de episcopo jam nec laicum remansisse, cathedrae & plebis extorrem, & de ecclesia Christi exulem, per alias longe provincias oberrare, & ipsum veritatis ac fidei naufragum factum, circa quosdam sui similes paria naufragia concitare: Nicostratum vero, diaconio sanctae administrationis amisso, ecclesiasticis pecuniis sacrilega fraude subtrahis, & viduarum ac pupillorum depositis denegatis, non tam in Africam venire voluisse, quam conscientia rapinarum & criminum nefandorum, illinc ab urbe fugisse: & nunc ecclesiae desertor ac profugus, quasi mutasse sit hominem, mutare regionem, confessorem se ultra jactat & praedicat, cum Christi confessor nec dici, nec esse jam possit, qui ecclesiam Christi negavit. Nam cum Paulus apostolus dicat: Propter hoc relinquit homo patrem & matrem, Epus. & erunt duo in carne una. Sacramentum illud magnum est, ego autem dico in Christum & in Ecclesiam. Cum hoc, inquam, beatus apostolus dicat, & Christi pariter atque ecclesiae unitatem individuis nexibus coherentem sancta sua voce testetur, quomodo potest esse cum Christo, qui cum sponsa Christi atque in eius ecclesia non est?

Ggg 2 Aut

Aut quomodo assumit sibi regendam aut gubernandam ecclesiam curam, qui spoliavit & fraudavit ecclesiam Christi? Nam de Novato nihil inde ad nos fuerat nunciandum, cum magis per nos vobis debeat Novatus ostendi, rerum novarum semper cupidus, avaritiae inexplebilis rapacitate furibundus, arrogantia & stupore superbi tumoris inflatus, semper istis episcopis male cognitus, quasi haereticus semper & perfidus, omnium sacerdotum voce damnatus, curiosus semper, ut prodatur: ad hoc adulatur, ut fallat: nunquam fidelis, ut diligit: fax & ignis, ad constanda seditionis incendia: turbo & tempestas, ad fidei faciendam naufragia: hostis quietis, tranquillitatis adversarius, pacis inimicus. Denique Novato illinc a vobis recedente, id est, procella & turbine recedente, ex parte illic quies facta est, & gloriosi ac boni confessores, qui de ecclesia, illo incitante, discesserant, postquam ab urbe ille discessit, ad ecclesiam reverterunt. Idem est Novatus, qui apud nos primum discordiae & schismatis incendium seminavit, qui quosdam istis ex fratribus ab episcopo segregavit, qui in ipsa persecutione ad averteudas fratrum mentes, alia quaedam persecutio nostris fuit. Ipse est qui Felicissimum satellitem suum, diaconum, nec permittente me, nec sciente, sua factione & ambitione constituit; & cum sua tempestate Romam quoque ad evertendam ecclesiam navigans, similia illic & parva molitus est, a clero portionem plebis avellens, fraternitatis bene sibi coherentis, & se invicem diligentis concordiam scindens. Plane quoniam pro magnitudine sua debeat Carthaginem Roma praecedere, illic majora & graviora commisit. Qui istis adversus ecclesiam diaconum fecerat, illic episcopum fecit. Nec hoc quisquam miratur in talibus. Feruntur mali semper suo furore dementes: & postquam scelera fecerunt, conscientia ipsa sceleratae mentis agitantur. Nec remanere in ecclesia Dei possunt, qui deificam & ecclesiasticam disciplinam nec actus sui conversatione, nec morum pace tenuerunt. Spoliati ab illo pupilli, fraudatae viduae, pecuniae quoque ecclesiae denegatae, has de illo exigunt poenas, quas in ejus furore conspicimus. Pater etiam ejus in vico fame mortuus, & ab eo in morte postmodum nec sepultus. Uterus uxoris calce percussus, & abortione properante, in parricidio partus expressus: & damnare nunc audet sacrificantium manus, cum sit ipse nocentior pedibus, quibus filius, qui nascebatur, occisus est. Hanc conscientiam criminum jam pridem timebat: propter hoc se non de presbyterio excitari tantum, sed & communicatione prohiberi, pro certo tenebat. Et urgentibus fratribus, imminabat cognitionis dies, quo apud nos causa ejus ageretur, nisi persecutio ante venisset, quam ille voto quodam evadenda & lucranda damnationis excipiens, haec omnia commisit & miscuit, ut qui ejus de ecclesia & excludi debebat, iudicium sacerdotum voluntaria discessione praecederet: quasi evasisse sit poenam, praevnisse sententiam. Circa ceteros autem fratres elaboramus, quos ab eo circumventos dolemus, ut veteratoris perniciosum latus fugiant, ut lethales laqueos sollicitantis evadant, ut, de qua ille pelli divinitus meruit, ecclesiam repetant. Quos quidem, domino adjuvan-

te, per ejus misericordiam regredi posse confidimus. Neque enim potest perire, nisi quem constat esse periturum, cum dominus in evangelio suo dicat: *Omnis plantatio, quam non meus plantavit Pater meus caelestis, eradicabitur.* Qui plantatus non est in praecipis Dei patris & monitis, solus poterit de ecclesia ille discedere: solus, episcopis derelictis cum schismaticis & haereticis in furore remanere. Ceteros vero nobiscum adunabit Dei patris misericordia, & Christi Domini nostri indulgentia, & nostra patientia. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

EPISTOLA VII. CYPRIANI. LV. edit. Pamali & Rigobiti.

AD CORNELIUM.

De Fortunato & Felicissimo, sive contra haereticos.

*Cyprianus Cornelio fratri salutem.*

**L**Egi tibi literas tuas, frater carissime, quas per Saturnum fratrem nostrum acolythum misisti, & dilectionis fraternae, & ecclesiasticae disciplinae, & sacerdotalis centurae satis plenas, quibus significasti, Felicissimum hostem Christi, non novum, sed jam pridem ob crimina tua plurima & gravissima absentem, & non tantum mea, sed & plurimorum coepiscoporum sententia condemnatum, & reiectum a te illic esse: & cum venisset, stipatus caterva & factione desperatorum, vigore pleno (quo episcopum agere oportet) pulsus de ecclesia esse, de qua jam pridem cum sui similibus, Dei majestate & Christi domini, & iudicis nostri severitate depulsus est, ne schismatis & dissidii auctor, ne pecuniae commissae sibi fraudator, ne stuprator virginum, ne matrimoniorum multorum depopulator atque corruptor, ultra adhuc sponsum Christi incorruptam, sanctam, pudicam, praesentiae suae decore, & impudica atque incesta contagione violaret.

† Sed enim lecta alia tua epistola, frater, quam primis literis subjunxisti, satis miratus sum, cum animadvertissem, te minus atque terroribus eorum qui venerant aliquantum esse commotum, cum te, secundum quod scripsisti, aggressi essent cum summa desperatione, comminantes, quod si literas quas attulerant, non accepisses, publice eas recitarent, & multa turpia ac probrosa, & ore suo digna, proferrent. Quod si ita res est, frater carissime, ut nequissimorum timeatur audacia, & quod mali jure atque aequitate non possunt, temeritate atque desperatione perficiant, adhuc est de episcopatus vigore, & de ecclesiae gubernandae sublimi ac divina potestate: nec Christiani ultra aut durare, aut esse jam possumus, si ad hoc ventum est, ut perditorum minas atque insidias pertimescamus. Nam & Gentiles & Judaei minantur, & haeretici, atque omnes, quorum pectora & mentes diabolus obsidet, venenatam rabiem suam quotidie suffragiosa voce testantur: non tamen idcirco cedendum est, quia minantur: aut ideo adversarius & inimicus major est Christo, quia tantum sibi vindicat & assumit in saeculo. Manere debet apud nos, frater carissime, hincrobur

bur immobile, & stabilis, atque inconcussa vir-  
 tus contra omnes incurfus atque impetus obla-  
 trantium fluctuum, velut petrae objacentis for-  
 titudine & mole debet obistere. Nec interest,  
 unde episcopo aut terror aut periculum veniat,  
 qui terroribus & periculis vivit obnoxius, &  
 tamen sit de ipsis terroribus & periculis glo-  
 riosus. Neque enim solas Gentilium vel Ju-  
 daeorum minas cogitare & spectare debemus,  
 cum videamus ipsum dominum a fratribus esse  
 detentum, & ab eo, quem inter apostolos  
 ipse delegerat, proditum: inter inania quoque  
 mundi. Abel justum non nisi frater occiderit,  
 & Jacob fugientem persecutus sit frater in-  
 festus, & Joseph puer venient vendentibus fra-  
 tribus. In evangelio etiam legimus esse prædi-  
 cum, magis domesticos inimicos futuros: &  
 qui prius copulati sacramento unitatis fue-  
 rint, ipsos invicem tradituros. Nihil interest,  
 quis tradat aut læviat, cum Deus tradi per-  
 mittat, quos disponit coronari. Neque enim  
 nobis ignominia est, pati a fratribus, quod  
 passus est Christus: nec illis gloria est, facere  
 quod fecerit Judas. Quæ autem sui elatio est,  
 quæ comminantium tumens & inflata ac vana  
 jactatio, illic absentia minari, cum hic me ha-  
 beant in potestate præsentem? Convicia co-  
 rum, quibus se & vitam suam quotidie lace-  
 rant, non timeamus: sultes & lapides & gla-  
 dios, quos verbas parricidalibus jactant, non  
 perhorrescimus. Quod in illis est, homicidæ  
 sunt apud Deum tales: necare tamen non pos-  
 sunt, nisi eis dominus necare permiserit. Et  
 cum nobis semel moriendum sit, illi tamen  
 & verbas & delictis suis quotidie perimunt.  
 Sed non idcirco, frater carissime, relinquen-  
 da est nobis ecclesiastica disciplina, aut sacer-  
 dotalis solvenda censura, quoniam conviciis  
 infestamur, aut terroribus quatimur, quando  
 occurrat & moneat scriptura divina dicens: *Il-  
 le vero qui presumit, & contumax est, vir sui  
 jactans, nihil omnino perficiet, qui dilatavit tam-  
 quam infernus animam suam.* Et iterum: *Ver-  
 ba viri peccatoris ne sinneris, quia gloria ejus  
 in stercore erit & in vermes. Hodie extollitur,  
 & cras non invenietur, quoniam conversus est  
 in terram suam, & cogitatio ejus perit.* Et  
 iterum: *Vidi impium exaltatum, & extolli su-  
 per cedros Libani, & transire; & ecce non erat:  
 & quæsi eum, & non est inventus locus ejus.*  
 Exaltatio & inflatio, & arrogans ac superba  
 jactatio, non de Christi magisterio, qui hu-  
 militatem docet, sed de Antichristi spiritu na-  
 scitur, cui exprobrat per prophetam dominus,  
 & dicit: *Tu autem dixisti in animo tuo, in  
 caelum ascendam, super stellas Dei ponam sedem  
 meam. Sedebam in monte alto, super montes altos  
 in Aquilonem, ascendam super nubes, & similis  
 ero altissimo.* Et addidit dicens: *Tu vero ad  
 inferos descendes in fundamenta terra, & qui  
 videbunt te, super te mirabuntur.* Unde & pa-  
 tem talibus poenam scriptura divina loco alio  
 comminatur, & dicit: *Dies enim domini sabaot  
 super omnem injuriosum & superbum, & super  
 omnem elatum & excelsum.* De ore itaque &  
 de verbis suis unusquisque statim proditur, &  
 utrum Christum in corde suo, an vero Anti-  
 christum habeat, loquendo detegitur, secun-  
 dum quod dominus in evangelio suo ait: *Pro-  
 genes viperarum, quomodo potestis bona loqui,  
 cum sitis nequam? De abundantia enim cordis os*

*emittit. Bonus homo de bono thesauro emittit  
 bona, & nequam homo de nequam thesauro emi-  
 tit nequam.* Unde & dives ille peccator, qui  
 de Lazaro in sinu Abrahamæ posito, atque in  
 refrigerio constituto, implorat auxilium, cum  
 in tormentis cruciatus flammæ cremantis  
 ardoribus aduratur; inter omnes corporis par-  
 tes magis os ejus & lingua dat penas, quia  
 plus scilicet lingua sua & ore peccaverat. Nam  
 cum scriptum sit: *Neque maledici regnum Dei  
 consequentur;* & iterum in evangelio suo do-  
 minus dicat: *Qui dixerit fratri suo, fatue, &  
 qui dixerit vacca, reus erit gehenna ignis;* quo-  
 modo possunt censuram Dei ultoris evadere,  
 qui talia ingerunt non solum fratribus, sed &  
 sacerdotibus; quibus honor tantus de Dei di-  
 gnatione conceditur, ut quisquis sacerdoti ejus,  
 & ad tempus hic judicanti, non obtemperaret,  
 statim necaretur? In Deuteronomio dominus  
 Deus loquitur, dicens: *Et homo quicumque se-  
 cerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem  
 aut judicem, quicumque fuerit, in diebus illis  
 morietur homo ille; & omnis populus, cum au-  
 dierit, timebit, & non agent impie etiam nunc.  
 Item ad Samuelem, cum a Judæis spernere-  
 tur, Deus dicit: *Non te sperverunt, sed me  
 sperverunt.* Et dominus quoque in evangelio:  
*Qui audit, inquit, vos, me audit, & dum qui  
 me misit: & qui rejicit vos, me rejicit: qui me  
 rejicit, rejicit eum qui me misit.* Et cum le-  
 profum mundasset: *Vade, inquit, & demonstra  
 te sacerdoti.* Et cum postea tempore passionis  
 alapam accepisset a servo sacerdotis, cumque  
 ei dixisset, *Sic respondes pontifici?* adversus pon-  
 tificem dominus contumeliosè nihil dixit, nec  
 quidquam de sacerdotis honore detraxit, sed  
 innocentiam suam magis asserens & ostendens:  
*Si male, inquit, locutus sum, exprobra de ma-  
 lo: si autem bene, quid me cadis?* Item in Acti-  
 bus apostolorum postmodum beatus Paulus,  
 cum ei dictum esset: *Sic infilis in sacerdotem  
 Dei maledicendo?* quamvis domino jam crucifi-  
 xo, sacrilegi & impii & crucienti illi esse coepis-  
 sent, nec jam quidquam de sacerdotali honore  
 & auctoritate retinerent: tamen ipsum, quam-  
 vis inane nomen & umbram quamdam sacer-  
 dotis cogitans Paulus, *Nesciebam, inquit, fra-  
 tres, quia pontifex est: scriptum est enim: Prin-  
 cipem populi tui non maledices.* Cum hæc tan-  
 ta ac talia, & multa alia exempla præcedant,  
 quibus sacerdotalis auctoritas & potestas de di-  
 vina dignatione firmatur; quales putas esse eos,  
 qui sacerdotum hostes & contra ecclesiam ca-  
 tholicam rebelles, nec præmonitis domini  
 comminatione, nec futuri judicii ultione terren-  
 tur? Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt,  
 aut nata sunt schismata, quam inde quod sacerdoti  
 Dei non obtemperatur; nec unus in ecclesia ad  
 tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi  
 cogitatur: cui si secundum magisteria divina ob-  
 temperaret fraternitas universa, nemo adversum  
 sacerdotum collegium quidquam moveret: ne-  
 mo post divinum iudicium, post populi suffra-  
 gium, post coepiscoporum consentium, iudicem  
 se jam non episcopi, sed Dei faceret: nemo  
 dissidio unitatis Christi ecclesiam scinderet:  
 nemo sibi placens, ac tumens, seorsum fors  
 novam hæresim conderet, nisi si ita est aliquis  
 sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, ut pu-  
 tet, sine Dei iudicio fieri sacerdotem, cum do-  
 minus in evangelio suo dicat: *Nonne duo pas-  
 Jeres**

Mat. 18  
Jum. 11

Gen. 4  
Mat. 23  
Mat. 17  
Mat. 10

Isai. 14  
Abac. 1

1. Mat. 5

Psal. 16

Job. 34

Isai. 14

Job. 1

Mat. 11  
Luc. 1

Cor. 6

Mat. 5

quicumque  
fuerit in

Deut. 17

Reg. 1

Luc. 10

Mat. 1

Joan. 18

1. Cor. 10

Act. 23

fratrem

E



seres esse veniant, & noviter eorum cadis in terra? *Matth. 10.* *Matth. 16.* *Joan. 6.* *Joan. 8.* *Joan. 9.* *Joan. 10.* *Joan. 11.* *Joan. 12.* *Joan. 13.* *Joan. 14.* *Joan. 15.* *Joan. 16.* *Joan. 17.* *Joan. 18.* *Joan. 19.* *Joan. 20.* *Joan. 21.* *Joan. 22.* *Joan. 23.* *Joan. 24.* *Joan. 25.* *Joan. 26.* *Joan. 27.* *Joan. 28.* *Joan. 29.* *Joan. 30.* *Joan. 31.* *Joan. 32.* *Joan. 33.* *Joan. 34.* *Joan. 35.* *Joan. 36.* *Joan. 37.* *Joan. 38.* *Joan. 39.* *Joan. 40.* *Joan. 41.* *Joan. 42.* *Joan. 43.* *Joan. 44.* *Joan. 45.* *Joan. 46.* *Joan. 47.* *Joan. 48.* *Joan. 49.* *Joan. 50.* *Joan. 51.* *Joan. 52.* *Joan. 53.* *Joan. 54.* *Joan. 55.* *Joan. 56.* *Joan. 57.* *Joan. 58.* *Joan. 59.* *Joan. 60.* *Joan. 61.* *Joan. 62.* *Joan. 63.* *Joan. 64.* *Joan. 65.* *Joan. 66.* *Joan. 67.* *Joan. 68.* *Joan. 69.* *Joan. 70.* *Joan. 71.* *Joan. 72.* *Joan. 73.* *Joan. 74.* *Joan. 75.* *Joan. 76.* *Joan. 77.* *Joan. 78.* *Joan. 79.* *Joan. 80.* *Joan. 81.* *Joan. 82.* *Joan. 83.* *Joan. 84.* *Joan. 85.* *Joan. 86.* *Joan. 87.* *Joan. 88.* *Joan. 89.* *Joan. 90.* *Joan. 91.* *Joan. 92.* *Joan. 93.* *Joan. 94.* *Joan. 95.* *Joan. 96.* *Joan. 97.* *Joan. 98.* *Joan. 99.* *Joan. 100.*

ecclesiam tamen que in Christum credat, & que semel id, quod cognoverit, teneat, nunquam ab eo omnino discedere: & eos esse ecclesiam, qui in domo Dei permanent. Plantationem vero plantatam a Deo Patre non esse, quos videmus non frumenti stabilitate solidari, sed tamquam paleas, dissipantis inimici spiritu ventilari. De quibus & Joannes in epistola sua dicit: *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent de nobis, mansissent atque nobiscum.* Item Paulus monet nos, cum mali de ecclesia pereunt, non moveri, nec recedentibus perfidis fidem minui. *Quid enim, inquit, si exciderunt a fide quidam eorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit? Absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Quod ad nos attinet, conscientie nostrae convenit, frater carissime, dare operam, ne quis culpa nostra de ecclesia pereat. Si autem quis ultro & crimine suo perierit, & poenitentiam agere, atque ad ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicii inculpato futuros, qui consilium sanitati; illos solos in poenis remansuros, qui noluerint consilii nostri salubritate sanari. Nec movere nos debent convicia perditorum, quo minus a via recta & a certa regula non recedamus, quando & apostolus instruat dicens: *Si hominibus placerem, Christi servus non essem.* Interest, utrum quis homines promereri, an Deum cupiat. Si hominibus placetur, dominus offenditur: si vero eniurur & elaboramus, ut possimus Deo placere; & convicia & maledicta debemus humana contemnere. Quod autem tibi de Fortunato isto pseudoepiscopo, a paucis & inveteratis hæreticis constituto, non statim scripsi, frater carissime, non ea res erat, quæ in notitiam tuam deberet per nos festinato statim, quasi magna aut metuenda, perferri; maxime quando & Fortunati nomen jam satis nosse, qui est unus de quinque presbyteris, jam pridem de ecclesia profugis, & sententia coepiscoporum nostrorum, multorum & gravissimorum virorum nuper absentis, qui super hac re priore anno ad te literas fecerunt. Item Felicissimum signiferum seditionis recognoscere, qui & ipse in iisdem coepiscoporum nostrorum factis ad te pridem literis continetur, qui non tantum ab iis istic absentis, sed abs te illic nuper de ecclesia pulsus est. Cum hæc in notitia tua esse considerem, & pro certo hæere memorie & discipline tue scirem, necessarium non putavi, celeriter & urgenter hæreticorum tibi ineptias nunciandas. Neque enim ad catholicæ ecclesie majestatem, pariter ac dignitatem pertinere debet, quid apud se hæreticorum & schismaticorum molliatur audacia. Nam & pars Novatiani Maximum presbyterum, nuper ad nos a Novatiano legatum missum, atque a nostra communicatione rejectum, nunc istic sibi fecisse pseudoepiscopum dicitur. Nec tamen de hoc tibi scripseram, quando hæc omnia contemnuntur a nobis, & miserim tibi proxime nomina episcoporum istic constitutorum, qui integri & sani in ecclesia catholica fratribus præfunt. Quod utique ideo de omnium nostrorum consilio tibi placuit scribere, ut erroris diluendi, ac perspicuendæ veritatis compendium ferret, & scires tu & collegæ nostri, quibus scribere, & literas mutuo a quibus vos accipere oporteret. Si quis autem præter hos, quos epistola nostra complexi

sumus, scribere vobis auderet, sciretis eam vel sacrificio, vel libello esse maculatam, vel unum de hæreticis, perversam scilicet & profanam. Nactus tamen occasionem familiarissimi hominis & clerici, per Felicianum scolylthum, quem cum Perseo collega nostro miseris, inter cetera, quæ in notitiam tuam perferenda hinc fuerant, etiam de Fortunato isto tibi scripsi. Sed dum illic Felicianus frater noster vel vento retardatur, vel accipiendis aliis epistolis a nobis detinetur, Felicissimo ad vos properante, preventus est: ita enim semper scelera festinant, quasi contra innocentiam festinatione prævaleant. Per Felicianum autem significavi tibi, frater, venisse Carthaginem Privatam veterem hæreticum, in Lambesitana colonia ante multos sere annos, ob multa & gravia delicta, nonaginta episcoporum sententia condemnatum, antecessorum etiam nostrorum (quod & vestram conscientiam non latet) Fabiani & Donati literis severissime notatum: qui cum causam suam apud nos in concilio, quod habuimus Idibus Maiis, quæ proxime fuerunt, velle se agere diceret, nec admissus esset, Fortunatum illum sibi pseudoepiscopum, dignum collegio suo fecit. Venerat etiam cum illo & Felix quidam, quem ipse extra ecclesiam in hæresi pseudoepiscopum olim constituerat. Sed & Jovinus & Maximus comites cum Privato hæretico adfuerunt, ob nefanda sacrificia & crimina in se probata, sententia novem episcoporum collegarum nostrorum condemnati, & iterato quoque a pluribus nobis in concilio anno priore absentis. Cum his autem quatuor junctus est & Reposus Suturnicensis, qui non tantum in persecutione ipse cecidit, sed & maximam partem plebis suæ sacrilega persuasione dejecit. Hi quinque cum paucis vel sacrificatis, vel male sibi consciis, Fortunatum sibi pseudoepiscopum cooptarunt, ut criminibus in unum convenientibus talis esset scilicet rector, quales illi qui reguntur. Hinc jam & cetera mendacia, frater carissime, potes noscere, quæ illic homines desperati & perditii ventilaverunt, ut cum de sacrificatis vel de hæreticis amplius quam quinque pseudoepiscopi non fuerint qui Carthaginem venerint, & Fortunatum sibi dementis suæ socium constituerint; illi tamen quasi filii diaboli, & mendacio pleni, ausi sunt, ut scribis, jactitare viginti quinque episcopos adfuisse: quod mendacium & illic prius apud fratres nostros jactitabant, dicentes viginti quinque episcopos de Numidia esse venturos, qui sibi episcopum facerent: quo in mendacio suo posteaquam, quinque solis convenientibus naufragis & a nobis absentis, detecti sunt, atque confusi, Romam cum mendaciorum suorum mercio navigaverunt, quali veritas post eos navigare non posset, quæ mendaces linguas rei certæ probatione convinceret. Atque hæc est, frater, vera dementia, non cogitare, nec scire, quod mendacia non diu fallant; noctem tandem esse quamdiu illucescat dies: clarificato autem die, & sole oborto, luci tenebras & caliginem cedere, & quæ grassabantur per noctem latrocinia cessare. Denique si nomina ab eis quæres, non haberent vel quos falso nominarent: tanta apud eos etiam malorum penuria est, ut ad illos nec de sacrificati, nec de hæreticis viginti quinque colligi possint. Et tamen ad decipiendas aures sumptium & ab-

Parbesita-  
na  
Concilium 99  
episcoporum

sentium mendacio numerus inflatur; quasi etiam verus esset hic numerus; aut ab hæreticis ecclesia, aut ab injustis justitia vincatur. Nec me oportet; frater carissime, paria nunc cum illis facere, & ea quæ commiserunt atque hucusque committunt meo sermone decurrere: cum considerandum sit nobis, quid proferre & scribere sacerdotes Dei oporteat: nec tam dolor apud nos debeat, quam pudor loqui; & ne videar provocatus maledicta potius, quam crimina & peccata congerere. Taceo itaque de fraudibus ecclesiæ factis: conjurationes, adulteria, & varia delictorum genera prætereo: unum illud (in quo non mea, nec hominum, sed Dei causa est) de eorum facinore non puto esse reticendum; quod a primo statim persecutionis die, cum recentia delinquentium facinora serverent, & sacrificiis nefandis non tantum diaboli altaria, sed adhuc manus ipsæ lapsum atque ora fumarent, communicare cum lapsis & penitentia agenda intercedere non destiterunt. Clamat Deus: *Sacrificans, dicit Ezech. 10. eradicabitur, nisi domino solis.* Et dominus in evangelio dicit: *Qui me negaverit, negabo illum.* Et alio loco indignatio & ira divina non tacet, dicens: *Illis judistis libamina, & illis imposuistis sacrificia: super hæc non indignabor? dicit dominus.* Et intercedunt, ne rogetur Deus, qui indignari se ipse testatur. Intercedunt, ne exoretur precibus & satisfactionibus Christus, qui negantem se negare profitetur. Nos in ipso persecutionis tempore de hoc ipso literas misimus, nec auditi sumus concilio frequenter acto, non confessione tantum nostra, sed & comminatione decrevimus, ut penitentiam fratres agerent, ut penitentiam non agentibus nemo temere pacem daret: & illi contra Deum sacrilegi, contra sacerdotes Dei impio furore temerarii, de ecclesia recedentes, & contra ecclesiam parricidalia arma tollentes, elaborant (ut opus suum diaboli malitia consumment) ne vulneratos divina clementia in ecclesia sua curet; miserorum penitentiam mendaciorum suorum fraude corrumpunt, ne Deo indignanti satisfiat; ne Christum dominum suum, qui Christianus esse vel erubuit ante, vel timuit, postmodum querat; ne ad ecclesiam, qui de ecclesia recesserat, redeat. Datur opera, ne satisfactionibus & lamentationibus justis delicta redimantur, ne vulnera lacrymis abluantur. Pax vera falsæ pacis mendacio tollitur, salutaris sinus matris noverca intercedente præcluditur, ne de pedore atque ore lapsum stetur, & gemitus audiatur. Compelluntur adhuc insuper lapsi, ut linguis, atque ore, quo in Capitolio ante deliquerant, sacerdotibus convicium faciant; confessores, & virgines, & justos quoque fidelis laude præcipuos atque in ecclesia gloriosos contumelios & maledicis vocibus prosequantur. A quibus quidem non tam nostrorum modestia, & humilitas, & pudor caditur, quam illorum ipsorum spes, & vita laceratur. Neque enim qui audit, sed qui facit convicium miser est: nec qui a fratre vapular, sed qui fratrem cedit, in lege peccator est: & cum nocentes innocentibus injuriam faciunt, illi patiuntur injuriam, qui facere se credunt. Denique hinc illis percussa mens, & hebes animus, & sensus aliehus est. Ita est Dei non intelligere delicta, ne sequatur penitentia, sicut scriptum est: *Et dedit illis Deus spiritum transgressionis, ne*

revertantur scilicet, & curentur, & deprecationibus & satisfactionibus iustis post peccata faveantur. Paulus apostolus in epistola sua ponit & dicit: *Dilectum veritati non habuerunt ut salvi fierent: ac propterea mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed sibi placent in iniustitia.* Primus felicitatis gradus est, non delinquere: secundus, delicta cognoscere. Illic currit innocentia integra & illibata quae seivet, hic succedit medela quae sanet: quod utrumque illi offenso Deo perdidit, & ut amissa sit gratia, quae de baptismi sanctificatione percipitur, & non subveniat poenitentia, per quam culpa curatur. An putas, frater, levia esse adversus Deum facinora, parva & modica delicta, quod per illos non rogatur maiestas indignantis Dei, quod non timeatur ira, & ignis, & dies domini? quod imminente Antichristo, examatur fides militantis populi, dum tollitur vigor & timor Christi? Viderint laici hoc quomodo curent: sacerdotibus labor major incumbit in asserenda, & procuranda Dei maiestate, ne quid videamur in hac parte negligere, cum admoneat dominus & dicat: *Et nunc praeceptum hoc ad vos est, o sacerdotes: Si non audieritis, & si non posueritis in corde vestro ut detis honorem nomini meo, dicit dominus, immittam in vos maledictionem, & maledicam benedictionem vestram.* Honor ergo non datur Deo, quando sic Dei maiestas & censura contemnitur, ut cum se ille indignari & irasci sacrificantibus dicat, & cum poenas aeternas & supplicia perpetua comminetur, proponatur a sacrilegis acque dicatur: ne ira cogitetur Dei, ne timeatur iudicium domini, ne pulsetur ad ecclesiam Christi: sed sublata poenitentia, nec ulla exomologesi criminis facta, despectis episcopis atque calcatis, pax a presbyteris verbis fallacibus praedicitur; & ne lapsi surgant, aut foris positi ad ecclesiam redeant, communicatio non communicantibus offeratur? Quibus etiam satis non fuit ab evangelio recessisse, spem lapsis satisfactionis & poenitentiae sustulisse, fraudibus involutos, vel adulteris commaculatos, vel sacrificiorum funesta contagione pollutos, ne Deum roarent, ne in ecclesia exomologesi criminum facerent, ab omni & sensu & fuitu poenitentiae removisse; nisi foris sibi extra ecclesiam & contra ecclesiam constitissent conventiculum perditionis & damnationis, cum male sibi consciorum & Deum rogare ac satisfacere nolentium caterva conflueret. Post ista adhuc insuper pseudoepiscopo sibi ab haereticis constituto, navigare audent, & ad Petri cathedram atque ad ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, a schismaticis & profanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos (quorum fides, Apostolo praedicante, laudata est) ad quos perfidia habere non possit accessum. Quae autem causa

A oportet utique eos quibus praesumus non circumcurfare, nec episcoporum concordiam coherentem sua subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suam, ubi & accusatores habere & testes sui criminis possint; nisi si paucis desperatis & perditis minor videatur esse auctoritas episcoporum in Aegyptia constitutorum, qui jam de illis iudicaverunt, & eorum conscientiam multis delictorum laqueis vinculam iudicii sui nuper gravitate damnarunt. Jam causa eorum cognita est: jam de eis dicta sententia est: nec censura congruit sacerdotum inobis atque inconstantis animi levitate reprehendi, cum dominus doceat & dicat: *Sit sermo vester, est est, non non.* Si eorum qui de illis priore anno iudicaverunt numerus cum presbyteris & diaconis computetur, plures tunc adherunt iudicio & cognitioni, quam sunt idem illi qui cum Fortunato nunc videntur esse conjuncti. Scire enim debes, frater carissime, cum posteaquam pseudoepiscopus ab haereticis factus est, jam pene ab omnibus esse desertum. Namque ii, quibus in praeteritum praestigia obtendebantur, & dabantur verba fallacia, quod simul ad ecclesiam regressuri dicebantur: posteaquam viderunt illic pseudoepiscopum factum, frustrato & deceptos se esse didicerunt, & semenit quotidie atque ad ecclesiam pulsant: vobis tamen, a quibus ratio domino reddenda est, anxie ponderantibus, & sollicite examinantibus, qui recipi & admitti ad ecclesiam debeant. Quibusdam enim ita aut crimina sua obsistunt, aut fratres obstinate & firmiter renitentur, ut recipi omnino non possint, cum scandalo & periculo plurimum. Neque enim sic putamina quaedam colligenda sunt, ut quae integra & sana sunt, vulnerentur: nec utilis aut consultus est pastor, qui ita morbidas & contactas oves gregi admittet, ut gregem totum mali coherentis afflictatione contamnet. O si posses, frater carissime, istic interesse nobiscum, cum pravi isti & perversi de schismate revertuntur; videres quis mihi labor sit persuadere patientiam fratribus nostris, ut animi dolore sopito recipiendis malis curandisque consentiant. Namque ut gaudent & letantur, cum tolerabiles & minus culpabiles redeunt: ita contra fremunt & reluctantur, quoties inemendabiles, & protersi, & vel adulteris, vel sacrificiis contaminati, & post haec adhuc insuper & superbi, sic ad ecclesiam remeant, ut bona intus ingenia corrumpant. Vix plebi persuadeo, imo extorqueo, ut tales patientur admitti: & iustior factus est fraternitatis dolor, ex eo quod unus atque alius, obnitente plebe, & contradicente, mea tamen facilitate suscepti, peiores extiterunt, quam prius fuerant, nec fidem poenitentiae servare poterunt, quia nec cum vera poenitentia venerant. De illis vero quid dicam, qui nunc ad te cum Felicissimo omnium criminum reo navigaverunt, legati a Fortunato pseudoepiscopo missi, tam fallas ad te literas afferentes, quam est & ipse, cujus literas fuerunt, falsus; quam est ejus peccatorum multiplex conscientia, quam execrabilis vita, quam turpis, ut etsi in ecclesia essent, ejici tales de ecclesia debuissent? Denique quia conscientiam suam norunt, nec nos audent adire, aut ad ecclesiam limen accedere, sed foris per provinciam circumvenendis fratribus, & spoliandis pererrant: & omnibus

jam satis noti, atque undique pro suis facinoribus exclusi, illuc etiam ad vos navigant. Neque enim potest illis frons esse ad nos accedendi, aut apud nos consistendi; cum sint acerbissima & gravissima crimina, quae eis a fratribus ingerantur. Si iudicium nostrum voluerint experiri, veniant. Denique si qua illis exculatio & defensio potest esse, videamus quem habeant satisfactionis suae sensum, quem asserant poenitentiae fructum: nec ecclesia illis cuiquam claudatur, nec episcopus alicui denegatur; patientia & facilitas & humanitas nostra venientibus praesto est. Opto omnes in ecclesiam regredi, opto universos commilitones nostros intra Christi castra, & Dei patris domicilia concludi. Remitto omnia, multa dissimulo, studio & voto colligendae fraternitatis, etiam quae in Deum commissa sunt, non pleno iudicio religionis examino, delictis plusquam oportet remittendis poenae ipse delinquo: amplector prompta & plena dilectione cum poenitentia revertentes, peccatum suum satisfactione humili & simplici confitentes. Si qui autem sunt, qui putant se ad ecclesiam non precibus, sed minis regredi posse, aut existimant aditum se sibi non lamentationibus & satisfactionibus, sed terroribus facere; pro certo habeant, contra tales clausam stare ecclesiam domini, nec castra Christi invicta & fortia, & domino tuente munita, minis cedere. Sacerdos Dei evangelium tenens, & Christi praecipua custodiens occidi potest, non potest vinci. Suggestit & subministrat nobis exempla virtutis ac fidei Zacharias antistes Dei, qui cum terri minis & lapidatione non posset, in templo Dei occisus est, clamans & identidem dicens, quod nos quoque contra haereticos clamamus & dicimus: *Hac dicit dominus: Dereliquistis vias domini, & dominus derelinquet vos.* Neque enim, quia pauci temerarii & improbi caelestes & salutare vias domini derelinquant, & sancta non agentes a sancto Spiritu deseruntur, ideo & nos divinae traditionis immemores esse debemus, ut maiora esse furentium scelera, quam sacerdotum iudicia censeamus; aut existimemus plus ad impugandum posse humana conamina, quam ad protegendum praevalet divina tutela. An ad hoc, frater carissime, deponenda est catholicae ecclesiae dignitas, & plebis intus positae fidelis atque incorrupta maiestas, & sacerdotalis quoque auctoritas ac potestas, ut iudicare velle se dicant de ecclesiae praeposito extra ecclesiam constituti? de Christiano haeretico? de sano saucii? de integro vulnerati? de stante lapsi? de iudice rei? de sacerdote sacrilegi? Quid superest, quam ut ecclesia Capitolio cedat, & recedentibus sacerdotibus, ac domini altare remonentibus, in cleri nostri sacrum venerandumque confessum simulacra atque idola cum aris suis transeant, & Novatiano declamandi adversum nos atque increpandi largior & plenior materia praestetur; si ii qui sacrificaverunt, & Christum publice negaverunt, non tantum rogari, & sine acta poenitentia admitti, sed adhuc insuper ceperint terroris sui potestate dominari? Si pacem postulant, arma deponant: si satisfaciunt, quid minantur? aut si comminantur, sciant quia a Dei sacerdotibus non timentur: neque enim & Antichristus, cum venire ceperit, introibit ecclesiam, quia minatur; aut armis ejus & violentiae creditur; quia resistentes perempturum se esse profuerit. Armant nos haeretici, dum nos putant sua comminatione terri, nec in pace nos dejiciunt, sed magis erigunt, & accendunt, dum ipsam pacem persecutione peioram fratribus faciunt. Et optamus quidem ne quod loquuntur iure, impleant crimine, ne qui verbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoque delinquant. Oramus ac deprecamur Deum, quem provocare illi & exacerbare non desinunt, ut eorum corda mitecant, ut furore deposito ad sanitatem mentis redeant, ut peiora operata delictorum tenebris poenitentiae lumen agnoscant: & magis petant fundi pro se preces atque orationes antistitis, quam ipsi fundant sanguinem sacerdotis. Si autem in suo furore permanerint, atque in illis insidiis ac minis suis parricidalibus crudeliter perseveraverint, nullus Dei sacerdos sic infirmus est, sic jacens & abiectus, sic imbecillitate humanae mediocritatis invalidus, qui non contra hostes & impugnatores Dei divinitus erigatur, cujus non humilitas & infirmitas vigore & robore domini protegentis ammetur. Nostra nihil interest, aut a quo, aut quando perimamur, mortis & sanguinis praemium de domino recepturi. Illorum stulticia & lamentanda concilio est, quos sic diabolus excizat, ut aeterna gehennae supplicia non cogitantes, Antichristi jam propinquantis adventum conentur imitari. Et quamquam sciam, frater carissime, pro mutua dilectione quam debemus, & exhibemus invicem nobis, florentissimo illic clero tecum praesidenti, & sanctissimae atque amplissimae plebi legere te semper literas nostras, tamen nunc & admoneo & peto, ut quod alias sponte atque honorifice facis, etiam petente me facias, ut hac epistola mea lecta, si quod illic contagium venenati sermonis, & pestiferarum seminationis irreperat, id omne de fratrum auribus & peioribus exuatur, & bonorum integra ac sincera dilectio ab omnibus haereticarum detractionis sordibus repurgetur. Declinent autem de cetero fortiter, & evitent dilectissimi fratres nostri verba & colloquia eorum, quorum sermo dicitur: *Canis serpit: sicut apostolus dicit: Corrupti sunt ingenia bona consabulationes pessima.* Et iterum: *Haereticum hominem post unam correptionem evita, sciens quia perversus est huiusmodi, & peccat, & est a semetipso damnatus.* Et per Salomonem loquitur Spiritus sanctus: *Perversus inquit, in ore suo portat perditionem, & in labiis suis ignem condit.* Item denuo monet *Evita, & noli audire linguam nequam.* Et iterum: *Malus obaudit lingua iniquorum, justus autem non intendit labiis mendacibus.* Quod quamquam sciam illic fraternitatem nostram, vestra scilicet providentia monitam, sed & sua vigilantia satis cautam, nec capi haereticorum venenis posse, nec decipi, tantumque apud illos praevaleat & magisteria & praecipua divina, quantum illis in Deum timor est: tamen ex abundantia vel sollicitudo nostra, vel caritas scribere ad vos ista persuasit, ut nulla cum talibus commercia copulenter, nulla cum malis convivia vel colloquia misceantur, sumusque ab eis tam separati, quam sunt illi de ecclesia profugi: quia scriptum est: *Si autem & ecclesiam contempserit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus.* Et beatus apostolus non monet tantum, sed &

a. Theol. 2

juberet, a talibus ut recedatur. *Præcipimus, inquit, vobis in nomine domini Jesu Christi, ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantes inordinate, & non secundum traditionem, quam accepimus a nobis.* Nulla societas fidei & perfidiam potest esse. Qui cum Christo non est, qui adversarius Christi est, qui unitati & paci ejus inimicus est, nobiscum non potest coherere. Si cum precibus & satisfactionibus veniunt, audiantur: si maledicta & minas ingerunt, respiciantur. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

a. LVII. edit. Pabelli &amp; R. Galii.

## EPISTOLA VIII. • CYPRIANI B

## AD CORNELIUM PAPAM

## De confessione ejus.

Cyprianus Cornelio fratri salutem.

Cognovimus, frater carissime, fidei ac virtutis vestrae testimonia gloriosa, & confessionis vestrae honorem sic exultanter accepimus, ut in meritis ac laudibus vestris, nos quoque participes ac socios computemus. Nam cum nobis & ecclesia una sit, & mens juncta, & individua concordia; quis non sacerdos in consacerdotis sui laudibus, tamquam in suis propriis, gratuletur? Aut quæ fraternitas non in fratrum gaudio ubique lætetur? Exprimi satis non potest, quanta istic exultatio fuerit, & quanta lætitia, cum de vobis prospera & fortia comperissemus, ducem te illic confessionis fratribus extitisse, sed & confessionem ducis de fratrum confessione crevisse: ut dum præcedis ad gloriam, multos feceris gloriæ commites: & confessorem populum suaveris fieri; dum primus paratus es pro omnibus confiteri: ut non inveniamus, quid prius prædicare in vobis debeamus, an in te promptam & stabilem fidem, an inseparabilem fratrum caritatem. Virtus illic episcopi præcedentis publice comprobata est, adunatio sequentis fraternitatis ostensa est: dum apud vos unus animus, & una vox est, ecclesia omnis Romana confessa est. Claruit, fratres carissimi, fides, quam de vobis beatus apostolus prædicavit. Hanc laudem virtutis & roboris firmitatem jam tunc in spiritu prævidebat, & præconio futurorum merita vestra contestans, dum parentes laudat, filios provocabat. Dum sic unanimes, dum sic fortes estis, magna ceteris fratribus unanimitatis & fortitudinis exempla tribuistis. Docuistis granditer Deum timere, Christo firmiter adherere, plebem sacerdotibus in periculo jungi, in persecutione fratres a fratribus non separari: concordiam simul junctam vinci omnino non posse: quidquid simul petitur a cunctis, Deum pacis pacificis exhibere. Profligator adversarius terrore violento Christi castra turbare: sed quo impetu venerat, eodem impetu pulsus est: & quantum formidinis & terroris attulit, tantum fortitudinis invenit & roboris. Supplantare se iterum posse crediderat Dei servos, & velut tirones & rudes, quasi minus paratos & minus cautos, solito suo more concutere. Unum primo aggressus, ut lupus ovem scernere a grege, ut accipiter columbam ab

Romanæ ecclesie robor.

agmine volantium separare tentaverat. Nam cui non est adversus omnes satis virium, circumvenire querit solitudinem singulorum. Sed ratus adunati exercitus fide pariter & vigore, intellexit milites Christi vigilare jam sobrios & armatos ad prælium stare; vinci non posse, mori posse: & hoc ipso invictos esse, quia nec mori timent, nec repugnare contra impugnantes; cum occidere innocentibus nec nocentem liceat, sed prompte & animas & sanguinem tradere, ut cum tanta in seculo malitia & sævitia grassetur, a malis & sævis velocius recedatur. Quale illud fuit sub oculis Dei spectaculum gloriosum, quale in conspectu Christi & ejus ecclesie gaudium, ad pugnam, quam tentaverat hostis inferre, non singulos milites, sed semel tota castra prodiiisse? Omnes enim constat venturos fuisse, si audire potuissent, cum accurreret properanter, & venerit quisquis audivit: Quot illic lapsi gloriosa confessione sunt restituti? Steterunt fortes, & ipso dolore poenitentia facti ad prælium fortiores: ut appareat, nuper subitatos esse, & novæ atque insuetæ rei pavore trepidasse: rediisse ad se postmodum, fidem veram & vires suas de Dei timore collectas, ad omnem patientiam constanter & firmiter roborasse: nec jam stare ad criminis veniam, sed ad passionis coronam: Quid ad hæc Novatianus, frater carissime? Utrumne jam deponit errorem, an vero (qui demeritium mos est) ipsis bonis & prosperis nostris plus adactus est ad furorē? & quo magis ac magis dilectionis ac fidei crescit hic gloria, illic dissensionis & zeli recrudescit insania: nec vulnus suum miser curat, sed adhuc gravius & se & suos vulnerat? in perniciem fratrum lingua sua perstrepsens, & sacundia venenatae jacula contorquens, magis durus sæcularis philosophiæ pravitate, quam philosophiæ dominicæ lenitate pacificus, desertor ecclesie, misericordie hostis, intersector poenitentia, doctor superbie, veritatis corruptor, perditor caritatis? Agnoscite jam quis sit sacerdos Dei, quæ sit ecclesia & domus Christi? qui sint Dei servi, quos diabolus infestet? qui sint Christiani, quos Antichristus impugnet? Neque enim querit illos, quos jam subegit: aut gestit avertere, quos jam suos fecit. Inimicus & hostis ecclesie, quos alienavit ab ecclesia & foras duxit, ut captivos & viros contemnit & præterit: eos pergit lacessere, in quibus Christum cernit habitare. Quamquam etsi aliquis ex talibus fuerit apprehensus, non est quod sibi quasi in confessione nominis blandiatur, cum constet, si occisi hujusmodi extra ecclesiam fuerint, fidei coronam non esse, sed poenam potius esse perfidie: nec in domo Dei inter unanimes habituros esse, quos videmus de pacifica & divina domo furore discordie recessisse. Hortamur plane, quantum possumus, frater carissime, pro caritate mutua, qua nobis invicem coheremus, ut (quoniam providentia domini monentis instruimur, & divinæ misericordie consiliis salubribus admonemur appropinquare jam certaminis & agonis nostri diem) jejuniis, vigiliis, orationibus insistere cum omni plebe non desinamus. Incumbamus gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris. Hæc sunt enim nobis arma cœlestia, quæ stare & perseverare fortiter faciunt. Hæc sunt munimenta spiritalia & tela divina, quæ proteguunt. Memores nostri

Coralligloriosa confessio.

simul.

dubitasse, &amp;

Se invicem sancti episcopi hortantur.

inavi-

Defunctos pro  
viris orare.

invicem simus, concordēs atque unānimes, utrobique pro vobis semper oremus, pressuras & angustias mutua caritate relevemus. Et si quis istinc nostrum prior divinis dignationis celeritate præcesserit, perseveret apud Deum nostrā dilectio, pro fratribus & sororibus nostris apud misericordiam Patris non cesset oratio. Opto te, frater carissime, semper bene valere

LII.  
edit. Pamelii  
& Ryaltii.

## EPISTOLA · IX. CYPRIANI

### AD ANTONIANUM

#### DE CORNELIO ET NOVATIANO. B

##### ARGUMENTUM EX PAMELIO.

Cum Antonianus acceptis literis a Novatiano in partes illius animo propendere cepisset, confirmat illum Cyprianus in priori sententia: ut nempe cum Cornelio, hoc est, cum ecclesia catholica communicare pergat. Quod ut persuadeat, totius tragœdia inter Cornelium & Novatianum historiam recitat, & Cornelium virum optimum & legitime electum, Novatianum vero multis sceleribus obnoxium illegitimam electionem usurpasse docet: obiter etiam sub initium epistola se excusant de mutata quod ad lapsorum rationem attinet sententia, & sub finem, in quo Novatiana hæresis confutatur, explicans.

Cyprianus Antoniano fratri salutem.

**A**ccepi primas literas tuas, frater carissime, concordiam collegii sacerdotalis firmiter obtinentes, & catholice ecclesie coherentes, quibus significasti cum Novatiano te non communicare, sed sequi consilium nostrum, & cum Cornelio coepiscopo nostro unum tenere consensum. Scripsisti etiam, ut exemplum earumdem literarum ad Cornelium collegam nostrum transmitterem, ut deposita omni sollicitudine iam sciret te secum, hoc est, cum catholica ecclesia communicare. Sed enim supervenerunt postmodum alie literæ tuæ per Quintum coepiscopum nostrum missæ, in quibus animadverti animum tuum Novatiani literis motum nutare cepisse. Nam cum & consilium & consensum tuum firmiter ante fixisses, desiderasti in his literis, ut rescriberem tibi, quam hæresim Novatianus introduxisset, vel Cornelius qua ratione Trophimo & thurificatis communicet. Quod quidem si pro sollicitudine fidei anxie curas, & rei dubie veritatem sollicitus exploras, reprehendenda non est in timore divino æstuantis animi sollicitudo suspensa. Quoniam tamen video post primam sententiam epistolæ tuæ, Novatiani literis postmodum te esse commotum, illud, frater carissime, primo in loco pono: graves viros, & semel super potram solida stabilitate fundatos, non dico aura levi, sed nec vento aut turbine commoveri, ne animus dubius & incertus variis opinionibus, velut quibusdam ventorum incurvantium flatibus, frequenter agitur, & a proposito suo cum quadam levitatis reprehensione mutetur. Quod ne vel apud te vel apud quemquam Novatiani literæ faciant, ut desiderasti, frater,

Concl. General. Tom. I.

Arationem rei tibi breviter exponam. Et quidem primum quoniam de meo quoque actu motus videris, mea apud te & persona & causa purganda est, ne me aliquis existimet a proposito meo leviter recessisse: & cum evangelicum vigorem primo & inter initia descenderim, postmodum videar animum meum a disciplina & censura prioris flexisse: ut his, qui libellis conscientiam suam maculaverint, vel nefanda sacrificia commiserint, laxandam pacem putaverim. Quod utrumque non sine librata diu & ponderata ratione a me factum est. Nam cum acies adhuc inter manus esset, & prælium gloriosi certaminis in persecutione ferret, toto hortatu, & pleno impetu militum vires fuerant excitandæ, & maxime lapsorum mentes classico quodam nostræ vocis animandæ, ut pœnitentiæ viam non solum precibus & lamentationibus sequerentur, sed (quoniam repetendi certaminis & reparandæ salutis datur occasio) ad confessionis potius ardorem, & martyrii gloriam nostris increpiti vocibus provocarentur. Denique cum de quibusdam ad me presbyteri & diaconi scripsissent eos immoderatos esse, & ad communicationem accipiendam festinanter urgere; rescribens eis in epistola mea quæ extat, & hoc addidi: Qui si nimium properant, habent in sua potestate quod postulant, tempore ipso sibi plusquam postulant largiente. Acies adhuc geritur, & agon quotidie celebratur. Si commissi vere & firmiter pœnitent, & fidei calor praveat, qui differri non potest, potest coronari. De eo tamen quod statuendum esse circa causam lapsorum distuli; ut cum quies & tranquillitas data esset, & episcopis in unum convenire indulgentia divina permetteret, tunc communicato & librato de omnium collocatione consilio, statueremus quid fieri oporteret: si quis vero ante consilium nostrum, & ante sententiam de omnium consilio statutam lapsis temere communicare voluisset, ipse a communicatione abstinere. Quod etiam Romam ad clerum tunc adhibuit sine episcopo agentem, & ad confessores Maximum presbyterum & ceteros in custodia constitutos, nunc in ecclesia cum Cornelio iunctos, plenissime scripsi, quod me scripsisse, de eorum rescriptis poteris noscere, nam in epistola sua ita posuerunt. Quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat, quod & tu ipse tractasti, prius esse ecclesie pacem sustinendam; deinde sic collatione consiliorum cum episcopis, presbyteris, diaconibus confessoribus pariter ac stantibus laicis facta lapsorum tractare rationem. Additum est etiam Novatiano tunc scribente, & quod scripserat sua voce recitante, & presbytero Mose, tunc adhuc confessore, nunc iam martyre subscribente, ut lapsis infirmis, & in exitu constitutis pax daretur. Quæ literæ per totum mundum missæ sunt, & in notitiam ecclesiis omnibus & universis fratribus perlatæ sunt. Secundum quod tamen ante fuerat destinatum, persecutione sopita, cum data esset facultas in unum conveniendi, copiosus episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & domini tutela protexit, in unum convenimus, & scripturis diu ex utraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione libavimus, ut nec in totum spes communicationis & pacis lapsis denegaretur, ne plus desperatione deherent, & eo quod sibi ecclesia claudere-

Hhh 2

deretur, acuti scilicet gentilibus viverent; nec tamen, rursus censura evangelica solveretur, ut ad communicationem temere profilirent, sed traheretur diu poenitentia, & rogaretur dolenter paternam clementiam, & examinarentur causas, & voluntates, & necessitates singulorum, secundum quod libello continetur, quem ad te pervenisse confido, ubi singula placitorum capita conscripta sunt. Ac si minus sufficiens episcoporum in Africa numerus videbatur, etiam Romam super hac re scripsimus ad Cornelium collegam nostrum, qui & ipse cum plurimis coepiscopis habito concilio, in eandem nobiscum sententiam pari gravitate, & salubri moderatione, consensit. De quo tibi necesse nunc fuit scribere, ut scias me nihil leviter egisse, sed secundum quod literis meis fueram ante complexus, omnia ad commune concilii nostri consilium distulisse, & nemini quidem ex lapsis prius, communicasse, quando adhuc erat, unde non tantum indulgentiam, sed & coronam lapsus acciperet: postea tamen sicut collegii concordia, & colligenda fraternitatis ac mendicis vulneris utilitas exiebat, necessitati temporum succubuisse, & saluti multorum providendum putasse, & nunc ab his non recedere, quæ seipsum in concilio nostro de communi collatione placuerunt, quamvis multa multorum vocibus ventilentur, & mendacia adversus sacerdotes Dei, de diaboli ore prolata, ad rumpendam catholicæ unitatis concordiam ubique jaletur. Sed te oportet ut bonum fratrem atque unanimum consacerdotem, non quid maligni atque apostatæ dicant facile suscipere; sed quid collegæ tui modesti & graves viri faciant, de vitæ & disciplinæ nostræ exploratione perpendere. Venio jam nunc, frater carissime, ad personam Cornelii collegæ nostri; ut Cornelium nobiscum verius noveris, non de malignorum & detrahentium mendacio, sed de domini Dei judicio, qui episcopum fecit, & coepiscoporum testimonio, quorum numerus universus per totum mundum concordiam unanimitate consensit. Nam, quod Cornelium carissimum nostrum Deo, & Christo, & ecclesiæ eius, item consacerdotibus cunctis laudabili prædicatione commendat; non iste ad episcopatum subito pervenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus, & in divinis administrationibus dominum sæpe promeritus, ad sacerdotii sublimem fastigium cunctis religionis gradibus ascendit. Tum deinde episcopatum ipsum nec postulavit, nec voluit, nec ut ceteri, quos arrogantia & superbia suæ tumor inflat, invasit; sed quietus & modestus, & quales esse consueverunt, qui ad hunc locum divinitus eliguntur, pro pudore virginalis conscientiæ suæ, & pro humilitate ingenitæ sibi & custoditæ verecundiæ, non ut quidam vim fecit, ut episcopatus heret; sed ipse vim passus est, ut episcopatum coactus acciperet. Et factus est episcopus a plurimis collegis nostris, qui tunc in urbe Roma aderant, qui ad nos literas honorificas, & laudabiles, & testimonio suæ prædicationis illustres de ejus ordinatione miserunt. Factus est autem Cornelius episcopus de Dei & Christi ejus judicio, de clericorum pene omnium testimonio, de plebis, quæ tunc adfuit, suffragio, & de sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio; cum nemo ante se factus esset, cum Pa-

biani locus, id est, cum locus Petri & gradus cathedræ sacerdotalis vacaret, quo occupato de Dei voluntate, atque omnium nostrum consensione firmato, quisquis jam episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est, nec habeat ecclesiasticam ordinationem, qui ecclesiæ non tenet unitatem: quisquis ille fuerit, multum de se licet jactans & sibi plurimum vindicans profanus est, alienus est, foris est. Et cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum, qui solus esse debeat, factus est, jam secundus ille, sed nullus est. Tum deinde post episcopatum non exambitum, nec extortum, sed de Dei, qui sacerdotes facit, voluntate susceptum, quanta in ipso suscepto episcopatu suo virtus? quantum robor animi? qualis firmitas fidei? quod nos simplici corde & perspicere penitus, & laudare debemus: sedisse intrepidum Romæ in sacerdotali cathedra eo tempore, cum tyrannus infestus sacerdotibus Dei sancta atque infanda comminaretur; cum multo patientius & tolerabilius audiret levari adversus se æmulum principem, quam constitui Romæ æmulum sacerdotem. Nomen hic, frater carissime, summo virtutis & fidei testimonio prædicandus est? nonne inter gloriosos confessores & martyres deputandus qui tantum temporis sedit expectans corporis sui carnifices, & tyranni ferocientis ultores, qui Cornelium adversus edicta feralia resistentem, & minas, & cruciatus, & tormenta fidei vigore calcantem, vel gladio invaderent, vel crucifigerent, vel igne torrerent, vel quolibet inaudito genere poenarum viscera ejus & membra laniarent? Etiam si majestas domini protigentis & bonitas sacerdotem, quem fieri voluit, factum quoque protexit: tamen Cornelius, quantum ad ejus devotionem pertinet & timorem, passus est quidquid pati potuit, & tyrannum armis & bello postmodum victum, prior sacerdotio suo vicit. Quod autem quædam de illo inhonesta & maligna jactantur, nolo mireris, cum scias hoc esse opus semper diaboli, ut servos Dei mendacio laceret, & opinionibus falsis gloriosum nomen infamet; Dat qui conscientiæ suæ luce clarescunt, alienis rumoribus sordidentur. Explorasse autem collegas nostros scias, & verissime comperisse, nulla illum libelli, ut quidam jactant, labe maculatum esse, sed neque cum episcopis, qui sacrificaverunt, communicationem sacrilegam miscuisse; sed eos demum, quorum causa audita & innocentia comprobata sit, conjunxisse nobiscum. Nam & de Trophimo, de quo tibi scribi desiderasti, non ita res est, ut ad te pertulit rumor, & mendacium malignorum. Nam sicut antecessores nostri sæpe fecerunt, colligendis fratribus nostris carissimus frater noster Cornelius necessitati succubuit: & quoniam cum Trophimo pars maxima plebis abscesserat, redeunte nunc ad ecclesiam Trophimo, & satisfaciente, & poenitentia deprecationis errorem pristinum consistente, & fraternitatem, quam nuper abstraxerat, cum plena humilitate & satisfactione revocante, audita sunt ejus preces, & in ecclesiam domini non tam Trophimus quam maximus fratrum numerus, qui cum Trophimo fuerat, admissus est: qui omnes regressuri ad ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo comitante venissent. Tractatu ergo illic cum collegis plurimis habito.

bito, susceptus est Trophimus, pro quo satis-  
faciebat fratrum reditus, & restituta multorum  
salus: sic tamen, admissus est Trophimus, ut  
laicus communicet, non secundum quod ad  
te malignorum literæ pertulerunt, quasi locum  
sacerdotis usurpet. Sed & quod passim com-  
municare sacrificatis Cornelius tibi nunciatus  
est, hoc etiam de apostatarum fidei rumori-  
bus nascitur. Neque enim possunt laudare nos  
qui recedunt: aut expectare debemus ut pla-  
ceamus illis, qui nobis displicentes, & contra  
ecclesiam rebelles, sollicitandis de ecclesia fra-  
tribus violenter insistant. Quare & de Corne-  
lio, & de nobis quæcumque jactantur, nec au-  
dias facile, nec credas, frater carissime. Si qui  
enim infirmitatibus occupantur, illis, sicut pla-  
cuit, in periculo subvenitur: posteaquam ta-  
men subventum est, & periclitantibus pax da-  
ta est, suffocari a nobis non possunt, aut op-  
primi, aut vi & manu nostra in exitum mor-  
tis urgeri, ut quoniam morientibus pax datur,  
necesse sit mori eos qui acceperint pacem:  
cum magis in hoc iudicium divinæ pietatis  
& paternæ lenitatis appareat, quod qui pignus  
vitæ in data pace percipiunt, hic quoque ad  
vitam percepta pace teneantur. Et ideo si  
accepta pace commeatu a Deo datur, nemo  
hoc debet in sacerdotibus criminari, cum se-  
mel placuerit fratribus in periculo, subveniri.  
Nec tu, exultimes, frater carissime, sicut qui-  
busdam videtur, libellaticos cum sacrificatis  
æquari oportere, quando inter ipsos etiam qui  
sacrificaverint, & conditio frequenter & cau-  
sa diversa sit. Neque enim æquandi sunt, ille  
qui ad sacrificium nefandum statim voluntate  
prosilivit, & qui reluctatus & congressus diu  
ad hoc funestum opus necessitate pervenit: il-  
le qui & se & omnes suos prodidit, & qui  
ipse pro cunctis ad discrimen accedens, uxo-  
rem, & liberos, & domum totam periculi sui  
perfundione protexit: ille qui inquilinos vel  
amicos suos ad facinus compulit, & qui in-  
quilinis & colonis pepercit, fratres etiam plu-  
rimos qui extorres & proflugi recedebant, in  
sua tecta & hospitia recepit, ostendens & offe-  
rens domino inultas viventes & incolumes  
animas, quæ pro una faucia deprecantur. Cum  
ergo inter ipsos qui sacrificaverint multa sit di-  
versitas; quæ inclementia est, & quam acerba  
duritia libellaticos cum iis qui sacrificaverint  
jungere? quando is cui libellus acceptus est,  
dicat: Ego prius legeram & episcopo tractante  
cognoveram non sacrificandum idolis, nec si-  
mulacra servum Dei adorare debere; & ideo  
co, ne hoc facerem quod non licebat, (cum  
ocasio libelli fuisset oblata, quem nec ip-  
sum acciperem, nisi offensa fuisset occasio)  
ad magistratum vel veni, vel alio eunte man-  
davi Christianum me esse, sacrificare inhi non  
licere, ad aras diaboli me venire non posse,  
dare me ob hoc præmium, ne quod non li-  
cet faciam. Nunc tamen etiam iste qui libel-  
lo inaculatus est, posteaquam nobis admonen-  
tibus didicit, nec hoc se facere debuisse, & si  
manus pura sit, & os ejus feralis cibi conta-  
gia nulla polluerint, conscientiam tamen ejus  
esse pollutam; flet auditis nobis, & lamenta-  
tur, & quod deliquerit nunc admonetur, &  
non tam crimine quam errore deceptus, quod  
jam de cetero instructus & paratus sit, conte-  
statur. Quorum si penitentiam respiciamus ha-

rentium aliquam fiduciam tolerabilis conscien-  
tiæ, statim cum uxore, cum liberis, quos in-  
columes reservaverat, in hæresim vel schismã  
diabolo invitante rapiuntur: & adscribetur no-  
bis in die iudicii, nec ovem fauciam curasse;  
& propter unam fauciam multas integras per-  
didisse. Et cum dominus relictis nonaginta no-  
vem sanis unam errantem & lassam quaesierit,  
& inventam humeris suis ipse portaverit; nos  
non tantum non quaeramus lapios, sed & ve-  
nientes arceamus: & cum pseudoprophetae gre-  
gem Christi nunc vastare & lacerare non de-  
linant, occasionem canibus & lupis demus, ut  
quos persecutio inexta non perdidit, eos non  
duritia nostra & inhumanitate perdamus. Et  
ubi erit, frater carissime, quod apostolus dicit?  
*Omnibus per omnia placeo, non quaerens quod mihi  
utile est, sed quod multis ut salventur. Imitatores  
mei estote, sicut & ego Christi.* Et iterum: *Falsus  
sum inquitur inquitur, ut inquitur inquitur, ut inquitur  
inquitur, ut inquitur inquitur, ut inquitur inquitur.*  
*Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Et iterum:  
*Falsus sum inquitur inquitur, ut inquitur inquitur, ut  
inquitur inquitur, ut inquitur inquitur, ut inquitur  
inquitur.* Et iterum: *Si patitur membrum unum,  
compatiuntur & cetera membra: & si lætatur  
unum membrum, collatantur & cetera membra.* Alia est  
philosophorum & Stoicorum ratio, frater carissime,  
qui dicunt omnia peccata paria esse, & virum gravem  
non facile flecti oportere. Inter Christianos autem & philo-  
sophos plurimum distat. Et cum apostolus dicit:  
*Videte ne quis vos deprædetur per philosophiam  
& inanem fallaciam,* vitanda sunt quæ non de Dei  
clementia veniunt, sed de philosophiæ durioris  
præsumptione descendunt. De Moyse autem legimus  
in scripturis dictum: *Et fuit Moyses homo lenis nimis.*  
Et dominus in evangelio suo dicit: *Estote misericordes,  
sicut & Pater vester misericors est vestris.* Et iterum:  
*Non est opus sanis medicus, sed male habentibus.*  
Quam potest exercere medicinam, qui dicit? ego  
solos sanos curo, quibus medicus necessarius non est:  
Opem nostram, medelam nostram vulneratis exhibere  
debemus. Nec putemus mortuos esse, sed magis semi-  
animos jacere eos, quos persecutione funesta faucios  
videmus: qui si in totum mortui essent, nunquam  
de eisdem postmodum & confessores & martyres  
fierent. Sed quoniam est in illis quod penitentia  
sequente revaleant, ad fidem, & ad virtutem de  
penitentia robur armatur; quod armari non poterit,  
si quis desperatione deficiat, si ab ecclesia dure & crudeliter  
segregatus ad gentiles se via: & sæcularia opera  
convertat, vel ad hæreticos & schismaticos reiectus  
ab ecclesia transeat. Ubi est occisus propter nomen  
postmodum fuerit extra ecclesiam constitutus, & ab  
unitate atque a caritate divulsus, coronari in morte  
non poterit. Et ideo placuit, frater carissime, exami-  
natis causis singulorum libellaticos interim ad-  
mittere, sacrificatis in exitu subveniri: quia ex-  
omologes apud inferos non est, nec ad penitentiam  
quis a nobis compelli potest, si fructus penitentiae  
subtrahatur. Si prælium prius venerit, corroboratus  
a nobis invenitur armatus ad prælium: si vero ante  
prælium intimitas urserit, cum solatio pacis & com-  
municationis abscedit. Neque enim præiudicium  
domino iudicatur, quo minus si penitentiam plenam  
& iustam peccatoris invenerit, tunc ratum faciat  
quod a nobis fuerit hic statutum. Si vero nos aliquis  
penitentiae simulatione deluserit, Deus, qui non  
deridetur, & qui cor homi-



hominis intuetur, de his quæ nos minus perfeximus iudicat, & servorum sententiam dominus emendet, dum tamen nos meminisse, frater, debeamus scriptum esse: *Frater fratrem adjuvans exaltabitur. Et apostolum quoque dixisse. In contemplatione habentes unusquisque, ne & vos tentemini, alterutrum onera sustinete, & sic adimplebitis legem Christi.* Item quod superbos redarguens, & arrogantiam frangens in epistola sua ponat. *Et qui se putat stare, videat ne cadat.* Et alio in loco dicat: *Tu quis es qui iudicas alienum servum? Domino suo stat aut cadat: Habet autem: potens est enim Deus statuere eum.* Joannes quoque Jesum Christum dominum advocatum & deprecatorem pro peccatis nostris præbet dicens: *Filioli mei, ista scribo vobis ne delinquantis; & si quis deliquerit, advocatum habebimus apud Patrem, Jesum Christum justum, & ipse est deprecatio pro delictis nostris.* Et Paulus quoque apostolus in epistola sua posuit: *Si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis nunc iustificati, in sanguine illius liberabimur per illum ab ira.* Cum pietatem & clementiam cogitantes, non acerbi adeo, nec duri, nec in fovendis fratribus inhumani esse debemus, sed dolere cum dolentibus, & cum flentibus flere, & eos quantum possumus auxilio & solatio nostræ dilectionis erigere, nec adeo immixtes & pertinaces ad eorum penitentiam retundendam, nec iterum soluti & faciles ad communicationem temere laxandam. Jacet ecce saucius frater ab adversario in acie vulneratus: inde diabolus conatur occidere quem vulneravit, hinc Christus hortatur ne in totum pereat quem redemit. Cui de duobus assistimus, in cujus partibus stamus? utrumne diabolo favemus, ut perimat, & semianimum fratrem jacentem, sicut in evangelio sacerdos & Levites, præterimus? an vero ut sacerdotes Dei & Christi, quod & Christus docuit & fecit imitantes, vulneratum de adversarii faucibus rapimus, ut curatum Deo judici reservemus? Nec putes, frater carissime, hinc aut virtutem fratrum minui, aut martyria deficere, quod lapsis laxata sit penitentia, & quod penitentibus spes pacis oblata. Manet vere fidentium robor immobile, & apud timentes ac diligentes corde toto Deum stabilis & fortis perseverat integritas. Nam & mœchis a nobis penitentiae tempus conceditur, & pax datur, non tamen idcirco virginitas in ecclesia deficit, aut continentiae propositum gloriosum per aliena peccata languescit. Floret ecclesia tot virginibus coronata, & castitas ac pudicitia tenorem gloriæ suæ servat, nec quia adultero penitentia & venia laxatur, continentiae vigor frangitur. Aliud est ad veniam stare, aliud ad gloriam pervenire; aliud missum in carcerem non exire inde, donec solvat novissimum quadrantem, aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem; aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari, & purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse; aliud denique pendere in die iudicii ad sententiam domini, aliud statim a domino coronari. Et quidem apud antecessores nostros quidam de episcopis istic in provincia nostra dandam pacem mœchis non putaverunt, & in totum penitentiae locum contra adulteria clauservunt; non tamen a coepiscoporum suorum collegio secesserunt,

aut catholicæ ecclesiæ unitatem vel duritie, vel censuræ suæ obstinatione ruperunt; ut quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat, de ecclesia separaretur. Manente concordia vinculo, & perseverante catholicæ ecclesiæ individuo sacramento, adum suum disponit & dirigit unusquisque episcopus, rationem propositi sui domino redditurus. Miror autem quosdam sic obstinatos esse, ut dandam non putent lapsis penitentiam, aut penitentibus existiment veniam denegandam, cum scriptum sit: *Memento unde cecideris, & age penitentiam, & fac priora opera.* Quod utique ei dicitur, quem constat cecidisse, & quem dominus hortatur per opera rursus exurgere, quia scriptum est: *Eleemona a morte liberat* & non utique ab illa morte quam semel Christi sanguis extinxit, & a qua nos salutaris baptismi & redemptoris nostri gratia liberavit, sed ab ea quæ per delicta postmodum serpit. Alio item loco penitentiae tempus datur, & penitentiam non agenti dominus comminatur: *Habeo, inquit, adversus te multa, quod uxorem tuam Jezabel, quæ se dicit prophetem, sinis docere, & seducere servos meos, fornicari, & manducare de sacrificiis: & dedi illi tempus ut penitentiam ageret, & penitere non vult a fornicatione. Ecce mitto eam in lectum, & qui cum ea fornicati sunt in maximam tribulationem, nisi penitentiam gesserint ab operibus suis.* Quos utique ad penitentiam dominus non hortaretur, nisi quia penitentibus indulgentiam pollicetur. Et in evangelio: *Dico, inquit, vobis, sic erit gaudium in caelo super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, quibus non est opus penitentia.* Nam cum scriptum sit: *Deus mortem non fecit, nec latatur in perditione visorum, utique qui neminem vult perire, cupit peccatores penitentiam agere, & per penitentiam denuo ad vitam redire.* Ideo & per Joel prophetam clamat & dicit: *Et nunc dicit dominus Deus: Revertimini ad me ex toto corde vestro, simulque & jejunio, & fletu, & planctu, & discindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & revertimini ad dominum Deum vestrum, quia misericors & pius est, & patiens, & multa miserationis, & qui sententiam reſtat adversus multas irrogatas.* In psalmis etiam legimus censuram pariter & clementiam Dei comminantis simul atque parentis; punientis ut corrigat, & cum correxerit reservantis. *Visitabo, inquit, in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum: Misericordiam autem meam non dispergam ab eis.* Dominus quoque in evangelio pietatem Dei Patris ostendens ait: *Quis est ex vobis homo quem si perierit filius ejus panem, lapidem porriget illi? aut si piscem postulerit, serpentem illi porriget? Si ego vos, cum sitis nequam, scitis bona dare filiis vestris, quanto magis Pater vester caelestis dabit bona poscentibus se?* Comparat hic dominus carnalem patrem & Dei Patris æternam largamque pietatem: quod si iste in terris nequam pater offensus graviter a filio peccatore & malo, si tamen eundem postmodum viderit reformatum, & depositis prioris vitæ delictis ad sobrios & bonos mores, & ad innocentiae disciplinam penitentiae dolore correctum, & gaudet & gratulatur, & susceptum, quem ante projecerat, cum voto paternæ exultationis amplectitur; quanto magis unus ille & verus Pa-

Prov. 18.  
Galat. 6.

1. Cor. 10.  
Rom. 14.

1. Joan. 2.

Rom. 5.

Agg. 1.

Job. 4.

Apoc. 2.

Luc. 11.

Sap. 1.

Joel. 2.

Vi. 7. et. 12.

Matth. 7.

ter bonus, misericors & pius, imo ipsa bonitas & misericordia & pietas letatur in poenitentia filiorum suorum, nec iram poenitentibus, aut plangentibus & lamentantibus poenam comminatur, sed veniam magis & indulgentiam pollicetur. Unde dominus in evangelio *beatos dicit plangentes*, quia qui plangit, misericordiam provocat: qui pervicax & superbus est, iram sibi & poenam iudicii venientis exaggerat. Et idcirco, frater carissime, poenitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde & manifesta lamentationis suae professione testantes, prohibendos omnino censuimus a spe communicationis & pacis, si infirmitate atque in periculo ceperint deprecari; quia rogare illos non delicti poenitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit, nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum. Quod vero ad Novatiani personam pertinet, frater carissime, de quo desiderasti tibi scribi quam haesim introduxisset; scias nos primo in loco nec curiosos esse debere quid ille doceat, cum foris doceat. Quisquis ille est, & qualiscumque est, Christianus non est, qui in Christi ecclesia non est. Jactet se licet, & philosophiam vel eloquentiam suam superbis vocibus praedicet; qui nec fraternam caritatem, nec ecclesiasticam unitatem tenuit, etiam quod prius fuerat amisit. Nisi si episcopus tibi videtur, qui episcopo in ecclesia a sexdecim coepiscopis factus, adulter atque extraneus episcopus fieri a desertoribus per ambitum nititur: & cum sit a Christo una ecclesia per totum mundum in multa membra divisa, item episcopatus unus episcoporum multorum concordia numerositate diffusus; ille post Dei traditionem, post connexam & ubique conjunctam catholicam ecclesiam unitatem, humanam conetur ecclesiam facere, & per plurimas civitates novos apostolos suos mittat, ut quaedam recentia institutionis suae fundamenta constituat: cumque jampridem per omnes provincias & per urbes singulas ordinati sint episcopi in aetate antiqui, in fide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti, ille super eos creare alios pseudoepiscopos audeat. Quasi possit aut totum orbem novi conatus obstinatione peragrare, aut ecclesiastici corporis compaginem discordiae suae seminatione rescindere; nesciens schismaticos semper inter initia servere, incrementa vero habere non posse, nec augere quod illicite ceperint, sed statim cum prava sua aemulatione deficere. Episcopatum autem tenere non posset, etiam si episcopus prius factus, a coepiscoporum suorum corpore & ab ecclesiae unitate descisceret, quando apostolus admoneat, ut invicem nosmetipsos sustineamus, ne ab unitate quam Deus constituit, recedamus, & dicat: *Sustinentes invicem in dilectione, satis agentes servare unitatem Spiritus in conjunctione pacis*. Qui ergo nec unitatem Spiritus, nec conjunctionem pacis observat, & se ab ecclesiae vinculo atque a sacerdotum collegio separat, episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem, qui episcopatus nec unitatem voluit tenere, nec pacem. Tum deinde quantus arrogantiae tumor est, quanta humilitatis & lenitatis oblivio, arrogantiae suae quanta jactatio, ut quis aut audeat, aut facere se posse credat, quod nec apostolis concessit dominus, ut ziza-

Epist. 4.

Matth. 23.

nia frumento putet se posse discernere, aut quasi ipsi paleam auferre & aream purgare concessum sit, paleas cernetur a tritico separare. Cumque apostolus dicat: *In domo autem magna non solum vasa aurea sunt & argentea, sed & lignea & fictilia*, aurea & argentea vasa videatur eligere, lignea vero & fictilia contemnere, abicere, damnare, quando non nisi die domini vasa lignea divini ardoris incendio concrementur, & fictilia ab eo, cui data est ferrea virga, frangantur. Aut si se cordis & renis scrutatorem constituit & iudicem, per omnia aequaliter iudicet, & cum sciat scriptum esse: *Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat*, fraudatores & mæchos a latere atque a comitatu suo separet: quando multo & gravior & pejor sit mæchi quam libellatici causa, cum hic necessitate, ille voluntate peccaverit: hic existimans sibi satis esse quod non sacrificaverit, errore deceptus sit; ille matrimonii expugnator alieni, vel lupanar ingressus ad eloacam & cenosam voraginem vulgi, sanctificatum corpus & Dei templum detestabili colluvione violaverit: sicut apostolus dicit: *Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem mæchatur, in corpus suum peccat*. Quibus tamen & ipsis poenitentia conceditur, & lamentandi ac satisfaciendi spes relinquitur secundum ipsum apostolum dicentem: *Timeo ne forte veniens ad vos iugam multos ex his qui ante peccaverunt & non egerunt poenitentiam de immunditiis quas fecerunt & fornicationibus & libidinibus*. Nec sibi in hoc novi haeretici blandiantur; quod se dicant idololatris non communicare, quando sint apud illos & adulteri & fraudatores, qui teneantur idololatriæ crimine, secundum apostolum dicentem: *Hoc enim scitote intelligentes quia omnis fornicator aut immundus, aut fraudator, quod est idololatria, non habet hereditatem in regno Christi & Dei*. Et iterum: *Mortificate itaque membra vestra quae in terra sunt, exponentes fornicationem, immunditiam & concupiscentiam malam & cupiditatem, quae sunt idolorum servitus, propter quae venit ira Dei*. Nam cum corpora nostra membra sint Christi, & singuli simus templum Dei, quisquis adulterio templum Dei violat, Deum violat, & qui in peccatis committendis voluntatem diaboli facit, demoniis & idolis servit. Neque enim mala facta de sancto Spiritu veniunt, sed de adversarii instinctu, & de immundo spiritu naturae concupiscentiae contra Deum facere, & diabolo servire compellunt. Ita fit ut si peccato alterius inquinari alterum dicunt, & idololatriam delinquentis ad non delinquentem transire sua asseveratione contendunt, excusari se cum suam vocem non possint ab idololatriæ crimine, cum constet de apostolica probatione mæchos & fraudatores, quibus illi communicant, idololatrias esse. Nobis autem secundum fidem nostram, & divinae praedicationis datam formam competit ratio veritatis, unumquemque in peccato suo ipsum teneri, nec posse alterum pro altero reum fieri, cum dominus praemoneat & dicat: *Iustus iustus super eum erit, & scelus scelerati super eum erit*. Et iterum: *Non morientur patres pro filiis, & filii non morientur pro patribus. Unusquisque in peccato suo morietur*. Quod legentes scilicet & tenentes, neminem putamus a fructu satisfactionis & spe pacis

Tim. 2.

Joan. 5.

1. Cor. 6.

1. Cor. 11.

Epist. 1.

1. Cor. 6.

Ezech. 18.

1. Reg. 10.

pacis arcendum, cum scianus juxta scripturam divinam fidem, auctore & hortatore ipso Deo, & ad agendam poenitentiam peccatores redigi, & veniam atque indulgentiam poenitentibus non denegari. Atque o frustranda fraternitatis irrisio! o miserorum lamentantium caduca deceptio! o hæreticæ institutionis inefficax & vana traditio! hortari ad satisfactionis poenitentiam, & subtrahere de satisfactione medicinam: dicere fratribus nostris: Plange & lacrymas funde, & diebus ac noctibus ingemisce, & pro ablucendo & purgando delicto tuo largiter & frequenter operare, sed extra ecclesiam post omnia ista morieris: quæcumque ad pacem pertinent, facies; sed nullam pacem quam quæris, accipies. **B** non statim pereat? Quis non ipsa desperatione deficiat? Quis non animum suum a proposito lamentationis avertat? Operari tu putas rusticum posse, si dixeris: Agrum peritia omnifrustricitatis exerce, culturis diligenter insiste; sed nullam messem metes, nullam vindemiam preme, nullos oliveti tui fructus capies, nulla de arboribus poma decerpes? Vel si ei, cui dominium est, usum navium suadeas, & dicas: Materiam de excellentibus silvis mercare, frater, carinam prævalidis & electis roboribus intex, clavo, funibus, velis, ut fabricetur atque armetur navis, operare: sed cum hæc feceris, fructum de actibus ejus & cursibus non videbis. **C** Præcludere est atque abscindere iter doloris ac poenitendi viam, ut cum in scripturis dominus Deus revertentibus ad se & poenitentibus blandiatur, nostra duritia & crudelitate dum fructus poenitentiae intercipitur, poenitentia ipsa tollatur. Quod si invenimus a poenitentia agenda neminem debere prohiberi, &

deprecantibus atque exorantibus domini misericordiam, secundum quod ille misericors & pius est, per sacerdotes ejus pacem posse concedi, admittendus est plangentium gemitus, & poenitentiae fructus dolentibus non negandus. Et quia apud inferos confessio non est, nec exomologesis illic fieri potest, qui ex toto corde poenitent & rogaverint, in ecclesiam debent interim suscipi, & in ipsa domino reservari, qui ad ecclesiam suam venturus de illis utique, quos in ea intus invenerit judicabit. Apostata vero & desertores, vel adversarii & hostes, & Christi ecclesiam dissipantes, nec si occisi pro nomine foris fuerint, admitti, secundum apostolum, possunt ad ecclesiae pacem, quando nec spiritus nec ecclesiae tenuerunt unitatem. Hæc interim, frater carissime, pauca de multis quantum potui breviter decurri, quibus & desiderio tuo satisfacerem, & te magis ac magis collegii & corporis nostri societati conjungerem. Si autem tibi veniendi ad nos opportunitas & facultas fuerit, plura in commune conferre, & uberius ac plenius quæ in salutarem concordiam faciant, tractare poterimus. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

#### DECRETUM CORNELII PAPÆ

ex Gratiani decreto desumptum, in prioribus decretalibus non exans.

Ut a jejuniis juramenta præstentur.

Honestum etiam videtur, ut qui in sanctis audet jurare, hoc jejuniis faciat cum omni honestate & timore Dei; & ut pueri ante annos quatuordecim non cogantur jurare.

ANNO  
CHRISTI  
254. 255.

ANNO  
CHRISTI  
254. 255.

### CONCILIIUM CARTHAGINENSE PRIMUM IN CAUSA LAPSORUM CELEBRATUM

Anno CCLIV. tempore Cornelii Papæ.

Tempus locus  
concilii.  
254 aut sub  
finem præc.  
denari

Acta concilii  
hujus

Decretum  
concilii.

**C**oncilium. ) Carthaginense concilium hoc **D**communicantur. Id aperte constat ex epist. Cypriani 52. & 55. item ex literis synodicis ad Cornelium scriptis, quarum quidem S. Cyprianus epist. 42. meminit, sed injuria temporum intercederunt. Decretum est in hoc concilio, ut lapsi poenitentiam agentes in ecclesiae communionem quidem recipiantur; sed non citra urgentem necessitatem ante satisfactionis tempus impletum admittantur. Hæc Cyprianus epist. 52. ad Antonianum scribens his verbis significat: *Secundum quod tamen antea fuerat destinatum, persecutione sopita, cum data esset facultas in unum conveniendi, copiosus episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & domini tutela protegit, in unum convenimus: & scripturis diu ex utraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione libravimus, ut nec in totam spes communicationi & pacis lapsis denegaretur, ne plus desperatione descenderent, & eo quod sibi ecclesia clauderetur, secuti sæculum, gentiliter viverent: nec tamen rursus censura evangelica*

1. Gratian. 16. 2. 1. Verus e. Capitular. lib. 1. cap. 61. Ha. d. unum.  
2. Doctissimus Pagi, qui Cornelium sic. in Pontificatum adeptum statuit an. 251. quarto die Junii, hoc primum Carthaginense sub Cypriano Concilium inceptum at. unat. mense Maio ejusdem anni 251. ante Cornelii P. ordinationem, & ad mens. Augustum usque protogatum.

CONCILIIUM ROMANUM I.  
 IN CAUSA LAPSORUM,

Celebratum anno CCLIV. tempore Cornelii Papa.

a. 253. aut  
 initio 254.

Tempus, locus & causa concilii.

Primum decretum concilii.

Decretum concilii.

**A**uctoritate Cornelii pontificis ad petitionem Cypriani Romæ hæc synodus ob eandem lapsorum causam anno 254 celebrata est: in qua decretum Carthaginensis concilii, de quo supra, confirmatum est; nimirum, ut lapsi ad penitentiam quidem admitterentur, sed ad communionem non nisi tempore satisfactionis peracto reciperentur. Hæc omnia ex eadem 52. epistola Cypriani ad Antonianum probantur his verbis: *Ac si minus sufficiens episcoporum numerus in Africa videbatur, etiam Romam super hac re scripsimus ad Cornelium collegam nostrum, qui & ipso cum plurimis coepiscopis habito concilio, in eandem nobiscum sententiam, pari gravitate & salubri moderatione, consensit, &c.*  
 De sacerdotibus lapsis hoc peculiariter decretum, & constitutum est hoc eodem concilio, ut sacerdotes lapsi prævia penitentia & satisfactione ad ecclesiam quidem recipiantur, sed a sacerdotali functione deinceps abstineant, & laica tantum communionem contenti in ecclesia communicent. Hoc decretum per literas Cornelius promulgavit, ut testatur Cyprianus epi-

stola 67. in fine. Vigore hujus decreti Cornelius pontifex, ut constat ex 52. epistola Cypriani, Trophimum quemdam episcopum lapsum ad laicam tantum communionem recepit, eique, quamquam ad ecclesiam admittus esset, episcopali munere interdixit. Eandem constitutionem a Fortunatio episcopo Assuritano lapsi non observatam fuisse, Cyprianus epistola 64. vehementer exclamat. Item epistola 68. de Basilide & Martiale loquens, eo quod lapsi essent, hæc ad Hispanos scribit: *Frustra tales episcopatum sibi usurpare conantur, cum manifestum sit ejusmodi homines nec ecclesia Christi posse præse, nec Deo sacrificia offerre debere: maxime cum jampridem nobiscum & cum omnibus omnino episcopis in toto mundo constitutis, etiam Cornelius collega noster, sacerdos pacificus ac justus, & martyrio quoque dignatione domini honoratus, decreverit, hujusmodi homines ( lapsos nimirum sacerdotes & episcopos ) ad penitentiam quidem agendam posse admitti, ab ordinatione autem cleri atque sacerdotali honore prohiberi.* Baron. anno 254. num. 90. & 91.

Trophimus episcopus lapsus recepitur ad laicam communionem.

CONCILIIUM ROMANUM II.  
 QUO NOVATIANUS CONDEMNATUR,

Anno CCLV. sub Cornelio Papa.

b. 255.

Novatianus excommunicatur.

**A**nno domini 255. Romæ sub Cornelio pontifice habitum est hoc concilium, in quo 60. episcopi congregati, decreverunt; Novatianum ejusque fautores schismaticos, eo quod ab unitate ecclesiæ ipsi se præscidissent, & lapsis penitentiam & reconciliationem denegarent, excommunicandos esse, sicuti etiam de facto excommunicatos denunciarunt: lapsos vero ad reconciliationem & penitentiam admittendos esse decreto suo confirmarunt. Acta hujus concilii, cum subscriptionibus episcoporum, teste Eusebio lib. 6. cap. 35. in extrema parte illius epistolæ, quam Cornelius ad Fabium Antiochenum scripsit, extiterunt, sed magno antiquitatis ecclesiasticæ detrimento exiderunt. De hoc concilio prædicto lib. 6. cap.

35. hæc Eusebius; *Ob quam rem (Novatianum aliosque ejusdem schismatis sectatores) concilium maximum Romæ cogitur, in quo sexaginta episcopi, atque presbyteri totidem atque amplius, una cum diaconis in unum convenimus. A pastoribus etiam, separatim per singulas cujusque regionis provincias, quid ea de re agendum esset, deliberantibus colloquia sunt. A quibus omnibus tandem decernitur; Novatianum ejusque fautores tanta superbia inflatos, & quotquot illius inhumanissima, & a fraterna caritate alienissima opinioni assentirentur, in eorum numero qui erant ab ecclesia exclusi haberi: fratres autem qui casu infelici prolapsi fuissent, penitentia medicamentis curari, & ad sanitatem restitui.* Vide Baron. anno domini 255. num. 2. & 3.

Hic Auctor Baronium secutus in duo fecit unum a Cornelio Pontifice celebratum Romæ concilium, mensis Octobris anni 254. in quo simul & synodi Carthaginensis decreta de Lapsis recipiendo roborata, & Novatianus cum suis anathemate percutus. Nec aliud est Concilium Italianum Hieronymi: cum enim non pauci in Italia Episcopi Romano Concilio minime interfuissent, eorum quoque sententiam Cornelius scorsim postularit, unde idem Concilium Romanum ac Italianum Hieronymum appellavit. Consulto doctissimum Pagium in Critic. Annal. Baron. ad an. 255. num. 25 & 26. Nec plura Cornelii Romani Concilii memorat Auctor Synodici.

## CONCILIUM ITALICUM.

SUB CORNELIO PAPA,

De causa Novatiani,

Celebratum anno domini ° CCLV.

a 355. auo  
cischer.Decretum  
huius concilii

**E**pisopus Italiae ob hanc eandem causam Novatiani circa hæc tempora convenisse, idem quod præcedente Romano concilio secundo constitutum est, confirmasse & decrevisse, testatur Hieron. lib. de scriptor. eccles. in Cornelio, hisce verbis: *Cornelius Romanae urbis episcopus, &c. scripsit epistolam ad Flavianum Antiochena ecclesiae episcopum de synodo Romana,*

*Italica, & Africana.* Eusebius prædicto libro 6. cap. 35, de hoc concilio hæc ait: *Epistola quidem Cornelii episcopi Romani scripta ad Fabium episcopum ecclesiae Antiochena, ad nos pervenerunt, qua tum acta concilii Romae habiti, tum qua ab omnibus in Italia, in Africa, inque aliis locis de eo errore decreta erant, evidenter declarant.* Vide Baronium anno domini 255. num. 2. & 3.

## CONCILIUM CARTHAGINENSE II.

IN CAUSA SCHISMATICORUM

Felicissimi &amp; Novatiani,

Celebratum anno ° CCLV. ° sub Cornelio Papa.

b 355.

Tempus, locus & causa  
habiti concilii.  
c 355.

**H**oc concilium anno domini ° 255. Idibus Maii Carthagine in Africa celebratum est, in causa duorum schismaticorum, Felicissimi nimirum, & Novatiani, quorum ille omnes omnino lapsos absque poenitentia mox suscipi debere pertinaciter defendebat: Novatianus vero in alterum extremum nimis declinans, neminem eorum qui lapsi essent in ecclesiam recipiendum esse non minore pertinacia asserbat. Ad hanc ergo controversiam determinandam, auctoritate Cypriani episcopi, quadraginta duo episcopi Africanæ ecclesiae congregantur, qui media via incedentes, definiverunt lapsis reditum ad ecclesiam postulantibus, pacem & reconciliationem concedendam esse, si impositam sibi poenitentiam adimplevisse: idque ordine observari constituerunt, nisi vel vitæ extremæ periculum imminens, vel instans tyrannorum persecutio (quam futuram esse Spiritus sanctus Cypriano revelaverat) poenitentiarum injunctarum, aut etiam injungendarum, indulgentiam, relaxationem & dispensationem postulare. Privatus veterator hæreticus, ut causam suam ageret, ad hanc synodum ipse cum suis introire tentavit quidem, sed quia antea sæpe damnatus fuisset, repulsus est: qua de causa ille sociis quibusdam collectis, Fortunatum quemdam profugum & absentem, adversus Cyprianum, pseudoepiscopum creat, & postea statim per Felicissimum, & magnam schismaticorum catervam ad Cornelium papam ablegatam, ut schismatis & hæresos suspicionem averterent, apostolicæ sedis communionem sollicitè admodum appetunt. Verum cum Romanam adnavigassent, & a pontifice Cor-

nelio aliquoties audiri & recipi postulasent, eique contra Cyprianum querelas offerre tentassent, ab eodem protinus rejecti sunt: quippe qui per literas a Cypriano scriptas, hos schismatis atque hæresicos auctores & propugnatores, profugos & absentes, jam satis cognovisset. Vide Baronium anno 255. num. 5. sequentibus. Synodica epistola ad Cornelium transmissa extat apud Cyprianum inter suas 54. quam huc transitulimus commode.

¶ Eundem quoque ser. var ordinem in edit. Pamelii & Rigaltii.

## EPISTOLA D. CYPRIANI

ET SYNODI AFRICANÆ

AD CORNELIUM.

De lapsis.

*Cyprianus, Liberalis, Caldonius, Nicomedes, Cæcilius, Junius, Martinus, Felix, Succensus, Faustinus, Fortunatus, Victor, Saturninus, alius Saturninus, Rogatianus, Sattius, Secundinus, alius Saturninus, Eutyches, alius Saturninus, Arrelius, Priscus, Herculanus, Victorius, Quintus, Honoratus, Manthianus, Hortensianus, Gevianus, Jambus, Donatus, Pomponius, Polycarpus, Demetrius, alius Donatus, Privatianus, Fortunatus, Rogatus, Mummillus, Cornelio fratri salutem.*

¶ Mommilus.

**S**tatuimus quidem jampridem, frater carissime, participato invicem nobiscum concilio,

1 Anno potius 255. Idibus Maii juxta exactiorem Pagi Chronologiam, quem consule ad an. 255. n. 8.

2 MS. noster Caldonius, Nicomedes, Cæcilius, Julius, Martinus. Hard. ejus sunt & sequentes nota.

3 MS. noster Rogatianus, Tertullianus, (al. Tertullianus) Lucianus, Eutyches, Amphus, alius Saturninus, Arrelius, Priscus, Herculanus, Victorius, Quintus, Honoratus, Manthianus, Hortensianus, Gevianus, Jambus, Donatus, Pomponius, Polycarpus, Demetrius, alius Donatus, Privatianus, Fortunatus, Rogatus, Mummillus, Cornelio fratri salutem.

4 MS. noster Donatus, Privatianus; omisso interjectis, qui neque in Cod. MS. leguntur. 5 MS. noster Mommilus, al. Mommilus.

ANNO  
CHRISTI  
111. 222

ANNO  
CHRISTI  
111. 222

a. l. promi-  
sionis.  
Mark. 16. 7.  
10.

filio, ut qui in persecutionis infestatione lup-  
plantati ab adversario, vel lapsi fuissent, ac  
sacrificiis se illicitis maculassent, agerent diu  
penitentiam plenam: & si periculum infirmitas  
urget, pacem sub idem mortis acciperent.  
Nec enim fas erat, aut permittebat  
paterna pietas & divina clementia, ecclesiam  
pulsantibus elaud, & dolentibus & deprecantibus  
spei salutis subsidium denegari, ut de  
saeculo recedentes, sine communicatione & pace  
domini dimitterentur; quando permiserit  
ipse, qui legem dedit, ut ligata in terris,  
etiam in caelis ligata essent: solvi autem possent  
illuc, quae hic prius in ecclesia solverentur. Sed  
enim cum videamus diem rursus alterius infestationis  
appropinquare coepisse, & crebris atque  
assiduis ostensionibus admoneamur, ut ad certamen,  
quod nobis hostis indicit, armati & parati  
simus; plebem etiam nobis de divina dignatione  
commisam exhortationibus nostris praeparamus,  
& omnes omnino milites Christi, qui arma desiderant,  
& praedium flagitant, intra castra domini  
colligamus; necessitate cogente censuimus,  
eis qui de ecclesia domini non recesserunt,  
& sed penitentiam agere, & lamentari, ac  
dominum deprecari a primo lapsus sui die  
non desisterunt, pacem dandam esse, & eos  
ad praedium (quod imminet) armari & instrui  
oportere. Obtemperandum est namque ostensionibus  
atque admonitionibus justis, ut a pastoribus  
oves in periculo non deserantur, sed grex  
omnis in unum congregetur, & exercitus  
domini ad certamen militiae caelestis armetur.  
Merito enim trahebatur dolentium penitentia  
tempore longiore, ut infirmis in exitu subveniretur,  
quamdiu quies & tranquillitas aderat, quae  
disserre diu plangentium lacrymas, & subvenire  
fero morientibus in infirmitate patere-  
tur. At vero nunc non infirmis, sed fortibus  
pacem necessaria est: nec morientibus sed  
viventibus communicatio a nobis danda est,  
ut quos excitamus & exhortamur ad praedium,  
& nudos relinquamus, sed protectione sanguinis  
& corporis Christi muniamus: & cum ad  
hoc fiat eucharistia, ut possit accipientibus  
esse tutela; quos tutos esse contra adversarium  
volimus, munimento dominicae saturitatis  
armemus. Nam quomodo docemus aut provocamus  
eos in confessione nominis sanguinem denegamus,  
si eis militaturis Christi sanguinem denegamus?  
Aut quomodo ad martyrii poculum idoneos  
facimus, si non eos prius ad bibendum in  
ecclesia poculum domini iure communicationis  
admittimus? Interesse debet, frater carissime,  
inter eos, qui vel apostataverunt, & ad saeculum,  
cui renuntiaverant, reversi gentiliter vivunt,  
vel ad haereticos transfuga facti, contra ecclesiam  
parricidia quotidie arma suscipiunt: & inter  
eos qui ab ecclesiae limine non recedentes,  
& implorantes jugiter ac dolenter divina &  
paterna solatia, nunc se ad pugnam paratos  
esse, & pro domini sui nomine, ac pro sua  
salute stare fortiter & pugnare profitentur.  
Hoc in tempore pacem nos non dormientibus,  
sed vigilantibus damus: pacem non deliciis,  
sed armis damus: pacem non ad quietem,  
sed ad aciem damus. Si secundum quod  
eos audimus, & optamus, & credimus,  
fortiter steterint, &

A adversarium nobiscum in congressione prostraverint,  
non penitet pacem concessisse tam fortibus:  
imo episcopatus nostri honor grandis &  
gloria est, pacem dedisse martyribus, ut sacerdotes,  
qui sacrificia Dei quotidie celebramus,  
hostias Deo & victimas praeparamus. Si  
autem (quod dominus avertat a fratribus nostris)  
aliquis lapsorum secesserit, ut pacem subdole  
petat, & impendentis praemii tempore  
communicationem non praeriaturus accipiat;  
seipsum fallit, & decipit, qui aliud corde  
occultat, & aliud voce pronunciat. Nos,  
in quantum nobis & videre & judicare conceditur,  
faciem singulorum videmus, eos scrutari &  
mentem perspicere non possumus. De his  
judicat occultorum scrutator & cognator  
cito venturus, & de arcibus cordis  
atque abditis iudicaturus. Obesse autem  
mali bonis non debent, sed magis mali  
a bonis adjuvari. Nec ideo martyrium  
facturus pax neganda est, quia sunt  
quidam negaturi; cum propter hoc  
pax danda sit omnibus militaturis,  
ne per ignorantiam nostram ille  
incipiat praerteri, qui habet in  
praedio coronari. Ne quisquam  
dicat: Qui martyrium tollit,  
sanguine suo baptizatur: nec pax  
illi ab episcopo necessaria est,  
habitu gloriae suae pacem, &  
accepturo majorem de domini  
dignatione mercedem. Primo  
idoneus esse non potest ad  
martyrium, qui ab ecclesia non  
armatus ad praedium: & mens  
deficit, quam non recepta  
eucharistia erigit & accendit.  
Dominus enim in evangelio suo  
ait: Cum autem vos tradiderint,  
nolite cogitare quid loquamini:  
dabitur enim vobis in illa hora,  
quid loquamini. Non enim vos  
estis qui loquamini, sed Spiritus  
Patris vestri, qui loquitur in  
vobis. Quando autem dicat:  
in traditis atque in confessione  
nominis constitutis, loqui  
Spiritum Patris, quomodo  
potest ad confessionem paratus  
aut idoneus inveniri, qui non  
prius, pace accepta, receperit  
Spiritum Patris, qui corrobora-  
ns servos suos, ipse loquitur &  
confitetur in nobis? Tunc  
deinde si relictis omnibus rebus  
suis fugerit, & in latebris atque  
in solitudine constitutus in  
latrones forte incurrit, aut in  
febris & languore decesserit;  
nonne nobis imputabitur, quod  
tam bonus miles, qui omnia sua  
dereliquit, & contempta domo &  
parentibus ac liberis, sequi  
dominum suum maluit, sine pace  
& sine communicatione decessit?  
Nonne nobis vel negligentia  
segnis, vel duritia crudelis  
adscribetur in die iudicii, quod  
pastores, creditas & commissas  
nobis oves nec curare in pace,  
nec in acie voluerimus armare?  
Nonne nobis ingeretur a domino,  
quod per prophetam suum  
clamat, & dicit: Ecce iac consumptis,  
& lanis vos tegitis: & quod  
crassum est, interfecistis, &  
oves meas non pascitis: quod  
infirmatum est, non confirmastis,  
& quod male habuit, non corrobora-  
stis, & quod contribulatum est,  
non solati estis, & quod errabat,  
non revocastis, & quod perierat,  
non inquisistis, & quod forte  
fuit, consecistis labore: &  
dispersa sunt oves meae, eo  
quod non sunt pastores, &  
facta sunt in comesturam  
omnibus bestiis agri: & non  
fuit qui inquireret, neque qui  
revocaret. Propterea haec  
dicit dominus: Ecce ego super  
pastores, & inquam oves  
meas de manibus eorum, &  
avertam eos,

Regum 16.

Mark. 16.  
Ex hoc lo-  
co & similibus  
confirmamus  
necessitatem  
confessionis.

Exib. 11

1 Corib. sub illam. 2 Corib. veritas. 3 MS. novem promiserit, in nostro, & Corib. permiserit. 4 In Colbert MS & penitentiam. 5 MS. nosse sacrificium Dei. 6 In istum MS. nosse: alias non consolidatis.

cas, ut non pascant oves meas, & jam non pascat eas, & extraham oves meas de ore eorum, & pascam eas cum iudicio. Ne igitur ore nostro quo pacem negamus, quod duritiam magis humanæ crudelitatis, quam divinæ & paternæ pietatis dulcedinem opponimus, oves nobis commissæ a domino reposcantur; placuit nobis, sancto Spiritu suggerente, & domino per visiones multas & manifestas admonente, quia hostis nobis imminere prænu-  
 tur, & ostenditur colligere intra castra milites Christi, & examinatis singulorum causis, pacem lapsis dare, imo pugnaturis arma suggere: quod credimus vobis quoque, paternæ misericordiæ contemplatione, placitum. Quod si de collegis aliquis extiterit, qui urgente certamine pacem fratribus & fororibus non putat

Vides quomodo confirmari petant quodammodo iuram a Cornelio ut tum- me pontifice, sententiam.

dandam, reddet ille rationem in die iudicii domino, vel importuna censura, vel inhumana duritiæ suæ. Nos, quod fidei & caritati & sollicitudini congruebat, quæ erant in conscientia nostra, protulimus: diem certaminis appropinquasse, hostem violentum cito contra nos exurgere, pugnam non talem qualis fuit, sed graviolem multo & acriorem multo venire: hoc nobis divinitus frequenter ostenditur; de hoc nos providentia & misericordia domini sæpius admonere dignatur; de cuius ope & pietate, qui in eum confidimus, possumus esse securi: quia qui in pace militibus suis futuram prænu-  
 nciat pugnam, dabit militantibus in congressione victoriam. Opramus te, frater carissime, semper bene valere.

SYNODI TRES EX LIBELLO SYNODICO.

ROMANA, CORNELII.

ΣΥΝΟΔΟΣ Θεία καὶ ἱερά τοπική, πατρῶν μακαρίων, ἐν Ρώμῃ συναθροισθεῖσα, ἐπὶ Καρηνλίῳ τῷ μακαριωτάτῳ παπᾷ, καὶ ἑπτῶν δεκά καὶ ὀκτῶ ἐπισκόπων, ἀποκηρύξασα Ναιάτων, παγίδα τῶν μετανοεῖν βουλομένων.

Synodus divina & sacra provincialis patrum beatorum Romæ congregata a Cornelio beatissimo papa, aliisque octodecim episcopis: quæ Novatum, laqueum illum penitentiam agere volentium, abdicavit.

CARTHAGINENSIS, CYPRIANI.

ΣΥΝΟΔΟΣ Θεία καὶ ἱερά τοπική, ἐν Καρθαγίνῃ τῇ Νεαπόλει τῆς Ἀφρικῆς καθλιθεῖσα, συναθροισθεῖσα ἐπὶ τῷ ἱερομάρτυρος Κυπριανῷ, ἡγουμένῳ αὐτῆς ἐπισκόπῳ, καὶ ἑπτῶν ὀγδοήκοντι τεσσάρων ἐπισκόπων, ἀποκηρύξασα Ναιάτων, ὡς πλεὺς μετάνοιαν τοῖς ἁπτιοῦσι κλείοντα.

Synodus divina & sacra provincialis, Carthagine, nova Africæ civitate dicta, collecta a sacro martyre Cypriano, qui ejus erat episcopus, aliisque octoginta quatuor episcopis: quæ Novatum, utpote penitentiam lapsis negantem, abdicavit.

ANTIOCHENA, DEMETRII.

ΣΥΝΟΔΟΣ Θεία καὶ ἱερά τοπική, ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθεῖσα, ἐπὶ Δημητρίου τοῦ πρώτου ἁγιωτάτου ἐπισκόπου, καθελεῖσα Ναιάτων, ὡς ὄντι φιλαμαρτήμονα.

Synodus divina & sacra provincialis Antiochiæ collecta a Demetrio, ejusdem sanctissimo episcopo: quæ Novatum deposuit, tanquam qui peccatoribus patrocinaretur.

ANNO CHRISTI

Ex nova Col. lect. one Bar. 1. 77.

Primum hujus synodi notitiam debemus Dionysio Episcopo Alexandrino: qui ad Cornelium Papam scribens, cuius literas adversus Novatum scriptas acceperat, ei significavit se ab Heleno Tarsh Cilicia Episcopo & a ceteris qui cum illo convenerant, Firmiliano scilicet Casarea Cappadocia & Theodisio Casarea Palestina provincia Episcopis, invitatum fuisse ut ad synodum Antiochenam occurreret, in qua quidam Novati sebis-  
 ma confirmare tentabant. Scribebat etiam sibi nunciatum esse quod Fabianus quidem Episcopus

ANNO CHRISTI 311.

Antiochenus diem extremum obiisset, Demetrianus vero in ejus locum esset constitutus. Hac tantum Dionysius, ut refert Eusebius lib. vi. cap. XLVI. historia ecclesiastica. Auctor vero synodici addit Novatum in ea synodo depositum fuisse, tanquam qui peccatoribus patrocinaretur. Quod fortassis accepit auctor ille ex epistola ejusdem Dionysii scripta ad Dionysium tunc quidem Romana urbis Presbyterum, sed qui aliquanto post tempore ejusdem urbis Episcopus est constitutus. Fragmentum ex ea epistola refert idem Eusebius l. vii. cap. VIII. his verbis.

Nov-

Νοματιανὸς μὲν γὰρ λόγος ἀπὸ Θεομένου, ἅ  
 δὲ ἀκούσασσι τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τινὰς τῶν ἀδελφῶν  
 εἰς ἀσθεῖας καὶ βλασφημίας ἐκώσταντι. Ἐπει  
 τὸ θεὸν διδάσκαλον ἀνοσιωπῶν ἐπισκυλλήσαν-  
 τι. Ἐπὶ τῶν χριστιανῶν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν ὡς  
 ἀνὴρ ἐπισημασθέντι. ἐπὶ πάνσι δὲ τότεως τὸ λυξὸν  
 ἀφαιρῶντι τὸ ἅγιον. καὶ τὴν τε ἀπὸ αὐτοῦ πίστιν καὶ  
 ὁμολογίαν ἀναξίαντι. τότε πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ  
 αὐτῶν, εἰ καὶ τίς αὐτῶν ἐλπὶς τῶν παραμένειν ἢ ἐπα-  
 νελεῖν ἀπὸ αὐτῶν, παντελῶς οὐραδόσιντι.

Nam Novatianum merito averſamur, quip-  
 pe qui Ecclesiam diſcidit, & quosdam ex fratri-  
 bus ad impietatem blasphemiamque pettraxit,  
 qui nefariam de Deo doctrinam invenit, &  
 clementissimum Dominum nostrum. Jesum  
 Christum quasi implacibilem calumniatur, qui  
 præterea sacrum lavacrum obliterat, fidemque  
 & confessionem quæ baptismum præcedunt  
 evertit, & spiritum sanctum penitus ab illis  
 fugat, tamen aliqua spes subſit vel quod  
 in illis adhuc maneat vel quod ad eos rever-  
 surus sit.

ANNO CHRISTI 313

ANNO CHRISTI 313

V I T A  
 EPISTOLÆ ET DECRETA  
 LUCII PAPÆ I.

Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

**L**ucii natione Romanus, ex patre <sup>a</sup> Por-  
 phyrus, <sup>b</sup> sedit annos tres, menses  
 tres, dies tres. Martyrio coronatur. <sup>c</sup> Fuit  
 autem temporibus Galli & Volusiani, usque  
 ad Valerianum <sup>b</sup> secundo & (<sup>a</sup>) Gallienum  
 coſſ. <sup>d</sup> Hic in exilio fuit relegatus, postea nu-  
 tu Dei, incolumis ad ecclesiam reversus est.  
 Hic præcepit, ut duo presbyteri & tres diaco-  
 nes in omni loco episcopum non deserent.  
 propter testimonium ecclesiasticum, <sup>e</sup> Qui et-  
 iam a Valeriano capite truncatus est, (<sup>b</sup>) quar-  
 to nonas Martii. Hic omnem potestatem eccle-  
 siæ dedit (<sup>c</sup>) archidiacono suo Stephano,  
 dum ad passionem pergeret. Hic fecit ordina-  
 tiones <sup>d</sup> duas per mensem Decembrem, presby-  
 teros quatuor, diaconos quatuor, <sup>f</sup> episcopos  
 per diversa loca (<sup>d</sup>) septem. Qui etiam sepul-  
 tus est in cœmeterio Calisti via Appia (<sup>e</sup>),  
 & cessavit episcopatus dies 35.

Lucii ad Cyprianum, non est pontificis Romani, sed  
 alterius cujusdam cognomini episcopi Baron. anno 257.  
 num. 4. Hujus pontificatus pestis ingens & immanis omnes  
 totius orbis provincias depopulata est. Eutrop. in Gallo  
 &c. Euseb. in chron. Hanc pestem dira sanies & atrocia  
 bella comitabantur: qua cum impius Demetrianus Africa  
 proconsul in invidiam Christianorum refunderet, & eor-  
 um impietate omnia mala hæc mortalibus contingere  
 affirmaret Cyprianus pulchra & acri apologia sceleris  
 præsidia audaciam retundit, & plane compeſcit. Clari-  
 fimum de Lucio & Cornelio S. Cypriani elogium ex-  
 rat ejus epist. 67. his verbis: *Servandus est antecessorum  
 nostrorum, beatorum martyrum Cornelii & Lucii ho-  
 nor gloriosus: quorum memoriam cum nos honoramus,  
 multo magis tu, frater carissime, honorificare & ser-  
 vare gravitate & auctoritate tua debes, qui vicarius &  
 successor eorum factus es. Illi enim pleni Spiritu Dei,  
 & in glorioso martyrio constituti, dandam esse lapsi-  
 pacem consueverunt, & punitionis alia fructum communi-  
 cationis, & pacis negandum non esse hinc sui signa-  
 verunt: quam rem omnes omnino usque consueverunt  
 nosque enim poterat apud nos esse census diversus, in  
 quibus unus esset Spiritus. Hæc Cyprianus prædicto  
 loco. Baron. anno 255. num. 64. item 256. num. 2.  
 & seqq.*  
<sup>b</sup> Sedit annos tres, &c. Si, quod infraſcribit au-  
 stor libri pontificalis, per mensem Decembrem duas or-  
 dinationes fecerit, & 4. Nonas Martii sub consulatu  
 Valeriani & Gallieni capite truncatus sit, non 8. dum-  
 taxat mensibus ut scribit Euseb. sed uno anno, qua-  
 tuor mensibus & 12. diebus sedisse oportuit. Baronius  
 anno 257.  
<sup>c</sup> Fuit temporibus Galli. Anno secundo Galli &  
 Volusiani pontifex creatus, quarto eorumdem impera-  
 torum anno inchoato, capite truncatus martyrium con-  
 summat. Euseb. in chron. & in hist. libro 7. cap. 2.  
 Vide que infra dicemus verbis: *Qui etiam a Valer-  
 iano, &c.*  
<sup>d</sup> Hic in exilio suis relegatus. Bis ob confessionem  
 fidei exulavit, semel cum Cornelio, de quo exilio su-  
 pra egimus, & semel jam pontificatum adeptus, ut  
 constat ex epist. Cypriani 58. ad eundem scripta.  
<sup>e</sup> Qui etiam a Valeriano capite truncatus est. Diony-  
 sius Alexandrinus, qui his temporibus vixit, ideo-  
 que ad rerum gestarum veritatem probandum infra-  
 omnium esse potest ac debet, apud Euseb. lib. 7. cap.  
 9. abique ulla ambiguitate testatur, Valerianum per  
 multos ab exordio imperii sui annis, optime meritum, in  
 nihil illis negotiis accessisse. martyrium igitur Lucii  
 pontificis, quod teste Cypr. epist. 58. *Lavione* perſe-  
 cutione

NOTE SEVERINI BINII.

Lucius pontifex quando? <sup>a</sup> Lucius. ) Post interregnum 35. dierum, anno  
 Christi 255. 20. Octobris, qui est secundus Galli &  
 Volusiani, Lucius pontifex, qui Cornelium ad Cen-  
 tumcellas in exilium secutus fuerat, ad urbem cum  
 collega reversus, unanimi omnium consensu eidem Cor-  
 nelio succedit. Postquam vero ad apostolicæ cathedræ  
 culmen assumptus esset, B. Cyprianus literis ad eum  
 scriptis plurimum illi gratulatus est. Durante adhuc  
 persecutione, que a Decio cepta, a Gallo & Volu-  
 siano continuata est, iussu imperatoris in ipso pontifi-  
 catus sui ingressu relegatur, verum monitu Spiritu ſan-  
 cti anno Christi 256. Romam ab exilio revertitur,  
 ob quam rem illi feliciter restituto, post partam con-  
 fessionis gloriam, Cyprianus secunda epistola ad eum  
 scripta gratulatur. Quam epistolam unicam apud Cy-  
 prianum extantem, quod ad historiam hanc ecclesiasti-  
 cam recte intelligendam multum conferat, huc transferri  
 Epistola Cy- & epistola Lucii subungi procuravi. Quæ vero ad Lu-  
 cium papam perperam intercepta est 77. Cypriani epistola,  
 cum que & non ad Lucium Romanum pontificem, sed ad alium  
 episcopum eiusdem nominis scripta est. Sicut illa 79.

Tempus? <sup>a</sup> Fuit temporibus Galli. ) Anno secundo Galli &  
 Volusiani pontifex creatus, quarto eorumdem impera-  
 torum anno inchoato, capite truncatus martyrium con-  
 summat. Euseb. in chron. & in hist. libro 7. cap. 2.  
 Vide que infra dicemus verbis: *Qui etiam a Valer-  
 iano, &c.*  
<sup>b</sup> Hic in exilio suis relegatus. ) Bis ob confessionem  
 fidei exulavit, semel cum Cornelio, de quo exilio su-  
 pra egimus, & semel jam pontificatum adeptus, ut  
 constat ex epist. Cypriani 58. ad eundem scripta.  
<sup>c</sup> Qui etiam a Valeriano capite truncatus est. ) Diony-  
 sius Alexandrinus, qui his temporibus vixit, ideo-  
 que ad rerum gestarum veritatem probandum infra-  
 omnium esse potest ac debet, apud Euseb. lib. 7. cap.  
 9. abique ulla ambiguitate testatur, Valerianum per  
 multos ab exordio imperii sui annis, optime meritum, in  
 nihil illis negotiis accessisse. martyrium igitur Lucii  
 pontificis, quod teste Cypr. epist. 58. *Lavione* perſe-  
 cutione

(a) Luc. Gallicanum (b) Luc. tertio. (c) Luc. inferi omnis. (d) Luc. XVII (e) Luc. inferi VIII. Kal. Septemb.



lusu Galli si-  
meryr.

An & quando  
sub Valeria-  
no passus sit?

Deciana per-  
secutio cur  
Valerianus ap-  
pellatur.

Valerianus  
quando im-  
petator fa-  
ctus sit.

curione factus est, non Valeriani, sed Galli potius. Volusiani iussu contigisse necessario affirmari debet: quamquam quod hic dicitur a Valeriano capite truncatus esse, dupli- catione hac optime & verissime exponi possit: primo, ut per nomen Valeriani hac potius intelligatur Valeriani persecutio; ita tabula ecclesiastica habent: sub qua persecutione Lucium mar- tyrio adfectum esse verissimum est. Quae enim persecutio Decio auctore cepta est, & Valeriani censura approbata fuit (nam illo tempore Valerianus censorem aerebat, cuius hoc officium erat, ut latis legibus facinorosi quique punirentur) ea horum auctoritate, semel promulgata, sic semper in posterum perseveravit, ut omnis illa reliquorum temporum persecutio, etiam si aliquo temporis interstitio pax fuerit in ecclesia, Decii & Valeriani appellaretur. Unde etiam iussu Valeriani, juxta Dionysii Alexandrini testimonium, Lucium occisum esse factum sit; atramen verum est, eundem sub Valeriani persecutione, quae censura ipsius, Decio adhuc vivente approbata, & ad decennium continuata fuit, martyrium subisse. Secundo, sic exponi potest, ut quod iussu Galli & Volusiani, anno imperii eorum quarto accidit, id sub Valeriani imperio factum esse vere scribatur, propterea quod Valerianus in fine anni 256, a militibus Alpini imperator acclamatus, cum Gallo & Volusiano adhuc viventibus biennio imperium obtinuerit, adeoque verum sit, sive sub Gallo, sive sub Valeriano Lucius occisus esse scribatur. Baron. anno 257, num. 2, & 3.

(Ensepe.) Ex his fuit unus Melanlus episc. Rothomagensis sanctitate celebris, de quo vide Baron. in not. ad mart. Rem. die 28. Octobris.

non rectam fidem tenentibus, sed erroribus impunctis, quam & ab aliis eos imitantibus, persequi & infamari, atque vestras ecclesias suis votibus & fidelium oblationibus spoliari, vestroque ministros nimis vexari: & ideo multos a vobis & a recta fide discedere, quoniam eis non potestis defensionem impendere, nec ea quae necessaria sunt ministrare. Nolite mirari, fratres, si vos malevoli & impii persequuntur; cum ipsum Christum caput nostrum sint persecuti. Unde & consolatricem ipsam habetis veritatem, quae ait: Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis (a) domesticos eius? Ipsa iterum consolans nos loquitur dicens. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, dirigeret: sed quia non estis de mundo, sed ego elapsi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

I.

Propter tales, fratres, hortamur vos, sicut & in hac sancta ecclesia constitutum habemus, ut semper testes vobiscum sacerdotes & diaconos habeatis. Et licet conscientia sufficere possit propria, tamen propter malevolos, juxta apostolum, etiam testimonium vos oportet habere bonum ab his quibus foris sunt. Quoniam & in hac sancta sede constitutum habemus, ut b duo presbyteri, vel tres diaconi in omni loco episcopum non deserant, propter testimonium ecclesiasticum.

De consec. dist. 1. habemus apostolica auctoritate

1. Tim. 3.

EPISTOLA

si Suspecta eodem jure cum aliis libroribus.

LUCII PAPAE I.

AD GALLIAE ATQUE HISPANIAE

Episcopos.

Ut duo presbyteri & tres diaconi in omni loco episcopo adhaereant propter testimonium ecclesiasticum: & de accusatione episcoporum: & de unanimi concordia inter metropolitanum ceterosque episcopos, & ut raptos atque ecclesiasticarum rerum ablatores, invasores, alienatores, ut fures & sacrilegi anathematizentur.

- i. Ut episcopus semper testes secum presbyteros ac diaconos habeat.
- ii. De criminationibus episcoporum, sive majorum natu, & ut audientia ad majores personas appellantis non negetur.
- iii. Ut metropolitanus sine consilio episcoporum nihil agat, nec ipsi sine illius, nisi quod ad proprias ecclesias pertinet.
- iv. Ut metropolitanus sine episcopis causam eorum non audiat.
- v. Ne posteriores episcopi prioribus se praesentent, nec eis inconsultis aliquid agant.
- vi. De his qui res ecclesiae, vel oblationes fidelium auferunt, & qui eis consentiunt.

Dilectissimis fratribus omnibus in partibus occidentalibus, tam in Gallis quam in Hispaniis consistentibus, Lucius episcopus in domino salutem.

Iteras dilectionis vestrae, quas ad beati Petri apostoli sedem pro vestra causa negotii misistis, libenter suscepimus: sed de vestris afflictionibus non modice contristati sumus. Significastis enim, vos tam a quibusdam,

a. S. Leo ep.

II.

Episcopi ergo non sunt leviter accusandi vel detrahendi, quia injuria eorum ad Christum pertinet, cuius vice & legatione funguntur in ecclesia. Unde nobis & omnibus, qui nobiscum sunt in nostro solatio, sicut & olim factum invenimus, constitui placuit, ut criminationes majorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis docuerint publicis, omni se carere suspensione atque inimicitia, & irreprehensibilem fidem ac conversationem ducere. Unde placuit, ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis, ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est major auctoritas, si fuerit provocatum, audientia non negetur.

a Greg. ep. 11. lib. XII.

2. q. 7. Criminationes majorum.

b Anianus cap. 27. tit. 2. lib. IX. Cod. Theod.

c Conc. Arelat. c. 17. d. Hadr. col. c. 9.

e Concil. Carthag. III. c. 10. j. q. 3. Nullus autem primas, sub nomine Callisti ponitur ibi.

III.

Item constituimus, sicut & a sanctis apostolis eorumque successoribus decretum reperimus, si quis metropolitanus episcopus, nisi quod solimmodo ad propriam pertinet parochiam, sine consilio & voluntate omnium comprovincialium episcoporum, extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subiacet: & quod egerit, irritum, habeatur & vacuum. Sed quicquid de comprovincialium coepiscoporum causis, eorumque ecclesiarum & clericorum atque saecularium necessitatibus, aut de quibuscumque communibus causis agere, aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur pontificum, non alicuius dominationis fastu, sed concordia & humillima administratione, sicut dominus ait: Non veni ministrari, sed ministrare. Et alibi: Qui major est vestrum, erit minister vester, & reliqua. Simili-

f Hadr. coll. c. 46.

Math. 20. Marc. 10. Math. 23.

(a) Luc. domesticos fidei.

multiter ipsi comprovinciales episcopi, cuncta cum ejus consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, juxta sanctorum constituta patrum, ut uno animo, uno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in secula.

IV.

Similiter, auctoritate fulti apostolica, precipimus, ut nullus metropolitanus episcopus, absque ceterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia, aliquorum audiatur causas eorum: quia irrita erunt, & ipse causam pro factio dabit.

V.

Episcopi vero per singulas provincias observent, ne posteriores se prioribus suis presentant: nec eis inconsultis, nisi quantum ad propriam pertinet parochiam, aliquid agant: sed omnes de communibus eorum causis consonam sententiam proferant & determinent, quoniam aliter acta nullas vires habebunt, nec ecclesiastica reputabuntur. Bonum esset, fratres, & valde Deum timentibus & pie vivere volentibus necessarium, si infra catholicam ecclesiam nullius mali, aut infestationis alicujus, erga domini sacerdotibus, aut juste & pie volentes vivere, germen exurgeret. Sed quia prevalente invidia, quod deterius est surgit & crescit, atque nimis se in omnes partes extendit, ideo necesse est, illud ecclesiastico & apostolico abscondi mucrone, ne Dei ac domini sacerdotibus valeat nocere, aut perdere. Exhonoravit enim dominus, ut in ecclesiastico legitur libro, conventus malorum, & destruxit Deus eos usque in finem. Sedes ducum superbiorum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantavit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentium evertit dominus, & perdidit eas usque ad fundamentum. Arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum de terra. Perdidit Deus memoriam superbiorum, & reliquit memoriam humilium sensu. Non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum: semen autem hoc exhonorabitur hominum, quod preterit mandata domini. In medio fratrum, rector illorum in honore: & qui timent dominum, erunt in oculis illius. Gloria divitum, honoratorum, & pauperum, timor Dei est. Noli despiciere hominem justum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem divitem. Magnus, & iudex, & potens est in honore: & non est major illo, qui timet Deum. Servo sensato liberi servient, & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus, & infamis non honorabitur. Noli te extollere in faciendo opera tua, & noli cunctari in tempore angustia. Melior est qui operatur & abundat omnibus, quam qui gloriatur, & eget pane. Fili, in mansuetudine serva animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum. Peccantem in animam suam quis justificabit? Et quis honorificabit exhonorantem animam suam? Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum: & est homo, qui honorificatur propter substantiam suam. Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis

in substantia. Et qui gloriatur in substantia, paupertatem veretur. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum consideret illum facies. Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo. Brevis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius. In vestitu ne glories unquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & invisa opera illius. Multi tyranni sederunt in throno, & insuspiciabilis portavit diadema. Multi potentes oppressi sunt valde, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Priusquam interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaveris, corripe iuste. Priusquam audias, nec respondeas verbum, & in medio seniorum ne adjicias loqui. De ea re, qua te non molestat, ne ceteris, & in iudicio peccantium ne consistas. Fili mi, ne in multis sis actus tui, & si dives fueris, non eris immunis a delicto. Si enim secutus fueris, non apprehendes: & non effugies, si praecurreris. Est homo laborans, & festinans, & dolens impius: & tanto magis non abundabit. Est homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate: & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltabit caput ejus, & mirati sunt in illo multi, & honoraverunt Deum. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas a Deo sunt. Datio Dei permanet iustitiam: & profectus illius, successus habebit in aeternum. Est qui locupletatur parce agendo, & hac pars mercedis illius in eo quod dicit. Inveni requiem mihi, & non manducabo de bonis meis solus: & nescit, quod tempus praterita illum, & relinquet omnia a suis, & morietur. Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opera mandatorum tuorum veterasce. Ne manseris in operibus peccatorum. Confide autem in Deo, & mane in loco tuo. Facile est enim in oculis Dei subito honestari pauperem. Benedictio Dei in mercedem iusti festinat, & in honore veloci processu illius justificat. Ne dicas, quid est mihi opus? & qua erunt mihi ex hoc bona? Nec dicas, iustitiam mihi sum, & quid ex hoc pessimabor? In die bonorum, ne immemor sis malorum: & in die malorum, ne dimmemor sis bonorum: quoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas. Malitia bona oblivionem facit luxuria magna: & in fine hominis denudatio operum illius. Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir. Non omnem hominem inducas in domum tuam: multa enim infidia sunt dolosi. Sicut enim eructant praecordia ferentium, & sicut perdix inducitur in caveam, & ut caprea in laqueum: sic & cor superbiorum, & sicut perspector videns casum proximi sui. Bona in malum convertit insidiator, & in electis ponet maculam. A scintilla una augetur ignis, & ab uno doloso augetur sanguis. Homo vero peccator sanguini insidiatur. Attende tibi a pestifero: fabricat enim mala, ne forte inducat super te subannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam, & subvertes in turbine, & abalienabit te a tuis propriis. Tales, carissimi, valde sunt cavendi: usque dum aut convertantur, aut abiciantur verbo divino. Beatus autem est ille, qui non est lapsus in verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. Felix qui non habet animi sui tristitiam, & non abscedit a spe sua. Scriptum est enim:

a Hadr. col. c. 14.

b Concil. Mil. l. c. 12. Codex Afr. c. 16.

c Hadr. col. c. 1.

\* servos. \* sacerdotes Euseb. 10

\* opere tuo, vel opus tuum

\* opus

\* honestate

\* fructus

\* ferentium

\* mala nocentia fidatam

\* tuis

\* tuis

\* tuis

a MS. Collegi Pauli. Sac. Iesu teste Hadriano, Bona enim in malum.

Eccl. 16.  
6. q. 1. Sa-  
piens non est  
Et supra in  
Decret. Cor-  
nelli 6.  
a Sixti feat.  
190.

enim: *Melior est unus timens Deum, quam mil-  
le impii. Sapiens vero non est omnis qui  
nocet.*

VI.

Res quoque ecclesiarum vestrarum, & obla-  
tionem fidelium, quas significastis a quibusdam  
irruentibus vexari, vobisque & ecclesiis vestris  
auferri, indubitanter maximum est peccatum; <sup>b</sup> testante ipsa scriptura quæ ait: *qui abstulerit  
aliquid patri vel matri, & dicit hoc non esse pec-  
catum, homicida participes est.* Pater ergo noster  
sine dubio Deus est, qui nos creavit: & ma-  
ter nostra ecclesia, quæ nos in baptismo spiri-  
tualiter generavit: Et ideo qui Christi pecu-  
nias & ecclesiæ auferit, fraudat & rapit, homi-  
cida in conspectu <sup>c</sup> justi iudicis esse deputabitur.  
Unde scriptum est: *Qui rapit pecuniam proximi  
sui, iniquitatem facit: qui autem pecunias vel  
res ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit.* Unde &  
Judas qui pecuniam fraudavit, quæ usibus eccle-  
siæ debet, distribuebatur iussu Salvatoris (cujus  
vicem episcopi tenent) non solum fur, sed fur  
& <sup>d</sup> sacrilegus factus est. De talibus enim, id  
est, qui facultates ecclesiæ rapiunt, fraudant,  
vel auferunt, dominus comminans omnibus,  
per prophetam loquitur, dicens: *Deus, ne ta-  
ceas tibi, ne sileas, & non quiescas, Deus. Quia  
ecce inimici tui tumultuati sunt, & qui oderunt  
te, levaverunt caput. Contra populum tuum ne-  
quiter tractaverunt, & inierunt consilium adver-  
sum arcam tuam. Dixerunt: Venite, & con-  
teramus eos de gente, & non sit memoria nomi-  
nis Israel ultra. Quoniam tacerunt corde, pari-  
ter contra te sedus pepigerunt tabernacula Idu-  
mæ & Ismaelitarum, Moab & Agareni, Gebal  
& Ammon & Amalec, Palaestina cum habitato-  
ribus Tyri. Sed & Assur junxit se cum eis, fa-  
cti sunt brachium filiorum Lot. Fac illis sicut  
Madian, sicut Sijara, sicut Jabin in torrente Ci-  
son. Contriti sunt in Endor, fuerunt quasi ster-  
quilinum terræ. Pone duces eorum sicut Oreb &  
Zeb, sicut Zabeeb & Salmana. Omnes principes  
eorum, qui dixerunt: Possideamus nobis pulchri-  
tudinem Dei: Deus meus pone illos ut rotam,  
quasi stipulam ante faciem venti. Quomodo ignis  
comburit siveam, & sicut flamma devorat montes,  
sic persequeris eos in tempestate tua, & in tuo tur-  
bine turbabis eos. Imple facies eorum ignominia,  
& quærent nomen tuum domine. Confundantur &  
conturbentur usque in æternum, & erubescant, &  
pereant: Et sciant, quia nomen tuum dominus:  
solus tu excelsus super omnem terram. Hæc fie-  
ri prophætæ, hæc apostoli, hæc successores eor-  
um, & omnium catholicorum patrum vetant  
decreta: & tales præsumptiones, sacrilegium  
esse dijudicant. Quorum nos sequentes exem-  
pla, omnes tales præsumptores, & ecclesiæ rap-  
tores, atque suarum facultatum alienatores,  
una vobiscum a liminibus sanctæ matris eccle-  
siæ anathematizatos, apostolica auctoritate pel-  
limus, & damnamus, atque sacrilegos esse ju-  
dicamus. Et non solum eos, sed omnes con-  
sentientes eis: *quia non solum qui faciunt, rei  
judicantur, sed etiam qui consentiunt facientibus.*  
Par enim pœna & agentes & consentientes com-  
prehendit. Vos ergo, fratres, *vigilate & orate.**

b S. Bonif.  
ep. 19.  
7. q. 2. Qui  
abstulerit.

c 1. q. 4. Qui  
rapit.

e S. Greg. ep.  
10. lib. II.  
Joan. 12.  
S. Hier. ep. 1.

d S. August.  
tract. 10. in  
Joannem.  
Ysaïa 64.  
et interpre. S.  
Hieronymi  
divina vul-  
gata.

e Cifon.

e Sacrologia  
judicant.  
1. q. 4.  
Omnes ra-  
ptores.  
1. Hinc ep. 8.  
edit. Mog.  
Concil. C.  
facente in  
ep. ad episc.  
pos. Gallia.  
Rom. 1.

f. Cor. 16.

*Viriliter agite, & confortamini in domino, & om-  
nia vestra, juxta apostolum, in caritate fiant.*  
A recta ergo fide & apostolico tramite propter  
ullam <sup>a</sup> persecutionem nolite recedere, scientes,  
quia (juxta salvatoris sententiam) *beati  
sunt qui persecutionem patiuntur propter justitiam.*  
Hæc est apostolorum viva traditio, <sup>b</sup> hæc ve-  
ra caritas, quæ prædicanda est, & præcipue di-  
ligenda ac fovenda, atque fiducialiter ab omni-  
bus tenenda. Hæc sancta & apostolica mater  
omnium ecclesiarum Christi ecclesia, quæ per  
Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicæ  
traditionis nunquam errasse probatur, nec hæ-  
reticis novitatibus <sup>c</sup> depravanda succubuit: sed,  
ut in exordio normam fidei apostolicæ percepit  
ab auctoribus suis, apostolorum Christi princi-  
pibus, illibata sine tenus manet, secundum ip-  
sius domini salvatoris divinam pollicitationem,  
qui discipulorum suorum principi in suis status  
est evangelii: *Petre, inquis, ecce Sathanas ex-  
petiit, ut cribraret vos, sicut qui cribrat triti-  
cum. Ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fi-  
des tua, & tu aliquando conversus, confirma fra-  
tres duos.* Consideret itaque vestra excellens pru-  
dentia, quam bonum sit, persistere in dispensa-  
tione vobis credita, & in fide recta, atque hæ-  
reticis & æmulis Christi repugnare, & nunquam  
a veritatis tramite declinare: quoniam dominus  
& salvator omnium, cujus fides est, qui pro  
nobis mori non dubitavit, & proprio nos suo  
redemit sanguine, fidem beati Petri non dese-  
cturam promisit, & conformare eum fratres suos  
admonuit: quod apostolicos pontifices, meæ  
exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse sem-  
per cunctis est cognitum. Quorum & pusillitas  
mea, licet impar & minima, pro suscepto ta-  
men, divina dignatione, ministerio, pedissequa  
cupit existere. Væ enim erit nobis, qui hujus  
ministerii onus susceptum habemus, si verita-  
tem salvatoris nostri Jesu Christi, quam apo-  
stoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus.  
Væ erit nobis, si silentio veritatem oppresserim-  
us, quam erogare nummularii jubemur, id  
est, Christianos populos imbuere & docere.  
Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus exa-  
mine, si sermonum ejus veritatem confundimus  
prædicare? Quid erit de nobis, cum de com-  
missis nobis animabus, & de officio suscepto,  
rationem justus iudex Christus dominus noster  
districtam exegerit? Ideo, fratres, hortor <sup>c</sup> di-  
lectionem vestram, obtestor & moneo, ut qua  
debetis & potestis sollicitudine, vigiletis ad in-  
vestigandos hæreticos & inimicos sanctæ Dei ec-  
clesiæ, & a sanis mentibus, ne pestis hæc latius  
divulgetur, severitate, qua potestis pro viribus  
extirpetis: quoniam, ut habebit a Deo dignæ  
remunerationis præmium, qui diligentius, quod  
ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit  
executus: ita ante tribunal domini de reatu ne-  
gligentia se non poterit excusare, quicumque  
plebem suam contra sacrilegæ persuasionis au-  
tores noluerit custodire. Data Kalendis Apri-  
lis, <sup>d</sup> Gallo & Volusiano viris clarissimis con-  
sulis.

14. q. 1. A  
recta ergo.  
Etia decret.  
Felicis papa.  
a perturbati-  
onem  
Matth. 1.  
b Agatho ad  
imp. Const.  
act. 6. con-  
cili CP ad-  
versus Mo-  
nothellus.

c depravata.

Luc. 22.

Cor. 2.

Matth. 25.

Luc. 16.  
c S. Leo. ep.  
2. adversus  
Manichæos.

d an. 533. ad-  
huc vivente  
Cornelio.

NOTA SEVERINI BINII.

Lucii episto-  
la quæ &  
quot.

*a Epistola.* ) Non unam hanc duntaxat, sed plures decretales epistolas Lucium pontificem scripsisse, testis est Cyprianus epistola 67. his verbis: *Ille enim, loquitur de Cornelio & Lucio pontificibus, plene sperem Dei, & in glorioso martyrio constituit, dandam esse lapsam pacem confuturum, & penitentia ad fructum communitationis & pacis negandum non esse, licenti suis signaverunt.* Quas hac de re Lucius scripsit epistolas non extant. Quæ apud Cyprianum 70. reperitur hoc nomine Lucii insignita, a quibusdam hujus pontificis esse creditum fuit, sed ignorantes fuisse episcopum eodem nomine appellatum, decepti sunt perperam eam, quæ alterius est, Lucio pontifici adscribentes. Baronius anno 357. num. 4.

Episcopus non  
sine comita-  
tu ambulat.

*b Duo presbyteri vel tres diaconi in omni loco episcopum non deserant.* ) Decernitur ut ad evitanda detractionis & infamiae pericula propter testimonium ecclesie nusquam eant, nisi duorum presbyterorum & trium diaconorum comitatu stipati. Decreti hujus faciendi calumniam in Cornelium a Novatiano confictam, de quibus supra, causam dedisse videntur. Baronius anno 357. num. 5.

Afessionis arma sumenda, & facienda martyria, non verbis plebem, sed factis cohortetur: & imminente Antichristo, paret ad prælium milites, non solum sermonis & vocis incitamento, sed fidei & virtutis exemplo. Intelligimus, frater carissime, & tota cordis nostri luce perspicimus divinæ majestatis salutaria & sancta consilia, unde illic repentina persecutio nuper exorta sit, unde contra ecclesiam Christi & episcopum Cornelium beatum martyrem, vosque omnes, sæcularis potestas subito proruperat, ut ad confundendos hæreticos & retundendos ostenderet dominus, quæ esset ecclesia, quis episcopus ejus, unus, divina ordinatione delectus, qui cum episcopo presbyteri

quod  
unde  
forte, inde

B sacerdotali honore conjuncti, quis adunatus & verus Christi populus, dominici gregis caritate connexus, qui essent quos inimicus lacesseret: qui contra, quibus diabolus ut suis parceret. Neque enim persequitur & impugnat Christi adversarius nisi castra & milites Christi: hæreticos, prostratos semel & suos factos, contemnit & præterit. Eos querit dejicere, quos videt stare. Atque utinam nunc facultas daretur, frater carissime, ut interesse illic vobis regredientibus possemus, qui vos mutua caritate diligimus, ut adventus vestri lætissimum fructum præsentem cum ceteris ipsi quoque caperemus. Quæ illic exultatio omnium fratrum?

C qui concursus atque complexus concurrentium singulorum? Vix oculis adhærentium potest satisfieri, vix vultus ipsi atque oculi plebis possunt videndo satiari. De adventu vestri gaudio cognoscere illic fraternitas cepit, qualis & quanta sit secutura, Christo veniente, lætitia: cujus quia cito appropinquabit adventus, imago jam quædam præcessit in vobis, ut quomodo Joannes præcursor ejus & prævius veniens, prædicavit Christum venisse, sic nunc episcopo confessore domini & sacerdote redeunte, appareat & dominum jam redire. Vicarias vero pro nobis ego & collegæ & fraternitas omnis has ad vos literas mittimus, frater carissime: & repræsentantes vobis per epistolam gaudium nostrum, fida obsequia caritatis expromimus, hic quoque in sacrificiis atque in orationibus nostris non cessantes Deo Patri & Christo Filio ejus domino nostro gratias agere, & orare pariter ac petere, ut qui perfectus est atque perficiens, custodiat & perficiat in vobis confessionis vestræ gloriosam coronam, qui & ad hoc vos fortasse revocavit, ne gloria esset occulta, si foris essent confessionis vestra consummata martyria. Nam victima, quæ fraternitati præbet exemplum virtutis & fidei, præsentibus debet fratribus immolari. Optamus, te frater carissime, semper bene valere.

Matth. 1.

LVIII. EPISTOLA • GRATULATORIA

edit Pam. &  
Rigaltii.

DIVI CYPRIANI

AD LUCIUM PAPAM ROMANUM

reversum ab exilio.

*Cyprianus cum collegis, Lucio fratri salutem.*

ET nuper quidem tibi, frater carissime, gratulati sumus, cum te honore geminato in ecclesie sue administratione confessorem pariter & sacerdotem constituit divina dignatio: sed & nunc non minus tibi, & comitibus tuis, atque universæ fraternitati gratulamur, quod cum eadem gloria & laudibus vestris reduces vos denuo ad suos fecerit benigna domini & larga protectio, ut pascendo gregi pastor, & gubernandæ navi gubernator, & plebi regendæ rector redderetur: ut appareret, relegationem vestram sic divinitus esse dispositam, non ut episcopus relegatus & pulsus ecclesie deesset, sed ut ad ecclesiam major rediret. Neque enim in tribus pueris minor fuit martyrii dignitas, quia morte frustrata, de camino ignis incolumes exierunt, aut non consummatus Daniel exiit in suis laudibus, quia qui leonibus missus fuerat ad prædam, protectus a domino, vixit ad gloriam. In confessoribus Christi dilata martyria non merita confessionis minuunt, sed magnalia divinæ protectionis ostendunt. Repræsentatum in vobis videmus, quod apud regem fortes atque illustres pueri prædicaverunt: Ipsos quidem paratos esse ardere flammis, ne diis ejus servirent, aut imaginem quam fecerat, adorarent: Deum tamen quem colebant, quemque & nos colimus, potentem esse, ut eos de camino ignis eximeret, & de regis manibus, ac de penis præsentibus liberaret. Quod invenimus in confessionis vestræ fide, & in domini circa vos protectione nunc gestum, ut cum vos parati fueritis & prompti omne subire supplicium, dominus tamen vos pœnæ subtraheret, & ecclesie reservaret. Regredientibus vobis, breviate non est episcopo confessionis sue dignitas, sed magis crevit sacerdotalis auctoritas, ut altari Dei assistat antistes, qui ad con-

Deu. 1.

Deu. 6. & 14.

DECRETA LUCII PAPÆ,

Gratiano desumpta.

Officio & beneficio privetur episcopus, presbyter, vel diaconus, uxorem suscipiens, vel susceptam retinens.

Ministri altaris, presbyteri sive diaconi, ad dominica tales eligantur officia, qui continentiam servant. Si vero post ordinationem suam ministros contigerit propriæ uxoris invadere cubile, sacrarii non intrent limina, neque sacra-

Distincti  
Ministri.  
Tota hæc de-  
creta desump-  
ta sunt, ex  
epistola 7.  
Clementis

Kkk

111



hac: An baptismus quem minister hereticus secundum legitimam ecclesiam catholicam formam, ad debitam intentionem, scilicet, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, conuulset, inuoluitur sit, ideoque iterandus, quod a ministro heretico administratus sit? Cyprianus cum Firmiliano Aſie, aliisque plurimis orientalibus episcopis, id non modo affirmavit, verum etiam habitis hac de re plurimis in Africa conciliis idem aliquoties confirmavit unum esse baptismum, qui extra unam ecclesiam catholicam non inueniatur. Stephanus vero Romanæ ecclesie pontifex, docens antiquam apostolicam traditionem esse, qua baptizati ab hereticis, sola manuum impositione recipiebantur, ideoque, ut inquit Vincentius Lirinensis, contra hereticos, ut inquit Vincentius Lirinensis, sed omnino id quod ab apostolis traditum est tenendum esse docens, apostolicam traditionem velut quendam murum inexpugnabilem, eorum sententias opposuit, eoque fere sola fretus, illum baptismum ratum, validum, & nequam reiterandum esse definiuit, quem minister hereticus iuxta formam a Christo præscriptam & ab ecclesia usurpatam, contulisset. Ad hanc sententiam Stephani pontificis non modo omnes fere patres Asiæ, verum etiam illi qui propugnatores erant contrariæ doctrinæ, quod ex Augustino epist. 48. ad Vincent. & de baptis. contra Donat. 6. cap. 3. item ex Hieronymo contra Luciferianos, aliisque rationibus probat Baronius anno Christi 258. num. 49. 50. 51. De hac controversia legantur Cypriani epistolæ 70. cum septem sequentibus. Augustinus de baptis. contra Donatistas. Hieronymus contra Luciferianos, Baronius præd. anno numero 11. & sequentibus. Notetur etiam quantum ad traditionem apostolicam, quantum ad hæresim hæreticorum, qui nullis aliis ferme armis, quam majorum traditione vallatus, omnem orientalium & occidentalium episcoporum impetum sustinuerit, eorumque tela, ex divinis scripturis conferentia petita, unico traditionum clypeo excepta retulerit.

Ab apostolica traditione nequam recedendum.

Traditionem apostolicam & Romanæ ecclesie auctoritas approbat.

*b* Sedis anno septem, mensis quinque, dies duos. Annos tres, menses tres, dies 22. sub 4. consulatu Valeriani, qui in factis apponitur anno Christi 260. martyrio coronatum esse Stephanum, liber pontificalis & acta Stephani testantur. Itaque repetito sedis eius exordio, dicto temporis spatio, eum sedisse oportuit. Baron. anno 260. numero 2.

*c* Valerianum quarto, &c. Eodem quarto consulatu Valeriani, acta sancti Stephani emendatiora consignata sunt. Quod autem in quibusdam ponatur Valeriani consulatus tertius, Gallieni secundus, mendosum esse probat Baronius anno Christi 260. num. 2.

hæc & sequens, non secus ac præcedentes, adulterina vitæ eruditio censetur.

EPISTOLA I.  
STEPHANI PAPÆ I.  
AD HILARIUM EPISCOPUM.

Qui sint infames & qui ad gradus ecclesiasticos vel ad accusationem non sint admittendi: & de vestimentis ministrorum, ut sacra sint.

- I. Qui sint infames, vel qui ad gradus ecclesiasticos, sive ad accusationem non sunt admittendi.
- II. De reverentia præpositis exhibenda.
- III. De vestimentis ecclesiasticis.

Dilectissimo fratri atque familiari amico Hilario, Stephanus episcopi intimæ caritatis salutem

b S. Leo p. 46.

Quamquam sperem, dilectionem tuam ad omne opus bonum esse devotam, tamen pro familiaritate, qua nobis conjunctus esse cognosceris, ut tua efficaciter fiat industria, congruum nobis visum est, has fraternitatis literas tuæ dilectioni debere dirigere. Monemus te, frater carissime, semper in bonis manere & a malis cavere: cum bonis & rectæ fidei ac sanctæ conversationis hominibus assidue et

Concil. General. Tom. L

se, & a pervertis, ac fratrum insidiatoribus (nisi ut eos convertas, & ad concordiam reducas) separari; quoniam ut ait apostolus, corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et ipsa per se veritas dicit: Si oculus tuus scandalizaverit te, erue eum, & projice abs te. Et si manus tua scandalizaverit te, absconde eam, & projice abs te. Similiter & de pede agendum est, quia melius est tibi, luscum aut claudum intrare in regnum caelorum, quam duos oculos aut duas manus, aut duos pedes habentem mitti in gehennam ignis. Et in ecclesiastico invenitur, libro: In bonis viris, inimici illius in tristitia vero & in malitia illius, amicus agnitus est. In labiis suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, ut subvertat te in forum. Et qui tetigerit pacem, inquinabitur ab ea. Et qui communicaverit superbo, induitur superbia. Pondus super se tollit, qui bonis se communicat. Ditori te ne fueris socius. Quid communicabit vacuus ad ollam? Quando se colliserint, confringetur. Divites inisse ager, & siemiet, pauper autem laesus tacebit. Si largitus fueris, assumet te: & si non habueris, derelinquet te. Si habes, convives tecum, & evacuaabit te, & ipse non dolebit super te. Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridens spem dabit, narrans tibi bona, & decet: Quid opus est tibi? Et confundet te in cibus suis, donec te exornat his & ter, & in novissimo deridebit te. Peste videns, derelinquet te, & caput suum movent ad te. Humiliare Deo, & expecta rianus ejus. Attende, ne seductus in stultitia humiliari. Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus, in stultitiam deducaris. Advocatus a potentiora, discede: ex hoc enim magis te advocabit. Ne improbus, sis, ne impingaris, & ne longe sis ab eo, & eat in oblivionem. Ne retineas ex equo loqui cum illis, & ne credas multis verbis illius. Ex multa enim loquia tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitte animis illius conferebis verba tua, & non parces de malitia & de vanitate. Cave tibi, & attende diligenter auditu tuo, quoniam cum subvertore tuo amicus. Audiens vero illa quasi in somno, vide, & vigilabis. Omnis vita tua dilige Deum, & invoca illum in salute tua. Omne animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi conjungitur, & omnis homo simili sibi sociatur. Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator justis. Que communicat sancto homini ad carnem? Aut quæ pax bona dicitur ad pauperem? Venatio leonis, ovæ in eremo: si passera dicitur sunt pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas, sic execratio dicitur pauper. Divites commotus, confirmatur ab amicis humilis autem cum ceciderit, expelletur & a hostibus. Divites decepto multi recuperatores: locutus est superba, & nulli acceperunt illum: humilis deceptus est, in superbo & arguitur. Locutus est lenitate, & non est datus ei locus. Divites in via est, & omnes tacuerunt, & verbum illius ad se ad nihil producent. Pauper locutus est, & dicitur. Quis est hic? Et si offenderit, subvertet illum. Bona est constantia, cui non est pretium in conscientia, & nequissima paupertas in ore impii. Cor hominis immutat faciem suam, sive in bona, sive in mala. Postquam boni cordis & faciem suam dicitur de facie. O cum videris. Haec, frater, cave tibi, & post concupiscentias tuas non vadat.

L

6. q. 1. Infames esse eas. Et in decr. lvo. lib. 4.

a. Ananias sent. Pauli lib. 1. tit. 1. conf. 11. tit. 30. libri 25. cod. Theod.

b. Proclus ad Domnum. Hadri coll. 1. c. 1.

c. Ananias in conf. 11. tit. 30. libri 25. cod. Theod.

d. Cod. Theod. lib. 1. tit. 1. c. 11. Hadri. coll. 1. c. 1.

e. Ananias in conf. 11. tit. 30. libri 25. cod. Theod.

f. Hadri coll. 1. c. 19. non ordi nes nec ter vna.

Quod vero consulisti sedem apostolicam, qui sunt infames, aut qui ad gradus ecclesiasticos non sunt admittendi, & nosse te credimus, & pro auctoritate sedis apostolicæ te informare non denegamus. Infames autem esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id est, omnes qui Christianæ legis normam abiciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt. Similiter fures, sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos. Sepulcrorum quoque violatores, & apostolorum, atque successorum eorum, reliquorumque patrum statuta libenter violantes, & omnes qui adversus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur. Similiter & incestuosos, homicidas, perjuros, raptos, & maleficos, veneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates ecclesiæ abstrahunt injuste, & qui fratres calumniant, aut accusant, & non probant: vel qui contra innocentes, principum animos ad iracundiam provocant: & omnes anathematizatos, vel pro suis sceleribus ab ecclesiâ pullos & omnes quos ecclesiasticæ vel sæculi leges infames pronuntiant; hos vero non ad sacros ordines licet promovere, nec servos ante legitimam libertatem, nec penitentes, nec bigamos, nec eos qui curiæ deserviunt, vel qui non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem vel intellectum, aut inobedientes sanctorum decretis existunt, aut furiosi manifestantur: hi omnes nec ad sacros gradus debent provehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti: nec rectam fidem vel dignam conversationem non habentes, summos sacerdotes possunt accusare.

II.

h. S. Greg. ep. 10. ad 17.

i. Hier. ep. 21. ad Paulin. libri 1. Tit. 21.

Sed & qualiter obedientia vel reverentia sit præpositis exhibenda, ex tuis quoque subiectis ipse non ambigis. In qua re valde est utile, si id, quod disciplinæ vigor imponit, nullo cogente, humilitas laudanda servaverit. Omnipotens Deus, in cuius manu sunt omnia, de quo scriptum est: Non est sapientia, non est consilium contra dominum: ipse te tuosque, & divina & apostolicæ sedis instituta illibata servare, & nos atque omnes fideles ad potentia semper conscendere, & de die in diem deteriora cavere, & meliora ac Deo placita seclari atque perficere concedat.

III.

De consec. d. 1. v. 1. Summa. Item habet in decr. Steph. P. I. & Hygiani.

Vestimenta vero ecclesiastica, quibus domino ministratur, cultusque divinus omni cum honorificentia & honestate a sacerdotibus reliquitque ecclesiæ ministris celebratur, & sacrata debent esse, & honesta. Quibus aliis in usibus (cum Deo eiusque servitio consecrata & dedicata sint) nemo debet frui quam ecclesiasticis & Deo dignis officiis. Quæ nec ab aliis debent contingi, aut ferri, nisi a sacerdotibus hominibus, nec ultio, quæ Balthasar regem percussit, super hæc transgredientes, & talia præsumentes, veniat divina, & corrumpere eos faciat divinæ ultionis justum flagellum ad una. Hæc illis par-

atibus quibus moraris, & in omnibus quibus potueris, cunctis nota facito, & observare apostolica mandato auctoritate: quia & nostri, nobisque commissi in sancta apostolica & universali ecclesiâ, omnes hæc observare, nunc & futuris temporibus professi sunt. His breviter tuis, frater magnifice, respondi literis. Quibus tua dilectio ita societur, ut nihil in his, quæ ad universali ecclesiæ statum pertinent, aut dubie agatur, aut segmiter. Et cum tali moderatione agantur cuncta, ut nec benevolentiam partes, nec justitiæ negligantur, sed absque personarum acceptione divinum in omnibus iudicium cogitetur. Quod ut recta observantia valeat custodiri, catholicæ primitus servetur fidelis integritas. Et quia per omnia angusta & ardua via est quæ ducit ad vitam, neque in sinistram, neque in dexteram ab ejus tramite devietur. Data quinto Nonas Maii, Valeriano & Gallieno viris clarissimis consulibus.

a. S. Leo ep. 46.

b. Annis 259. 257. & 258.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Quod vero consulisti sedem. Qui hic a Stephano ob infamiam, bigamiam, defectum corporis aut animi irregulares esse declarantur, hos ad suscipiendos ordines sacros inhabiles & incapaces esse debere, apostolorum constitutionibus & canonibus, jamdiu ante hunc pontificem constitutum fuit, ut patet canonibus apostolorum 17. & quibusdam sequentibus. Vide quæ ibi diximus.

Quæ auctoritas irregularitatis.

Vestimenta, &c. sacrata esse debent. Circa vestimenta, quibus utuntur ministri sacri, plura constituuntur. Primum, ut vestes, quibus sacerdotes, diaconi, reliquitque ecclesiæ ministri sacri in ministeriis sacris utantur, ab illis, quibus communiter induuntur, sint distincta. Alterum, ne quis iisdem extra sacrum ministerium utatur vel induatur. Tertium, ut ordinarie per episcopalem (vel saltem sacerdotis alicujus super hac re privilegium habentis) benedictionem hæc consecratis, juxta ritum ab ecclesiâ prescriptum. Quartum, ne a laicis hominibus contingantur. Horum quædam ab antecessoribus pontificibus constituta, hoc decreto dumtaxat confirmantur. Nam Anastasius papa Cleonensis successor prima decretali epistola hæc ait: Episcopus ministris secum habeat sacris indutus vestimentis. Soter, ne a laicis, etiam si sacratæ virgines sint, contingantur, constituit. Vide quæ diximus in notis ad vitam Sixti, & Soteris. Hac autem bene & recte constituta esse, probatur exemplo veteris testamenti, in quo Deus propria & sancta vestimenta instituit, quibus sacerdotes & ministri Dei in templo & sacrificiis domini uterentur, ut constat Exodi cap. 28. Multo magis igitur (ut recte colligit Ivo Carnotensis episcopus 124.) in lege nova sacerdotes ad divinum cultum ac ministerium recte peragendum, & presertim ad corpus & sanguinem domini consecrandum sacris vestibus uti oportuit. Quæ vero priorum sæculorum pontificibus auctoribus recte constituta sunt, non modo posterioribus hisce, sed etiam anterioribus sæculis recepta fuisse, testatur Hieron. in cap. 54. Ezech. ubi dicit: Reliquia divina alterum habitum habet in ministerio, alterum in usu utique communium. Item episcopus 3. ad Heliodorum refert, Nepotianum morti viciniam avunculo dixisse: Hanc tunnicam, qua utebar in ministerio Christi, misse dilectissimo mihi stato patris, fratris collega, &c. ubi Marian. Victorius vestem illam casulam vel planetam fuisse interpretatur. Similiter Chrysostr. hom. 23. in Matth. vestium sacrarum mentionem facit: & in liturgia ponit orationes, quas dicit sacerdos, cum sacras vestes induit. Joannes diaconus lib. 2. vite Greg. cap. 57. refert, Gregorium papam, inter alia dona misisse in Angliam vestimenta sacerdotalia & clericalia. Theodoretus lib. 2. hist. cap. 27. meminit cujusdam vestis sacræ, quam Constantinus Macario episcopo misit. Adde quod lib. 1. contra Pelagium scribit Hieronymus, episcopos, presbyteros, atque omnem ceterum in sacris administratione candidis vestibus uti solitos fuisse. Itaque hoc de sacris vestimentis Stephanus decretum, non tantum ab ipso ipsiusque quibusdam antecessoribus bene ac convenienter promulgatum est, sed etiam toto pene terrarum orbe omnibus sæculis receptum fuit, ac proinde eorumdem usus, quæ qui indifferens sit, non nisi ab hæretico rejicitur, vel plane negligitur.

De vestibus sacris quatuor hic statuuntur.

Ratio constitutionis.

Constitutionem hanc semper receptam esse probatur testimonio Hieronymi.

Chrysostr.

Joannis Diaconi, Theodoret.

Hieronymi.

## EPISTOLA II. STEPHANI PAPÆ I.

A officii ordo sum, & tradita a maioribus disciplina servanda est; quis ferat, ecclesiasticos ordines temeraria presumptione confundi, audita negligere, & emendanda, non opem ferendo, postponere?

De expulsiōne episcoporum, & ut quidquid in sacratis Deo rebus & episcopis injuste agitur pro sacrilegio reputabitur, & ut per scripta nullius accusatio suscipiatur, & de aliis pluribus atque utilibus causis.

I. De accusationibus sacerdotum.

II. De episcopis rebus suis expoliatis, aut a sede puls.

III. Si quis episcopos vel aethores suos defensores ecclesie, antequam eos caritative conveniat, accusare presumpserit, ut sit puniendus.

IV. Qui non debeant admitti ad accusationem.

V. Accusationem per scripta non suscipiendam, nec absentem posse accusari vel accusare, nec debere respondere, priusquam locum accipiat deferendi.

VI. De primatibus, & metropolitans, & de negotiis episcoporum ad ipsos referendis.

VII. Ut episcopus accusatus, ab omnibus provincialibus episcopis audiatur.

VIII. Ut omnis accusatio intra provinciam terminetur, nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum: & de accusationibus criminalibus simpliciter, vel sponte confessis, aut olim inimicis.

IX. Si clericus episcopum accusaverit, aut infidus fuerit.

X. Si laici res ecclesiasticas dispensare debeant.

XI. De personis accusatorum.

XII. De criminationibus doctorum, vel quod divinis vocibus damnati, episcopos non possunt accusare, vel in eos testificari.

Stephanus sancte apostolica & universalis Romana ecclesie episcopus, omnibus per diversas provincias constitutis episcopis, in domino salutem.

a. S. Leo ep. 40.

Plurimum gaudemus in domino, & in dono gratie ipsius gloriamur, quod fides vestra per bona opera crescit magnifice, & dilatatur amplissime. Sed nimis affligimur & tribulamur de vestra oppressione, super qua crebrior <sup>b</sup> commeantium usque ad nos fratrum sermo perlatus est. Non oportuerat quidem ab illis, a quibus sustentari, & portari atque honorari debueratis, tantis vos oppressionibus conculsi. Quapropter necessarium est, ut remotis talium tergiversationibus, quibus venenosa malitia revelari, atque <sup>c</sup> obscurari bonitas & veritas solet, adminiculum non modicum vobis a fidelibus impendatur, atque ab hac apostolica sede suffragetur, quos per divinam gratiam Christi auxilio dignum est adjuvari, ne in totius ecclesie perturbationem imprudens procedat intentio, & ea que a sanctis predecessoribus nostris, & reliquis sanctis patribus dudum fuerant prohibita, denuo reviviscant. Loci namque nostri <sup>d</sup> consideratione compellimur, ea que ad notitiam nostram emendanda pervenerunt, propter dominum non derelinquere, sed digna emendatione corrigere. Et si secularibus

b. Idem ep. 87. & seq.

c. Idem ep. 35.

d. S. Greg. ep. 11. libri 21.

I.

Audivimus enim, vos a quibusdam accusari, non tam pro vestra culpa, quam pro eorum libitu, ut vestra rapere possint: & ideo vos nimis affligi, & conculsi intantum, ut etiam a sedibus propriis pellamini, & tali occasione ecclesie, facultatesque vestre vastentur ac deprædentur. Ista, carissimi, non oportet fieri, nec denuo replicari. Tamen necesse est, ut que toties usurpantur, sæpius replicentur & prohibeantur. Nam quidquid in sacratis Deo rebus & episcopis injuste agitur, pro sacrilegio reputabitur, quia sacra sunt, & violari a quoquam non debent.

II.

Nullus enim episcoporum, dum suis fuerit rebus expoliatus, aut a sede propria qualibet occasione pulsus, debet accusari, aut a quoquam ei potest crimen objici, priusquam integerrime <sup>a</sup> restauretur: & omnia, que illi ablata quocumque ingenio fuerant, legibus redintegrentur, & ipse propriæ sedit & pristino statui regulariter reddatur, ita ut omnes possessiones, & cuncta sibi injuste ablata, atque fructus omnes, ante ceptam accusationem, primates & synodus episcopo, de quo agitur, funditus restituant: quia hoc non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi leges fieri prohibent.

III.

Neque aliquis eorum, aut ecclesiarum a adorum vel defensorum <sup>b</sup> ad aliquos prius accusari debet, quam ipsi caritative bis aut ter ab eis qui se lætos æstuant, vel eos pro aliquibus erratibus corrigere cupiunt, conveniantur, ut ab eis aut familiarem emendationem, aut justam percipiant excusationem. Quod qui præsumperit, liminibus arceatur ecclesie usque ad condignam satisfactionem.

IV.

Accusatores vero & accusationes, quas sæculi leges non recipiunt, & antecessores nostri prohibuerunt, & nos submovemus. <sup>b</sup> Nullus enim alienigena, aut accusator eorum fiat, aut judex. Unde & de Lot scriptum est: *Ingressus es ut advena, namquid ut iudices?* Accusator autem vestrorum nullus sit servus <sup>c</sup>, aut libertus, nullaque suspecta persona, aut infamis. Repellantur etiam cohabitantes inimicis, & omnes laici: quia infestationem blasphemie affectio amicitie incitare solet. Nec illi in vestra sunt suscipiendi accusatione, qui vos in sua volunt recipere infestationem. <sup>d</sup> Nullus anathema suscipiatur, nec a quoquam credantur que ab eis vel dicuntur, vel conferuntur.

Eos



V.

Eos quoque dico anathematizatos esse, quos episcopi suis scriptis anathematizaverunt, aut eorum statuta anathematizant. Per scripta enim nullius <sup>a</sup> accusatio suscipiatur, sed propria voce, si legitima & condigna accusatoris persona fuerit, praesente videlicet eo, quem accusare desiderat: quia nullus absens aut accusari potest aut accusare. <sup>b</sup> Nullus tamen praefati ordinis vir accusari potest, aut respondere suis accusatoribus debet, priusquam regulariter a suo primatu vocatus sit, locumque defendendi & <sup>c</sup> inquirendi accipiat ad abluenda crimina.

<sup>a</sup> q. 8. Per scripta.  
<sup>b</sup> accusatio accusatoris eo qui accusatur absentibus.  
<sup>c</sup> Hincm. cap. 11. h. b. 11.  
 abluendi

A admitti non debet rei adversus quemcumque professio Familiars vero, & sponte confessi, atque sceleribus irretiti, non debent admitti, nec hi, qui <sup>a</sup> hesternae die, aut pridie, aut ante fuerunt inimici.

<sup>a</sup> S. Aab. ep. 64.

IX.

Clericus ergo, qui episcopum suum accusaverit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, & a gradu debet recedere, aut curiae tradi serviturus.

<sup>a</sup> q. 4. Clericus qui episcopum.

X.

Laicis quoque, quamvis religiosi sint, nulli tamen de ecclesiasticis facultatibus aliquid <sup>a</sup> respondendi legitur unquam attributa facultas. Scimus, dilectissimi, quia semper carnales spirituales solent persequi, & malevoli benevolos infamare & lacerare. Ideoque apostoli & successores eorum, ac reliqui sancti patres noluerunt fieri facilem episcoporum accusationem, quoniam si facilis esset, aut nullus, aut vix aliquis modo inveniretur. <sup>b</sup> Throni enim Dei <sup>c</sup> vocantur: ideo non debent moveri, aut affligi; vel perturbari. De ipsis ergo ait propheta: *Celsi enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmitermentum.*

Idem in ep. Fabiani papa. <sup>a</sup> forte disponendi ita legitur in MS. Just.

<sup>b</sup> Conc. Tol. XI. cap. 1.

<sup>c</sup> Psal. 18.

VI.

Nulli enim metropolitani, aut alii episcopi <sup>a</sup> appellentur primates, nisi hi qui primas sedes tenent <sup>b</sup> & quorum civitates antiqui primates esse censuerunt. Reliqui vero, qui ceteras metropolitanas civitates adepti sunt, non primates, sed aut archiepiscopi, aut metropolitani vocentur. Urbes enim & loca, quibus primates praesidere debent, non a modernis, <sup>c</sup> sed etiam multis ante adventum Christi sunt statuta temporibus, <sup>d</sup> quorum primates etiam gentiles, pro majoribus etiam negotiis appellabant. In ipsis vero urbibus post Christi adventum, apostoli & successores eorum patriarchas vel primates posuerunt, ad quos episcoporum negotia, salva in omnibus apostolica auctoritate, & majores causae, post apostolicam sedem sunt referenda. Et licet (apostolo prohibente) inter Christianos non debeant accusationes exerceri, sed si prohiberi non poterint, accusationes episcoporum ad memoratos primates debent ab accusatoribus deferri: <sup>e</sup> studendum est tamen episcopis, ut dissidentes fratres magis ad pacem, quam ad iudicium <sup>d</sup> coerceantur.

Idem supra in decr. Aniceti papa. <sup>b</sup> Hadr. coll. 11.  
 Dist. 80. Urbes, sed sub nomine Lucii, non Stephani.  
<sup>c</sup> Conc. Carth. IV. c. 16.  
<sup>d</sup> Cohortemur.

B

C

VII.

Episcopus <sup>a</sup> autem aliter non debet audiri aut iudicari, nisi in praesentia omnium comprovincialium, & ab omnibus comprovincialibus episcopis: quia ipsis absentibus, nec debet, nec potest. Quae vero personae ad accusationem eorum non sunt admittenda, & superius ex parte jam dictum est, & latius tamen hi, quam & infames personae, in epistola, quam dudum Hilario <sup>b</sup> misimus, sunt annumeratae.

<sup>a</sup> Hadr. coll. 11. 17.  
<sup>b</sup> episcopo

D

XII.

Criminationes adversus doctorem nemo <sup>a</sup> suscipiat, quia magis sunt doctores portandi, quam laedendi, aut infamandi. Unde ait apostolus: *Alter alterius onera portate, & sic implebitis legem Christi. Caritas autem non est ambitiosa, non inflatur, non querit quae sua sunt, sed quae Jesu Christi. Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.* Et qui in Deo manet, nulli vult nocere, sed omnes desiderat adjuvare & sustentare, sicut ipse dominus omnes venit salvare, & animam suam dare in redemptionem pro nobis. <sup>b</sup> Eorum autem accusandi sacerdotes, vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos humanis & divinis vocibus damnatos, vel mortuos esse agnosimus. Praevidere ergo summopere debent omnes, qui sacerdotes Domini persequuntur, tam occulte quam manifeste, ne subiectis domini damnentur praecipis. Per Jeremiam autem prophetam, talibus comminando dominus, loquitur dicens: *Iniquitates vestrae declinaverunt omnia, & peccata vestra amoverunt bona a vobis: quia inventi sunt*

<sup>a</sup> quare? Querendum est.  
<sup>b</sup> q. 8. Accusatorum personae. Et in decr. Callisti papa.

<sup>a</sup> Hadr. col. 67.  
<sup>b</sup> Gal. 6.  
<sup>c</sup> 1. Cor. 13.  
<sup>d</sup> Joan. 4.  
<sup>e</sup> Math. 10.  
<sup>f</sup> Hadr. coll. 19.

VIII.

Ultra provinciae vero terminos accusandi licentia non progrediatur, sed omnis accusatio inter provinciam audiatur, & a comprovincialibus terminetur, nisi ad apostolicam sedem fuerit tantum appellatum. <sup>a</sup> Et neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint: quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probaverint innocentes, quoniam periculosa est, &

<sup>a</sup> q. 6. Ultra provinciam. Et in decr. Ivo lib. 4. q. 11. Neganda est. Et in decr. Ivo lib. 4. q. 11. Theod. lib. 11. const. 10. 12. 16. Animum interpretem. Hadr. coll. 11. c.

E

<sup>a</sup> Latinus legit, sed jam Hard.

893

sunt in populo meo impii, & loquentes vana, stater agentes, ac omnia vestra in caritate fiant; & secundum sanctum evangelium, in patientia vestra possidebitis animas vestras. Recordamini quoque sanctorum apostolorum & prophetarum: & quia multum laboraverunt in domino, ideo adepti sunt premia sempiterna. Scitote etiam, quoniam juxta psalmistam vocem: Multa tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus. Quapropter filii carissimi, hortamur vos & deprecamur, ut crebris orationum vestrarum precibus Deum exoretis, ut liberemur nos & vos, juxta dictum apostoli, ab importunis & malis hominibus, quia non omnium est fides. Flagitate etiam; ut Deus & dominus noster, qui est refugium pauperum, & spes humilium, sanctam suam ecclesiam, pretioso videlicet sanguine suo redemptam & nos, qui eandem sanctam ecclesiam docere, regere, portare & tueri debemus, de praedictis oppressionibus & tentationibus hujus saeculi nequam, atque de omnibus necessitatibus nostris misericorditer eruat, ut sermo Dei currat, & glorificetur gloriosum evangelium domini nostri Jesu Christi; & gratia ejus in nobis vacua non fiat, ne sine fructu evangelii (quod absit) sterilem in conspectu Dei appareamus; & vacui filiorum filiarumque numero revertamur, nec de abscondito talento, domino veniente, rei esse judicemur. Ista enim semper invidet Satan. Et idcirco tales adversum nos suscitavit, qui nos premant & suffocent, ut domini oves (a) absque nobis rapiat, & in ima, non existentibus pastoribus qui eos custodiant & defendant, ruere faciat. Vos igitur pro viribus laborate, & orate, atque paratos esse in omnibus, quibuscumque dominus posse dederit, modis, vobis opem ferre, licet nos ab ipsis aemulis sanctae Dei ecclesiae, & nostris, non simus excepti; & tribulationes cordis nostri pro nostra & vestra tribulatione, sive ovium nobis commissarum, admodum sint dilatatae. Vos quoque obsecramus, ut injunctum vobis a domino famulatum non negligatis, & omnes oppressos, & cunctos Dei servos, atque generaliter omnes Christianos, prout dominus posse dederit, adjuvare studeatis, b ut ante tribunal Christi mercedem habeatis perpetuam. Et scitote, quod memoria vestra coram Deo est assidue. Nam quemadmodum dolentes cognoscimus, vos ab iniquis & scelestis hominibus obturbari, ita continuo vobis compatimur, Deum orantes pro liberatione ac sublevatione vestrae afflictionis, quae vobis (unde graviter angimur) ab iniquis in dies irrogatur. Et ante corpora apostolorum pro vobis preces fiunt quotidie, ut & vos liberemini ab importunis & malis hominibus, domini auxilio, & oves vobis commissae, ad pascua aeternae vitae una vobiscum perveniant sempiterna. Unitatem & communionem c dilectionis vestrae, valentem atque proficentem in salutem omnium populorum, creator omnium Deus omnipotens memorem nostri aeternaliter custodiat. Amen. Data Nonis Aprilis, d Valeriano & (b) Gallieno viris clarissimis consulibus.

7/1. 139.  
Ibidem quod  
conyriam  
voligata ver-  
fuit.

7/1. 30.  
Meb. 7. cu  
7/1. 30.  
infidantur.

Mar. 6.  
Marib. 18.  
Luc. 17.

Jacob. 3.

March. 7.

1 Joan. 4.

a S. Bonif.  
ep. 16.  
7/1. 109.  
1. Joan. 5.

b Proclus ad  
Domnum.  
Hadr. coll. 71.

c S. Bonif.  
ep. 21.

Epist. 9.  
1. Cor. 16.  
Luc. 11.  
7/1. 16.  
7/1. 17.  
Idem Bonif.  
ep. 24.  
1. Thim. 3.  
1. Cor. 15.  
Marib. 25.  
1. S. Bon.  
ep. 16.  
1. Thim. 3.  
1. S. Bon.  
ep. 24.

No-

(a) Luc. atque non (b) Luc. Gallicano, sed antiqua manus emendat ut in textu

NOTÆ SEVERINI BINII.

**Episcopi ad res ecclesiasticas.** *a. Afferunt vel.*) Episcopi dicuntur adores ecclesiasticas: quia ipse lege apostolica rerum ecclesiasticarum administratio cura & dispensatio commissa est. Vide que diximus in notis ad primam epistolam Alexandri, verbis: *Quam ad sacerdotes.*

*b. Nullus alienigena aut accusator eorum facit aut iudex.*) Vide notas epistola primæ Anacleti, verbis: *Perregit iudicia, &c.* Item verbis: *Quantum apostoli, &c.*

**Patriarcha qui, & quot.** *c. Appellatur primatus, &c.*) Hoc loco est que de numero & origine patriarchatum sedium diximus in notis ad 3. epistolam Anacleti confirmatur: itaque vide que ibidem diximus.

*d. Quorum primatus etiam gentes.*) Sicut alia multa, ita etiam antiquissimum hoc nomen, primatum, & patriarchatum, scilicet in ecclesiam translatum est. Non tantum enim Judæi, sed etiam Egyptii utebantur eo nomine atque primaria dignitate. Nam Herodotus cum agit de sacris Egyptiorum, patriarchas illos nominat, qui principem locum in sacris tenent. Insuper usus est eo nomine Hadrianus imperator Traiani successor, in epistola ad Servium consulem de Egyptiorum incollantia, ubi teste Flavio Vopisco in Saturnino, hæc verba sit: *Ille esse patriarcha cum in Egyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum.* Quod an imperator vere dixerit, & de quibus id intelligendum sit, vide Baronium anno Christi 132. num. 13. & 14.

A hanc a concilio plurimorum sacerdotum, qui presentes eramus, sententiam retulerit, se fors esse cœpisse, nec posse a quoquam nostrum sibi communicari, qui episcopo Cornelio in catholica ecclesia de Dei iudicio, & cleri ac plebis suffragio ordinato, profanum altare erigere, & adulteram cathedram collocare, & sacrilega contra verum sacerdotem sacrificia offerre tentaverit. Proinde si respiscere, & ad sanæ mentis consilium redire vellet, ageret penitentiam, & ad ecclesiam supplex rediret. Quam vanum est, frater carissime, ut Novatiano nuper retuso & refutato, & per totum orbem a sacerdotibus Dei abstento, nunc adulatores adhuc nobis patiamur illudere, & de majestate ac dignitate ecclesiæ judicare? Dirigantur in Provinciam, & ad plebem Arelate consistentem, a te literæ, quibus abstento Marciano, alius in locum ejus substituitur, & grex Christi, qui in hodiernum ab illo dissipatus & vulneratus contemnitur, colligatur. Sufficiat, multos illic ex fratribus nostris annis iis superioribus excessisse sine pace: vel ceteris subveniatur qui supersunt, & diebus ac noctibus ingemiscunt, & divinam ac paternam misericordiam deprecantes, solatium nostræ opitulationis exposcunt. Idcirco enim, frater carissime, copiosum corpus est sacerdotum concordie mutæ glutino atque unitatis vinculo copulatum, ut si quis ex collegio nostro hæresim facere, & gregem Christi lacerare & vastare tentaverit, subveniant ceteri, & quasi pastores utiles ac misericordes, oves dominicas in gregem colligant. Quid enim si in mari portus aliquis, munitionibus suis ruptis, infestus & periculosus esse navibus cœperit? Nonne navigantes ad alios proximos portus suas dirigunt, ubi sit tutus & salutaris introitus & statio secunda? Aut si in via stabulum aliquod obsideri & teneri a latronibus cœperit, ut quisquis ingressus fuerit, insidiantium illic infestatione capiatur: nonne commeantes, hac opinione comperta, stabula alia in itinere appetunt tutiora, ubi sint fida hospitia, & receptacula commeantibus tuta?

*e. sine confessione, & reconciliatione ecclesiæ.*

**EPISTOLA I. CYPRIANI AD STEPHANUM PAPAM.**

De Marciano <sup>b</sup> episcopo Arelatensi, qui Novatiano consensit.

*Cyprianus Stephano fratri salutem.*

*b. Hanc epistolam quidam doctissimi reddunt arguere moliti fuisse, alii merito reclamantibus, cum & MSS. codices, & dictionis character, ceteraque omnia Cypriano illius vindicant, ut pluribus forte docuimus in notis.*

**F**Austinus collega noster Lugdunensis, frater carissime, semel atque iterum mihi scripsit, significans ea, quæ etiam vobis scio utique nunciata, tam ab eo, quam a ceteris coepiscopis nostris in eadem provincia constitutis, quod Marcianus Arelate consistens Novatiano se conjunxerit, & a catholice ecclesie unitate, atque a corporis nostri & sacerdotii confessione discesserit, tenens hæreticæ præsumptionis durissimam pravitatem, ut servis Dei penitentibus & dolentibus, & ad ecclesiam lacrymis & gemitu & dolore pulsantibus, divinæ pietatis & lenitatis paternæ solatia & subsidia claudantur, nec ad fovenda vulnera admittantur vulnerati, sed sine spe pacis & communicationis relicti, ad luporum rapinam & prædam diaboli projiciantur. Cui rei nostrum est consulere & subvenire, frater carissime, qui divinam clementiam cogitantes, & gubernandæ ecclesiæ libram tenentes, sic centuram vigoris peccatoribus exhibemus, ut tamen lapsis erigendis & curandis vulneratis, bonitatis & misericordie divinæ medicinam non denegemus. Quapropter facere te oportet plenissimas literas ad coepiscopos nostros in Gallias constitutos, ne ultra Marcianum pervicacem & superbum, & divinæ pietatis ac fraternæ salutis inimicum, collegio nostro insultate patiantur, quod necdum a nobis videatur abissentus, qui jampridem jactat & prædicat, quod Novatiano studens, & ejus pervicaciam sequens, a communicatione se nostra segregaverit; cum Novatianus ipse, quem sequitur, olim abstentus & hostis ecclesiæ judicatus sit: & cum ad nos in Africam legatos misisset, optans ad communicationem nostram admitti,

**Q**uare necessarium erit, frater carissime, ut fratres nostros, qui jactati Marciani scopulis petunt ecclesiæ portus salutare, suscipiamus ad nos prompta & benigna humanitate, & stabulum commeantibus præbeamus tale, quale est in evangelio, quo a latronibus sauciati & vulnerati suscipi & foveri & tutari ab stabulario possunt. Quæ est enim major aut melior cura præpositorum, quam diligenti sollicitudine & medela salubri fovendis & conservandis ovibus providere? cum dominus loquatur & dicat: *Quod infirmatum est, non confortastis: & quod contribulatum est, non consolati estis: & quod erravit, non revocastis: & quod periit, non inquisistis: & dispersæ sunt oves meæ, eo quod non sint pastores, & factæ sunt in comesturam omnibus bestiis agri, & non fuit qui inquireret, neque qui revocaret.* Propterea hæc dicit dominus: *Ecce ego super pastores, & inquiram oves meas de manibus eorum, & advertam eos, ut non pascant oves meas, & jam non pascent eas & extraham eas de ore eorum, & pascam eas cum iudicio.* Cum ergo pastoribus talibus, per quos dominicæ oves negliguntur, & pereunt, sic dominus committetur, quid nos aliud facere oportet, frater carissi-

*Luc. 10.*

*Luc. 14.*

Matth. 9.

Isai. 5.

Lu. 16.

Quidam ex  
his verbis at-  
quunt concilium Lugdu-  
ni habitum  
in causa Mar-  
ciani. neque  
tamen evin-  
cunt, ut di-  
cimus in no-  
tis.  
Et quantum  
tribuit de-  
cretis pon-  
tificum.

ban tum fue-  
rit metropo-  
litana civitas  
merito dubi-  
tari potest,  
neque Saxio  
ac similibus  
fides temere  
obliganda.

carissime, quam colligendis & revocandis Chri-  
stii ovibus exhibere diligentiam plenam, & cu-  
randis lapsorum vulneribus paternæ pietatis ad-  
hibere medicinam, quando etiam dominus in  
evangelio moneat & dicat: *Non est opus sanis  
medicus, sed male habentibus.* Nam et si pastores  
multi sumus unum tamen gregem pascimus, &  
oves universas, quas Christus sanguine suo &  
passione quaesivit, colligere & fovere debemus,  
nec pati supplices & dolentes fratres nostros  
crudeliter despici, & superba quorundam præ-  
sumptione calcari, cum scriptum sit: *Ille autem  
qui contumax est, vir sui jactans, nihil omnino  
perficiet, qui dilatavit tamquam infernus animam  
suam: & ejusmodi homines dominus in evan-  
gelio suo culpet, & damnet dicens: Vos estis;  
qui justificatis vos in conspectu hominum, Deus  
autem dignoscit corda vestra: quoniam quod excel-  
sum est in hominibus, execratio est in conspectu  
Dei.* Execrabiles & detestabiles dicit esse, qui  
sibi placeant, qui tumidi & inflati aliquid sibi  
arroganter assumant. Ex quibus cum Marcia-  
nus esse coeperit, & se Novatiano conjungens,  
adversarius misericordiæ & pietatis extiterit,  
sententiam non dicat, sed accipiat; nec sic  
agat quasi ipse judicaverit de collegio sacer-  
dotum, cum ipse sit ab universis sacerdotibus  
judicatus. Servandus est enim antecessorum no-  
strorum beatorum martyrum Cornelii & Lucii  
honor gloriosus: quorum memoriam cum nos  
honoremus, multo magis tu, frater carissime,  
honorificare & servare gravitate & auctoritate  
tua debes. Illi enim pleni spiritu domini, & in  
glorioso martyrio constituti, dandam esse lap-  
sum pacem consueverunt, & penitentia æta fru-  
ctum communicationis & pacis negandum non  
esse literis suis signaverunt, quam rem omnes  
omnino utique censuimus. Neque enim poterat  
esse apud nos sensus diversus, in quibus unus  
esset spiritus: & ideo manifestum est eum Spi-  
ritus sancti veritatem cum ceteris non tenere,  
quem videmus diversa sentire. Significa plane  
nobis, quis in locum Marciani Arelate fue-  
rit substitutus, ut sciamus ad quem fratres nos-  
tros dirigere, & cui scribere debeamus. Opto  
te, frater carissime, semper bene valere.

dispositionis ordinatione venientem, eos qui sint  
foris extra ecclesiam uncti, & apud hæreticos  
& schismaticos profanæ aquæ labe maculati,  
quando ad nos atque ad ecclesiam, quæ una  
est, venerint, baptizari oportere; eo quod pa-  
rum sit eis manum imponere ad accipiendum  
Spiritus sanctum, nisi accipiant & ecclesiæ bap-  
tismum. Tunc enim demum plene sanctificari  
& esse filii Dei possunt, si sacramento utroque  
nascantur, cum scriptum sit: *Nisi quis natus fuerit  
ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum  
Dei.* Invenimus enim etiam in Actis apostolorum  
hoc esse ab apostolis custoditum, & salutaris  
fidei veritate servatum, ut cum in domo Cornelii  
centurionis super ethnicos, qui illic aderant, fidei  
calore ferventes, & in dominum toto corde  
credentes descendisset Spiritus sanctus, quo ad-  
impleti variis linguis Deum benedicerent, nihilominus  
tamen beatum apostolum Petrum, divini præcepti  
atque evangelii memorem præcepisse ut baptizarentur  
eadem illi qui jam fuerant sancto Spiritu pleni,  
ut nihil prætermisum videretur, quo minus per  
omnia divini præcepti atque evangelii legem  
apostolica magisteria servarent. Baptismum autem  
non esse quo hæretici ununtur, nec quemquam  
apud eos qui Christo adversantur, per gratiam  
Christi posse proficere, diligenter nuper expres-  
sum est in epistola quæ ad Quintum collegam  
nostrum, in Mauritania constitutum, super ea  
re scripta est: item in literis quas collegæ nostri  
ad episcopos in Numidia præsidentes ante fecerunt,  
cujus utriusque epistolæ exempla subdidi. Addimus  
plane & adjungimus, frater carissime, consensu &  
auctoritate communi, ut etiam si qui presbyteri  
aut diaconi, qui vel in ecclesia catholica prius  
ordinati fuerint, & postmodum perfidi ac rebelles  
contra ecclesiam steterint, vel apud hæreticos a  
pseudoeppiscopis & antichristis contra Christi  
dispositionem profana ordinatione promoti sint,  
& contra altare unum atque divinum sacrificia  
foris facta ac sacrilega offerre conati sint,  
eos quoque hac conditione suscipi cum revertuntur,  
ut communi-ent laici, & satis habeant, quod  
admittuntur ad pacem, qui hostes pacis extiterint,  
nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis  
& honoris arma retinere, quibus contra nos  
rebellaverint. Oportet enim sacerdotes & mi-  
nistros, qui altari & sacrificiis deserviunt,  
integros atque immaculatos esse, cum dominus  
Deus in Levitico loquatur & dicat: *Homo in quo  
fuerit macula & vitium, non accedet offerre  
dona Deo.* Item in Exodo hæc eadem præcipiat  
& dicat: *Et sacerdotes qui accedunt ad do-  
minum Deum, sanctificentur, ne forte derelinquat  
illos dominus. Et iterum: Et cum accedunt mi-  
nistrare ad altare sancti, non adducent in se de-  
lictum, ne moriantur. Quod autem majus potest  
delictum, aut quæ macula deformior, quam  
adversus Christum steterit? quam ecclesiam  
ejus, quam ille sanguine suo paravit &  
condidit, dissipasse? quam evangelicæ pacis ac  
dilectionis oblitum, contra unanimum & con-  
cordem Dei populum hostiliis discordiæ furore  
pugnasse? Qui tali postmodum ad ecclesiam  
redeunt, restituere tamen eos & tecum revo-  
care non possunt, qui ab eis seducti & boni  
morte præventi, extra ecclesiam sine communi-  
catione & pace perierunt; quorum animæ in  
die iudicii de ipsorum manibus expectentur,*

Matth. 10.

LXXI  
edit. Pam &  
Rigal.  
LXX.  
edit. Pam &  
Rigal.

Hæreticorum  
profana or-  
dinatio.

LXXII. EPISTOLA II. CYPRIANI  
AD STEPHANUM PAPAM.

De baptizandis iis qui ab hæreticis sunt bapti-  
zati: quæ ejus sententia non recipitur: item  
de non admittendis in clerum qui ab hæ-  
reticis redeunt.

Cyprianus & ceteri Stephano fratri salutem.

AD quædam disponenda & communis con-  
silio examinatione limanda, necesse habui-  
mus, frater carissime, convenientibus in unum  
pluribus sacerdotibus cogere & celebrare concilium,  
in quo multa quidem prolata atque transacta  
sunt: sed de eo vel maxime tibi scribendum,  
& cum tua gravitate ac sapientia conferendum  
fuit, quod magis pertineat & ad sacerdotalem  
auctoritatem, & ad ecclesiæ catholicæ unitatem  
pariter ac dignitatem, de divinis  
Concil. General. Tom. I.

End. 19.  
End. 20.  
LII qui

qui perditionis auctores & duces extiterunt. Et idcirco satis est talibus revertentibus veniam dari: non tamen debet in domo fidei perfidia promoveri. Nam quid bonis & innocentibus atque ab ecclesia non recedentibus reservamus, si eos qui a nobis recesserint, & contra ecclesiam steterint, honoramus? Hæc ad conscientiam tuam, frater carissime, & pro honore communi, & pro simplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei veritate placere quæ & religiosa pariter &

vera sunt. Ceterum scimus quoddam, quod semel imbibierint, nolle deponere, nec propositum suum facile mutare, sed salvo inter collegas pacis & concordie vinculo, quædam propria, quæ apud te semel sunt usurpata, retinere. Quæ in re nec nos vim cuiquam facimus, aut legem damus, cum habeat in ecclesiæ administratione voluntatis suæ arbitrium liberum unumquodque præpositus, rationem adus sui domino redditurus. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

ANNO CHRISTI 317.

ANNO CHRISTI 317.

CONCILIIUM AFRICANUM I.  
AD COLLAPSAM ECCLESIE

Disciplinam reformandam.

CCLV.

Habitu anno CCLVII. sub Stephano Papa.

Tempus & causa concilii.

Concilium.) Anno Christi 317. persecutione cessante, ad quassatam ecclesiam componendam, Cyprianus ejusque collega episcopi Africane ecclesiæ, ex more conveniunt; partim ut rectam fidem & catholicam unitatem conservarent, partim etiam ut collapsum ecclesiasticam disciplinam restituerent, ac bonos mores fidelium informarent. In hac synodo constitutum est primo, ut diaconus ille, quem Rogatianus de protervia & conviciis sibi illatus coram patribus concilii denunciaverat, aut abstinere, aut, nisi peccatum emendet, omnino deponatur. Idem de reliquis protervis & contumeliosis clericis constitutum esse volens: quia contumacia in clericis subiectis periculosa sit, ex qua ut plurimum in hæresim prolabi consueverunt. Verba Cypriani responsoria ad Rogatianum hac de re scribentis hæc sunt: *Hæc sunt initia hæreticorum, & ortus atque conatus schismaticorum male cogitantium, ut si placeant, ut præpositum superbo tumore contemnunt. Sic de ecclesia receditur: sic altare profanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem atque unitatem Dei rebellatur. Quod si ultra te contumeliosius exacerbaveris & provocaveris, furens circa eum potestate honoris tui, ut eum vel deponas vel ablineas.* Secundo hac eadem synodo patres concilii intelligentes quod Geminus Victor Christianus ex hac vita discedens Fortunatum quemdam presbyterum testamento suorum filiorum tutorem nominasset, atque ita, juxta decretum concilii alicujus, olim hac de re in Africa sub antecessoribus celebrati, pœnam excommunicationis incurrisset; ipsum Geminium defunctum, eo quod presbyterum a cultu Dei ad secularia avocasset, excommunicatum esse denunciant; ideoque pro defuncto sacrificium offerri, nomen apud altare nominari severe admodum interdicitur: ipsaque antecessorum suorum decretum hac synodali constitutione confirmant. Hæc constant ex Cypriani epistola 66. qua sic ait: *Graviter commotis sumus ego & collega mei, qui præsentibus aderant, & compresbyteri nostri qui nobis assidebant, &c. Baron. anno 257. numero 13. & 14. Hoc*

eodem concilio baptismum infantulorum in casu necessitatis ante octavum diem accelerandum esse, ad quorundam dubitationem responsum esse videtur. maxime, quia concilium illud tempore ecclesiæ pacato celebratum, non sub Lucio, ut Veneta editio habet, sed potius circa initium Valeriani habitum fuisse, certo colligere licet. Qualis illa de baptismo infantulorum controversia fuerit, ex 59. epistola Cypriani ad Fidum presbyterum hic subjecta cognoscere licet.

Infantes ante octavum diem baptizari possunt.

Eundem servat ordinem in edit. suprà Rigaltii, quæ in Palmatina.

Clericos a contumacia puniendos.

Verba infra epistolam Cypriani ad Rogatianum.

Decretum reformandum.

Clericos a testamentaria tutela eximit. Quæ testimonio clericos tutores constituunt, excommunicantur.

CYPRIANI EPISTOLA AD FIDUM.

De infantibus baptizandis.

Cyprianus & ceteri collega qui in concilio ad fuerant, numero sexaginta sex, Fido fratri salutem.

Legimus literas tuas, frater carissime, quibus significasti de Victore quodam presbytero, quod ei antequam pœnitentiam plenam egisset, & domino Deo, in quem deliquerat, satisfecisset, temere Therapius collega noster immaturo tempore & præpropere festinatione pacem dederit. Quæ res nos satis movit, recessum esse a decreti nostri auctoritate, ut ante legitimum & plenum tempus satisfactionis, & sine petitu & conscientia plebis, nulla infirmitate urgente, ac necessitate cogente, pax ei concederetur: sed librato apud nos diu consilio, satis fuit oburgare Therapium collegam nostrum, quod temere hoc fecerit, & instruxisse, ne quid tale de cetero faciat. Pacem tamen quomodocumque a sacerdote Dei semel datam non putavimus auferendam, ac per hoc Victori communicationem sibi concessam usurpare permisimus. Quantum vero ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem quo nati sunt constitutos baptizari

1 Est hoc Concilium Carthagenis III. sub Cypriano, ut admonet Harduinus, celebratum anno Christi 317. Pictinium illud autem putat Pagius ad annum Christi 254. n. 3. quem conuincit. a MS. quoddam. Harid.

ANNO  
CHRISTI  
357

ANNO  
CHRISTI  
357

tizari non oportere, & considerandam esse legem circumcissionis antiquæ, ut intra octavum diem cum qui natus est baptizandum & sacrificandum non putares; longe aliud in concilio nostro omnibus visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed universi potius iudicavimus, nulli hominum nato misericordiam Dei & gratiam denegandam. Nam cum dominus in evangelio tuo dicat: *Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare*; quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. Quid enim ei deest, qui semel in utero Dei manibus formatus est? Nobis enim atque oculis nostris secundum dierum saculagium cursum, accipere, qui nati sunt, incrementum videntur: ceterum quæcumque a Deo fiunt, Dei factoris maiestate & opere perfecta sunt. Esse denique apud omnes, sive infantes, sive majores natu, unam divini muneris æqualitatem, declarat nobis divinæ scripturæ fides, cum Elituz super infantem Sunamitis viduæ filium, qui mortuus jacebat, ita se Deum deprecans super stravit, ut capiti caput, & faciei facies applicaretur, & superflui Elisæi membra singulis parvuli membris & pedes pedibus jungerentur. Quæ res, si secundum nativitatis nostræ & corporis qualitatem cogitetur, adulto & provento infans non posset æquari, nec coherere & sufficere possent parva membra majoribus. Sed illic æqualitas divina & spiritalis exprimitur, quod pares atque æquales sint omnes homines, quando a Deo semel facti sunt; & possit ætas nostra in incrementis corporum, secundum sæculum, non secundum Deum, habere discrimen: nisi si & gratia ipsa, quæ baptizatis datur, pro ætate accipientium vel minor vel major tribuitur: cum Spiritus sanctus non de mensura, sed de pietate atque indulgentia paterna æqualis omnibus præbeatur. Nam Deus ut personam non accipit, sic nec ætatem, cum se omnibus ad cœlestis gratiæ consecutionem æqualitate librata præbeat patrem. Nam & quod vestigium infantis in primis partus sui diebus constituti, mundum non esse dixisti, quod unusquisque nostrum adhuc horreat exoculari, nec hoc putamus ad cœlestem gratiam dandam impedimento esse oportere; scriptum est enim: *Omnia munda sunt mundis*. Nec aliquis nostrum id debet horrere, quod Deus dignatus est facere. Nam etsi adhuc infans a partu novus est, non ita est tamen, ut quisquam illum in gratia danda atque in pace faciendâ horrere debeat osculari; quando in osculo infantis unusquisque nostrum pro sua religione ipsas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato & recens nato quodam modo exosculamur, quando id quod Deus fecit amplectimur. Nam quod in Judaica circumcissione carnali octavus dies observabatur; sacramentum est in umbra atque in imagine ante præmissum, sed veniente Christo veritate completum. Nam quia octavus dies, id est, post sabbatum primus dies, futurus erat, quo dominus resurgeret, & nos vivificaret, & circumcissionem nobis spiritalem daret: hic dies octavus, id est, post sabbatum primus & dominicus, præcessit in imagine, quæ imago cessavit superveniente postmodum veritate, & data nobis spiritali circumcissione. Propter quod neminem putamus a gratia consequenda impediendum esse ea lege quæ jam statuta est, nec spi-

Concil. General. Tom. I.

ritalem circumcissionem impediri carnali circumcissione debere, sed omnem omnino hominem admittendum esse ad gratiam Christi; quando & Petrus in Actibus apostolorum loquatur & dicat: *Dominus mihi dixit neminem communem dicendum & immundum*. Ceterum si homines impedire aliquid ad consecutionem gratiæ posset; magis adultos, & proventus, & majores natu possent impedire peccata graviora. Porro autem si etiam gravissimis delictoribus, & in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur, & a baptismo atque a gratia nemo prohibetur; quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit? qui ad remissionem peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata. Et idcirco, frater carissime, hæc fuit in consilio nostra sententia, a baptismo atque a gratia Dei, qui omnibus misericors & benignus & pius est, neminem per nos debere prohiberi. Quod cum circa universos observandum sit, atque retinendum, tum magis circa infantes ipsos & recens natos observandum putamus, qui hoc ipso de ope nostra, ac de divina misericordia plus merentur, quod in primo statim nativitatis suæ ortu plorantes ac sientes nihil aliud faciunt quam deprecantur. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

## CYPRIANI • EPISTOLA

### AD ROGATIANUM EPISCOPUM.

De superbo diacono.

Cyprianus Rogatiano fratri salutem.

**G**Raviter & dolenter commoti sumus ego & collegæ mei qui præsentibus aderant, frater carissime, lectis literis tuis, quibus de diacono tuo conquestus es, quod immemor sacerdotalis loci tui, & officii ac ministerii tui oblitus, contumeliosus & injurius tuis te exacerbaverit. Et tu quidem honorifice circa nos & pro solita tua humilitate fecisti, ut malles de eo nobis conqueri, cum pro episcopatus vigore & cathedræ auctoritate haberes potestatem, qua posses de illo statim vindicari; certus quod collegæ tui omnes gratiam haberemus quodcumque circa diaconum tuum contumeliosum sacerdotali potestate fecisses, habens circa hujusmodi homines præcepta divina, cum dominus Deus in Deuteronomio dicat: *Et homo quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem aut iudicem, quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille: & omnis populus cum audierit, timebit: & non agent impie etiam nunc*. Et ut sciamus hanc Dei vocem cum vera & summa maiestate processisse ad honorandos ac vindicandos sacerdotes suos, cum adverius Aaron sacerdotem tres de ministris, Core, & Dathan, & Abiron ausi sunt superbisse, & cervicem suam extollere, & sacerdoti præposito se adæquare, hiatu terræ absorpti ac devorati, pœnas statim sacrilegæ audaciæ persolverunt. Nec soli illi,

LII 2

sed

ANNO CHRISTI 357

ANNO CHRISTI 357

Regum

Enclif

100

100

100

100

100

100

100

sed & ceteri ducenti quinquaginta, qui eis comites ad audaciam fuerunt, prorumpentem domino igne consumpti sunt: ut probaretur sacerdotem Dei ab eo qui sacerdotes facit vindicari. In libro quoque regnorum, cum Samuel sacerdos a Iudæorum populo ob senectutem, sicut tu modo, contemneretur, exclamavit iratus dominus & dixit: *Non te spreverunt, sed me spreverunt.* Et ut hoc ulcisceretur, excitavit et Saul regem, qui eos iniuriis gravibus affligeret, & per omnes contumelias & penas superbium populum calcaret & premeret, ut contemptus sacerdos de superbo populo ultione divina vindicaretur. Sed & Salomon in Spiritu sancto constitutus testatur & docet quæ sit sacerdotalis auctoritas & potestas, dicens: *Ex tua anima tua time Deum, & sacerdotes ejus sanctifica.* Et iterum: *Honora Deum, ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes ejus.* Quorum præceptorum memor beatus apostolus Paulus, secundum quod in Actibus apostolorum legitur, cum ei diceretur: *Sic respice in sacerdotem Dei malitiam.* Respondit & dixit: *Nesciebam fratres quia pontifex es: scriptum est enim: Principis populi tui non maledices.* Dominus etiam noster ipse Jesus Christus rex & iudex & Deus noster utique ad passionis diem servavit honorem pontificibus, & sacerdotibus, quamvis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi servassent. Nam cum leprosum emundasset, dixit illi: *Vade, & monstra te sacerdoti, & offer donum.* Humilitate ea, qua nos quoque esse humiles docuit, sacerdotem adhuc appellabat, cum sciebat esse sacrilegum. Item sub ictu passionis cum lapam accepisset: & ei diceretur, *Ne respondeas verbum:* nihil ille contumeliose locutus est in pernam pontificis, sed magis innocentiam suam tuitus est, dicens: *Si male vocatus sum, expiabor de malo: si autem bene, cur me calas?* Quæ omnia ab eo ideo facta sunt humiliter atque patienter, ut nos humilitatis ac patientie haberemus exemplum. Docuit enim sacerdotes veros legitime & plene honorari, dem circa falsos sacerdotes ipse talis exiit. Memorable autem orationi debent, quosdam apostolos, id est, episcopos & præpositos dominus elegit: diaconos autem post attentionem donum in curios apostoli sui constituerunt episcopatus sui & ecclesie ministros. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui episcopos facit: possunt & contra nos audere diaconi, a quibus sunt. Et ideo oportet diaconum, de quo scribitur, agere audaciam tuam penitentiam, & honorem sacerdotis agnoscere, & episcopo præposito suo plena humilitate satis facere. Hæc sunt enim initia hæreticorum, & ortus atque conatus schismaticorum male cogitantium, ut sibi placeant, ut præpositum superbo timore contemnant. Sic de ecclesia recedunt, sic altare profanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem atque unitatem Dei rebellatur. Quod si ultra te contumelias suis exacerbaverit & provocaverit, tingeris circa eum potestate honoris tui, ut eum vel deponas vel ablineas. Nam si apostolus Paulus ad Timotheum scribens dixit: *Incentuam tuam nemo despiciat:* quanto magis tibi a collegis tuis dicendum est: *Senectutem tuam nemo despiciat.* Et quoniam scripsi quemdam eum eodem diacono tuo se mitente, & superbie ejus atque audaciam participem esse: hunc quo-

que, & si qui alii tales extiterint, & contra sacerdotem Dei fecerint, vel coercere poteris, vel ablineare: nisi quod hortamur & monemus, ut peccasse se potius intelligant, & satisfaciant, & nos propositum nostrum tenere patiantur: magis enim optamus & cupimus contumelias & iniurias singulorum clementi patientia vincere, quam sacerdotali licentia vindicare. Opto te, frater carissime, semper bene valere

CYPRIANI EPISTOLA LXVI. ad Pan. & Rig.

AD CLERUM ET PLEBEM

FURNITANORUM

De Victore qui Faustinum presbyterum tutorem nominavit.

Cyprianus presbyteris, & diaconibus, & plebi Furnitanorum salutem.

Graviter commoti sumus ego & collegæ mei qui præzentes aderant, & presbyteri nostri qui nobis assidebant, fratres carissimi, cum cognovissemus quod Geminus Victor frater noster, de sæculo excedens, Geminum Faustinum presbyterum tutorem testamenti suo nominaverit, cum iam pridem in concilio episcoporum statutum sit, ne quis de clericis & Dei ministris tutorem vel curatorem testamenti suo constituat, quando singuli divino sacerdotio honorati, & in clerico ministerio constituti, non nisi altari & sacrificiis deservire, & precibus atque orationibus vacare debeant. Scriptum est enim: *Nemo militat. Dea obligat se molestis secularibus, ut possit placere ei cui se probavit.* Quod cum de omnibus dictum sit; quanto magis molestis & laqueis secularibus obligari non debent, qui divinis rebus & spiritualibus occupati, ab ecclesia recedere, & ad terrenos & seculares actus vacare non possunt? Cuius ordinationis & religionis formam Levitæ prius in lege tenuerunt, ut cum terram dividerent, & possessiones parirentur undecim tribus, Levitica tribus, quæ templo, & altari, & ministris divinis vacabat, nihil de illa divitiarum portione perciperet, sed alius terram colentibus, illa tantum Deum coleret, & ad vitum atque alimentum tuum ab undecim tribubus de fructibus qui nascebantur decimas reciperet. Quod totum fiebat de auctoritate & dispositione divina: ut qui operationibus divinis insistebant, in nulla re avocarentur, nec cogitare, aut agere secularia cogèrentur. Quæ nunc ratio & forma in clero tenetur, ut qui in ecclesia eorum ordinatione clerica promoventur, in nullo ab administratione divina avocentur, nec molestus & negotiis secularibus alligentur, sed in honore sportulantium fratrum, tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & sacrificiis non recedant, sed die ac nocte celestibus rebus & spiritualibus servant. Quod episcopi antecessores nostri religiose considerantes, & salubriter providentes, censuerunt ne quis frater excedens, ad tutelam vel curam clericum nominaret: ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur: neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros voluit avocare. Et ideo.

ANNO CHRISTI 317

905

STEPHANUS P. I.

CONCIL. AFRICAN. II.

VALERIANUS IMP. GALLIENUS

906

ANNO CHRISTI 317

ideo Victor, cum contra formam nuper in concilio a sacerdotibus datam Geminium Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere, non est quod pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in ecclesia frequentetur, ut sacerdotum decretum religiose & necessarie factum servetur a nobis; simul & ceteris fratribus detur exem-

plum, ne quis sacerdotes & ministros Dei, altari eius & ecclesie vacantes, ad secularia molestias devocet: observari enim de cetero poterit, ne ultra hoc fiat circa personam clericorum, si quod nunc factum est, fuerit vindicatum. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

ANNO CHRISTI 318

CONCILIUM AFRICANUM II.

IN CAUSA BASILIDIS ET MARTIALIS

ANNO CHRISTI 318

CCLVI.

Habitu anno CCLVIII. sub Stephano Papa I.

Tempus locus & causa concilii

Concilium. ) Hoc concilium habitum est in Africa, anno Christi 258. ad instantiam Hispanie episcoporum, eo fine, ut de causa Basilidis & Martialis Africanæ ecclesie iudicium cognoscere. Causa talis erat: Basilides Legionensis, & Martialis Asturicensis ecclesie episcopi, eo quod in persecutione fuissent lapsi libellatici, qui nimirum privatim fidem abnegantes, publicum idolorum cultum pecunia redemissent, episcopali honore ad denunciationem fidelium Hispanorum spoliati, & in eorum locum Sabinus ac Felix substituti. Cessante persecutione, illi, sicut antea Felicissimus in Africa lapsus, absque ullo gradu & honoris dispendio ab ecclesia recipi temerario ausu contenderunt: quo conatu cum frustrarentur, Felicemque cum Sabino in locum suum substitutos viderent, Basilides livore tabescens ad apostolicam sedem Romam se contulit, ibique se iniuste sede privatam conquestens, Stephano Romano pontifici supplicationem plurimis mendaciis retertam exhibet, ac per eam sedi ac honori pristino restitui suppliciter rogat. Quod cum episcopi Hispanie audissent, ipsi duo iussu episcopi Sabinus ac Felix, ad Africanam ecclesiam ablegantur, & utrique literæ ad Cyprianum reliquosque eius ecclesie episcopos scriptæ communicantur, ut scilicet eisdem episcopi libellaticorum duorum causam cognoscant, ac diiudicent. Cyprianus igitur cum legatos una cum literis prædictis excepisset, collegas antilites convocat, & in eorum sacro confesso literas ad se tuoque collegas scriptas legi ac recitari, & ab iisdem legatis in concilium introductis suam ipsorum causam enarrari procurat. Quæ cum facta essent, hoc quod ab episcopis Hispanie de Basilidis & Martialis libellaticorum depositione, & Sabini cum Felici iussione constitutum fuerat, per Africanæ ecclesie episcopos illos, qui huc concilio interfuerant, confirmatum est: nimirum libellaticos omnes ad penitentiam quidem agenda posse admitti, verum ab ordinatione clericali, atque sacerdotali dignitate recte prohiberi: hosce duos etiam sua episcopali dignitate recte spoliatos, Sabini ac Felicem in locum ipsorum recte iussit esse. Quo testimonio habi-

Basilides & Martialis libellatici cur Romam prorecti.

Definitio concilii

Sabinus & Felix cui Romam venerunt.

to, ipsi Sabinus ac Felix, literis Cypriani aliorumque episcoporum ad Stephanum & episcopos Hispanie scriptis communitis, Romam advenerunt, tum ut mendacia Basilidis coram resellant, tum etiam ut auctoritate sedis apostolicæ contumaces episcoporum Hispanie contemptores compescant. Vide Baron. anno 258. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

EPISTOLA CYPRIANI

AD CLERUM ET PLEBES IN

HISPANIA CONSISTENTES.

De Basilide & Martiale

Cyprianus, Cælius, Primus, Vulcarus, &c. Felici presbitero & plebibus consentibus ad Legionem & Asturiam: Item Lelio diacono & plebi Emerite consentibus gratia & a domino salutem.

CUM in unum convenissent, legimus literas vestras, fratres dilectissimi, quas ad nos per Felicem & Sabini episcopos nostros pro fide vestre integritate, & pro Dei timore scripsistis, significantes Basilidem & Martialem libellis idololatriæ commaculatos, & peccatorum suorum conscientia victos, episcopatum gerere, & sacerdotum Dei administrare non oportere: & desideratis retribui ad hæc vobis, & iustam pariter ac necessariam sollicitudinem vestram vel solatio, vel auxilio nostre sententia sublevari. Sed enim desiderio huc vestro non tam nostra consilia, quam divina præcepta respondent: quibus tampridem mandatur voce caelesti, & Dei lege præscribitur, quos & quales oporteat deservire altari, & sacrificia divini celebrare. In Exodo namque ad Moysen Deus loquitur & monet, dicens: Sacerdotes, qui accedunt ad altare Domini Dei sui, sanctificentur, ne forte accedant, quæ nos dominus. Et iterum: Et cum accedant ministrare ad altare sancti, non adducant in eum edulum, ne moriantur. Item in Levitico præcipit dominus, & dicit: Homo in quo fuerit macula

Hoc est concilium Carthaginense IV. sub Cypriano, anno Christi 253. conflatum ab Haediano, in editione vero operum S. Cypriani a Joanne Felio curata, anno 254. demum a Pægo anno 255. In MS. collegii Parisiensis Soc. Jesu & in Remensi, quem citat Rigaltius, adduntur hæc nomina post Pægonum: Nicomedes, Luctanus, Stacellus, Sedatus, Fortunatus, Januarius, Secundus, Pomponius, Honoratus, Vilius, Aurelius, Saturnus, Petrus, alius, Januarius, Saturninus, alius, Aurelius, Venantius, Quirius, Regulus, Tenuus, Felix, Paulus, Quintus, alius, Saturninus, Lucius, Vincentius, Liborius, Geminus, Marcellus, Jambus, Adelphus, Vilius, & Paulus, Felici presbitero &c. Haediano, cui debemus sequentes notulas. 3 MS. Episcopi.



Isai 23

Matt 7

Joan 9

Uti 9

Numb 16

Numb 10

*cula & vitium, non accedet offerre dona Deo. Quæ A nata. Quod postea secundum divina magisteria observatur in Actis apostolorum, quando de ordinando in locum Judæ episcopo Petrus ad plebem loquitur: Surrexit, inquit, Petrus in medio discipulorum: fuit autem turba in uno. Nec hoc in episcoporum tantum & sacerdotum, sed in diaconorum ordinationibus observasse apostolos animadvertimus, de quo & ipso in actis eorum scriptum est: Et convocaverunt, inquit, illi duodecim totam plebem discipulorum, & dixerunt eis. Quod utique idcirco tam diligenter & caute convocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet. Ordinari enim nonnunquam ignobis, non secundum Dei voluntatem, sed secundum humanam præsumptionem, & hæc Deo displicere, quæ non veniant ex legitima & iusta ordinatione, Deus ipse manifestat per Osee prophetam, dicens: Sibi metipso constituerunt regem, & non per me. Propter quod diligenter de traditione divina, & apostolica observatione observandum est & tenendum quod apud nos quoque, & fere per provincias univerfas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem, cui præpositus ordinatur, episcopi ejusdem proximi quique convenient, quæ singulorum vitam plenissime novit, & uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit. Quod & apud vos factum videmus in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de universæ fraternitatis suffragio, & de episcoporum qui in præsentia convenerant, quique de eo ad vos litteras fecerant, judicio episcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Basilidis imponeretur. Nec rescindere ordinationem jure perfectam potest, quod Basilides post crimina sua deicta, & conscientiam etiam propria confessione nudatam, Romam pergens, Stephanum collegam nostrum longe positum, & gettæ rei ac tacitæ veritatis ignarum selessit, ut exambiret reponi se in episcopatum, de quo fuerat iuste depositus. Hoc eo pertinet, ut Basilidis non tam abolita sint, quam cumulata delicta, ut ad superiora peccata ejus etiam fallaciæ & circumventionis crimen accesserit. Neque enim tam culpandus est ille, cui negligenter obreptum est, quam hic execrandus, qui fraudulenter obrepsit. Obrepere autem si hominibus Basilides potuit, Deo non potest, cum scriptum sit: Deus non deridetur. Sed nec Martialis potest profuisse fallacia, quo minus ipse quoque delictis gravibus involutus episcopatum tenere non debeat, quando & apostolus monet, & dicat: episcopum oportet esse sine crimine, quasi Dei dispensatorem. Quapropter cum (sicut scripsistis, fratres dilectissimi, ut & Felix & Sabinus collega nostri asseverant, utque alius Felix de Cætaraugusta fidei cultor ac defensor veritatis literis tuis significat) Basilides & Martialis nefando idololatriæ libello contaminati sint; Basilides adhuc insuper præter libelli maculam, cum in infirmitate decumberet, in Deum blasphemaverit, & se blasphemasse confessus sit; & episcopatum pro conscientie suæ vulnere sponte deponens, ad agendam penitentiam conversus sit, Deum deprecans, & satis gratulans, si sibi vel laico communicare contingeret; Martialis quoque præter gentilium turpia & lulentia*

*observatur in Actis apostolorum, quando de ordinando in locum Judæ episcopo Petrus ad plebem loquitur: Surrexit, inquit, Petrus in medio discipulorum: fuit autem turba in uno. Nec hoc in episcoporum tantum & sacerdotum, sed in diaconorum ordinationibus observasse apostolos animadvertimus, de quo & ipso in actis eorum scriptum est: Et convocaverunt, inquit, illi duodecim totam plebem discipulorum, & dixerunt eis. Quod utique idcirco tam diligenter & caute convocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet. Ordinari enim nonnunquam ignobis, non secundum Dei voluntatem, sed secundum humanam præsumptionem, & hæc Deo displicere, quæ non veniant ex legitima & iusta ordinatione, Deus ipse manifestat per Osee prophetam, dicens: Sibi metipso constituerunt regem, & non per me. Propter quod diligenter de traditione divina, & apostolica observatione observandum est & tenendum quod apud nos quoque, & fere per provincias univerfas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem, cui præpositus ordinatur, episcopi ejusdem proximi quique convenient, quæ singulorum vitam plenissime novit, & uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit. Quod & apud vos factum videmus in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de universæ fraternitatis suffragio, & de episcoporum qui in præsentia convenerant, quique de eo ad vos litteras fecerant, judicio episcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Basilidis imponeretur. Nec rescindere ordinationem jure perfectam potest, quod Basilides post crimina sua deicta, & conscientiam etiam propria confessione nudatam, Romam pergens, Stephanum collegam nostrum longe positum, & gettæ rei ac tacitæ veritatis ignarum selessit, ut exambiret reponi se in episcopatum, de quo fuerat iuste depositus. Hoc eo pertinet, ut Basilidis non tam abolita sint, quam cumulata delicta, ut ad superiora peccata ejus etiam fallaciæ & circumventionis crimen accesserit. Neque enim tam culpandus est ille, cui negligenter obreptum est, quam hic execrandus, qui fraudulenter obrepsit. Obrepere autem si hominibus Basilides potuit, Deo non potest, cum scriptum sit: Deus non deridetur. Sed nec Martialis potest profuisse fallacia, quo minus ipse quoque delictis gravibus involutus episcopatum tenere non debeat, quando & apostolus monet, & dicat: episcopum oportet esse sine crimine, quasi Dei dispensatorem. Quapropter cum (sicut scripsistis, fratres dilectissimi, ut & Felix & Sabinus collega nostri asseverant, utque alius Felix de Cætaraugusta fidei cultor ac defensor veritatis literis tuis significat) Basilides & Martialis nefando idololatriæ libello contaminati sint; Basilides adhuc insuper præter libelli maculam, cum in infirmitate decumberet, in Deum blasphemaverit, & se blasphemasse confessus sit; & episcopatum pro conscientie suæ vulnere sponte deponens, ad agendam penitentiam conversus sit, Deum deprecans, & satis gratulans, si sibi vel laico communicare contingeret; Martialis quoque præter gentilium turpia & lulentia*

MS. noster ab omnia qua sunt...



ANNO  
CHRISTI  
318. 316.  
Decretum  
concilii.

Stephanus pa-  
pe hoc con-  
cilium repu-  
bovit.

Firmilianus  
episcopus  
Asiae.

Inter episto-  
las S. Cy-  
priani ordi-  
ne LXXV.  
in edit. Pam.  
& Rigal.

que proximis orientalibus regionibus episcopi ad hanc synodum accesserunt: a quibus omnibus constitutum ac decretum est, nihil eorum, quae ab haereticis facta sunt, ab ecclesia catholica recipiendum esse: ordinationes, baptismum, manuum impositiones, aliudve sacrum quodvis ab haereticis administratum, invalidum esse. Stephanus pontifex Romanus episcopos orientales hae constituentes excommunicat, & apostolicam sedis communionem privat: ipsam vero synodum erraticam contra apostolorum traditionem erroneum dogma confirmantem reprobat. Orientales ad pontificem suos quidem legatos, qui de rebus in synodo gestis coram pontifice rationem redderent, ablegarunt; verum Romam venientes a Sancto Stephano pontifice, neque recepti, neque auditi fuerunt. Ob quam causam Firmilianus Caesareae Cappadociae episcopus ad Cyprianum eam qua acta hujus concilii enarrat, & de legatis non auditis valde conqueritur, epistolam sequentem hanc conscripsit. Baron. an. praed. nu. 14. 15. & 16.

### EPISTOLA FIRMILIANI AD CYPRIANUM

contra epistolam Stephani.

*Firmilianus Cypriano fratri in domino salutem.*

**A**ccepimus per Rogatianum carissimum nostrum diaconum a vobis missum literas quas ad nos fecisti, frater dilectissime, & gratias propter hoc domino maximas egimus; quod contigerit, ut qui corpore abinvicem separamur, sic spiritu adunemur, quasi non unam tantum regionem tenentes, sed in ipsa atque in eadem domo simul inhabitantes. Quod & decet dicere, quia & spiritalis domus Dei una est: *erit enim in novissimis*, ait propheta, *diebus manifestus mons domini, & domus Dei super vertices montium*. In quam convenientes cum jucunditate adunantur, secundum quod & in psalmo hoc postulatur a domino, *inhabitare in domo Dei per omnes dies vitae*. Unde & in alio loco manifestatum est, esse apud sanctos magnam voluntatis caritatem, in unum conveniente. *Ecce*, inquit, *quam bonum & voluptabile est, ut habitent fratres in unum*. Adunatio enim, & pax, & concordia, non solum hominibus fidelibus & cognoscentibus veritatem, sed & angelis ipsis caelestibus voluptatem maximam praestat; quibus dicit sermo divinus, *ecce gaudium in uno peccatore poenitentiam agente*, & ad unitatis vinculum revertente. Quod utique non diceretur de angelis conversationem in caelis habentibus, nisi ipsi quoque essent nobis adunati, qui nostra adunatione letantur: sicut e conversatio utique contrahantur, quando vident diversas quorundam mentes, & varias voluntates, quali non tantum unum, & eundem dominum

simul invocent, sed separatis & divisim abinvicem nec confabulatio jam possit esse, aut sermo communis. Nisi quod nos gratiam referre Stephano in isto possumus, quod per illius inhumanitatem nunc effectum sit, ut fidei & sapientiae vestrae experimentum caperemus. Sed non si nos propter Stephanum hanc beneficii gratiam cepimus, statim Stephanus beneficio & gratia digna commisit. Neque enim & Judas perfidia sua & prodicione, qua scelerate circa salvatorem operatus est, dignus videri potest, quasi causam bonorum tantorum ipse praestiterit, ut per illum mundus, & gentium populus liberaretur. Sed haec interim quae ab Stephano gesta sunt, praetereantur, ne, dum audaciae & insolentiae ejus meminimus, de rebus ab eo improbe gestis longiorem molestiam nobis inferamus. De vobis autem cognoscentes, quod secundum regulam veritatis & sapientiam Christi, hoc de quo nunc quaeritur, disposueritis; cum magna laetitia exultavimus, & Deo gratias egimus, quia invenimus in fratribus tam longe positus tantam nobiscum fidei & veritatis unanimitatem. Potens est enim gratia Dei copulare & conjungere caritatis atque unitatis vinculo, etiam ea quae videntur longiore terrarum spatio esse divisa. Secundum quod & olim intervallo temporum separatos ab Job & Nee, qui in primis fuerant, Ezechielem & Danielelem, posteriores aetate ad unanimitatis vinculum virtus divina conjunxit; Ut quamvis temporibus longis discreti essent, eadem tamen divina inspiratione sentirent. Quod & nunc in vobis animadvertimus, ut qui longissimis regionibus a nobis separati estis, sensu tamen & spiritu copulatos vos esse nobiscum probaretis. Quod totum hoc sit divina unitate. Nam cum dominus unus atque idem sit qui habitat in nobis, conjungit ubique & copulat suos vinculo unitatis. Unde *in universam terram exiit spiritus eorum*, qui a domino missi sunt unitatis spiritu velociter currentes. Sicut e contrario nihil prodest aliquos proximis & junctis sibi esse corporibus, si animo & mente dissideant; quando adunari animae omnino non possint, quae se a Dei unitate diviserint: *Ecce enim, inquit, qui longinquant se abs te peribunt: sed tales iudicium domini pro merito suo subibunt, recedentes a verbis ejus, qui patrem pro unitate deprecatur, & dicit: Pater da ut quomodo ego & tu unum sumus, sic & hi in nobis unum sint*. Nos vero ea quae a vobis scripta sunt, quasi nostra propria suscipimus, nec in transcurso legimus, sed saepe repetita memoriae mandavimus: neque obest utilitati salutari aut eadem retexere, ad confirmandam veritatem, aut & quadam addere ad cumulandam probationem. Si quid autem a nobis additum fuerit, non sic additur quali a vobis aliquid minus dictum sit: sed quoniam sermo divinus humanam naturam supergreditur, nec potest totum & perfectum anima concipere, idcirco & tan-

ab Iconanti Synodo, quae ab Montanistas fuerat indita. His addit Valerius Dionysium Alexandrinum in epist. ad Philemum Rom. urbis praedictam quam Episcopi sub initia Pontificatus Nelli Papae, ubi ait: *Illud praeterea videtur, non ad Aleris talis hunc morem non primum inchoatum fuisse, sed & multo antea superiorum haereticorum temporibus in Ecclesia popularissimum, & in Concilio fratrum apud Iconium & Synodis, & apud alios plures locos tam sanctum fuisse*. Hinc sub extrema Alexandri Severi tempora, quibus Firmilianus ad Caesariensis Ecclesiae Sacerdotum totius promotus fuerat, ut docet Eusebius in lib. 6. Synodum Iconientem collectam credit Valerius, adeoque ante Constantini Papae Pontificatum. Haderus Pagius. Hardanus in Indice Conciliorum romi primi Leonis & Synodis Corinthia habita esse anno dicitur 333. affirmat. De his vide & Augustinum lib. 3. contra Cere-  
con. cap. 3.

1. Historiam hujus dissidii magis enucleatam lege apud Pagium ad an. 355. n. 9. & 1094. & ad an. 356. num. 9. & 1094.

ANNO  
CHRISTI  
118. 119.ANNO  
CHRISTI  
118. 119.

tus est numerus prophetarum, ut multiplex divina sapientia per multos distribuatur. Unde & tacere præcipitur, primo in prophetia loquendi, si secundo fuerit revelatum. Quæ ex causa necessario apud nos fit, ut per singulos annos. seniores & præpositi in unum conveniant ad disponenda ea quæ curæ nostræ commissa sunt: ut si qua graviora sunt, communi consilio dirigantur: lapsis quoque fratribus & post lavacrum salutare a diabolo vulneratis per penitentiam medela queratur: non quasi a nobis remissionem peccatorum consequantur, sed ut per nos ad intelligentiam delictorum suorum convertantur, & domino plenius satisfacere cogantur. Quoniam vero legatus iste a vobis missus regredi ad vos festinabat, & hibernum tempus urgebat; quantum potuimus ad scripta vestra rescriptimus. Et quidem quantum ad id pertineat quod Stephanus dixit, quasi apostoli eos qui ab hæresi veniant baptizari prohibuerint, & hoc custodiendum posteris tradiderint, plenissime vos respondistis; neminem jam stultum esse qui hoc credat apostolos tradidisse, quando etiam ipsas hæreses constat execrabiles ac detestandas postea extitisse. Cum & Marcion Cerdonis discipulus invenitur sero post apostolos, & post longa ab eis tempora sacrilegam adversus Deum traditionem induxisse. Apelles quoque blasphemiz ejus consentiens, multa alia nova & graviora fidei ac veritati inimica addiderit. Sed & Valentini & Basilidis tempus manifestum est, quod & ipsi post apostolos, & post longam ætatem, adversus ecclesiam Dei sceleratis mendaciis suis rebellaverint. Ceteros quoque hæreticos constat pravæ suæ sectæ & inventiones perverfas, prout quisque errore ductus est, postea induxisse; quos omnes manifestum est a semetipsis damnatos esse, & ante diem judicii inexcusabilem sententiam adversus semetipsos dixisse: quorum baptisma qui confirmat, quid aliud quam cum ipsis se adjudicat, & se ipse participem talibus faciendo condemnat? Eos autem, qui Romæ sunt, non ea in omnibus servare, quæ sint ab origine tradita, & frustra apostolorum auctoritatem prætere, scire quis etiam inde potest, quod circa celebrandos dies paschæ, & circa multa alia divinæ rei sacramenta, videat esse apud illos aliquas diversitates, nec observari illic omnia æqualiter, quæ Hierosolymis observantur. Secundum quod in ceteris quoque plurimis provinciis, multa pro locorum & nominum diversitate variantur; nec tamen propter hoc ab ecclesiæ catholicæ pace atque unitate aliquando discessum est. Quod nunc Stephanus ausus est facere, rumpens adversum vos pacem, quam semper antecessores ejus vobiscum amore & honore mutuo custodierunt: adhuc etiam infamans Petrum & Paulum beatos apostolos, quasi hoc ipsi tradiderint; qui in epistolis suis hæreticos execrati sunt, & ut eos evitemus monuerunt. Unde apparet traditionem hanc humanam esse, quæ hæreticos asserit, & baptisma, quod non nisi solius ecclesiæ est, eos habere defendit. Sed & ad illam partem bene a vobis responsum est, ubi Stephanus in epistola sua dixit: *Hæreticos quoque ipsos in baptismo convenire, & quod ad alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum*, quasi ad nos hoc facere debeamus. Quo in loco, etiam vos iam probatis

Stephanus.

a.

latis ridiculum esse, ut quis sequatur errantes, illud tamen ex abundantia addimus; non esse mirum si sic hæretici agant; qui etsi in quibusdam minoribus discrepant, in eo tamen quod est maximum, unum & eundem consensum teneant, ut blasphement creatorem, quosdam somnia sibi & phantasmata ignoti Dei contingentes: quos utique consequens est sic consentire in baptismi sui vanitate, ut consentiant in repudianda divinitatis veritate. De quibus quoniam longum est ad singula eorum, vel scelestis vel supervacua, respondere; satis est breviter illud in compendio dicere: eos qui non teneant verum dominum Patrem, tenere non posse nec Filii nec Spiritus sancti veritatem. Secundum quod etiam illi qui Cataphryges appellantur, & novas prophetias usurpare conantur, nec Patrem possunt habere, nec Filium, nec Spiritum sanctum; a quibus si queramus quem Christum prædicent, respondebunt eum se prædicare qui miserit spiritum per Montanum & Priscam locutum. In quibus cum animadvertamus non veritatis spiritum sed erroris fuisse; cognoscimus eos qui falsam illorum prophetiam contra Christi fidem vindicant, Christum habere non posse. Sed & ceteri quoque hæretici, si se ab ecclesiâ Dei sciderint, nihil habere potestatis aut gratiæ possunt; quando omnis potestas & gratia in ecclesiâ constituta sit, ubi præsident majores natu, qui & baptizandi, & manum imponendi, & ordinandi possident potestatem. Hæretico enim sicut ordinare non licet, nec manum imponere; ita nec baptizare, nec quidquam sancto nec spiritualiter gerere, quando alienus sit a spiritali & desica sanctitate. Quod totum nos jampridem in Iconio, qui Phrygiæ locus est, collecti, in unum convenientibus ex Galatia, & Cilicia, & ceteris proximis regionibus, confirmavimus, tenendum contra hæreticos firmiter & vindicandum, cum a quibusdam de ista re dubitaretur. Et quoniam Stephanus & qui illi consentiunt, contendunt dimissionem peccatorum & secundam nativitatem in hæreticorum baptisma posse procedere, apud quos etiam ipsi consentunt Spiritum sanctum non esse; considerent & intelligant spiritalem nativitatem sine spiritu esse non posse: secundum quod & beatus Paulus apostolus eos, qui ab Joanne baptizati fuerant, priusquam missus esset a domino Spiritus sanctus, baptizavit denuo spiritali baptismo, & sic eis manum imposuit, ut acciperent Spiritum sanctum. Quale est autem, ut cum Paulum post Joannis baptisma iterato discipulos suos baptizasse videamus, nos eos qui ab hæresi ad ecclesiam veniunt, post illicitam & profanam eorum tinctionem baptizare dubitemus? Nisi si his episcopis, de quibus nunc, minor fuit Paulus, ut hi quidem possint per solam manus impositionem venientibus hæreticis dare Spiritum sanctum: Paulus autem idoneus non fuerit, qui ab Joanne baptizatis Spiritum sanctum per manus impositionem daret, nisi eos prius etiam ecclesiæ baptismo baptizasset. Illud quoque absurdum, quo non putant querendum esse, quis sit ille qui baptizaverit, eo quod qui baptizatus sit, gratiam consequi poterit invocata trinitate nominum Patris & Filii & Spiritus sancti. Deinde hæc erit sapientia, quam scribit Paulus esse in his, qui perfecti sunt. At quis est in ecclesiâ perfectus

Mmm  
dus

Cor. 1.

ANNO  
CHRISTI  
318.

Mar. 13.

aus & sapiens, qui hoc aut defendat, aut cre-  
dat, quod invocatio hanc nominum nuda suffi-  
ciat ad remissionem peccatorum, & baptismi  
sanctificationem? cum hæc tunc utique profi-  
ciant, quando & qui baptizat habet Spiritum  
sanctum, & baptismum quoque ipsum non sit  
sine Spiritu constitutum. Sed dicunt eum, qui  
quomodocumque foris baptizatur, mente & fi-  
de sua baptismi gratiam consequi posse: quod  
& ipsum sine dubio ridiculum est, quasi de  
cælo adducere ad se possit aut mens prava ju-  
storum sanctificationem, aut fides falsa creden-  
tium veritatem. Non omnes autem, qui no-  
men Christi invocant, audiri, & invocationem  
suam consequi aliquid gratiæ posse dominus  
ipse manifestat, dicens: *Multi venient in no-  
mine meo dicentes: Ego sum Christus, & multos  
fallent.* Nulla quippe differentia est inter pseu-  
dopropheta & hæreticum: Nam ut ille in  
nomine Dei aut Christi, ita iste in sacramen-  
to baptismi fallit. Mendacio uterque nititur,  
ad decipiendas hominum voluntates. Volo au-  
tem vobis & de historia, quæ apud nos facta  
est, exponere ad hoc ipsum pertinente. Ante  
viginti enim & duos fere annos, temporibus  
post Alexandrum imperatorem, multæ illic  
conflictationes & pressuræ acciderunt, vel in  
commune omnibus hominibus, vel privatim  
Christianis; terræ etiam motus plurimi & fre-  
quentes extiterunt, ut per Cappadociam & per  
Pontum multa subruerent, quædam etiam ci-  
vitates in profundum receptæ disrupti soli hia-  
tu devorarentur, ut ex hoc persecutio quoque  
gravis adversum nos Christiani nominis heret.  
Quæ post longam retro ætatis pacem repente  
oborta, de inopinato & insueto malo ad tur-  
bandum populum nostrum terribilior effecta est.  
Serenianus tunc fuit in nostra provincia præ-  
ses, acerbus & durus persecutor. In hac autem  
perturbatione constitutis fidelibus, & huc at-  
que illuc persecutionis metu fugientibus, & pa-  
trias suas relinquentibus, atque in alias partes  
regionum tranteuntibus, (erat enim tranteun-  
di facultas, eo quod persecutio illa, non per-  
totum mundum, sed localis fuisset) emerfit  
istic subito quædam mulier, quæ in ecclasi  
constituta, propheten se præterret, & quasi  
sancto Spiritu plena sic ageret. Ita autem prin-  
cipalium dæmoniorum impetu terebatur, ut per  
longum tempus sollicitaret & deciperet frater-  
nitatem, ac mirabilia quædam & portentosa  
perficiens, & facere se terram moveri pollice-  
retur. Non quod dæmoni tanta esset potestas,  
ut terram movere, aut elementum concutere  
iussu valeret; sed quod nonnunquam spiritus  
nequam præsciens & intelligens terræ motum  
futurum, id se facturum esse simularet, quod  
futurum videret. Quibus mendaciis & iactatio-  
nibus subegerat mentes singulorum, ut sibi  
obedirent, & quocumque præciperet & duce-  
ret, sequerentur: faceret quoque mulierem il-  
lam cruda hieme nudis pedibus per asperas ni-  
ves ire, nec vexari in aliquo aut lædi illa di-  
scursionem: diceret etiam se in Judæam & Hie-  
rosolymam festinare, fingens tanquam inde ve-  
nisset. Hic & unum de presbyteris Rusticum,  
item & alium diaconum tesellii, ut eidem mu-  
lieri commiserentur, quod populo post dete-  
ctum est. Nam subito apparuit illi unus de  
exorcistis, vir probatus, & circa religionem di-  
sciplinam bene semper conversatus, qui exhor-

tatione quoque fratrum plurimorum, qui &  
ipsi fortes ac laudabiles in fide aderant, exci-  
tatus, crexit se contra illum spiritum nequam  
revincendum; qui subtili fallacia etiam hoc  
paulo ante prædixerat, venturum quemdam  
averfum & tentatorem infidelem. Tamen il-  
le exorcista inspiratus Dei gratia fortiter re-  
stitit, & esse illum nequissimum spiritum, qui  
prius sanctus putabatur, ostendit. Atqui illa  
mulier, quæ prius per præstigiis & fallacias  
dæmonis, multa ad deceptionem fidelium mo-  
liebatur, inter cetera quibus plurimos decepe-  
rat, etiam hoc frequenter ausa est; ut invoc-  
atione non contemptibili sanctificasse se panem  
& eucharistiam facere simularet, & sacrificium  
domino sine sacramento solitæ prædicationis  
offerret; baptizaret quoque multos usitata &  
legitima verba interrogationis usurpans, ut nil  
discrepare ab ecclesiastica regula videretur.  
Quid igitur de huius baptismi dicemus, quo  
nequissimus dæmon per mulierem baptizavit?  
Numquid & hoc Stephanus, & qui illi con-  
sentiunt comprobant? maxime cui nec symbo-  
lum Trinitatis, nec interrogatio legitima &  
ecclesiastica defuit? Potest credi aut remissio  
peccatorum data, aut lavacri salutaris regene-  
ratio rite perfecta? ubi omnia quamvis ad ima-  
ginem veritatis, tamen per dæmonem gesta  
sunt? Nisi si & dæmonem in nomine Patris  
& Filii & Spiritus sancti gratiam baptismi de-  
disse contendant, qui hæreticorum baptismum de-  
fendunt. Apud quos sine dubio idem error  
est, dæmonum fallacia ipsa est, quando apud  
illos omnino Spiritus sanctus non est. Illud  
etiam quale est, quod vult Stephanus, his qui  
apud hæreticos baptizantur, adesse præsentiam  
& sanctimoniam Christi? Nam si non menti-  
tur apostolus, dicens: *Quotquot in Christo tim-  
ent, Et estis, Christum induistis:* utique qui illic in  
Christo baptizatus est, induit Christum: si  
autem induit Christum, accipere potuit & Spi-  
ritum sanctum, qui a Christo missus est, &  
frustra illi venienti ad accipiendum Spiritum  
manus imponitur: nisi si a Christo Spiritum  
induit, ut apud hæreticos sit quidem Christus,  
non sit autem illic Spiritus sanctus. Decurra-  
mus vero breviter & cetera quæ a vobis co-  
piose & plenissime dicta sunt, festinante vel  
maxime ad vos Rogatiano diacono carissimo  
nostro. Sequitur enim illud quod interrogandi  
sunt a nobis qui hæreticos defendunt, utrum  
carnale sit eorum baptismum, an spirituale. Si  
enim carnale est, nihil differunt a Judæorum  
baptismo, quo sic illi utuntur, ut eo tam-  
quam communi & vulgari lavacro tantum sor-  
des laventur. Sin autem spirituale est: quomo-  
do apud illos esse baptismum spirituale potest,  
apud quos Spiritus sanctus non est? Ac per  
hoc aqua, qua tinguntur, lavacrum est illis  
carnale tantum, non baptismi sacramentum.  
Quod si baptismum hæreticorum habere potest  
regenerationem secundæ nativitatis; non hære-  
tici, sed filii Dei computandi sunt, qui apud  
illos baptizantur: secunda enim nativitas quæ  
est in baptismum, filios Dei generat. Si autem  
sponsa Christi una est, quæ est ecclesia catho-  
lica: ipsa est, quæ sola generat Dei filios.  
Neque enim multæ sponsæ Christi, cum dicat  
apostolus: *Desponsa vos uni viro virginem ca-*  
*stam assignare Christo.* & *Audi filia, & vide,*  
*ut inna aurem tuam, & oblitiscere populum tuum:* quia  
desi-

ANNO  
CHRISTI  
318.

a. f. peccatio-  
nis.

Gal. 3.

Cor. 13.

psal. 43.

ANNO  
CHRISTI  
158. 256.  
Cap. 4.  
Cant. 1.

*desideratis rem speciem tuam. & Veni sponsa de*

*Libano, adveniet & pertransibis a principio fidei.*

*& Ingressus sum in hortum meum, soror mea*

*sponsa. Videmus unam personam ubique pro-*

*poni, quia & sponsa est una. Non est autem*

*una nobiscum hereticorum synagoga, quia nec*

*sponsa est adultera & fornicaria; unde nec po-*

*test filios Dei parere. Nisi si, secundum quod*

*Stephano videtur, hæresis quidem parit & ex-*

*ponit; expositos autem ecclesia suscipit, &*

*quos non ipsa peperit pro suis nutrit, cum*

*filiorum alienorum mater esse non possit. Et*

*ideo Christus dominus noster unam esse ma-*

*nifestans sponfam suam, & unitatis ejus sacra-*

*mentum declarans, ait: Qui non est mecum,*

*adversus me est, & qui non mecum colligit,*

*spargit. Si enim nobiscum est Christus, hære-*

*tici autem non sunt nobiscum, pro certo ad-*

*versus Christum sunt hæretici. Et si nos col-*

*ligimus cum Christo, non colligunt autem no-*

*biscum hæretici, sine dubio spargunt. Sed nec*

*illud prætereundum est a nobis, quod a vobis*

*necessario didum est, quod ecclesia, secundum*

*Canticum canticorum, hortus sit conclusus, &*

*fontis signatus, paradisus cum fructu pomorum.*

*Qui autem nunquam in hunc hortum introie-*

*runt, neque paradisum a Deo creatore plan-*

*tatum viderunt, quomodo de fonte, qui intus*

*inclusus est, & divino sigillo signatus est,*

*aquam vivam lavacri salutaris præbere alicui*

*poterunt? Cum vero & arca Noe nihil aliud*

*haverit quam sacramentum ecclesie Christi, quæ*

*tuno omnibus foris pereuntibus eos solos ser-*

*vavit qui intra arcam fuerunt; manifeste in-*

*struimus ad ecclesie unitatem perspiciendam,*

*quemadmodum & apostolus Petrus posuit, di-*

*cens: Sic & vos similiter salvos faciet baptisma,*

*ostendens, quoniam quomodo qui cum Noe*

*in arca non fuerunt, non tantum purgati &*

*salvati per aquam non sunt, sed statim dilu-*

*vio illo perierunt: sic & nunc quicumque in*

*ecclesia cum Christo non sunt, foris peribunt,*

*nisi ad unicum & salutare ecclesie lavacrum*

*per penitentiam convertantur. Qualis vero er-*

*ror sit, & quanta sit cæcitas ejus, qui remis-*

*sionem peccatorum dicit apud synagogas hære-*

*ticorum dari posse, nec permanet in funda-*

*mento unius ecclesie quæ semel a Christo su-*

*pra petram solidata est, hinc intelligi potest,*

*quod soli Petro Christus dixerit: Quicumque*

*ligaveris super terram, erunt ligata & in cælis;*

*& quicumque solveris super terram, erunt solu-*

*ta & in cælis: & iterum in evangelio, quan-*

*do in solos apostolos insufflavit Christus di-*

*cens: Accipite Spiritum sanctum: si cujus remi-*

*seritis peccata, remittentur illi: & si cujus te-*

*neritis, tenebuntur. Potestas ergo peccatorum*

*remittendorum apostolis data est, & ecclesiis*

*quas illi a Christo missi constituerunt, & epi-*

*scopis qui eis ordinatione vicaria successerunt.*

*Hostes autem unius catholice ecclesie, in qua*

*nos sumus, & adversarii nostri, qui apostolis*

*successimus, sacerdotia sibi illicita contra nos*

*vindicantes, & altaria profana ponentes, quid*

*aliud sunt quam Core & Dathan & Abiron,*

*patri scelere sacrilegi, & eisdem quas & illi*

*pœnas daturi cum his qui sibi consentiunt; secun-*

*dum quod etiam tunc illorum participes & fau-*

*tores pariter cum eis perierunt. Atque ego in hac*

*parte juste indignor ad hanc tam apertam &*

*manifestam Stephani stultitiam, quod qui sic*

*Concil. General. Tom. I.*

Luc. 11.

1. Petr. 3.

Matth. 16.

Joan. 20.

Num. 16.

de episcopatus sui loco gloriatur, & se succes-

sionem Petri tenere contendit, super quem

fundamenta ecclesie collocata sunt, multas alias

petras inducat, & ecclesiarum multarum nova

ædificia constituat, dum esse illic baptisma sua

audoritate defendit. Nam qui baptizantur;

complent sine dubio ecclesie numerum. Qui

autem baptisma eorum probat, de baptizatis

& ecclesiam illic esse confirmat. Nec intelligit

offuscari a se & quodammodo aboleri Christia-

næ petra veritatem, qui sic prodit & deserit

unitatem. Judæos tamen quamvis ignorantia

cæcos, & gravissimo facinore constrictos, zel-

um Dei apostolus habere proficitur; Step-

hanus qui per successionem cathedram Petri ha-

bere se prædicat, nullo adversus hæreticos zel-

lo excitatur: concedens illis non modicam,

sed maximam gratiæ potestatem; ut dicat eos

& assleveret per baptismi sacramentum sordos

veteris hominis ablueret, antiqua mortis pecca-

ta donare, regeneratione cælesti filios Dei fa-

cere, ad æternam vitam divini lavacri sanctifi-

catione reparare. Qui sic magna & cælestia

ecclesie munera hæreticis concedit & tribuit,

quid aliud quam communicat eis, quibus tan-

tum gratiæ defendit ac vindicat? Et frustra

jam dubitat in ceteris quoque consentire eis

& particeps esse; ut & simul cum eis conve-

niat, & orationes pariter cum eisdem misceat,

& altare ac sacrificium commune constituat.

Sed in multum, inquit, proficit uomen Christi

ad fidem & baptismi sanctificationem, ut qui-

cumque, & ubicumque in nomine Christi ba-

ptizatus fuerit, consequatur statim gratiam

Christi, quando huic loco breviter occurri

possit & dici, quoniam si in nomine Christi

valuit foris baptisma ad hominem purgandum,

in ejusdem Christi nomine valere illic potuit

& manus impositio ad accipiendum Spiritum

sanctum. Et incipient cetera quoque, quæ

apud hæreticos aguntur, justa & legitima vi-

deri, quando in nomine Christi gerantur; se-

cundum quod vos in epistola vestra exsecuti

estis: non nisi in ecclesia sola valere posse no-

men Christi, cui uni concesserit Christus cæ-

lestis gratiæ potestatem. Quod autem pertinet

ad consuetudinem refutandam, quam videntur

opponere veritati; quis tam vanus sit, ut ve-

ritati consuetudinem præferat? aut qui perse-

cta luce tenebras non derelinquat? Nisi si &

Judæos Christo adventante, id est, veritate,

adiuvat in aliquo antiquissima consuetudo,

quod relicta nova veritatis via in vetustate

permanerint. Quod quidem adversus Step-

hanum vos dicere Afri potestis; cognita veritate

errorem vos consuetudinis reliquisse. Ceterum

nos veritati & consuetudinem jungimus, &

consuetudini Romanorum, consuetudinem, sed

veritatis, opponimus; ab initio hoc tenentes,

quod a Christo & ab apostolo traditum est.

Nec meminimus hoc apud nos aliquando ce-

pisse, cum semper istic observatum sit, ut non

nisi unam Dei ecclesiam nossemus, & sanctum ba-

ptisma non nisi sanctæ ecclesie computaremus.

Plane quoniam quidam de eorum baptismo du-

bitabant, qui & si novos prophetas recipiunt,

eisdem tamen Patrem & Filium nosse nobiscum

videntur: plurimi simul convenientes in Iconio

diligentissime tractavimus, & confirmavimus re-

pudiandum esse omne omnino baptisma, quod

fit extra ecclesiam constitutum. Ad illud au-

tem

ANNO  
CHRISTI  
158. 256.  
158. 256.

ANNO  
CHRISTI  
518. 519.  
516.  
517.  
518.  
519.

tem quod pro hæreticis ponunt, & ajunt apostolum dixisse: *Sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuncietur, ut respondeamus, ineptum est; quando manifestum sit, apostolum in epistola sua, qua hoc dixit, neque hæreticorum, neque baptismi eorum mentionem fecisse, sed locutum esse de fratribus tantum, sive perfide secum loquentibus, sive in fide sincera perseverantibus. Nec oporteat hoc longo tractatu excutere, sed ipsam satis sit epistolam legere, & quid apostolus dixerit, de ipso apostolo recognoscere. Quid ergo, inquirunt, fiet de his, qui ab hæreticis venientes sine ecclesie baptismi admissi sunt? Si de sæculo excefferunt, in eorum numero qui apud nos catechizati quidem sunt, sed priusquam baptizarentur obierunt, habentur, non modo dicunt emolumentum veritatis & fidei, ad quam relicto errore pervenerant, & si consummationem gratiæ consecuti non sunt, morte præventi. Qui autem adhuc in sæculo permanent, baptizentur ecclesie baptismi, ut remissionem peccatorum consequi possint; ne per alienam præsumptionem, in pristino errore manentes, sine gratiæ consummatione moriantur. Ceterum quale delictum est, vel illorum qui admittuntur, vel illorum qui admittunt, ut non ablatis per ecclesie lavacrum sordibus, nec peccatis expositis, usurpata temere communicatione contingant corpus & sanguinem domini, cum scriptum sit: *Quicumque ederit panem aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini?* Nos etiam illos, quos hi qui prius in ecclesia catholica episcopi fuerant, & postmodum sibi potestatem clericæ ordinationis assumentes baptizaverant, pro non baptizatis habendos iudicavimus. Et hoc apud nos observatur, ut quicumque ab illis tincti ad nos veniant, tanquam alieni & nihil consecuti, unico & vero ecclesie catholice baptismi apud nos baptizentur, & lavacri vitalis regenerationem consequantur. Et tamen multum interest inter eum qui invitatus & necessitate persequutionis coactus succubuit, & illum qui sacrilega voluntate audax contra ecclesiam rebellat, vel in Patrem & Deum Christi, & totius mundi conditorem impia voce blasphematur. Et non pudet Stephanum hoc asserere, ut per eos qui ipsi in omnibus peccatis sunt constituti, dicat posse remissionem peccatorum dari? Quasi possit esse in domo mortis lavacrum salutis. Ubi ergo erit quod scriptum est: *Ab aqua aliena abstine te, & a fonte alieno ne biberis?* si relicto ecclesie fonte signato, alienam aquam pro tua suscipis, & prophantis fontibus ecclesiam polluis. Quando enim baptismi hæreticorum communicas, quid aliud quam de voragine & cæno illorum bibis, & ipse ecclesie sanctificatione purgatus, alienarum sordium contactibus inquinaris? Nec metuis iudicium Dei, hæreticis testimonium contra ecclesiam perhibens; cum scriptum sit: *Falsus testis non erit impunitus.* Quinimo tu hæreticis omnibus peior es. Nam cum inde multi cognito errore suo ad te veniant, ut ecclesie verum lumen accipiant, tu venientium errores adjuvas, & obcurato lumine ecclesiasticæ veritatis, tenebras hæreticæ noctis accumulatis. Cumque se illi in peccatis esse, & nihil gratiæ habere se, ac propterea ad ecclesiam venire fateantur; tu eis remissionem peccatorum subtrahis, quæ in*

o. Cor. 11.

Proo. 1.

Proo. 19.

A baptismi datur, dum dicis eos jam baptizatos, & extra ecclesiam ecclesie gratiam consecutos. Nec intelligis animas eorum de manu tua exquiri, cum iudicii dies advenit; qui sitientibus ecclesie potum negasti, & volentibus vivere, causa mortis fuisti. Et insuper indignaris. Vide qua imperitia reprehendere audeas eos, qui contra mendacium pro veritate nituntur. Quis enim iustius indignari contra alterum debuit? Utrumne qui hostes Dei asserit, an vero qui adversus eum qui hostes Dei asserit, pro ecclesie veritate consentit? Nisi quod imperitos etiam animosos atque iracundos esse manifestum est, dum per inopiam consilii & sermonis ad iracundiam facile vertuntur, ut de nullo alio magis quam de te dicit scriptura divina: *Homo animosus parit lites, & vir iracundus exaggerat peccata.* Lites enim & dissensiones quantas parasti per ecclesias totius mundi? Peccatum vero quam magnum tibi exaggerasti, quando te a tot gregibus scidisti? Excidisti enim teipsum; noli te fallere: siquidem ille est vere schismaticus, qui se a communione ecclesiasticæ unitatis apostatam fecerit. Dum enim putas omnes a te abstinere posse, solum te ab omnibus abstinuisti. Nec te informare ad regulam veritatis & pacis vel apostoli præcepta potuerunt momentis & dicentis: *Obsecro ergo vos ego vinculus in domino digne ambulare vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate sensus & lenitate, cum patientia, sustinentes invicem in dilectione, satis agentes servare unitatem spiritus in conjunctione pacis. Unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestre. Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Hæc apostoli mandata & monita salutaria, quam diligenter Stephanus implevit, humilitatem sensus & lenitatem primo in loco servans? Quid enim humiliter aut lenius quam cum tot episcopis per totum mundum dissentisse, pacem cum singulis vario discordiæ genere rumpentem, modo cum orientalibus (quod nec vos latere confidimus) modo vobiscum, qui in meridiis estis? A quibus legatos episcopos patienter satis & leniter suscepit, ut eos nec ad sermonem saltem colloqui communis admitteret: adhuc insuper, dilectionis & caritatis memor, præciperet fraternitati universæ, ne quis eos in domum suam reciperet; ut venientibus non solum pax & communio, sed & rectum & hospitium negaretur. Hoc est servasse unitatem spiritus in conjunctione pacis, abscindere se a caritatis unitate, & alienum se per omnia fratribus facere, & contra sacramentum & fidem, contumacis furore discordiæ rebellare. Apud talem potest esse unum corpus & unus spiritus: apud quem fortasse ipsa anima una non est, sic lubrica & mobilis, & incerta? Sed quantum ad illum pertinet, relinquamus: excutiamus potius id de quo maxime quaestio est. Qui contendunt ab hæreticis baptismi gratiam consecutos; unum nobis atque illis baptismi dicunt esse, & in nullo differere. Sed quid ait apostolus Paulus? *Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus.* Si unum atque idem est cum nostro baptismi hæreticorum: sine dubio & fides una est: si autem fides una est, utique & dominus unus:

ANNO  
CHRISTI  
518. 519.

Proo. 10.

1. Pet. 4.

1. Ibidem.

ANNO CHRISTI 258. 256. edit. Rigalt. lege unitas.

( si dominus unus est, consequens est dicere quia unus est. ) Si autem hæc unitas, quæ separari omnino & dividi non potest, etiam apud hæreticos ipsa est; quid ultra contendimus? Ut quid illos hæreticos, & non Christianos vocamus? Porro cum nobis & hæreticis nec Deus unus sit, nec dominus unus, nec una ecclesia, nec fides una, sed nec unus spiritus, nec corpus unum; manifestum est, nec baptisma nobis & hæreticis commune esse posse, quibus nihil est omnino commune. Et tamen non pudet, Stephanum talibus adversus

ecclesiam patrocinium præstare, & propter hæreticos asserendos, fraternitatem scindere: insuper & Cyprianum, pleudo-christum & pleudo-apostolum, & dolosum operarium dicere? Qui omnia in se esse conscios prævenit; ut alteri ea per mendacium objiceret, quæ ipse ex merito audire deberet. Bene te valere omnibus nobis, cum universis qui in Africa sunt episcopis, & cunctis clericis, & omni fraternitate universi optamus ut perpetuo unanimis, & unum sentientes, habeamus nobiscum etiam de longinquo adunatos.

ANNO CHRISTI 258. 256.



CONCILIIUM SYNADENSE,

IN CAUSA BAPTISMI AB HÆRETICO COLLATI,

CCLVI.

Celebratum anno CCLVIII. sub Stephano Papa I.

Tempus locus & causa concilii.

Concilium Synadense. Eodem tempore, quo Iconiente concilium, Synadis in Asia habitum est. In eo idem plane, quod præcedente concilio, statutum est; nimirum, ut hæreticorum baptisma plane nullius momenti esse existimetur, ob causam supra dictam. De quo apud Euseb. libro 7. cap. 6. in fine Dionys. Alexand. hæc: Hoc tamen didici, quod non episcopi in Africa solum istam consuetudinem de hæ-

reticis rebaptizandis jam invenerunt, verum etiam longo tempore ante, episcoporum memoria, qui antegressi sunt, in ecclesiis, maxima hominum frequentia celebratis, & synodis fratrum tum Iconii, tum Synadis, tum aliis multis in locis convocatis istud decretum fuit: quorum judicia & sententias condemnare, irritaque facere non audeo. Vide Baron. an. Christi 258. num. 17.



CONCILIIUM AFRICANUM I,

VEL CARTHAGINENSE I.

In causa baptismatis hæreticorum.

CCLVI.

Anno CCLVIII. sub Stephano Papa I. habitum.

In causa baptismatis hæreticorum concilium hoc primum habitum est.

Concilium Africanum. Postquam in Africana ecclesia Agrippino, vel etiam Tertulliano auctore, usus rebaptizandi eos qui ab hæreticis baptizati erant, jamdiu antehac frequentatus fuisset, eumque Novatianus, ut saltem hoc modo lapsos, quos immundos esse docebat, per baptismum ab omni sua immunditia ablutos in ecclesiam reciperet, æmulatus fuisset; Magnus, homo laicus, occasione Novatianorum, eandem tunc temporis baptizandi formam ac ritum cum catholicis observantium, dubitavit primus, an ad ecclesiam revertentes rebaptizari deberent, quos a Novatianis baptizatos esse scirent. Ex episcopis primi reperuntur fuisse Numidæ, qui de iterando hæreticorum baptismate ad Cyprianum aliosque episcopos, ad synodum hanc Carthagine convocatos, literas conscripserunt. Prima igitur syn-

odica hac de re consultatio, anno 258. Valeriani & Galliæni imperatorum 4. habita hæc est, ut Cypriani epistola 73. ad Jubajanum ostendit, in qua cum ex Africanis alii, juxta apostolicam traditionem, sentirent non esse rebaptizandos eos qui legitime ab hæreticis baptizati sunt: alii vero contra existimarent, unum baptismum dumtaxat esse unius ecclesiæ, ideoque apud hæreticos qui extra ecclesiam sunt, baptismum verum & catholicum esse non posse; hac inquisitione prævia, tandem definitum est, cum unum sit in sancta ecclesia baptismum neminem foris extra ecclesiam baptizari posse: traditionem apostolorum male interpretantes, male etiam loquentem universaliter distringentes, addiderunt (ut ex Cypriani epistola 71. ad Quintum constat,) illos qui a catholicis rite baptizati ad hæreticos defecissent, non

Definitio concilii

Causa definiendi

Occasione Novatianorum orta est controversia de baptismate.

1 Hoc quoque Concilium ad Iconiense Synodi tempora est retrahendum. 2 Hæc tria de Baptismo Concilia Africana Ecclesia non recipit. 3 Pearsonius hoc Concilium Carthagine de Baptismo primum celebratum anno 255. existimat adversus Pearsonium, aliosque, qui illud ad annum 256. referebant. Ivo Comitus in Annalibus Ecclesiasticis Francorum habitum esse statuit anno 256. in Autumno, quod Acta eius Cypriani ad Firmilianum statim scripserit, & Firmilianus nulla mora responsum fecerit, hyeme jam imminente. Sed licet verum sit, anno 256. hyeme imminente, respondisse Firmilianum, non tamen inde sequitur, primum hoc Concilium ejusdem anni autumno celebratum: Apparet enim ex responso Firmilianum scripsisse ad eum Cyprianum post Concilium secundum, post Stephanum litteras acceptas, post suas ad Jubajanum & Pompeium datas, quas omnes per Rogatianum misit, quasque Firmilianus in sua epistola semper præcipit. Meliori itaque jure, quia Firmilianus anno 256. imminente hyeme ad Cyprianum scripsit, Pearsonius concludit, primum hoc Concilium sub anni 255. autumno celebratum esse. Pagius.



923  
ANNO  
CHRISTI  
258. 259.

STEPHANUS P. I.  
CONCIL. CARTHAG. I.

VALERIANUS) IMP.  
GALLIENUS) 924

ANNO  
CHRISTI  
258. 259.

non per baptismum, sed per solam manuum impositionem recipiendos esse, si ad ecclesiam redire contendant. Beron. anno Christi 258. nu. 17. usque ad 26. inclusive. Quibus omnibus ita constitutis, Januario ceterisque Numidæ episcopis sententiam ac definitionem hujus synodi, prout ipsi per literas ad synodum scriptas expetiverant, hac syndica epistola, quam infra ex Cypriano hic subjecimus, significaverunt.

nera extra ecclesiam non potest? Sed & ipsa interrogatio quæ fit in baptismis testis est veritatis. Nam cum dicimus: *Credis in vitam æternam, & remissionem peccatorum per sanctam ecclesiam* intelligimus remissionem peccatorum non nisi in ecclesia dari: apud hæreticos autem, ubi ecclesia non sit, non posse peccata dimitti. Itaque qui hæreticos asserunt, aut interrogationem mutant, aut vindicant veritatem: nisi si eis & ecclesiam tribuunt, quos baptismus habere contendunt. Ungi quoque necesse est eum, qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est, unctioe, esse unctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit. Porro autem eucharistia, & unde baptizati unguuntur, oleum in altari sanctificatur. Sanctificare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit, nec ecclesiam. Unde nec unctio spiritualis apud hæreticos potest esse, quando constat, oleum sanctificari, & eucharistiam fieri apud illos omnino non posse. Scire autem, & meminisse debemus, scriptum esse: *Oleum peccatoris non un-*

EPISTOLA SYNODICA  
CYPRIANI, &c.

AD JANUARIUM ET CETEROS  
EPISCOPOS NUMIDAS.

De baptizandis hæreticis.

Cypriano, Liberalis, Caidonio, Jimis, &c. Januario, Saturnino, Maximo, Victori, alteri Victori, Cassio, Proculo, Modiano, Cittino, Gargilio, Euticiano, alteri Gargilio, alteri Saturnino, Nemefiano, Nampio, Antoniano, Rogatiano, Honorato, fratribus saluteri.

Cum simul in concilio essemus, fratres carissimi, legimus literas vestras, quas ad nos fecistis, de iis qui apud hæreticos & schismaticos baptizari videntur, an ad ecclesiam catholicam, quæ una est, venientes baptizari debeant. De qua re, quamquam & ipsi illic veritatem & firmitatem catholicæ regulæ teneatis, tamen quoniam consulendos nos pro communi dilectione existimastis, sententiam nostram non novam promimus, sed jampridem ab antecessoribus nostris statutam, & a nobis observatam; vobiscum pari consensione coniungimus; consentes scilicet, & pro certo tenentes, neminem foris baptizari extra ecclesiam posse, cum sit baptismus unum in sancta ecclesia constitutum, & scriptum sit domino dicente: *Miserere, qui non possunt aquam portare. Et iterum divina scriptura moneat & dicat: Ab aqua aliena absterge te, & a fonte aquæ alienæ ne biberis. Oportet ergo mundari & sanctificari aquam prius a sacerdote, ut possit baptismi suo peccata hominis qui baptizatur abluere; quia per Ezechielem prophetam dominus dicit: Et aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, & ab omnibus simulacris vestris emundabo vos, & dabo vobis cor novum, & spiritum novum dabo in vobis. Quomodo autem mundare & sanctificare aquam potest qui ipse immundus est, & apud quem Spiritus sanctus non est? cum dominus dicat in Numeris: Et omnia quæcumque tetigerit immundus, immunda erunt. Aut quomodo baptizans dare alteri remissionem peccatorum potest, qui ipse sua peccata depo-*

nit, ut intus per sanctos sanctificetur, quia scriptum est: *Sancti estote, quia & ego sanctus sum, dicit dominus: ut qui in errore seductus est, & foris tinctus, in baptismi vero & ecclesiastico etiam hoc ipsum deponat, quod homo ad Deum veniens, dum sacerdotem quaerit, in sacrilegum fraude erroris incurrit. Ceterum probare est hæreticorum & schismaticorum baptismus, consentire in id, quod illi baptizaverint. Neque enim potest pars illicianis esse, & pars prevalere. Si baptizare potuit, potuit & Spiritum sanctum dare: si autem Spiritum sanctum dare non potest, quia foris constitutus cum sancto Spiritu non est, nec baptizare venientem potest; quando & baptismus unum sit, & Spiritus sanctus unus, & una ecclesia Christo domino super Petrum origine unitatis & ratione fundata. Ita fit, ut cum omnia apud illos inania & falsa sint, nihil eorum, quod illi gesserint, probari a nobis debeat. Quid enim potest ratum & firmum esse apud Deum quod illi faciunt, quos dominus hostes & adversarios suos dicit, in evangelio tuo ponens: *Qui non est mecum, adversum me est: & qui non mecum coligit, spargit?* Et beatus quoque apostolus Joannes mandata domini: *Audistis, quia Antichristus venit, nunc autem Antichristi multi facti sunt, unde cognovimus, quia novissima hora est. Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mans-**

LXX. et  
Pamel. & Ri-  
251.

Item 1.

Piso 5.

251. 26.

Num. 19.

In Codice MS. Collegii Paris. Soc. Jesu, & in Codice Remensi, quem citat Rigaltius, post Junium adduntur hæc nomina: Primitus, Cælestus, Persecutus, Nicomedes, Felix, Marcellus, Successus, Lucilianus, Honoratus, Fortunatus, Iustus, Donatus, Leontius, Hieronimus, Pomponius, Derisus, Zenobius, Saturninus, Gargilius, Marcellus, alius Saturninus, alius Leontius, Rogatianus, Sedatus, Cirtianus, Honoratianus, item alius Saturninus, Saturnus, Januarius, Saturninus, & Harduanus. Ita etiam MS. noster, alique optimæ notæ alii ediderunt, *Quæ baptismus est unde baptizati unguuntur, oleum, in altari sanctificatum.* Harduanus.

ANNO CHRISTI 258

manissent utique nobiscum. Unde nos quoque colligere & considerare debemus, an qui adversarii sunt domini, & appellati sunt Antichristi, possint dare gratiam Christi. Quare qui cum domino sumus, & unitatem domini tenemus, & secundum eius dignationem sacerdotium ejus in ecclesia administramus, quaecum-

que adversarii ejus & antichristi faciunt repudiare & rejicere, & pro profanis habere debemus, & eis qui de errore & pravitate venientes agnoscunt unius ecclesie veram fidem, dare illis per omnia divine gratie sacramenta unitatis, & fidei veritatem. Optamus vos, fratres carissimi, semper bene valere.

ANNO CHRISTI 258



CONCILIUM AFRICANUM,

SIVE CARTHAGINENSE II.

In causa baptismi

Anno CCLVIII. sub Stephano papa I.

CCLVI

Tempus & causa hujus concilii

Numerus episcoporum

Decreta concilii

Decretum primum

Decretum secundum

Cyprianus anabaptismo non patrocinatus

Romano pontifici ad concilium transcribuntur Romanus pontifex concilium hoc reprobavit

Concilium Africanum ) Ut ea que precedente concilio constituta sunt pleniore sententia confirmantur, Cyprianus in eadem causa baptismi ab hæreticis collati, hoc eodem anno 258. pleniorum conventum episcoporum convocavit, & ex Africa ac Numidia 70. episcopos & unum ad hanc synodum coegit, eo fine, ut quod singuli sentiunt de traditionibus majorum sancte & inviolabiliter servandis, deponant. Postquam omnes prædicti convenissent, idem, quod supra præcedentibus conciliis Africanis in hac & Basilidis causa habitis definitum est, duplici decreto desuper lato, confirmarunt. Quorum primum est, ut ii, qui in ecclesia ordinati a fide detecerunt, revertentes ad ecclesiam, non nisi ad laicam communionem recipiantur. Alterum, ut baptismus hæreticorum ab ipsis collatus, non tantum pro invalido, sed etiam pro nullo habeatur, adeo ut si ad ecclesiam revertentes baptizentur, non secundo baptismo rebaptizentur, sed tantum primum iis baptismus conferatur, quia ab hæreticis non vere baptizati, sed aqua tantum hæreticorum amplius fordidi fuerint. Ita Cyprianus epist. 73. ad Jubajanum. Unde qui illum anabaptismo patrocinatum fuisse sentiunt, graviter errant. Hæc cum episcoporum prædictorum 71. sententia constituta essent, ad Stephanum Romanum epistola quadam synodica, quam infra ex Cypriano hic subici curavimus, præscribuntur. Ille vero synodica epistola accepta, per literas redditas concilium hoc reprobat, & simul etiam sanctissime mandavit, ne a traditione apostolica, de non iterando baptismate hæreticorum eorum, qui eadem forma, qua usitur ecclesia, baptizassent, vel latum unguem recedant, ipsosque ab ipsis baptizatos, si ad ecclesiam redire perant, non aliter, quam per solam manuum impositionem recipiant. Hæc ex Cypriani epistola, quam ad Pompeium Sabratentem in Africa episcopum scripsit, probantur. Vide Baron. anno 258. num. 27. usque ad 28. inclusive

CYPRIANI EPISTOLA

AD STEPHANUM PAPAM.

De concilio.

Cyprianus & ceteri Stephano fratri salutem.

Ad quædam disponenda, & concilii communis examinatione limanda, necesse habuimus, frater carissime, convenientibus in unum pluribus sacerdotibus cogere & celebrare concilium, in quo multa quidem prolata atque tractata sunt, sed de eo vel maxime tibi scribendum, & cum tua gravitate ac sapientia conferendum fuit, quod magis pertineat & ad sacerdotalem auctoritatem, & ad ecclesie catholicæ unitatem pariter ac dignitatem, de divine dispositionis ordinatione venientem, eos qui sint foris extra ecclesiam tincti, & apud hæreticos & schismaticos profanz aque labe maculati, quando ad nos atque ad ecclesiam, quæ una est, venerint, baptizari oportere; eo quod parum sit eis manum imponere ad accipiendum Spiritum sanctum, nisi accipiant & ecclesie baptismum. Tunc enim demum plene sanctificari, & esse filii Dei possunt, si sacramento utroque nascantur, cum scriptum sit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei. Invenimus enim etiam in Actis apostolorum hoc esse ab apostolis custoditum, & salutans fidei veritate servatum, ut cum in domo Cornelii centurionis super ethnicos qui illic aderant, fidei calore ferventes, & in dominum toto corde credentes, descendisset Spiritus sanctus, quo adimpleti variis linguis Deum benedicerent, nihilominus tamen beatum apostolum Petrum divini præcepti atque evangelii memorem præcepisse, ut baptizarentur iidem illi qui jam fuerant sancto spiritu pleni; ut nihil prætermisum videretur, quo minus per omnia divini præcepti atque evangelii legem apostolica magisteria servarent. Baptismum autem non esse quo hæretici utantur, nec quemquam apud eos qui Christo adversantur per gratiam Christi proficere, diligenter nuper exprellum est in epi-

MS. quidam, & unilat. Hard. MS. hostes, unilat. Hardanus.

ANNO CHRISTI 256

ANNO CHRISTI 256 LXXXIV. edit. Pam. & Rigol.

CYPRIANI • EPISTOLA AD POMPEJUM.

Contra epistolam Stephani.

Cyprianus, Pompejo fratri salutem.

epistola, quæ ad Quintum collegam nostrum A  
 in Mauritania constitutum super ea re scripta  
 est: item in literis quas collegæ nostri ad epi-  
 scopos in Numidia prædentes ante fecerunt,  
 cuius utriusque epistolæ exempla subdidi. Ad-  
 diimus plane & adiungimus, frater carissime,  
 consensu & auctoritate communi, ut etiam si  
 qui presbyteri aut diaconi, qui vel in ecclesia  
 catholica prius ordinati fuerint, & postmodum  
 perfidi ac rebelles contra ecclesiam steterint,  
 vel apud hæreticos a pseudoeppiscopis & anti-  
 christis contra Christi dispositionem profana  
 ordinatione promoti sint, & contra altare  
 unum atque divinum sacrificia foris falsa ac  
 sacrilega offerre conati sint, eos quoque hac  
 conditione suscipi cum revertuntur, ut com-  
 munitur laici; & satis habeant quod admit-  
 tuntur ad pacem, qui hostes pacis extiterint,  
 nec debere eos revertentes ea apud nos ordi-  
 nationis & honoris arma retinere, quibus con-  
 tra nos rebellaverint. Oportet enim sacerdotes  
 & ministros qui altari & sacrificiis deserviunt,  
 integros atque immaculatos esse, cum dominus  
 Deus in Levitico loquatur & dicat: *Homo in  
 quo fuerit macula & vitium, non accedet offerre  
 dona Deo.* Item in Exodo hæc eadem præci-  
 piat, & dicat: *Et sacerdotes qui accedunt ad do-  
 minum Deum sanctificentur, ne forte derelinquat  
 illos dominus.* Et iterum: *& cum accedant mi-  
 nistrare ad altare sancti, non adducunt in se de-  
 lectum, ne moriantur.* Quod autem maius po-  
 test esse delictum, aut quæ macula deformior,  
 quam adversus Christum stetit? quam eccle-  
 siam ejus, quam ille sanguine suo paravit & con-  
 didit, dissipasse? quam evangelicæ pacis ac di-  
 lectionis oblitum, contra unanimem & coneor-  
 dem Dei populum hostilis discordiæ turbine pu-  
 gnasse? Qui etiam ipsi postmodum ad ecclesiam  
 redeunt, restituere tamen eos & secum revo-  
 care non possunt, qui ab eis seducti & foris  
 morte præventi extra ecclesiam sine communi-  
 catione & pace perierunt; quorum animæ in die  
 iudicii de ipsorum manibus expetentur, qui per-  
 ditionis auctores & duces extiterunt. Et ideo  
 satis est talibus revertentibus veniam dari,  
 non tamen debet in domo fidei perfidia pro-  
 moveri: nam quid bonis & innocentibus, at-  
 que ab ecclesia non recedentibus reservamus? si  
 eos, qui a nobis recesserint, & contra eccle-  
 siam steterint, honoramus? Hæc ad conscien-  
 tiam tuam, frater carissime, & pro honore  
 communi, & pro simplici dilectione pertulimus,  
 credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei  
 veritate placere, quæ & religiosa pariter & ve-  
 ra sunt. Ceterum scimus quosdam quod semel  
 imbiberint nolle deponere, nec propositum suum  
 facile mutare, sed salvo inter collegas pacis &  
 concordie vinculo, quædam propria, quæ apud  
 se semel sunt usurpata, retinere: qua in re nec  
 nos vim cuiquam facimus aut legem damus;  
 cum habeat in ecclesiæ administratione volun-  
 tatis suæ arbitrium liberum unusquisque præ-  
 positus, rationem actus sui domino redditu-  
 rus. Optamus te, frater carissime, semper be-  
 ne valere.

Levit. 21. Exod. 19. Exod. 28

Quamquam plene ea quæ de hæreticis ba-  
 ptizandis dicenda sunt complexi sumus  
 in epistolis, quarum ad te exempla transmis-  
 mus, frater carissime, tamen quia desiderasti  
 in notitiam tuam perferri, quæ mihi ad lite-  
 ras nostras Stephanus frater noster rescripserit;  
 misi tibi rescripti ejus exemplum: quo lecto  
 magis ac magis ejus errorem denotabis, qui  
 hæreticorum causam contra Christianos & con-  
 tra ecclesiam Dei asserere conatur. Nam inter  
 cetera vel superba, vel ad rem non pertinen-  
 tia, vel sibi ipsi contraria, quæ imperite atque  
 improvide scripsit, etiam illud adjunxit, ut di-  
 ceret: *Si quis ergo a quacumque hæresi venerit  
 ad nos, nihil innovetur nisi quod traditum est,  
 ut manus illi imponatur in penitentiam: cum ip-  
 si hæretici proprie alterutrum ad se venientes  
 non baptizent, sed communicent tantum.* A qua-  
 cumque hæresi venientem baptizari in ecclesia  
 vetuit, id est, omnium hæreticorum baptisma-  
 ta justa esse & legitima judicavit. Et cum sin-  
 gulæ hæreses singula baptismata & diversa pec-  
 cata habeant, hic cum omnium baptismo com-  
 municans, universorum delicta in sinum co-  
 cervata congestit. Et præcipit nihil aliud inno-  
 vari nisi quod traditum est; quasi is innovet,  
 qui unitatem tenens, unum baptisma uni ec-  
 clesiæ vindicat; & non ille utique qui unitatis  
 oblitus mendacia & contagia profanæ tinctionis  
 usurpat. *Nihil innovetur, inquit, nisi quod tra-  
 ditum est.* Unde est ista traditio? utrumne de  
 dominica & evangelica auctoritate descendens  
 an de apostolorum mandatis atque epistolis ve-  
 niens? Ea enim facienda esse quæ scripta sunt,  
 Deus testatur, & proponit ad Jesum Nave di-  
 cens: *Non recedet liber legis hujus ex ore tuo, Iosue 1.  
 sed meditaberis in eo die ac nocte: ut observes sa-  
 cere omnia quæ scripta sunt in eo.* Item dominus  
 apostolos suos mittens, mandat baptizari gentes  
 & doceri, ut observent omnia quacumque ille præ-  
 cepit. Si ergo aut in evangelio præcipitur, aut  
 in apostolorum epistolis, aut adibus contine-  
 tur, ut a quacumque hæresi venientes non ba-  
 ptizentur, sed tantum manus illis imponatur  
 in penitentiam, observetur divina hæc & san-  
 cta traditio. Si vero ubique hæretici nihil aliud  
 quam adversarii & antichristi nominantur; si  
 vitandi & perversi, & a semetipsis damnati  
 pronunciantur; quale est ut videantur damnan-  
 di a nobis non esse, quos constat apostolica  
 contestatione a semetipsis damnatos esse? Ut  
 nemo infamare apostolos debeat, quasi illi hæ-  
 reticorum baptismata probaverint, aut eis sine  
 ecclesiæ baptismo communicaverint, quando sa-  
 lia de hæreticis apostoli scripserunt: & hoc,  
 cum nondum hæreticæ pestes acriores prorup-  
 sissent, nec dum quoque Marcion de Ponto emer-  
 sisset, cujus magister Cerdon sub Hygino tunc  
 episcopo, qui in urbe nonus fuit, Romam ve-  
 nit: quem Marcion secutus additis ad crimen  
 augmentis, impudentius ceteris & abruptus in  
 Deum patrem creatorem blasphemare instituit,  
 & hæreticum turorem sacrilegis armis contra

ANNO  
CHRISTI  
316.

ANNO  
CHRISTI  
316.

1st 19

Mart. 7.

o. Tim. 6.

Galat. 3.

ecclesiam rebellantem sceleratus & gravius ar-  
mavit. Quod si hæreses constat postmodum  
plures & peiores extitisse, & si retro nusquam  
omnino præceptum est, neque conscriptum, ut,  
hæretico tantum manus in penitentiam impo-  
natur, & sic ei communicetur: & si baptisma  
non nisi unum est, quod apud nos est, & in-  
tus est, & soli ecclesie de divina dignatione  
concessum est: quæ ista obstinatio est, quæve  
præsumptio, humanam traditionem divinæ dis-  
positioni anteponeere, nec animadvertere, indi-  
gnari & irasci Deum quotiens divina præcepta  
solvit & præterit humana traditio? Sicut per  
Isaiam prophetam clamat & dicit: *Populus isto  
labiis honorificat me, cor vero eorum longe sepa-  
ratum est a me. Sine causa autem colunt me,  
mandata & doctrinas hominum docentes.* Item do-  
minus in evangelio increpans similiter & ob-  
iurgans ponit & dicit: *Rejicitis mandatum Dei,  
ut traditionem vestram statuatis.* Cujus præcepti  
memor beatus apostolus Paulus, commonet ipse  
quoque & instruit, dicens: *Si quis aliter docet,  
& non acquiescit sanis verbis domini nostri Jesu  
Christi & doctrina ejus, supere elatus est, nihil  
sciens; discedendum ab hujusmodi.* Præclara  
sane & legitima traditio Stephano fratre nostro  
docente proponitur, quæ auctoritatem nobis  
idoneam præbeat. Nam in eodem loco episto-  
læ suæ addidit & adiecit: *Cum ipsi hæretici pro-  
prie alterutrum ad se venientes non baptizant, sed  
communicant tantum.* Ad hoc enim malorum  
devoluta est ecclesia Dei & sponsa Christi, ut  
hæreticorum exempla sectetur, ut ad celebra-  
nda sacramenta cœlestia disciplinam lux de te-  
nebris mutuetur, & id faciant Christiani, quod  
Antichristi faciunt. Quæ vero est animi cæci-  
tas, quæ pravitas, fidei unitatem de Deo pa-  
tre, & de Jesu Christi domini & Dei nostri  
traditione venientem nolle cognoscere? Nam si  
idcirco apud hæreticos ecclesia non est, quia  
una est, & dividi non potest; si ideo illic Spi-  
ritus sanctus non est, quia unus est, & esse  
& baptisma, quod in eadem unitate consistit,  
esse apud hæreticos non potest, quia separari  
neque ab ecclesia, neque a Spiritu sancto potest.  
Aut si esse. Num baptismi majestati nominis tri-  
buunt, ut qui in nomine Jesu Christi ubicumque  
& quomodocumque baptizantur, innovati & san-  
ctificati judicentur, cur non in ejusdem Christi  
nomine illic & manus baptizato imponitur ad ac-  
cipiendum Spiritum sanctum? cur eadem ejus-  
dem majestas nominis non prævalet in manus im-  
positione, quam valuisse contendunt in bap-  
tismi sanctificatione? Nam si potest quis extra ec-  
clesiam natus templum Dei fieri, cur non pos-  
sit super templum & Spiritus sanctus infundi?  
Qui enim peccatis in baptismo expositis sancti-  
ficatus est, & in novum hominem spiritaliter  
reformatus, ad accipiendum Spiritum sanctum  
idoneus factus non est; quando apostolus di-  
cat: *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum  
indivisi.* Qui potest apud hæreticos baptizatus  
Christum induere, multo magis potest Spi-  
ritum sanctum, quem Christus milit, accipere.  
Ceterum major erit mittente qui missus est,  
ut incipiat foris baptizatus Christum quidem  
induisse, sed Spiritum sanctum non potuisse  
percipere; quasi possit aut sine spiritu Chris-  
tus indui, aut a Christo spiritus separari.  
Illud quoque ineptum, ut cum nativitas

A secunda spiritalis sit, qua in Christo per lava-  
crum regenerationis nascimur, dicant quod pos-  
sit quis apud hæreticos spiritaliter nasci, ubi  
spiritum negant esse. Peccata enim purgare, &  
hominem sanctificare aqua sola non potest, ni-  
si habeat & Spiritum sanctum. Quare aut &  
spiritum necesse est concedant esse illic, ubi  
baptisma esse dicunt: aut nec baptisma esse ubi  
spiritus non est: quia baptisma esse sine Spi-  
ritu non potest. Quale est autem asserere, &  
contendere, quod esse possint filii Dei, qui  
non sunt in ecclesia nati? Baptisma enim esse  
in quo homo vetus moritur, & novus nasci-  
tur, manifestat & probat beatus apostolus, di-  
cens: *Salvavit nos per lavacrum regenerationis.* Ta.  
Si autem in lavacro, id est, in baptismo est  
regeneratio, quomodo generare filios Deo hæ-  
retis per Christum potest, quæ Christi sponsa  
non est? Ecclesia est enim sola, quæ Christo  
conjuncta & adunata spiritaliter filios generat,  
eodem apostolo rursus dicente: *Christus dilexit ephes.  
ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut eam san-  
ctificaret, purgans eam lavacro aquæ. Si igitur  
hæc est dilecta & sponsa, quæ sola a Christo  
sanctificatur, & lavacro ejus sola purgatur; ma-  
nifestum est hæresim (quæ sponsa Christi non  
sit, nec purgari, nec sanctificari lavacro ejus  
possit) filios Deo generare non posse. Porro  
autem non per manus impositionem quis na-  
scitur quando accipit Spiritum sanctum, sed in  
baptismo; ut spiritum jam natus accipiat, si-  
cut in primo homine Adam factum est. Ante  
enim Deus eum plasmavit, & tunc insufflavit in  
faciem ejus statum vitæ. Nec enim potest acci-  
pi spiritus, nisi prius fuerit qui accipiat. Cum  
autem nativitas Christianorum in baptismo sit,  
baptismi autem generatio & sanctificatio apud  
solam sponsam Christi sit, quæ parere spirita-  
liter, & generare filios Deo possit: ubi, &  
ex qua, & cui natus est, qui filius ecclesie  
non est, ut habere quis possit Deum patrem,  
ante ecclesiam matrem? Cum vero nulla omni-  
no hæresis, sed neque aliquod schisma habere  
salutaris baptismi sanctificationem foris possit;  
cur in tantum Stephani fratris nostri obstina-  
tio dura prorupit, ut etiam de Marcionis bap-  
tismo, item Valentini & Apelletis, & cete-  
rorum blasphemantium in Deum patrem con-  
tendat filios Deo nasci? & illic in nomine Je-  
su Christi dicat remissionem peccatorum dari,  
ubi blasphematur in Patrem, & in dominum  
Deum Christum? Quo in loco considerandum  
est, frater carissime, pro fide & religione sa-  
cerdotalis loci quo fungimur, an constare sa-  
cerdotis Dei ratio in die iudicii possit, asseren-  
tis & probantis, & in acceptum referentis blas-  
phemantium baptismata, cum dominus commu-  
netur & dicat: *Et nunc præceptum hoc ad vos  
est, o sacerdotes, si non audieritis, & si non po-  
sueritis in corde vestro, ut detis honorem nomini  
meo, dicit dominus omnipotens, immittam in vos  
maledictionem, & maledicam benedictionem ve-  
stram.* Dat honorem Deo, qui Marcionis bap-  
tismo communicat? Dat honorem Deo, qui  
apud eos qui in Deum blasphemant remissio-  
nem peccatorum dari iudicat? Dat honorem  
Deo, qui foris de adultera & fornicata nasci  
Dei filios asseverat? Dat honorem Deo, qui  
unitatem, & veritatem de divina lege venien-  
tem non tenens, hæreses contra ecclesiam vin-  
dicat? Dat honorem Deo, qui hæreticorum*

ANNO  
CHRISTI  
318.

ANNO  
CHRISTI  
318.

1. cedat

1. Luc. 11.

1. 1. 1. 4

1. 1. 1. 10.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 10.

amicus, & inimicus Christianorum, sacerdotes Dei, veritatem Christi, & ecclesie unitatem tuentes abstinendos putat? Si sic honor Deo datur, si sic a cultoribus & sacerdotibus ejus timor Dei & disciplina servatur; abjiciamus arma, manus demus in captivitatē, tradamus diabolo ordinationem evangelii, dispositionem Christi, majestatem Dei, divine militis sacramenta solvantur, sacrorum, celestium signa prodantur, succumbat & cadat ecclesia hæreticis, lux tenebris, fides perfidie, spes desperationi, ratio errori, immortalitas morti, caritas merito, veritas mendacio, Christus Antichristo. Merito & sic in dies singulos schismata & hæreses surgunt, crebrius atque liberius excrefcunt, & serpentinis criminibus pullulantes, adversus ecclesiam Dei majoribus viribus venenorum suorum virus exprimunt: dum illis advocazione quorundam & auctoritas præstatur & firmitas, dum baptisma eorum defenditur, dum fides, dum veritas proditur, dum id, quod contra ecclesiam foris geritur, intus in ipsa ecclesia vindicatur. Quod si est apud nos, frater dilectissime, Dei timor, si tenor prævalet fidei, si custodimus Christi præcepta, si incorruptam atque inviolatam sponsæ ejus sanctitatem tuemur, si hærent sensibus & cordibus nostris verba domini dicentis: *Putas cum veneris filius hominis, invenies fidem in terra?* quia fideles Dei milites, qui Deo fide & religione sincera militamus, commissa nobis divinitus castra fidei virtute servemus. Nec consuetudo, quæ apud quosdam obreperat, impedire debet quo minus veritas prævaleat & vincat. Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est: propter quod relicto errore sequamur veritatem, scientes quia & apud Eldram veritas vicit, sicut scriptum est: *Veritas manet & invalescit in æternum, & vivit & obtinet in sæcula sæculorum. Nec est apud eam accipere personam, nec differentias, sed quæ sunt iusta facit: nec est in judicio ejus iniquum, sed fortitudo, & regnum, & majestas, & potestas omnium sæculorum: Benedictus Deus veritatis.* Quam veritatem nobis Christus ostendens in evangelio suo, dicit: *Ego sum veritas.* Propter quod si in Christo sumus, & Christum in nobis habemus; si manemus in veritate, & veritas in nobis manet; ea quæ sunt vera teneamus. Fit autem studio præsumptionis & contumaciæ, ut quis magis sua prava & falsa defendat, quam ad alterius recta & vera consentiat. Cui rei prospiciens beatus Paulus apostolus, ad Timotheum scribit & monet, *episcopum non litigiosum, sed mitem & docibilem esse debere.* Docibilis autem ille est, qui est ad discendi patientiam lenis & mitis: oportet enim episcopum non tantum docere, sed & discere; quia & ille melius docet, qui quotidie crescit, & proficit discendo meliora. Quod ipsum quoque idem apostolus Paulus docet, præmonens, *ut si alii sedenti melius revelatum fuerit, prior taceat.* In compendio est autem apud religioſas

& simplices mentes, & errorem deponere, & invenire atque eruere veritatem. Nam si ad divine traditionis caput & originem revertamur, cessat error humanus; & sacramentorum celestium ratione perspecta, quidquid sub caligine ac nube tenebrarum obscurum latebat, in lucem veritatis aperitur. Si canalis aquam ducens, qui copiose prius & largiter profluebat, subito deficiat, nonne ad fontem pergitur, ut illic defectionis ratio nōscatur, utrumne arescentibus venis, in capite unda siccaverit; an vero ingra inde & plena procurrens in medio itinere destiterit? Ut si vitio interrupti aut bibuli canalus effectum est, quo minus aqua continua perseveranter ac jugiter flueret, refecto & confirmato canali ad usum atque ad potum civitatis aqua collecta eadem ubertate atque integritate repræsentetur, qua de fonte proficiscitur. Quod & nunc facere oportet Dei sacerdotes præcepta divina servantes, ut si in aliquo nutaverit & vacillaverit veritas, ad originem dominicam & evangelicam, & apostolicam traditionem revertamur: & inde surgat æstus nostri ratio, unde & ordo & origo surrexit. Traditum est enim nobis quod sit *unus Deus, & Christus unus, & una spes, & fides una, & una ecclesia, & baptisma unum*, non nisi in una ecclesia constitutum; a qua unitate quisquis discesserit, cum hæreticis necesse est inveniat, quos dum contra ecclesiam vindicat, sacramentum divine traditionis impugnat. Cujus unitatis sacramentum expressum videmus etiam in Cantico canticorum ex persona Christi dicentis: *Hortus conclusus soror mea sponsa, fons signatus, puteus aqua viva, paradus cum fructu pomorum.* Si autem ecclesia ejus hortus conclusus est, & fons signatus, quomodo in eundem hortum introire, aut bibere de fonte ejus potest, qui in ecclesia non est? Item Petrus ipse quoque demonstrans & indicans unitatem, mandavit & monuit nisi per unum solum baptisma unius ecclesie salvari nos non posse. In arca, inquit, *Noe pauci, id est, octo anima salva facta sunt per aquam, quod & vos similiter salvos faciet baptismus.* Quam brevi & spiritali compendio unitatis sacramentum manifestavit! Nam ut in illo mundi baptismo, quo iniquitas antiqua purgata est, qui in arca Noe non fuit, non potuit per aquam salvus fieri: ita nec nunc potest per baptismum salvus videri, qui baptizatus in ecclesia non est, quæ ad arcem unius sacramentum dominica unitate fundata est. Observatur itaque a nobis & tenetur, frater carissime, explorata & perspecta veritate, ut omnes qui ex quacumque hæresi ad ecclesiam convertuntur, ecclesie unico legitimo baptismo baptizentur, exceptis his qui baptizati in ecclesia prius fuerant, & sic ad hæreticos transferant: hos enim oportet, cum redeunt, æta penitentia, per manus impositionem solum recipi, & in ovile unde erraverant, a pastore restitui. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

1. phf. 4.

1. Cant. 4.

1. 1. 1. 1.

SYNODUS ROMANA STEPHANI.

Ex libello Synodico.

ΣΥΝΟΔΟΣ ΘΕΙΑ ΚΑΙ ΙΕΡΑ ΠΑΡΕΚΛΗΣΙΑ ΤΗΣ ΡΩΜΗΣ... ΕΠΙΣΚΟΠΟΙ ΣΤΕΦΑΝΟΣ ΚΑΙ ΚΥΡΙΑΝΟΣ...

SYNODUS divina & sacra provincialis, Romae collecta a Stephano sancto martyre & papa...

C. ANNUM CHRISTI 157. Ex nova Baleani collectio.

Duo erant (inquit Augustinus in libro de unico baptismo cap. XIV.) eminentissimarum Ecclesiarum, Romanae scilicet & Carthagenensis, Episcopi, Stephanus & Cyprianus...

eam doctrinam invocatus est. Denique ex ea synodo, ut apparet, celebrem epistolam ad Africanos misit; qua sane nunc non extat integra...

C. ANNUM CHRISTI 157.

ANONYMI (') TRACTATUS

De Baptismo Haereticorum.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

In exemplari vetustissimo S. Remigii Remensis post superiorem S. Cypriani ad Pompejum epistolam sequitur tractatus scriptoris anonymi, qui adversus Cyprianum jactatam per ea tempora de baptizandis haereticis controversiam judicat.

NON DEBERE DENUO BAPTIZARI

qui semel in nomine domini nostri Jesu Christi sint tincti.

Animadverto quaesitum apud fratres, quid potius observari oportet in personam eorum, qui in haeresi quidem, sed in nomine Dei nostri Jesu Christi sunt tincti...

praestaret: an vero etiam iteratum baptisma his necessarium esset, tanquam nihil habituris, si hoc quoque adepti ex integro non fuissent...

(2) In Codice Vaticano, ut admonet Labbeus in Synopsi, tribuitur hic libellus Ursino Monacho, de quo Genadino cap. 27. ubi Sirmondus legit Ursinus.

composita & ordinata, quodcumque est illud quod contra ecclesiarum quietem atque pacem in medium producat, nihil præter discordias & similitates & schismata allaturum; ubi nullus alius fructus reperitur, nisi hic solus, ut unus homo, quicumque ille est, magnæ prudentiæ & constantiæ esse apud quosdam leves homines inani gloria prædicetur, & hæreticorum stupore præditus, quibus hoc unicum perditionis solatium est, si non soli peccare videantur, errores & vitia universarum ecclesiarum correxisset apud simillimos sui & compares celebretur. Hæreticorum enim omnium hoc studium atque propositum est, sanctissimæ matri nostræ ecclesiæ ejusmodi & plurimas quantas calumnias necere, & invenisse aliquid quod ei crimini, vel etiam leviter, dari posset, summam gloriam ducere. Quod cum nullum sanæ mentis fidelium tenere vel maxime nullum omnino in quocumque clero constitutum, ac multo magis episcoporum, audere deceat, monstri simile est, ipsos episcopos talia scandala cogitare, & turpitudinem matris ecclesiæ, si quam putant in hoc negotio esse, contra præceptum legis & omnium scripturarum nimis inreverenter cum sua ipsorum turpitudine & periculo non vereri detegere: quamquam nulla sit in hoc, nisi in errore ipsorum illorum, turpitudine ecclesiæ. Itaque deterius delinquitur ab hominibus ejusmodi, si id quod in observatione antiquissima, aliis tanquam non recte fiat reprehenditur, & ab his qui ante nos fuerunt, tum etiam a nobis recte observatum esse & observari manifeste ac fortiter ostendatur, ita ut etsi paribus argumentis ex utraque parte congraderemur, tamen quia non poterat id quod innovabatur sine dissensione fratrum & damno ecclesiastico consistere, utique non debeat contra fas, quod ajunt & nefas, id est contra bonum & æquum, ecclesiæ matri quasi macula temere indigi, eisque qui hoc adtentarint, audaciæ hujus atque impietatis ignominia merito debeat adscribi. Sed quoniam non est in nostra potestate, ut secundum præceptum apostoli id ipsum dicamus omnes, neve sint in nobis schismata, tamen in quantum possumus, conmittimus hujus tractatus statum demonstrare; & turbulentis hominibus, ut vel nunc suum negotium agere incipiant, persuadere: consecuturis etiam plurimum nobis, si hoc quoque consilio sano tandem voluerint adquiescere. Et ideo quæcumque sanctorum scripturarum ad hanc partem pertinentia sunt capitula; necessario in unum congeremus: & quæ videntur esse diversa aut varia, quantum poterint, manifeste inter se conglutinabimus, & utilitatem ac commodum singulorum pro mediocritate nostra examinabimus, ut accendi in ecclesia formam & consuetudinem saluberrimam atque pacificam universis fratribus insinuemus. Igitur adgredientibus tractatum salutaris & novi, hoc est spiritualis & evangelici baptismatis, imprimis occurrat notissima omnibus prædicatio celebrata atque coepta ab Joanne Baptista, qui aliquantum desciscens a lege, id est Moysæ, antiquissimo baptismate, & viam novæ & veræ gratiæ præsternens, & baptismate, quod interim exercebat, aquæ & penitentiae sensim aures Judæorum præveniebat, & occupabat spiritualis baptismatis futuri annunciatione adhortans eos & dicens: *Qui post me venit fortior me est, cujus*

*ego non sum dignus corrigiam calceamenti solve-  
re, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni:*  
Propter quod nobis quoque hujus sermonis or-  
fus hinc incipere debet. Nam & dominus  
hanc eandem vocem Joannis post suam resur-  
rectionem in Actis apostolorum confirmans,  
præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent,  
sed expectarent illam promissionem Patris quam  
audistis a me, quia *Joannes quidem baptizavit  
aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non  
post multos hos dies.* Itemque Petrus eadem  
verba domini percensuit, rationem pro se apud  
apostolos reddens dicendo: *Cum autem inciperem  
loqui ego, venit Spiritus sanctus super eos,  
sicut & super nos in principio, & recordatus sum  
sermonem domini sicut dicebat: Joannes quidem  
baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spi-  
ritu sancto.* Si ergo æquale donum dedit eis  
sicut & nobis credentibus dominum Jesum  
Christum, ego quis eram qui possem prohibere  
domino? Et iterum: Viri fratres, scitis  
quia a diebus antiquis in nobis Deus elegit  
per os meum audire gentes verbum evangelii  
& credere, & qui corda novit Deus testimo-  
nium perhibuit dans eis Spiritum sanctum si-  
cut & nobis. Ac propterea hujus sententiæ  
quæ sit vis & potestas, considerare debemus.  
Ait enim dominus eis qui postmodum baptiza-  
ri haberent, quia crederent, baptizandos esse;  
non quemadmodum a se in aqua in peniten-  
tiam, sed in Spiritu sancto. De qua prædicatione  
cum utique nemo nostrum possit ambigere,  
manifestum est qua ratione homines in Spi-  
ritu sancto baptizati sint; nam & proprie in ipso  
solo sancto spiritu baptizati sunt qui credide-  
runt, quia Joannes discrevit & dixit, dicens,  
se quidem in aqua baptizare, venturum autem  
qui in Spiritu sancto baptizet gratia & virtu-  
te Dei, sunt & hoc & occulta largiente &  
operante: nihilominus autem etiam in bap-  
tismate Spiritus & aquæ. Præterea etiam in ba-  
ptismate spiritus in sanguine proprio uniuscu-  
jusque, sicut declarant nobis sanctæ scripturæ,  
quarum per singula quæque eorum quæ enar-  
rabimus, adferemus perspicuas probationes. Ad  
quæ forte tu, qui novum quid inducis, conti-  
nuo impatienter respondens ut soles, dixisse in  
evangelio dominum: Nisi quis denuo natus  
fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire  
in regnum cælorum. Ex quo manifeste appa-  
ret illum baptismata solum prodesse, cui pos-  
sit etiam Spiritus sanctus inesse; super ipsum  
enim dominum, cum baptizaretur, Spiritum  
descendisse, factumque ejus atque dictum pariter  
congruere, nec ulla alia ratione mysterium istud  
posse consistere. Cui responso nemo nostrum  
adeo ita infans reperitur aut contumax, ut  
audeat contra fas aut contra verum contradice-  
re: scilicet, rebus integris, & omni modo ita  
in ecclesia gerendis, & secundum disciplinæ or-  
dinem perpetuo a nobis observandis. Sed si in  
eodem novo testamento hæc, quæ in isto ne-  
gotio deprehendimus adunata nunquam, reperian-  
tur quodammodo divisa ac separata, & proinde  
disposita, atque si sint singula, videamus utrum  
possint esse aliquando etiam singulariter solita-  
ria, quasi non sint muila, sed tanquam integra  
atque perfecta. Nam cum per manus impositionem  
episcopi datur unicuique credenti Spiritus san-  
ctus, sicut apostoli circa Samaritanos post Phi-  
lippi baptismata manum ei imponendo fecerunt,  
& hac

937

& hac ratione Spiritum sanctum in eos contulerunt; quod ut fieri posset ipsi pro eis oraverunt: nondum enim super quemquam eorum descenderat Spiritus, tantum autem baptizati erant in nomine domini Jesu. Dominus quoque noster post resurrectionem, cum insufflasset & dixisset apostolis suis, *Accipite Spiritum sanctum*, ita demum largitus eis Spiritum, cum ita invenitur: Quid tibi frater videtur, si quis non ab episcopo baptizatus, ita ut si in continentem etiam manus ei imponatur, priusquam tamen acciperet Spiritum sanctum, fuerit defunctus, utrum concessas salutem percepisse eum, nec ne? Quoniam quidem & ipsi apostoli & discipuli, qui etiam alios baptizabant, qui etiam a domino baptizati, non statim Spiritum sanctum acceperint, qui nondum erat, quia Jesus nondum fuerat clarificatus: sed post resurrectionem ejus nec modicum intervallum temporis, quo id gestum est, intercesserit. Sicuti & cum baptizati a Philippo Samaritani, donec Samariam rogati ab Hierusalena apostoli descenderent ad illos, ut eis manum imponerent, & Spiritum sanctum per manus impositionem in eos conferrent, quoniam illo intervallo temporis aliquis eorum non adeptus Spiritum sanctum morte potuit intercepti, & defraudatus gratia Spiritus sancti defungi. Quod hodierna quoque die non potest dubitari esse institutum, & evenire solitum, ut plerique post baptismum sine impositione manus episcopi de saculo exeant, & tamen pro perfectis fidelibus habentur. Sicut Æthiops eunuchus cum rediret ab Hierusalem & legeret prophetam Isaiam & hæsitaret, suggerente Spiritu, audita veritate a Philippo diacono, credidit & baptizatus est, & cum ascendisset de aqua, Spiritus domini rapuit Philippum, & non vidit eum jam nunc amplius eunuchus: abibat enim viam suam gaudens. Quoniam ut animadvertis, imposita ei manus non est ab episcopo, ut Spiritum sanctum reciperet. Quod si hoc admittis, & salutare esse credis, nec opinioni omnium fidelium refragaris, necesse est confitearis; proinde autem atque hoc latius tractatu procedit, etiam illud aliud latius posse consistere: id est, ut per solam manus impositionem episcopi, quia baptismum in nomine Jesu Christi domini nostri præcessit, possit alio homini penitenti atque credenti etiam Spiritus sanctus tribui: quoniam eos qui in Christum credituri essent scriptura sancta prædixit: Oportet in Spiritu baptizari, ita ut & hi quoque non videantur minus aliquid habere, quam illi qui perfecte sunt Christiani, ne necesse sit queri, quare illud baptismum fuerit quod in nomine Jesu Christi sunt consecuti. Nisi forte in illo quoque superiore tractatu, circa eos qui tantummodo in nomine Christi Jesu baptizati fuerint, statuas etiam sine Spiritu sancto posse salvos fieri, aut non hac sola ratione, sed si per manus impositionem episcopi Spiritum sanctum consuevit præstari, aut etiam non episcopum dicas Spiritum sanctum solum esse largiri. Quod si ita est, & potest aliquid horum eveniens salutem homini credenti non præripere, tu quoque ipse annuis, quoniam modo dimidiatum, & non ut contentis consummatum mysterium fidei, quia necessitas intervenit, salutem adimere non posse credenti & penitenti homini. Aut si dicis hujusmodi hominem salvum non posse fieri, om-

nibus episcopis salutem adimimus, quos ita periculis quam certissimis adstringis, ut omnibus hominibus, qui sub cura eorum agunt, & hac atque illac dispersis regionalibus ipsorum infirmantur, per semetipsos subvenire debent; quia ceteri homines minores clericis qui porcillantur, hoc idem præstare non possunt, ne sanguis eorum qui vacui de saculo exisse videbantur, de manu episcoporum necesse habeat requiri. Porro autem, ut non ignoratis, credentibus hominibus invenitur Spiritus sanctus a domino datus sine baptismate aquæ, sicut Actis apostolorum continetur in hunc modum: *Adhuc loquens Petro verba hæc, irrui Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum; & confestim obstupescerunt qui erant ex circumcissione fideles quosquos simul venerant cum Petro, quia & super gentes donum Spiritus sancti effusum est: audiebant enim eos loquentes lingua suis & magnificabant Deum. Tunc respondit Petrus: Nunquid aliquis aquam prohibere potest ut non baptizentur isti qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? & præcepit eos baptizari in nomine Jesu Christi.* Sicut etiam Petrus postmodum de eisdem genibus plenissime docuit nos dicens; Et nihil discerevit inter nos & ipsos, fide emundatis cordibus eorum. Atque hoc non erit dubium in Spiritu sancto homines posse sine aqua baptizari, sicut animadvertis baptizatos hos priusquam aqua baptizarentur, ut satisfaceret & Joannis & ipsius domini prædicationibus; quandoquidem hæc sine manus impositione apostolorum, & nisi lavacro, quod postea adepti sunt, gratiam repromissionis receperint, & inundatis cordibus eorum Deus per fidem ipsorum etiam remissionem peccatorum simul eis largitus sit, ut hoc solum eis baptismum subsequens præstiterit, ut invocationem quoque nominis Jesu Christi acciperent, ne quid eis deesse videretur ad integritatem ministerii & fidei. Quod etiam, a contrario latere tractatus hujus, sunt consecuti ipsi illi discipuli domini nostri, super quos jam pridem baptizatos, postremo die pentecostes supervenit Spiritus sanctus, voluntate Dei quidem, non sua sponte Deo lapsus, sed ad hoc ipsum munus effusum, sed & super unumquemque eorum, cum justis jam pridem ut diximus baptismate domini fuissent baptizati, sicut & ipsi apostoli, qui tamen omnes domino nocte qua apprehensus est, deseruisse inveniuntur: & ille ipse, qui gloriatus est perseveraturum se in sua fide, Petrus, & adversus ipsius domini prædictum obstinatissime repugnavit, postremo tamen ipsum negavit, ut hac ratione ostenderetur nobis, quæ medio tempore, quoque modo, contraxerant delicta, eadem hæc in eis a fide postmodum sincerata per baptismum Spiritus sancti non dubie esse dimissa. Nec ulla, ut puto, alia ex causa apostoli his quos in Spiritu sancto adloquebantur, nisi quia virtus nominis Jesu super quemcumque hominum baptismate invocata ad salutem adsequendam non modicam prærogativam ei qui baptizaretur præstare posset, sicuti Petrus in actis apostolorum narrat dicens; *Nec enim aliud est nomen sub caelo, quod datum est hominibus, in quo oportet salvos fieri.* Sicut etiam apostolus Paulus aperit ostendens; *quia Deus exaltavit Jesum dominum nostrum, & donavit illi nomen ad hoc ut sit super omne nomen, ut in nomine Jesu omnes genua curvent,*

AN. 1. 39.



*caelestium & terrestrium & infernorum, & omnis A lingua confiteatur, quia dominus est Jesus in gloria Patris. Et ille, in quo cum baptizaretur, invocatum esset in nomine Jesu, licet in aliquo errore consequeretur, tamen quandoque non prohiberetur rectum sapere, & errorem suum corrigere; & ad ecclesiam & ad episcopum venire, & sinceriter confiteri Jesum nostrum coram hominibus, ut tunc cum ab episcopo ei manus imponeretur, etiam Spiritum sanctum acciperet, nec invocationem illam pristinam nominis Jesu amitteret, quam negium nostrum licet damnare: quum hæc nuda & singularis sit constituta, non posset ad salutem præstandam sufficere, ne hæc ratione etiam ethnicos & hæreticos abutentes nomen Jesu, credamus ad salutem sine vera re atque integra posse pervenire. Quam tamen invocationem nominis Jesu, correctione erroris & agnitione fidei veritatis, & abscissa omni labe præteritæ conversationis, mysterio Dei, circa ejusmodi homines rite perpetrata, locum quem habitura non erat, obtinere, & postremo in fide recta, & ad integritatem signi præstandam non obesse, supplemento ejus quod deerat accedente. Perquam utile est credere, & tot annorum, totque ecclesiarum, itemque apostolorum & episcoporum auctoritati cum bona ratione acquiescere; cum sit maximum incommodum ac dispendium sanctissimæ matris ecclesiæ adversus præfata consulta, post tot sæculorum tantam letitiam, nunc primum repente ac sine ratione insurgere. Nec enim propter aliud Petrus, qui jam fuerat baptizatus, & quid sentiret de domino, ab ipso domino erat interrogatus, & veritate revelationis Patris cælestis in eum collocata, quod dominus noster non solum Christus, verum etiam filius Dei vivi esset confessus, postmodum eidem Christo prædicanti de sua passione refragatus esse monstratus est; & propterea Satanæ dici ostensus est, nisi, quia futurum erat, ut quidam tamen variantes in sententia propria, & claudicantes aliquando in fide atque doctrina, cum in nomine Jesu baptizarentur, tamen si intervallo quodam temporis recorrigerent id potuissent, non propterea a salute exciderent; sed quandoque resipuerent, integram spem salutis penitendo obtinerent: præsertim cum Spiritum sanctum, quo baptizati unusquisque hominum debet, acciperent, aliquid tale designassent. Sicuti non solum Petrum hoc passum esse in evangelio deprehendimus, verum universos quoque discipulos, quibus jam baptizatis postea dominus ait, *Matth. 24. 27. quia vos omnes scandalizabimini in me; qui omnes, ut animadvertimus, correctæ fide sua, post resurrectionem domini in Spiritu sancto sunt baptizati: ut non immerito hodie quoque credamus homines correctos a pristino errore in Spiritu sancto posse baptizari, qui cum aqua baptizarentur in nomine domini* "aliquod scabram habuissent fidem: quoniam multum intereit, utrum in totum quis non sit baptizatus in nomine domini nostri Jesu Christi, an vero in aliquo claudicat cum baptizatur" baptisimate aquæ, quod minus est, dummodo postea constet in veritate sincera fides in baptisimate spiritus, quod majus est. Nec æstimes huic tractatui contrarium esse quod dixit dominus: *Matth. ult. 19. Ite: docete gentes, tingite eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Quia cum hoc ve-**

rum & rectum & omnibus modis in ecclesia observandum sit, & observari quoque solitum sit, tamen considerare oportet quod invocatio nominis Jesu non debet a nobis futilis videri propter venerationem & virtutem ipsius nominis, in quo nomine virtutes omnes solent fieri: & nonnunquam aliqua etiam "ab hominibus extraneis. Ceterum quo pertinent illa verba Christi, qui negaturum se esse dixit, nec nosse eos qui sibi in die iudicii dicturi essent, *Domine domine nonne in tuo nomine propitiavimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes magnas fecimus*, respondendum eis etiam cum iurejurando; *Quia nunquam cognovi vos: Discedite a me qui operamini iniquitatem*; nisi ostenderetur nobis, nonnunquam etiam ab his qui operarentur iniquitatem, posse "per nimiam virtutem nominis Jesu etiam hæc fieri. Idcirco quæ debet invocatio hæc nominis Jesu quasi initium quoddam mysterii dominici commune nobis & ceteris omnibus accipi, quia possit postmodum residuis rebus impleri, alias non profutura talis invocatio, cum sola permanferit, quæ post mortem ejusmodi hominis non potest ei quicquam omnino adici vel suppleri, aut in aliquo prodesse in die iudicii, cum illa a domino nostro quæ supra memoravimus cœperint exprobari, qui tamen universi hodie, ut sibi his modis subveniant, quibus supra ostendimus, non possunt ab ullo hominum tam dure tamque crudeliter prohiberi. Sed ad hæc, ut soles, contradices, opponendo nobis, tunc cum baptizarentur integre ac recte discipulos, ac non ut hos hæreticos, esse baptizatos, quod ex persona ipsorum, & ejus qui baptizavit illos, sumas necesse est, & ideo nos ad propositionem hanc tuam non ut accusatores discipulorum domini respondemus, sed sicuti compellimur, quia necesse est ubi & quando & quemadmodum unicuique nostrum salus sit præstita, rationibus investigemus. Namque natum esse dominum nostrum & Christum esse eum, multis rationibus a discipulis ejus non immerito credi videbatur, quod ex tribu Juda, quod ex genere David, quodque in civitate Bethleem fuisset natus, & quod pastorem ab angelis, quoniam salvator illis natus esset, eodem momento fuisset annuntiatus, quod in oriente visa ejus stella sollicitissime fuisset a Magis requisitus & adoratus, & illustribus donis & insignibus muneribus honoratus, quod puer admodum in templo sedens cum legis doctoribus prudenter & cum admiratione omnium disputasset, quod cum baptizaretur, ita ut nulli alii contigerat, cælis apertis descensione Spiritus sancti, & super eum mansione, testimonio etiam Patris sui, itemque Joannis Baptistæ fuisset clarificatus; quod supra humanam mediocritatem corda & cogitationes universorum intelligeret; quod languores & vitia, & valetudines cum potestate maxima curaret atque sanaret: quod remissiones peccatorum cum evidenti probatione præstaret; quod dæmonia iussu expelleret, quod leprosus verbo mundaret, quod aquam in vinum convertendo convivium nuptiale admirabili lætitiâ amplificaret; quod cæcis visionem restitueret aut indulgeret; quod doctrinam Patris cum omni fiducia assereret; quod in loco deserto de quinque panibus quinque millia hominum saturaret; quod reliquæ atque buccellæ plusquam duodecim

cim copinos implerent; quod mortuos pro A sua pietate passim fuscitaret; quod ventis & mari ut quiescerent imperaret; quod super mare pedibus ambularet; quod virtutes omnes omnino perficeret. Quibus rebus & hujusmodi compluribus factis ad claritatem ejus pertinentibus, consequens esse videbatur, ut quemadmodum Judæi de Christo sentiant, quod tamen de Jesu Christo domino nostro non credunt, ut etiam ipsi existimarent, ut talis & tantus nulla obita morte in æternum perseveret, & regnum Israël & totius orbis in perpetuum quod non corripere possideret. Unde etiam Judæi ausi fuerant eum rapere & in regnum unguere; quod quidem <sup>10</sup> necesse habuit ille superfugere: ac propterea discipuli ejus arbitrabantur, quod nulla alia ratione vitam æternam his præstaturus esset, nisi primum ipse vitam hanc temporalem cum illa æterna in seipso continuasset. Denique cum conversarentur in Galilæa dixit eis Jesus; incipit filius hominis tradi in manus hominum & interfici eum, & post triduum resurget, & constituti sunt nimis ac mente conceperant. Denique hic fuit etiam Judæorum sermo contradictionis advertus eum, cum <sup>11</sup> se ipse quidem doceret eos, & futura nunciaret; illi autem dicerent: *Nos dividimus a lege quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, quia exaltari oportet filium hominis.* Itaque fuit discipulorum eadem hæc præsumptio de Christo, prorumpente in istum sermonem incredulitatis suæ, Petro ipso duce ac principe apostolorum. Cum enim a domino simul cum ceteris fuisset interrogatus, quidnam sentiret de ipso, id est quem esse eum existimaret, & primo veritatem confessus fuisset, dicens esse eum Christum filium Dei vivi, & propterea beatus ab illo judicatus esset, quod hoc non carnaliter, sed per Patris cœlestis revelationem adæcutus esset: idem tamen, ubi cœpit Jesus ostendere discipulis suis, quia oportet illum Hierosolymam ire & multa pati a senioribus & sacerdotibus & scribis & interfici & post diem tertium resurgere, nihilominus ille verus Christi confessor post pauculos dies assumpto eo cœpit illum corripere dicens: <sup>12</sup> Propitius sit tibi, non erit istud: ut propterea audire a domino commeruerit, *Vade post me Satanas, scandalum mihi es; ob hoc quod non saperet ea quæ sunt hominum.* Quæ increpatio adversus Petrum magis magisque eluxit adprehensio Christo, cum a muliercula contritus diceret: *Nescio quid dicas, neque novi te;* & iterum cum hoc diceret adhibito iurejurando & tertio <sup>13</sup> devotans & jurans affirmaret, quoniam non nosset hominem; & non semel, sed sæpius eum negasset. Quod consilium ei quoniam usque ad passionem domini perseveraturum erat, multo prius a domino palam factum est, ut nos quoque id non ignoremus. Denique post resurrectionem domini unus e discipulis ejus Cleophas, cum esset mœstus secundum errorem omnium condiscipulorum suorum, ipsi domino, tanquam alicui ignoto, referens quod contigerat, sic locutus est dicens: *De Jesu Nazareno, qui fuit propheta potens in factis & dictis in conspectu Dei & universi populi, quomodo hunc tradiderunt sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis & crucifixerunt: Nos autem sperabamus quod ipse erat resur-*

*deumpiturus Israel. Juxta quæ, omnes quoque discipuli adfessionem quoque mulierum, quæ post resurrectionem viderant dominum, judicaverunt deliramenta, & quidam ipsorum viso eò non crediderunt, sed dubitaverunt: qui que tunc non interfuerunt, omnino non crediderunt, nisi postmodum ab ipso domino omnibus modis fuissent objurgati atque increpati; quoniam mors eos ita offenderat, ut putarent eum non resurrexisse quem <sup>14</sup> timuerant mori non debuisse; quia contra opinionem ipsorum semel mortuus fuisset. Itaque quod ad ipsos discipulos pertinet, neque integram neque perfectam fidem habuisse his modis quibus retulimus, inveniuntur, & quod multo gravius est, sicut in evangelio <sup>15</sup> circa Joannem scriptum est, etiam alios baptizabant. Præterea, quid dicitur es de his, qui plerumque ab episcopis pessimæ conversationis baptizantur, qui tamen tandem, cum Deus voluerit, in sceleribus suis convicti. <sup>16</sup> etiam ipso, aut prorsus etiam communicatione prævantur? Aut quid statues de eis, qui ab episcopis prave sententibus aut imperitioribus fuerint baptizati? quando non ad liquidum & integre, vel etiam aliter quam oportet, in traditione sacramenti fuerint locuti. Certe aut interrogaverint quid, aut interrogantes a respondentibus audierint quod minime ita interrogari aut responderi debet: quod tamen non valde illam nostram rectam fidem lædat, sed non tam ornate ut tu, & composite, isti quoque simpliciores homines mysterium fidei tradant. Dicitur es enim utique pro tua singulari diligentia hos quoque denuo baptizandos esse, cum maxime eis res desit, aut obset, quominus inviolabile illud divinum mysterium fidei intemeratum possint accipere. Sed enim <sup>17</sup> vivorum optime reddamus & permittamus virtutibus cœlestibus vires suas, & dignationi divinæ majestatis concedamus operationes proprias, ut intelligentes quantum in ea sit emolumentum, libentes ei adquiescamus. Et ideo cum salus nostra in baptisate spiritus, quod plerumque cum baptisate aquæ conjunctus est, sit constituta, si quidem per nos baptisate tradetur, integre & tolemi-ter, & per omnia quæ scripta sunt adsignetur, atque sine ulla ullius rei separatione tradatur: aut si <sup>18</sup> a minore clero per necessitatem traditum fuerit, eventum expectemus, <sup>19</sup> ut aut suppleatur a nobis, <sup>20</sup> aut a domino suppleandum referretur. Si vero <sup>21</sup> ab alienis traditum fuerit, ut potest hoc negotium & ut admittit, corrigatur: quia Spiritus sanctus extra ecclesiam non sit, fides quoque non solum apud hæreticos, verum etiam apud eos qui in schismate constituti sunt sana esse non possit. Idcirco quæ penitentiam agentibus correctivæque per doctrinam veritatis & per fidem ipsorum, quæ postea emendata est, purificato corde eorum, tantummodo baptisate spiritali, id est manus impositione episcopi, & Spiritus sancti subministratione subveniri debeat. Signum quoque fidei intergrum hoc modo. & hac ratione tradi in ecclesia merito consuevit, ne invocatio nominis Jesu, quæ aboleri non potest, contemp- tui a nobis videatur habita; quod utique non oportet, quamquam talis invocatio, si nihil eorum quæ memoravimus servatum fuerit, ab operatione salutis cesset ac vacet. Dicente enim*

10. 12. 34.

11. 12. 34.

12. 12. 34.

13. 12. 34.

14. 12. 34.

15. 12. 34.

16. 12. 34.

17. 12. 34.

18. 12. 34.

19. 12. 34.

20. 12. 34.

21. 12. 34.

22. 12. 34.

23. 12. 34.

24. 12. 34.

25. 12. 34.

26. 12. 34.

27. 12. 34.

28. 12. 34.

29. 12. 34.

30. 12. 34.

31. 12. 34.

32. 12. 34.

33. 12. 34.

34. 12. 34.

35. 12. 34.

36. 12. 34.

37. 12. 34.

38. 12. 34.

39. 12. 34.

40. 12. 34.

41. 12. 34.

42. 12. 34.

43. 12. 34.

44. 12. 34.

45. 12. 34.

46. 12. 34.

47. 12. 34.

48. 12. 34.

49. 12. 34.

50. 12. 34.

51. 12. 34.

52. 12. 34.

53. 12. 34.

54. 12. 34.

55. 12. 34.

56. 12. 34.

57. 12. 34.

58. 12. 34.

59. 12. 34.

60. 12. 34.

61. 12. 34.

62. 12. 34.

63. 12. 34.

64. 12. 34.

65. 12. 34.

66. 12. 34.

67. 12. 34.

68. 12. 34.

69. 12. 34.

70. 12. 34.

enim apostolo, unum esse baptisma, necesse est invocatione nominis Jesu perseverante, quia non potest a quoquam hominum quæ semel invocata est auferri; si eam contra decretum apostolorum geminare, aut si fuerimus nimicitate præstandi, immo superaddendi baptismatis studiosi. Si ille qui ad ecclesiam revertitur, noluit denuo baptizari, futurum est ut defraudemus baptismate spiritali eum, quem putamus defraudandum non esse baptismate aquæ. Quid autem statues in perniciam ejus verbum audientis, qui forte adprehensus in nomine Christi statim confessus, ac priusquam baptizari aqua permetteretur ei, si fuerit punitus, utrum perisse eum pronunciabis, quia non est aqua baptizatus, an vero aliquid extrinsecus patrocinari ei ad salutem existimabis. Iscet non sit aqua baptizatus: quod perisse eum existimabis, obviam tibi veniet sententia domini dicentis: *Quicumque me confessus fuerit coram hominibus, confitebor illum & ego coram patre meo qui in cælis est: quia nihil interest, utrum hic verbum audiens, an fidelis sit qui confitetur domino, dummodo ipsum Christum quem confiteri oportet, confiteatur, quia dominus pari vice confitendo & ipse confessorem suum apud Patrem honore eum martyrii ut pollicitus est, exornet. Quod utique non debet latius accipi, quasi possit usquequaque porrigi, quia potest Christi nomen etiam hæreticus aliquis, qui tamen ipsum Christum negat, confiteri, quia in alium Christum credit: cum Christus confiteatur quod ei prodesse minime possit: si quidem dominus non te ipsum in confessionem nobis coram hominibus deduci oportere dicit; quod sine ipso, & sine venerando nomine ejus non potest fieri. Et ideo integrum ac sincerum & incontaminatum & inviolatum utrumque debet consistere confitenti, nullo defectu habito ipsius confessoris, sive ille justus, sive peccator, perfectusque Christianus, an vero etiam nunc imperfectus, qui in summo discrimine suo domino confiteri non timuit. Nec est hoc contrarium superiori tractatu, quia illic quidem tempus superat ad corrigenda quæ multa vel prava sunt: & quoniam quadam concessa sunt ipsi tantummodo nomini domini nostri, martyrium autem non nisi in ipso & per ipsum dominum possit consummari. Et ideo neque Christum sine ipsius nomine quis possit confiteri, neque nomen Christi sine ipso Christo ad confessionem cuiquam possit patrocinari. Quapropter totus discernendus est tractatus hic: ut possit manifestior fieri. Namque invocatio nominis Jesu ideo tantum patrocinari potest, si rite suppleta postea fuerit, quia & propheta & apostoli ita prædicaverunt. Aut enim Jacobus in adis apostolorum: Viri fratres audite, Symeon exposuit quemadmodum primum Deus visitaverit accipere ex gentibus populum nomini suo: & si consonant sermones prophetarum, sicut scriptum est: Post hæc revertat, & reedificabo tabernaculum illud David quod cecidit, & quæ demolita sunt ejus, reedificabo, & denuo erigam illud uti exquirant residui hominum Deum, & omnes gentes super quas invocatum est nomen meum super eas, dicit dominus faciens hæc. Itaque & residui hominum, id est quidam Judæorum, & omnes gentes super quas invocatum est nomen*

domini, possunt & necesse habent requirere dominum, quia ipsa invocatio nominis præbet eis occasionem, vel etiam imponit necessitatem requirendi dominum, cum quibus præcipiunt scripturas sanctas, sive universas, sive quasdam, tamen audientius de veritate tractare, quam cum gentibus, super quas non est invocatum nomen domini, id est Christi Jesu filii Dei vivi, sicuti nec super Judæos, qui veteres tantum scripturas recipiunt. Et ideo utriusque hujus generis homines, id est Judæi & Gentiles, plene ut oportet credentes pari modo baptizantur: hæretici vero jam baptizati aqua in nomine Jesu Christi, tantum in Spiritu sancto baptizandi sunt, & in Jesu, quod nomen solum datum est sub cælo in quo oporteat salvos fieri nos, merito mors contemnitur; quam si sic perseverent salvi esse non possunt, quia non requisiverunt domino post invocationem nominis ejus super eos, sicut & illi, qui in eos Christus qui

sote credere noluerunt, de quibus dominus ait: *Certe ne quis vos in errorem inducat: multi enim venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, & multos in errorem inducent.* Et iterum ait: *Tunc si qui dixerit vobis: Ecce hic Christus aut hic, nolite credere. Surgent enim pseudo-Christi & pseudo-propheta, & dabunt signa magna & portenta, ita ut errent, si fieri potest, etiam cæli.* Quas virtutes non dubie tunc illi sub nomine Christi facient: in quo nomine videntur quidam etiam modo quidam virtutes facere, & falso prophetare: sed certum est eos, quod ipsi non sint Christi, propterea ad Christum non pertinere. Quemadmodum etiam si quis defleat a Christo inhærens solo nomini ejus, qui non multum adjuvat: imo magis hoc nomine etiam oneratur, licet fuerit antea fidelissimus aut justissimus, aut clero aliquo eneratus, aut confessionis dignitate præditus. Hi enim omnes negando verum Christum, introducendo aut sequendo alium, cum sit nullus omnino alius, nihil spei aut salutis sibi relinquunt: non aliter quam illi, qui coram hominibus negaverunt Christum quos negari necesse est a Christo, non habita ulla ratione ipsorum ex præcedenti conversatione eorum aut sensu aut dignitate, proinde atque ipsi aut si sunt Christum, id est salutem suam, abrogare damnati, per hujusmodi clausulam quæ manifestissime a domino dictum est: *Quicumque me negaverit coram hominibus, negabo eum & ego coram patre meo qui in cælis est: ut verbum hoc, Quicumque, etiam in clausula confessionis plenissime nobis ostendat, quod nulla conditio ipsius confitentis obesse possit, licet negator ille antea vel hæreticus fuerit vel audiens, aut audire incipiens, qui nondum baptizatus sit, vel de hæresi ad veritatem fidei conversus, vel ab ecclesia digressus ac postea reversus sit, & tunc cum rediret prius ei manus ab episcopo imponeretur, adprehensus confiteri Christum coram hominibus, necesse habuerit, sicut iterum neganti Christum nulla propria vetus dignitas potest ad salutem patrocinari. Quodcumque enim in homine ultimum in hac specie deprehensum fuerit, in illos quis nostrum iudicari necesse habebit absolutis & obliteratis omnibus quæ prius gessit. Et ideo cum in martyrio tanta sit mutatio rerum in momento temporis ut in re perquam veloci possint mu-*

Matth. 10. 32.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 10. 33.

mutari univerſa, nemo ſibi blandiatur, qui occaſionem amiferit glorioſæ ſalutis, ſi forte ſe ab ea excluſerit propria ſua culpa ſicuti & illa uxor Loth, quæ ſimiliter in anguſtiis rerum contra præceptum angelorum, tantummodo poſt ſe reſpexit, & tumulus ſalis facta eſt. Qua ratione etiam ille hæreticus, qui conſitendo Chriſti nomen trucidatur, nihil poſtea poteſt corrigere, ſi quid de Deo aut de Chriſto male tenſerit, cum in alium Deum aut in alium Chriſtum credendo ſemetipſum ſeſellit, confeſſor non Chriſti, ſed ſolitario Chriſti nomine, quando & apoſtolus conſequenter dicit: *Et ſi corpus meum tradidero, ita ut exuratur igni, dilectionem autem non habeam, nihil proficio.* Quia hoc factò nihil proficit qui non habet dilectionem ejus Dei & Chriſti, qui per legem & prophetas & in evangelio in hoc modo prædicatur; *Diligens dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota cogitatione tua; & Diliges proximum tibi tanquam te. In his enim duobus præceptis tota lex pendet & propheta.* Sicut & Joannes evangeliſta dicit: *Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoviſcit Deum quia Deus dilectio eſt.* Sicut & Deus ait. *Ita enim dilexit Deus mundum, ut filium ſuum unicum daret, ut omnis qui in eum crederet, non periret, ſed haberet vitam æternam.* Ut manifeſte apparet eum, qui hanc diligendi nos & diligendi a nobis dilectionem in ſe non habeat, inani confeſſione & paſſione nihil proficere: quam ut ipſa apparet & conſtat hæreticum eſſe, qui in alium Deum credat, ſive Chriſtum alium accipiat. Quamquam ſcripturæ novi & veteris teſtamenti manifeſte prædicant, quæ patrem omnipotentem creatorem omnium & filium ejus ſine obſcuritate annunciant. Veniunt enim eis ut alii ab alio Deo ſalutem expectanti: tunc demum contra opinionem ſuam a Chriſto Dei patris omnipotentis creatoris filio, quæ blaſphemaverant, in penam æternam damnentur, cum judicare Deus cæperit abſconſa hominum, ſecundum evangelium per Chriſtum Jeſum, eo quod in ipſum non crediderint; licet ipſius nomine abluti ſint, & uſque adeo omne illud hæreticorum baptiſma intercedente aliquo intervallo temporis corrigi poteſt, ſi quis ſupervixerit & fidem correxit, ut Deus noſter in evangelio ſecundum Lucam ad diſcipulos ſuos locutus eſt dicens: *Habeo autem aliud baptiſma baptizari.* Item ſecundum Marcum ad filios Zebedæi eadem ratione dixerit: *Poteſtis bibere calicem quem ego bibo, aut baptiſmate quo ego baptizor baptizari?* Quod ſciret homines non ſolum aqua, verum etiam ſanguine ſuo proprio habere baptizari: ita ut & ſolo hoc baptiſmate baptizati fidem integram & dilectionem ſinceram lavacri poſſint adipiſci, & utroque modo baptizari: æque tamen unum baptiſma ſalutis & honoris pariter & æqualiter conſequi. Quod enim dictum eſt a domino: *Habeo aliud baptiſma baptizari,* hoc in loco non ut ſecundum baptiſma, ac ſint duo baptiſmata, ſignificat: ſed alterius quoque ſpeciei, baptiſma ad eandem ſalutem concurrens donatum nobis eſſe demonſtrat. Quas utraque ſpecies ab ipſo domino noſtro primum miniſtrari & ſanctificari oportebat, ut nobis quoque alterutra, ſive utraque ſpecies, unum hoc duplex ſalutiſerum atque honorificum baptiſma præſtaret? & viæ quædam unius baptiſmatis ſic nobis pate-

A fierent, ut aliquando impune aliqua illarum de- eſſet, ſicut in verbum audientibus, martyribus, impune aquæ baptiſma deeſt; quos tamen certi ſumus, ſi quid laxamenti habeant, etiam aqua ſolitos baptizari. Itemque illis qui legitimi ſunt fideles eſſecti, impune deeſt baptiſma ſanguinis proprii, quia baptizati in nomine Chriſti redempti ſunt pretioſiſſimo ſanguine Domini, cum utraque hæc ex uno atque eodem fonte procedant flumina baptiſmatis dominici, ut omnis qui ſitit veniat & bibat, ſicut ſcriptura dicit: *Flumina de ventre ejus currebant aqua viva.* Quæ flumina primum apparuerunt in domiſti paſſione, cum de latere perforato lancea militari ſanguis & aqua manavit, ut emitteret duo flumina diverſæ ſpeciei, ſed tamen ejuſdem ac ſingulare latus, ita ut impleatur Spiritu ſancto quicumque credens biberit ex utroque flumine. Hæc enim de fluminibus his loquens oſtendebat dominus ſignificans Spiritum ſanctum quem accepturi eſſent qui credituri erant in illum: nondum autem erat Spiritus, quia Jeſus nondum erat clarificatus. Igitur dicens, quemadmodum generari poteſt baptiſma, quod apoſtolus unum eſſe prædicat, utique manifeſtum eſt illa ratione, quia diverſæ ſunt ſpecies unius atque ejuſdem baptiſmatis ex uno vulnere profluente in aquam & ſanguinem: cum illic duo ſint, de quibus locuti ſumus, baptiſmata aquæ, id eſt unius atque ejuſdem ſpeciei, cum unum eſſe debeat baptiſma uniuſcuſque ſpeciei, ſicut plenius ſumus locuti. Et quoniam videmur omne baptiſma ſpiritale triftariam diviſiſſe, veniamus etiam ad probationem narrationis propoſitæ, ne videamur proprio ſenſu & temere hoc feciſſe. Ait enim Joannes de domino noſtro in epiſtola ſua nos docens: *Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem Jeſus Chriſtus: non in aqua tantum, ſed in aqua & ſanguine. Et Spiritus eſt qui teſtimonium perhibet, quia Spiritus eſt veritas: quia tres teſtimonium perhibent, Spiritus & Aqua & Sanguis. Et iſti tres in unum ſunt.* Ut ex illis colligamus, & aquam præſtare ſolitam, & ſanguinem proprium hominibus præſtare ſpiritum ſolitum, & ipſum quoque Spiritum præſtare ſpiritum ſolitum. Nam cum effundatur aqua ſicuti & ſanguis, ſpiritus etiam effuſus ſit a domino ſuper omnes qui crediderunt, utique & aqua, & proprio nihilominus ſanguine; tunc deinde & Spiritu ſancto poſſunt homines baptizari. Ait enim Petrus (ſed hoc eſt quod dictum eſt per prophetam: ) *Erit in noviſſimis diebus dicit dominus: Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii eorum & filie eorum: & juvenes viſiones videbunt, & ſeniores ſomnia ſomnabunt. Et quidem ſuper ſervos & ſuper ancillas effundam de ſpiritu meo.* Quem ſpiritum in veteri Teſtamento, non quidem paſſim, nec effuſe, ſed communicatum cum aliis, aut etiam ſponte inſuſiſſe in quosdam homines, vel induiſſe illos, & fuiſſe ſuper eos deprehendiſſimus, ſicuti Moſi de ſeptuaginta præbyteris a domino dictum eſſe animadvertimus: *Et auferam ſpiritum qui ſuper te eſt, & imponam ſuper eos.* Propter quod etiam, ſecundum pollicitationem tuam, Deus ab alio ex ſpiritu qui ſuper Moſen fuerat, impoſuit ſuper illos, & prophetaverunt in caſtris, quod Moſes ut homo ſpiritalis ita contigiſſe gaudebat, ſicut ab Jeſu filio Nave, ut huic rei intercederet,

Jo. 8. 1.

Ab. 8. 20.

invito suadebatur, & ideo non fuisse permo-  
 tus. Porro autem in libro Judicum, item in  
 Regnorum libris animadvertimus super plerof-  
 que aut fuisse spiritum domini, aut insuluisse  
 in eos, tanquam super Gothoniell, Gedeon,  
 Jephthe, Sampson, Saul, David, & ceteros  
 alios. Quod usque adeo ita se habet, ut Spi-  
 ritus sancti sponte accedendi ab eis libertatem  
 ac facultatem manifestissime nos dominus do-  
 cuerit, dicens: *Spiritus ubi vult spirat, & vo-  
 cem ejus audis, & nescis unde veniat, aut quo  
 vadat*: ita ut idem spiritus etiam super indi-  
 gnos quoque sui nonnunquam inveniat esse:  
 non utique otiose, nec sine ratione, sed neces-  
 sariæ alicujus operationis gratia, sicuti super  
 Saul fuit, super quem factus est spiritus Dei B  
 & prophetavit. Quamquam posteriore tempore,  
 postquam recessit ab eo Spiritus Domini,  
 & postquam angebat eum spiritus malignus  
 adm. quoniam tunc ad hoc postremus venerat  
 post nuncios, quos ante assidue præmiserat, ut  
 interficeret David, qui ideo incidit in  
 chorum prophetarum & prophetaverunt, ne id  
 quod justis fuerant, perficere possent aut vel-  
 lent: quod admirabili ratione per voluntatem  
 Dei spiritum qui super omnes illos fuit credi-  
 mus operatum esse. Qui spiritus implevit et-  
 iam Joannem Baptistam adhuc ab utero matris  
 suæ, & incubuit super eos, qui cum Corneli-  
 centurione erant priusquam baptizarentur aqua.  
 Ita dum coheret baptismati hominum Spiritus  
 sanctus, aut antecedit aut sequitur; vel cessan-  
 te baptismate aquæ incumbit super eos qui  
 credunt, det nobis consilium, quod aut ex in-  
 tegro rite baptismata observare, aut forte dato  
 a quocumque in nomine Jesu baptismate, sup-  
 plere id debeamus custodita nominis Jesu Chri-  
 sti, sicuti plenissime exposuimus, sanctissima in-  
 vocatione; custodita præterea tanti temporis,  
 tot virorum, veneranda nobis consuetudine &  
 auctoritate. Quoniam autem prima pars dispu-  
 tationis hujus videtur explicata, etiam sequen-  
 tem ejus propter hæreticos debemus attingere:  
 quia perquam necessarium est eum tractatum  
 qui semel in manus incidit non præterire, ne  
 forte eos qui sunt simpliciores ex fratribus ali-  
 quibus hæreticorum versutia sua audeat attenta-  
 re. Nam quia Joannes dixit nos baptizandos esse  
 in spiritu & igni, eo quod addiderit dicens:  
 Et igni, ideo quidam desperati homines au-  
 si sunt usquequaque pravitatem suam porrige-  
 re, & propterea homines nefutissimi querunt,  
 quomodo sanctitatis baptisma ita corrumpant ac  
 violent, ut etiam evacuent; qui originem jam  
 exinde trahunt a Simone mago multiformi per-  
 versitate per varios errores eam exercentes.  
 Cui Simoni Petrus in actis apostolorum dixit:  
*Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia gra-  
 tiam Christi existimasti per pecunias posse posside-  
 re. Non est tibi portio neque sors in sermone hoc.  
 Cor enim tuum non est rectum coram Deo.* Et agunt  
 isti hæc omnia, dum fallere cupiunt eos qui  
 sunt simpliciores aut curiosiores; & tentant non-  
 nulli iterum tractare se solos integrum atque  
 perfectum, non sicuti nos mutilatum & decur-  
 tatum, baptismata tradere: quod taliter dicantur  
 assignare, ut quam mox in aquam descende-  
 runt, statim super aquam ignis appareat. Quod  
 si aliquo lusu perpetrari potest, sicut adfir-  
 mantur plerique hujusmodi lusus Anaxilæ esse,  
 live naturale quid est, quo pacto possit hoc  
 contingere, sive illi putant hoc se conspicerem,  
 sive maligni opus & magicum virus ignem po-  
 test in aqua exprimere: illi tamen talem falla-  
 ciam & stropham prædicant perfectum baptismata  
 esse, quod fideles homines, si coacti fuerunt  
 accipere, utique non dubitabitur eos id quod  
 habuerant amisisse. Proinde ac si quis sacra-  
 mento miles dicto, desertis suis castris in ho-  
 stium diversissimis castris longe aliud sacramen-  
 tum velit dicere; hac ratione constat eum ve-  
 tere sacramento exauctoratum esse. Idem si hu-  
 jusmodi homo rursus ad te redeat, utique hæ-  
 sitabis, utrum habeat baptismata nec ne, & ta-  
 men oportebit te huic quoque penitentiam a-  
 genti, quibuscumque modis potueris, subveni-  
 re. Est autem adulterini hujus, immo interne-  
 cini baptismatis, si quis alius auctor, tum et-  
 iam quidam ab eisdem ipsis hæreticis propter  
 hunc eundem errorem confectus liber, qui in-  
 scribitur PAULI PRÆDICATIO. In quo libro  
 contra omnes scripturas, & de peccato proprio  
 consistentem invenies Christum, qui solus omni-  
 no nihil deliquit, & ad accipiendum Joannis  
 baptismata pene invitum a matre sua Maria esse  
 compulsus. Item cum baptizaretur, ignem su-  
 per aquam esse visum; quod in evangelio nul-  
 lo est scriptum. Et post tanta tempora, Pe-  
 trum, & Paulum, post conlationem evangelii  
 in Hierusalem & mutuam altercationem & re-  
 rum agendarum dispositionem, postremo in ur-  
 be quasi tunc primum invicem sibi esse cogni-  
 tos, & quedam alia hujusmodi absurde ac  
 turpiter confecta; quæ omnia in illum librum  
 invenies congesta. Qui autem non ignorant  
 Spiritus sancti qualitatem, intelligunt quod di-  
 ctum est de igni, de ipso Spiritu dictum esse.  
 Nam in actis apostolorum secundum hanc ean-  
 dem promissionem domini nostri, ipso die pen-  
 tecostes cum descendisset Spiritus sanctus super  
 discipulos, & in illo baptizarentur, visæ sunt  
 insidentes super singulos linguæ quasi ignis, ut  
 constaret eos Spiritu sancto & in igne baptizatos,  
 hoc est eo spiritu qui esset sive ignis sive qua-  
 si ignis. Qualis ignis fuit qui in rubo ardebat  
 & rubum non comburebat; qualisque est ille  
 qui ignis est angelorum spiritus, sicut scriptu-  
 ra dicit: *Qui fecit angelos suos spiritus, & mi-  
 nistros suos ignem ardentem.* Cui cum similis  
 aut socius aut particeps fueris, poteris nullum  
 ignem timere; nec illum quidem qui antecede-  
 ns domino in die judicii conflagrabit totum  
 orbem terræ absque eis qui baptizati sunt in  
 Spiritu sancto & igni. Et hominibus quidem  
 Spiritus perseverat hodie invisibilis, sicut domi-  
 nus dicit: *Spiritus ubi vult spirat, & nescis un-  
 de veniat vel quo vadat.* Sed in principio my-  
 sterii fidei & spiritualis baptismatis hic idem Spi-  
 ritus manifeste visus est, & super discipulos in-  
 sedisse quasi ignis. Item cælis apertis descen-  
 disse super domino columbæ similem: quoniam  
 pleraque, immo pene omnia quæ essent futura  
 manifesta sunt, quæ tamen modo essent invisibi-  
 lia nihilominus; nunc quoque oculis & in-  
 credulitati hominum vel ex parte, vel aliquan-  
 do, vel in figura sunt monstrata ad corrobora-  
 randam & confirmandam fidem nostram. Sed  
 nec illud omiserim quod evangelium merito  
 prædicat. At enim paralytico dominus noster:  
*Bono animo esto fili: dimittuntur tibi peccata; ut  
 ostenderet fide mundari corda ad remissionem  
 peccatorum consequendam: quam remissionem  
 pecca-*

peccatorum consecrata est illa quæ erat mulier A peccatrix in civitate, cui dominus ait: *Dimittuntur tibi peccata.* Et cum cœpissent qui simul discumbebant apud semetipsos dicere: *Quis est hic qui peccata dimittit?* Quod & circa paralyticum acerbius Scribæ & Pharisei obmurmuraverant; ait ad mulierem dominus; *Fides tua te salvam fecit; vade in pace.* Ex quibus universis ostenditur, fide emundari corda, Spiritu autem ablui animas. Porro autem per aquam lavari corpora: Sanguine quoque festinantius perveniri per compendium ad salutis præmia. Puto nos plene exsecutos prædicationem Baptistæ Joannis, unde sermonem sumus exorti, qui dixit ad Judæos: *Ego quidem vos baptizo aqua in penitentiam: qui autem post me venit, fortior B me est, cuius ego non sum dignus solvere corrigiam calcamenti. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.* Arbitror autem & Apostoli Joannis doctrinam nos non inepte disposuisse, qui ait: *Quia tres testimonia perhibent, Spiritus & Aqua & Sanguis; & isti tres unum sunt.* Nisi fallor autem, etiam illud explanavimus quod dominus noster ait: *Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu sancto.* Præterea existimo nos non infirmam rationem reddidisse, consuetudinis causam. Tueamur tamen, etsi postferre loco id facimus, ne qui putet nos unico articulo præsentem altercationem suscitare. Quamquam hæc consuetudo etiam sola deberet apud homines timorem Dei habentes C & humiles præcipuum locum obtinere.

AD TRACTATUM ANONYMI

NOTÆ NIC. RIGALTII.

1. *Dominicum accepimus baptismum.* ) In exemplari legitur: *Dominus non accepimus baptismum*, quod absque dubio pravum est. Itaque edid curavimus, *dominicum*, ex conjectura quam exhibuit doctissimi Sirmondi manus, qui nobis illius scripti copiam fecit: nam ipsum exemplar nondum inspeximus. *Dominicum baptismum* dicitur, quod est in nomine domini nostri Jesu Christi collatum fidei, sive credenti.
2. *Lecum contradictionis non quemlibet.* ) Non quemlibet, dicit, qui est in ancipiti & in ambiguo & diversam sententiam patitur; contradictione tam obvia, tanquam in promptu, ut eam nemo non gerat proponere.
3. *Hereticorum superbo.* ) Scuporem dicit, arrogantiam, superbiam, quod iam compluribus locis observavimus apud Tertull. & Cyr.
4. *Scripturarum capitula.* ) Sic etiam sæpe Tertullianus & Cyr.
5. *Ut accendi a ecclesiam.* ) Fortæ, ut *accendi in ecclesia formam & consuetudinem infusimus.*
6. *Gratia & virtus Dei sunt & hoc.* ) Aliquid hic deesse videtur, quod absque alterius exemplaris opo restitui nequeat, nisi dicamus, ista: *Gratia & virtus Dei sunt*, pendere de præcedentibus illis: *propre in ipso solo sancto Spiritu baptizati sunt*, ut continuis laudatione sic perducamus: *Gratia & virtus Dei sunt, nempe baptizati, deinde sequatur: hoc & occulte largiente & operante.* Verum hæc sunt nimis anxie & coacta. Suffinebimus igitur usque dum in alium incidamus codicem antiquum.
7. *Illud baptismum.* ) Mox dicit, *illud*, sicut & modo baptismum, modo baptismum, & in dandi casu, *aito.*
8. *Apostoli & discipuli qui etiam a domino baptizati.* ) Tertul. lib. de baptismo: *Apostolorum stultos non invenimus in domino, præter Paulum.* Ibidem: *Illis vel prima collostantes, & exinde individua familiaritatis prærogativa compendium baptismi conferre potuit.*
9. *Aut non hac sola ratione, sed si per manus impositionem.* ) Aliquid hic deesse videtur: nisi totam clausulam sic constituerimus: *Circa eos qui tantummodo in nomine Christi Jesu baptizati fuerint, statuas etiam sine Spiritu sancto posse salvari fieri: aut non hac sola ratione, sed & per manus impositionem episcopi, Spiritum sanctum consusse præstari, aut etiam non episcopum dicat Spiritum sanctum esse largiri.* Solum, hoc Concil. General. Toni. l.

- est, sine aqua, sine baptismum. Etsi largiri, hoc est, Spiritum sanctum dare posse etiam non episcopum, videlicet aliquem de minore clero, vel de illi qui sunt minores clericis.
10. *Quæ necessitas innovandi.* ) Popularem necessitatem causatione, cuius exempla observavimus apud Tertullianum & Cyr.
  11. *Quæ sunt jam pridem.* ) *Leg. cum ipse.*
  12. *Præsertim tamen tuum ipsum argenti.* ) *Leg. in ipsum me.*
  13. *Alid post modum innovata.* ) Ad faceretatem redunda. Mel faceretam, quod parum & sine cura. Infra dicit: *purificatio cordis.*
  14. *Aliquid scabram habuisse fidem.* ) Forte an scripserit auctor, *aliquo scabram*: hoc est, aliquammodo, ut apud Tertull. *aliquo Numidas.* Quod & quis multo, *aliquid scabram*, ferri certe poterit, quomodo apud Virgil. *et humorosque duo fœdit.*
  15. *Baptizatus aqua.* ) Sic emendavimus quod in MS. Romanis prave scriptum est, *Baptizatus eo quod*
  16. *Ab hominibus extranoti.* ) Non domesticis sedis extra ecclesiam constitutis. Infra dicit, *alieni.*
  17. *Per nimiam virtutis.* ) Abundantia, sive exuberantia divini virtutis, nomine Jesu.
  18. *Necesse habuit superfugere.* ) Hoc certe magis Deo convenit, quam subterfugere.
  19. *Cum se ipse quidem doceret eos.* ) Doceret se Christus, doceret se esse natum hominem, crucifixum, sepulchrum, postea vero surrexisse ac revivisse. Nam totum illud, Homo Christi, sive corpus & sanguis Christi, caro Christi, crux Christi, ac denique omnia illud quod dixitque, Christus est: historia corporis & crucis Christi, Christus est. Eam qui sciunt, Christum sciunt: qui gesta & mandata Christi animo suo, corde suo, mente sua, bene ac fideliter continent, Christum in se habent; in illis vivit Christus, & vivunt in Christo: Christum sciunt, ut Tertullianus dicit, *Alexandrum qui sciunt*, de illi qui Alexandri vitam sive historiam sciunt.
  20. *Propitius sit tibi.* ) Comparative dictum videtur, Propitiora tibi adveniant; quasi factum suam Christus narrasset discipulis.
  21. *Deosiani & juranti.* ) Tertullianus dixit; *deosiamen.*
  22. *Quem timorem non non deuisse.* ) Prave scriptura Romanis. Legendum, *quem timorem non non debuisse.*
  23. *Circa Joannem.* ) *Kata (vul.) Joannem.*
  24. *Etiam ipse, aut prorsus etiam contra ipse.* ) Etiam ipse scilicet domino, privantur; quis vel factio suo pessimo dominum negant; & ad Ethnicos transeunt, aut prorsus etiam ejiciuntur ab ecclesia.
  25. *Vitiorum optime.* ) Christiano more loquitur: ne si, mortaliu optime, dixisset, aliquid in fidem sive spem vite æternæ peccasset. Qui de saculo sunt, mortui dicuntur: qui vero de ecclesia, vivi.
  26. *Minore clero.* ) Presbytero, diacono; per necessitatem scilicet.
  27. *Us aut suppleantur a nobis.* ) Si revalescatægrotus.
  28. *Aut a domino suppleendum.* ) Judicaturu vivos & mortuos.
  29. *Alieni.* ) Supra dixit, *extranoti.*
  30. *Nimiatate præbandi.* ) Superstitiosa, vana, & inepta formidine.
  31. *Fuerit punitur.* ) Occisus pro nomine.
  32. *Verbum audientis.* ) Catechumeni.
  33. *Si quidem dominus non scipsum.* ) Legendum, *Dominus noster*, aut certe delenda est negandi particula, etenim dixit dominus, *Quæ me confessor fuerit.*
  34. *Summi discrimine suo.* ) Interrogatus scilicet coram saculi potestatibus infestissimis nomine Christiano.
  35. *Quæ multa vel prava sint.* ) Legendum, *quom multa vel prava sint*: hoc est, quam multa vel quam prava sint.
  36. *Quam si sic perferret.* ) Locus depravatusissimus expectat melioris alicujus codicis auxilium.
  37. *Clero aliquo.* ) Nempe episcopo, presbytero, diacono.
  38. *Aut sensu.* ) Qui rectus sensus steterat.
  39. *Præinde atque ipse aut si.* ) Legendum, *præinde atque ipse aut sunt Christum, id est salutem suam abire, damnati per hujusmodi clausulam.*
  40. *Præinde et manus ab episcopo imponeretur.* ) Scribendum, *præquam et manus ab episcopo imponeretur, adprehensit.*
  41. *Nihil proficere, quam ut ipse apparat & sensus hereticum esse.* ) Scribendum, *nihil proficere, quam ut ipsum apparat & sensus hereticum esse.*
  42. *Baptisma salutis & honoris.* ) Etenim martyrii baptismate non solum salus æternæ vite, sed & corona datur.
  43. *Utriusque baptismi specie ab ipse domino mini-*

43. *Adfirmatur perique deusmodi huius Ananias esse.* ) Hic etiam est scriptura Romanus. Pliu. lib. xxv. ubi de sulphure: Laus & Anaxitius eo, condant in calice novo, prunaque subdita circumferens, asardefcencia repercutia pallorem dirum, velut defunctorum, effundente conviviis.

44. *Si quid laxamentum habent.* ) Si necessitas discrimina immunitatis aliquid laxaverit, aliquid temporis indulerit, quod Cyprianus amat dicere, comectum, & moram in saculo tantisper adhuc manendi.

ANNO CHRISTI 356. 356.

ANNO CHRISTI 356. 356.

CONCILIIUM CARTHAGINENSE III.

SUB CYPRIANO EPISCOPO,

Improbatum ab Ecclesia, in causa Baptismi.

Celebratum anno a CCLVIII. sub Stephano Papa.

a CCLVI.

b LXXXVII.

SENTENTIAE EPISCOPORUM de haereticis baptizandis.

I.

Huius provincialis concilii decreta non recipit catholica ecclesia.

Cum in unum Carthagini convenissent Kalendaris Septembris episcopi plurimi ex provincia Africa, Numidia, Mauritania, cum presbyteris & diaconibus, praesente etiam plebis maxima parte, & lectae essent literae Jubajani ad Cyprianum factae, item Cypriani ad Jubajanum rescriptae, de haereticis baptizandis; quidque postmodum Cypriano Jubajanus idem rescripserit;

Caecilius a, Bilta dixit: Ego unum baptismum in ecclesia sola scio, & extra ecclesiam nullum. Hic erit unum, ubi spes vera est & fides certa. Sic enim scriptum est: Una fides, una spes, unum baptismum. Non apud haereticos, ubi spes nulla est, & fides falsa, ubi omnia per mendacium aguntur, ubi exorcizat demoniacus, sacramentum interrogat, cuius os & verba cancer emittunt, fidem dat infidelis, veniam delictorum tribuit sceleratus, & in nomine Christi tingit Antichristus, benedicit a Deo maledictus, vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, Deum invocat blasphemus, sacerdotium administrat profanus, ponit altare sacrilegus. Ad haec omnia accedit & illud malum, ut antistites diaboli audeant eucharistiam facere. Aut qui illis assistunt, dicant haec omnia falsa esse de haereticis. Ecce ad qualia ecclesia consentire cogitur, & sine baptismum ac venia delictorum communicare compellitur. Quam rem, fratres, fugere ac vitare debemus, & a tanto scelere nos separare, & unum baptismum tenere, quod soli ecclesiae a Deo concessum est.

a Bidil, Bida, a Plurima alia variantia colligi poterunt ex versione Graeca quae mox subiicimus. b phif. 4.

c cancerem mittunt,

c quid quoque

Cyprianus dixit: Audistis, collegae dilectissimi, quid mihi Jubajanus coepiscopus noster scripserit, consulens mediocritatem nostram de illicito & profano haereticorum baptismum, & quid ego ei rescripserim; censens scilicet quod semel atque iterum censuimus, haereticos ad ecclesiam venientes, ecclesiae baptismum baptizari & sanctificari oportere. Item, lectae sunt vobis & aliae literae Jubajani, quibus pro sua sincera, & religiosa devotione ad epistolam nostram rescribens, non tantum consensus, sed etiam instructum se esse gratias agit. Superest ut de hac ipsa re, quid singuli sentiamus, proferamus; neminem iudicantes, aut a iure communionis aliquem, si diversum senserit, amoventes. Neque enim quisquam nostrum episcopum se esse episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendum necessitatem collegas suos adigit, d quando habeat omnis episcopus pro licentia libertatis & potestatis suae arbitrium proprium, tanquam iudicari ab alio non possit, cum nec ipse possit alterum iudicare. Sed expectemus universi iudicium domini nostri Jesu Christi, qui unus & solus habet potestatem & proponendi nos in ecclesiae suae gubernatione, & de actu nostro iudicandi.

d abest illud verbum a MS. codice.

II.

Primus Felix a, Migirpa dixit: Censeo omnem hominem ab haeresi venientem, baptizandum. Frustra enim illic putat se esse baptizatum, cum non sit baptismum, nisi in ecclesia, unum & verum; quia dominus unus, & fides una est, in qua stat unum baptismum, & sanctitas, & cetera. Nam quae foris exercentur, nullum habent salutis effectum

a Migirpa, Misirpa, seu Miseyr. b phif. 4.

III.

1 In annum Christi 355. rejicit hoc Concilium, sicut & duo priora, alterum in 353. alterum in 354. Harduinus, cuius sunt sequentes variae lectiones, & notae. 2 MS. Carthaginensium. 3 Bilta in Provincia Proconsulari. 4 MS. Primus a Migirpa in Provincia Proconsulari.

ANNO CHRISTI 318. 216.

III

nostrum erasunt.

Polycarpus ab Adrumeto dixit: Qui hereticorum baptismum probant, hereticis communicant.

IV

Novatus a Thamugade dixit; Licet sciamus omnem scripturam testimonium reddere de salutari baptismum, debemus tamen fidem nostram exprimere: hereticos & schismaticos ad ecclesiam venientes, qui pseudobaptizati videntur, debere eos in fonte perenni baptizari. Et ideo secundum testimonium scripturarum, & secundum decretum collegarum nostrorum sanctissimorum virorum, omnes schismaticos & hereticos, qui ad ecclesiam conversi sunt, baptizari: sed & quicumque ordinati videbuntur, inter laicos recipi.

V

Tubunia Thubinis

Nemesianus a Tubunis dixit: Baptisma, quod dant heretici & schismatici, non esse verum, ubique in scripturis sanctis declaratum est: quoniam ipsi prepositi eorum, falsi Christi sunt, & falsi prophete, dicente domino per Salomonem: Qui fidens est in falsis, hic pascit ventos: idem autem ipse sequitur aves volantes. Derelinquit autem vias vinea sua, & a semitis agri sui erravit. Ingressus autem per avia loca atque arida, & terram distinet a messe, colligit autem manibus sterilitatem. Et iterum: Ab aqua aliena abstinere se, & de fonte alieno non hiberis. Ut longum vivas tempus, adjiciantur etiam tibi anni vite. Et in evangelio sua voce dominus noster Jesus Christus locutus est, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Hic est spiritus, qui ab initio ferebatur super aquam. Neque enim spiritus sine aqua operari potest, neque aqua sine spiritu. Male ergo sibi quidam interpretationem Spiritum sanctum accipiunt, & sic recipiantur, cum manifestum sit, utroque sacramento debere eos renasci in ecclesia catholica. Tunc quippe poterunt filii Dei esse, dicente apostolo: Curantes servare unitatem Spiritus in conjunctione pacis. Unum corpus, & unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. Unus dominus, una fides, unum baptismum, unus Deus. Et haec omnia ecclesia catholica loquitur. Et iterum in evangelio dicit: Quod natum est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est: quoniam spiritus Deus est, & de Deo natus est. Ergo omnes heretici & schismatici omnia quaecumque faciunt, carnalia sunt, dicente apostolo: Manifesta enim sunt opera carnis, quae sunt fornicationes, immunditia, incestus, idololatria, veneficia, inimicitia, certamina, zelus, ira, divisiones, haereses, & his similia: de quibus praedixi vobis, sicut praedico, quoniam quicumque haec faciunt, regnum Dei non hereditabunt. Condemnat etiam apostolus cum omnibus malis & eos qui divisionem faciunt, hoc est, schismaticos & hereticos. Nisi ergo

Prov. 10. c. doferat

d. deficiantur sibi. Prov. 1.

Joan. 1.

Gen. 1.

Epist. 4.

Joan. 3. Joan. 4.

Galat. 1.

e contentiones,

A acceperint baptismum salutem in ecclesia catholica, quae una est, salvi esse non possunt, sed cum carnalibus in iudicio domini Christi condemnabuntur.

VI

Januarius a Lambese dixit: Secundum scripturarum sanctarum auctoritatem decerno, hereticos omnes baptizandos, & sic in ecclesia sancta admittendos.

VII

Lucius a Castragalba dixit: Cum dominus in evangelio suo dixerit: Vos estis sal terra: si autem sal insatutum fuerit, id quod salietur ex eo, ad nihilum valebit, nisi ut projiciatur foras, & concalcetur ab hominibus: iterum post resurrectionem suam mittens apostolos suos mandaverit, dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra: ite ergo, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Cum ergo manifestum sit hereticos, id est, Christi hostes integram sacramenti confessionem habere: item schismaticos non posse condire sapientia spirituali, cum ipsi ab ecclesia, quae una est, recedendo insatuti, contrarii facti sint; fiat sicut scriptum est: Dominus contrariorum legis: debet emundationem: & consequens sit, eos qui a contrariis baptizati inquinati sunt, primo purgari, & tunc demum baptizari.

VIII

Crescens a Cirta dixit: In tanto coetu sanctissimorum sacerdotum, lectis literis Cypriani dilectissimi nostri ad Jubajanum, itemque ad Stephanum, quae tantum in se testimoniorum descendunt ex scripturis deificis continent, ut merito omnes per Dei gratiam adunati consentire debeamus: censo omnes hereticos, sive schismaticos, qui ad catholicam ecclesiam voluerint venire, non ante ingredi, nisi exorcizati & baptizati fuerint, exceptis his sane, qui in ecclesia catholica fuerint ante baptizati, ita tamen ut per manus impositionem in penitentiam ecclesiae reconcilientur.

IX

Nicodemus a Segermis dixit: Mea sententia haec est, ut heretici ad ecclesiam venientes, baptizentur, eo quod nullam foris apud peccatores remissionem peccatorum consequantur.

X

Mommilus a Girpa dixit: Ecclesiae catholicae matris nostrae veritas semper apud nos, fratres, & mansit, manet, & vel maxime in baptismatis Trinitate, domino nostro dicente: Ite & baptizate gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Cum ergo manifeste sciamus hereticos non habere nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum sanctum, debent venientes

MS. noster a Tubanis, alibi Tubunia in Numidia. 4 In Numidia. 5 MS. debent. 6 MS. Crescens a Cirta in Numidia. 7 Segermis in Byzacena. 8 MS. noster Mommilus a Girba. Recte: Girba in Provincia Proconsulari.

Castroalba. Marib. 1.

Marib. 10.

Prov. 10. 9. ex lxx.

Sanctissimum documentum

Segermis Simerio Suringa

Mommilus Mommilus Girba. Marib. 10.

1 In Provincia Proconsulari. 2 In Numidia. 3 MS. noster a Tubanis, alibi Tubunia in Numidia. 4 In Numidia. 5 MS. debent. 6 MS. Crescens a Cirta in Numidia. 7 Segermis in Byzacena. 8 MS. noster Mommilus a Girba. Recte: Girba in Provincia Proconsulari.



ANNO  
CHRISTI  
278. 279.  
280.ANNO  
CHRISTI  
278. 279.  
280.

tes ad ecclesiam matrem nostram verè renasci A  
& baptizari, ut cancer quod habebant, & dam-  
nationis ira, & erroris \* offensâ, per sanctum &  
cœlestè lavacrum sanctificetur.

## XI.

\* Cheda  
Caiza  
Codine  
Marb. 12.  
1. Jona. 2.

Secundinus a \* \* Cheras dixit: Cum do-  
minus noster Christus dicat: *Qui non est mecum,  
adversus me est:* & Joannes apostolus hos qui  
ab ecclesia exeunt Antichristos dicat, indubi-  
tante hostes Christi, quique Antichristi nomi-  
nati sunt, gratiam baptismi salutaris ministrare  
non possunt. Et ideo censeo eos qui de infi-  
diis hæreticorum confugiunt ad ecclesiam, ba-  
ptizandos esse a nobis, qui amici appellati su-  
mus Dei, ejus dignatione.

## XII.

\* Vagal  
Vagal  
Bagel  
Marb. 15.  
Luc. 6.

Felix a \* \* Bigai dixit: Sicut *edens cacum  
ducens, ambo in foveam cadunt:* ita hæreticus hæ-  
reticum baptizans, simul in mortem cadunt. Et  
ideo hæreticus baptizandus & vivificandus est,  
ne nos vivi mortuis communicemus.

## XIII.

Theogenes \* ab Hippone regio dixit: Se-  
cundum sacramentum gratiæ cœlestis, quod ac-  
cepimus, unum baptismum, quod est in ecclesia C  
sancta, credimus.

## XIV.

\* Milleo

Pollianus \* a \* Mileo dixit: Censeo hæreti-  
cum baptizari in ecclesia sancta.

## XV.

\* Badria  
Baradrim  
Vadia

Dativus a \* \* Badis dixit: Nos, quantum  
in nobis est, hæreticis non communicamus,  
nisi baptizati in ecclesia fuerint, & remissionem  
peccatorum acceperint.

## XVI.

\* Abbirger-  
maniciana

Successus \* a \* Birgermaniciana dixit: Hæ-  
reticis aut nihil licet, aut totum licet. Si ba-  
ptizare possunt, & Spiritum sanctum dare pos-  
sunt. Si autem Spiritum Sanctum dare non pos-  
sunt, quia non habent Spiritum sanctum datum,  
nec baptizare spiritaliter possunt: propterea cen-  
suimus hæreticos baptizandos esse.

## XVII.

\* Tucca To-  
rebithina  
Marb. 7. & 16.  
Marb. 18.

Fortunatus a \* \* Tucchabori, dixit: Jesus  
Christus dominus & Deus noster, Dei Patris  
& creatoris Filius, super petram ædificavit ec-  
clesiam suam, non super hæresim, & potesta-  
tem baptizandi apostolis habere dedit, non hæ-  
reticis. Quare, qui extra ecclesiam sunt, &  
contra Christum stantes, oves ejus & greges  
spargunt, baptizare foris non possunt.

## XVIII.

Sedatus a \* \* Tuborba dixit: In quantum aqua \* Tuborbo.  
sacerdotis prece in ecclesia sanctificata abluit de-  
licta, intantum hæreticus sermone velut cancer  
infecta cumulat peccata. Quare omnibus quidem  
pacificis \* viribus nitendum est, ne quis hære-  
tico errore infectus & tinctus, singulare & ve-  
rum ecclesiam baptismum detrectet accipere, quo-  
quisquis non fuerit baptizatus, a regno cœlo-  
rum fiet alienus,

## XIX.

Privatianus a \* \* Suficula dixit: Qui hære- \* Suficula  
ticos potestatem baptizandi habere dicit, dicat  
prius, quis hæresim condiderit. Si enim hære-  
sis a Deo est, habere & indulgentiam divinam  
potest. Si vero a Deo non est, quomodo gra-  
tiam Dei aut habere, aut conferre alicui potest?

## XX.

Privatus a \* \* Sufibus dixit: Qui hæreticorum  
baptisma probat, quid aliud quam hæreticis  
communicat?

## XXI.

Hortenstanus \* a Laribus dixit: Quot sint  
baptismi, viderint aut præsumptores, aut fauto-  
res hæreticorum. Nos unum baptismum, quod non  
nisi in ecclesia novimus, ecclesiæ vendicamus.  
Aut quomodo possunt in nomine Christi ali-  
quem baptizare, quos ipse Christus dicit ad-  
versarios suos esse? Marb. 12.

## XXII.

Cassius a \* \* Macomadibus dixit: Cum ba-  
ptismata duo esse non possint, qui hæreticis  
baptisma concedit, sibi tollit. Censeo itaque  
flebiles & tãbidos hæreticos baptizandos esse,  
cum ad ecclesiam venire cœperint, & sacra &  
Divina lavatione lotos, & lumine vitæ illumi-  
natos, non hostes, sed pacificos; non alienos,  
sed fidei domesticos: non adulteros, sed Dei  
filios; non erroris, sed salutis effectos, in ec-  
clesiam recipi, absque eis, qui de ecclesia fi-  
deles supplantati, ad hæresis tenebras transie-  
runt, sed eos per manus impositionem resti-  
tuendos.

## XXIII.

Alius Januarius \* a Vico Cæsaris dixit: Si  
non obtemperat error veritati, multo magis ve-  
ritas non consentit errori. Et ideo nos ecclesiam  
assistimus, in qua præsidemus, ut baptismum  
ejus ipsi soli vendicantes, eos, quos ecclesia non  
baptizavit, baptizemus.

## XXIV.

Alius Secundinus \* a Carpis dixit: Hæreti-  
ci

1 MS. noster a Cæsari. Forte *Quida* Mauritan. Cæsariensis. 2 MS. noster a Bagel in Numidia. 3 Hippo  
regius in Numidia. 4 MS. noster *Pollianus* a Mileo. Milenum in Numidia. 5 Rada in Numidia. 6 MS. ab  
Abbir Germaniciana in Provincia Proconsulari. 7 In Provincia Proconsulari. 8 Lege *Tuborbo* in Provincia Pro-  
consulari. 9 Ita etiam MS. noster. At Corb. & editio Romana *viti*. In Græco autem *divina vitæ*. 10 Le-  
ge *Suficula* in Byzacena. 11 In Byzacena. 12 In Provincia Proconsulari. 13 In Provincia Numidia. 14 In  
Numidia, ut videtur. 15 MS. a Carpi in Provincia Proconsulari.

ANNO  
CHRISTI  
956.

Mark. 16.

ci Christiani sunt, an non? Si Christiani sunt, An-  
cur in ecclesia Dei non sunt? Si Christiani  
non sunt, quomodo Christianos faciunt? Aut  
quo pertinet sermo domini dicentis: *Qui non est  
mecum, adversus me est: & qui mecum non colli-  
git, spargit.* Unde constat, super filios alienos,  
& soboles Antichristi, Spiritum sanctum per  
manus impositionem tantummodo non posse  
defendere, cum manifestum sit, hæreticos bap-  
tisma non habere.

*nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Fal-  
sam ergo hæreticorum baptisma & iniquum a  
nobis pellendum est, & omni detestatione  
refusandum; de quorum baptismo non vita,  
nec gratia cœlestis, sed blasphemia trinitatis  
exprimitur. Et ideo venientes ad ecclesiam  
hæreticos, integro & catholico baptismo bap-  
tizari debere manifestum est, ut a blasphe-  
mie sue præsumptione purificati, possint Spi-  
ritus sancti gratia reformari.

ANNO  
CHRISTI  
956.

XXV.

Victoricus a Thabraca dixit: Si licet hæ-  
reticis baptizare, & remissionem peccatorum  
dare, quid illos infamamus, & hæreticos ap-  
pellamus?

XXX.

Libofas ab Agra dixit: In evangelio do-  
minus, *Ego sum*; inquit, *veritas*: non dixit:  
*Ego sum consuetudo*. Itaque veritate manife-  
stata, cedat consuetudo veritati; ut si in præ-  
teritum quis hæreticus in ecclesia non bap-  
tizavit, nec nunc baptizare incipiat.

XXVI.

Uthina Alius Felix ab Utina dixit. Nemini dubium  
est, sanctissimi confacerdotes, non tantum pos-  
se humanam præsumptionem, quantum domi-  
ni nostri Jesu Christi adorandam & venerabi-  
lem majestatem. Memores ergo periculi, hoc  
quoque non tantum observare, verum etiam  
ab omnibus nobis confirmare debemus, ut om-  
nes qui ad sinum matris ecclesie accurrunt,  
baptizentur, ut mens hæretica, quæ diuturna  
tate polluta est, sanctificatione lavacri purgata,  
in melius reformetur.

XXXI.

Leucius a Thabeste dixit: Hæreticos  
blasphemos atque iniquos, verbis variis decer-  
pentes sancta & adorabilia scripturarum verba,  
execrandos censeo, & ideo exorcizandos & ba-  
ptizandos esse.

XXXII.

Eugenius ab Ammeclera dixit. Et ego  
hoc idem censeo, hæreticos baptizandos esse.

XXVII.

Buruc

Eul. 24.

Quintus a Buruc dixit: Qui fide vivi-  
mus, obsequi iis, quæ instruendis nobis ante  
prædicta sunt, sedula observatione debemus.  
Nam scriptum est apud Salomonem. *Qui bap-  
tizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid  
proficat lavatio ejus?* Quod utique de his  
qui ab hæreticis tinguntur, & de tingentibus  
loquitur. Si enim qui apud illos baptizantur,  
per remissionem peccatorum vitam æternam  
consequuntur, cur ad ecclesiam veniunt? Si  
vere a mortuo nihil salutis accipitur, ac prop-  
terea agnito errore pristino, ad veritatem cum  
penitentia revertuntur, uno vitali baptisma-  
te, quod est in ecclesia catholica, sanctificari  
debeant.

XXXIII.

Item alius Felix ab Accura dixit: Et  
ipse secutus divinarum scripturarum autorita-  
tem, baptizandos esse hæreticos censeo, sed  
& eos qui apud schismaticos baptizatos se esse  
contendunt. Si enim, secundum cautum Chri-  
sti, privatus fons noster est, intelligant cuncti  
ecclesie nostræ adversarii, qui alieni sunt,  
nobiscum esse non possunt. Nec duobus popu-  
lis salutarem aquam tribuere potest ille, qui  
unius gregis pastor est. Et ideo manifestum  
est, nec hæreticos, nec schismaticos aliquid  
cœlestis posse suscipere, qui a peccatoribus ho-  
minibus, & ab ecclesia extraneis audeant acci-  
pere. Quando danti locus non est, utique nec  
accipienti prodest.

XXVIII.

Castus a Sicca dixit: Qui contempta ve-  
ritate præsumit consuetudinem sequi, aut cir-  
ca fratres invidus est & malignus, quibus ve-  
ritas revelatur; aut circa Deum ingratus est,  
cujus inspiratione ecclesie ejus instruan-  
tur.

XXXIV.

Item alius Januarius ab Muzulensis dixit:  
Miror quod cum omnes confiteantur unum ef-  
se baptisma, non omnes intelligant ejusdem  
baptismatis unitatem. Ecclesia enim & hæresis,  
dux & diversa res sunt. Si hæretici habent  
baptisma, nos non habemus. Si autem nos ha-  
bemus, hæretici habere non possunt. Dubium  
autem non est, ecclesiam solum baptismum  
Christi possidere, quæ sola possideat & gratiam  
Christi, & veritatem.

XXIX.

Eucratius a Thenis dixit: Fidem nostram,  
& baptismatis gratiam, & legis ecclesiasticæ re-  
gulam, dominus & Deus noster Jesus Christus  
suo ore apostolos docens, implevit dicens,  
*Ite, & docete omnes gentes, baptizantes eas in*

XXXV.

1 In Numidia. 2 In Provincia Proconsulari. 3 MS. noster, & alii *Quintus*, & pro *Buruc*, alii habent *Eu-  
rog*. 4 Ita fere verbis constat hac sententia, quæ sunt in epist. 71. Cypriani ad Quintum, quem vocat Collegam  
suum in Mauritania. 5 In Proconsulari. 6 MS. *Buruc* ejus instructor. 7 In Byzacena: 8 MS. Libofas a  
*Buruc*: forte a *Vago* in Byzacena vel Proconsulari. 9 In Numidia. 10 MS. ab *Ammedera* in Numidia. 11 MS.  
a *Bamaccora* in Numidia. 12 MS. noster *Muzulensi*: in MS. *Fuz. Muzulensi*; in Corb. a *Muzulensi*.

ANNO  
CHRISTI  
118. 1176.

XXXV.

\* Thasbate

Adelphius <sup>1</sup> a \* Thasbate dixit: Sine causa quidam falso & invidioso verbo impugnant veritatem, ut rebaptizare nos dicant; quando ab ecclesia hæreticus non rebaptizetur, sed baptizetur.

XXXVI.

\* Aleptimum  
f. a Leptimino

Demetrius <sup>2</sup> a \* Aleptunius dixit: Unum baptismum nos custodimus, quia ecclesie catholice soli rem suam vendicamus. Qui autem dicunt quia hæretici vere & legitime baptizare possunt, ipsi sunt, qui non unum, sed multa baptismata faciunt. Nam cum hæreses multæ sint, pro earum numero & baptismata computabuntur.

XXXVII.

Mart. 16.

Mart. 18.  
a tingentes

Vincentius <sup>3</sup> a \* Thibari dixit: Hæreticos scimus esse peiores quam ethnicos. Si ergo converti ad Deum venire voluerint, habemus utique regulam veritatis, quam dominus præcepto divino mandavit apostolis dicens: *Ite, in nomine meo manum imponite, demonia expellite.* Et alio loco: *Ite, & docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Ergo primo per manus impositionem in exorcismo, secundo per baptismi regenerationem tunc possunt ad Christi pollicitationem venire, alias autem fieri censeo non debere.

XXXVIII.

Marcus <sup>4</sup> a \* Matari dixit: Mirandum non est, si hæretici, hostes atque impugnatores veritatis, rem sibi vendicent potestatis & dignationis alienæ: sed illud mirandum est, quod quidam nostri, prævaricatores veritatis, hæreticis suffragantur, & Christianis adversantur. Propterea decernimus hæreticos baptizandos esse.

XXXIX.

\* Scitibba

Satius <sup>5</sup> a \* Sicilippa dixit: Si hæreticis in baptismum sua peccata donantur, sine causa ad ecclesiam veniunt. Nam cum in die iudicii peccata sunt quæ puniantur, nihil est quod timeere possint hæretici de iudicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti.

XL.

Victor <sup>6</sup> a Gor dixit: Cum peccata non nisi in ecclesie baptismum remittantur, qui hæreticum ad communicationem sine baptismum admittit, utrumque contra rationem facit: nec hæreticos purgat, & Christianos inquinat.

XLI.

\* Tim. 3.

Aurelius <sup>7</sup> ab Utica dixit: Cum dicat apostolus, non communicandum peccatis alienis,

A quid aliud quam peccatis alienis communicat, qui hæreticis sine ecclesie baptismum communit? Et ideo censeo baptizandos esse hæreticos, ut accipiant remissionem peccatorum, & sic illis communicetur.

XLII.

Confessor Jambus <sup>8</sup> a Germaniciana dixit: Qui hæreticorum baptismum probant, nostrum improbant, ut extra ecclesiam non dicam lotos, sed sordidatos, negent in ecclesia baptizari oportere.

XLIII.

Lucianus <sup>9</sup> a \* Rucumma dixit: Scriptum est: *Et vidit Deus lucem, quia bona est, & divisi inter lucem & tenebras.* Si potest luci & tenebris convenire: potest nobis & hæreticis aliquid esse commune. Propterea censeo hæreticos baptizandos esse.

XLIV.

Pelagianus <sup>10</sup> a Luperciana dixit: Scriptum est: *Aut enim dominus tuus Deus est, aut Baal Deus est.* Ita & nunc, aut ecclesia ecclesia est, aut hæresis ecclesia est. Porro si hæresis ecclesia non est, quomodo esse apud hæreticos baptismus ecclesie potest?

XLV.

Confessor & martyr Jader <sup>11</sup> a \* Midila dixit: Scimus non esse nisi unum baptismum in ecclesia catholica, & ideo non debemus admittere hæreticum, nisi baptizatus apud nos fuerit, ne se putet extra ecclesiam catholicam baptizatum esse.

XLVI.

Item alius Felix <sup>12</sup> a Marrazana dixit: *Una est fides, unum baptismum,* sed ecclesie catholice, D cui soli licet baptizare.

XLVII.

Confessor Paulus <sup>13</sup> ab <sup>14</sup> Obba dixit: Me non movet, si aliquis ecclesie fidem & veritatem non vindicat, quando apostolus dicat: *Quid enim si exciderunt a fide quidam illorum? Numquid infidelitas eorum fidem Dei evacuavit? Absit. Est enim Deus verax, est autem omnis homo mendax.* Si autem Deus verax est; quomodo esse apud hæreticos baptismi veritas potest, apud quos Deus non est?

XLVIII.

Confessor Pomponius <sup>15</sup> a \* Josniana dixit: Manifestum est hæreticos non posse baptizare, & remissionem peccatorum dare, qui potestatem non habent, ut aut solvere aut ligare aliquid in terris possint.

XLIX.

<sup>1</sup> MS. Thasbate in Byzacena. <sup>2</sup> Leptis minor in Byzacena. <sup>3</sup> In Byzacena. <sup>4</sup> Matari in Byzacena. <sup>5</sup> Forte Scitibba in Provincia Proconsulari; MS. noster a Scitilla. <sup>6</sup> In Provincia Proconsulari. <sup>7</sup> Vox illa Confessor non est in MS. Germaniciana vero in Byzacena. <sup>8</sup> MS. noster Rucumma in Provincia Proconsulari. <sup>9</sup> MS. noster Midila, nec habet illas voces Confessor & martyr. <sup>10</sup> MS. noster a Maraza in Byzacena. <sup>11</sup> Obba in Maurecena. <sup>12</sup> Lege ex MS. Dionysiana in Byzacena. Nusquam in MS. præponitur alicui nomen vox illa Confessor.

ANNO  
CHRISTI  
961. 962.ANNO  
CHRISTI  
961. 962.

XLIX.

\* Timida  
Timida

Confessor Venantius \* a \* Timida dixit : Si maritus peregre proficiscens amico suo commendasset uxorem suam custodiendam, commendatam sibi ille quanta posset diligentia conservaret, ne ab aliquo sanctitas & castitas eius adulteraretur. Christus Dominus & Deus noster ad Patrem proficiscens, sponsam suam nobis commendavit : utrumne eam incorruptam & inviolatam custodimus, an integritatem eius & castitatem mœchis & corruptoribus prodemus? Qui enim baptisma ecclesie commune cum hæreticis facit, sponsam Christi adulteris prodat.

\* adulteris

L.

\* Ausugia  
Ausugia

Aymnius ab \* Ausugia dixit : Nos unum baptismum accepimus, & ipsum tenemus & exercemus. Qui autem dicit, quia & hæreticis licet baptizare, ipse duo baptismata facit.

LI.

\* Marib. 18.  
1. Joan. 2.

Saturninus \* a Victoriana dicit : Si licet hæreticis baptizare, excusati sunt & defensi illiciti facientes, nec video quare eos aut Christus adversarios suos, aut apostolus Antichristos appellaverit.

LII.

Civitas Numidiana ad duvium Rubricatum, alia sequenti.

Confessor Saturninus a Tucca dixit : Gentiles, quamvis idola colant, tamen summum Deum, Patrem, creatorem, cognoscunt & confitentur. In hunc Marcionitæ blasphemant, & quidam non erubescunt Marcionis baptismum probare: quomodo tales sacerdotes sacerdotium Dei aut servant, aut vendicant, qui hostes Dei non baptizant, & sic illis communicant?

LIII.

Marcellus \* a Zama dixit : Cum peccata non nisi in ecclesie baptismo remittantur, qui hæreticum non baptizat, peccatori communicat.

LIV.

b a Bubulis

Confessor Hirenus b ab \* Ululis dixit : Si ideo ecclesia hæreticum non baptizat, quod dicatur iam baptizatus esse, hæresis major est.

LV.

c Cybaliana

Donatus a c \* Cybaliana dixit : Ego unam ecclesiam & unum baptismum eius novi : si est qui dicat apud hæreticos esse baptismi gratiam, ante est ut ostendat & probet esse illic ecclesiam :

Concil. General. Tom. I.

A

LVI.

Zosimus a Tharassa dixit : Revelatione facta est. a. veritatis, cedat error veritati : quia & Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti.

LVII.

Julianus \* a Telepte dixit : Scriptum est : Nemo potest aliquid accipere, nisi datum illi fuerit de celo. Si hæresis de celo est, potest & baptismum dare.

LVIII.

Confessor Faustus a \* Timida regia dixit : Non sibi blandiantur qui hæreticis patrocinantur : Qui pro hæreticis ecclesiastico baptismati intercedit, illos Christianos, & nos hæreticos facit.

LIX.

\* Geminius a Furnis dixit : Quidam de collegis hæreticos præponere sibi possunt, nobis non possunt. Et ideo quod semel decrevimus, tenemus, ut ab hæreticis venientes baptizemus.

LX.

Rogatianus a \* Nova dixit : Ecclesiam Christus instituit, hæresim diabolus. Quomodo potest habere baptismum Christi synagoga Satanæ?

LXI.

Confessor \* Therapius \* a Bulla dixit : Qui a Therapius hæreticis ecclesie baptismum concedit & prodat, quid aliud sponzæ Christi quam Judas exiit?

LXII.

Confessor item alius Lucius a \* Membreta dixit : Scriptum est : Deus peccatorem non audit. Hæreticus, qui peccator est, quomodo audiri in baptismo potest?

LXIII.

Item alius Felix a \* Bussaccensis dixit : In hæreticis sine baptismo ecclesie admittendis, nemo consuetudinem rationi & veritati præponat, quoniam consuetudinem ratio & veritas semper excludit.

LXIV.

E

Alius Saturninus \* ab \* Itinis dixit : Si potest Antichristus dare alicui gratiam Christi, possunt & hæretici baptizare, qui appellantur Antichristi.

Ppp

LXV.

Ιουλιανωσ απο Φιλιππουσ ειπε.

Γεγραπται, οδωιαται ανθρωπωσ λαμβανειν υδεν, ιαν μη η δεδομενον αυτω εκ του ουρανου. ει η αιρεσις υψωρανωσ εστι, δωιαται κ, ωρανωσ βαπτισμα δωναι.

57 Paulus a Tibimida dixit.

Qui pro haereticis ecclesiastico baptismati intercedunt, illos quidem Christianos, nos autem haereticos faciunt.

Φαυστωσ απο Θημιδωσ ειπεν.

Οι το ηδ αιρετικων προς το τωσ εκκλησιασ βαπτισμα σπυσαμμεν, εκεινοσ μεω Χριστιανωσ, ημασ δε αιρετικωσ ποιωσιν.

58 Geminus a Forma dixit.

Quod semel decrevimus, hoc & tenemus, ut ab haereticis venientes baptizemus.

Γεμινωσ απο Φωρμησ ειπεν.

Ο απαξ εκειναμμεν, τοτο κ, κατεχομεν. ινα τωσ απο αιρετικων ερχομενοσ βαπτίζωμεν.

59 Rogatianus ab Uja dixit.

Ecclesiam Christus instituit, haeresim diabolus: quomodo ergo potest habere baptismum Christi synagoga diaboli?

Ρογατιανωσ απο Ουωσ ειπε.

Τω εκκλησιαν ο Χριστωσ ωκοδομησε, τωσ αιρετικων ο διαβολωσ. πως εν δωιαται εχεν βαπτισμα Χριστωσ η συναγωγη του διαβολου,

60 Therapius a Bulismio dixit.

Qui haereticis ecclesie baptismum concedit, quid aliud, quam sponsa Christi proditor existit.

Θεραπιωσ απο Βουλισμιοσ ειπεν.

Ο τωσ αιρετικωσ το βαπτισμα τωσ εκκλησιασ ωροδοκουσ, τι αλλο η τωσ νυμφωσ του Χριστου ε ωροδοτικωσ γινεται;

61 Lucius a Memeressa dixit.

Scriptum est, Deus peccatores non audit: haereticus qui peccator est, quomodo audiri in baptismum potest?

Λουκιωσ απο Μεμερεσσασ ειπε.

Γεγραπται, οτι ο Θεωσ αμαρτωλων εκ ακουει. ο δε σιρετικωσ αν αμαρτωλωσ, πως ακουεται εν τω βαπτίζων;

62 Alius Felix a Voglacenne dixit.

In haereticis sine ecclesie baptismum reci-

Αλλωσ Φελικωσ απο Ουαυλακηνωσ ειπεν.

Εν τωσ ωροδοκωσ τωσ αιρετικωσ ανωσ το τωσ εκκλη-



ἐκκλησίας βαπτίσματος, μηδὲς τῶν σωηθεῖσαν λόγῳ καὶ τῆς ἀληθείας ἀρκεῖται.

Apriendis, nemo consuetudinem rationi & veritati præponat.

Ἄλλος Σατυρνίλος ἀπὸ Πλατίνης εἶπεν.

63 *Alius Saturnilus a Platinus dixit.*

Εἰ δυνάται Ἀντίχριστος δῶναί τῶν χεῖρων τοῦ Χριστοῦ, δυνάται καὶ οἱ αἰρετικοὶ βαπτίζειν, οἱ ὁμοιωθεῖς ἀπίχριστοι.

Si potest Antichristus dare gratiam Christi, possunt & hæretici baptizare, qui appellati sunt antichristi.

Κυρίως ἀπὸ Οὐγβάς εἶπεν.

64 *Quintus ab Ugha dixit.*

Ὁ Θεὸς εἷς ἐστὶ, καὶ ἐκκλησία μία, καὶ ὁ βαπτισμα. καὶ πῶς δυνάται τις βαπτισθῆναι ἐκεῖ, ὅπου οὐ πὶ Θεός, ἢτε Χριστός, ἢτε ἐκκλησία ἐστὶ.

Deus unus est, & ecclesia una, & baptisma unum. Quomodo ergo illic baptizari aliquis potest, ubi neque Deus, neque Christus, neque ecclesia est?

Γελιανὸς ἀπὸ Μαρκελλιανῆς εἶπεν.

B 65 *Julianus a Marcelliana dixit.*

Εἰ δυνάται ἄνθρωπος δυσὶ κυρίοις δουλεύειν Θεῷ καὶ μαμμωνᾷ, δυνάται καὶ τὸ βαπτισμα δυσὶν ὑπηρετεῖν.

Si potest homo duobus dominis servire. Deo & mammonæ: potest & baptisma duobus inservire.

Τέναξ ἀπὸ Ὀρέων Κελλίον εἶπε.

66 *Tenax ab Horreis Calia dixit.*

Βαπτισμα ὁ εἷς ἐστιν, ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας, ἧς τὸ βαπτισμα ἀληθές.

Baptisma unum est, sed ecclesiæ, cujus est verum baptisma.

Ἄλλος Οὐκτωρ ἀπὸ Ἀσείρας εἶπεν.

67 *Alius Victor ab Asura dixit.*

Ὁμοίως.

C Similiter.

Διατύλλος ἀπὸ Κάμφης εἶπεν.

68 *Donatulus a Caspe dixit.*

Αἰ εἰ τῶτο ἐγὼ ἐφρόνησα, ἵνα οἱ αἰρετικοὶ μηδὲν ἔξω λαβεῖν δυνάμενοι, ὅταν πρὸς τῶν ἐκκλησιῶν ἔλθωσι, βαπτισθῶσιν.

Et ego semper hoc sensi, ut hæretici, qui nihil foris consequi possunt, quando ad ecclesiam veniunt, baptizentur.

Οὐρβελος ἀπὸ Ρεστοκάδας εἶπεν.

69 *Vernus a Rubecade dixit.*

Ἄνθρωπος αἰρετικός \* \* δυνάται δοῦναί ὃ μὴ ἔχει, πάλιν μᾶλλον χρισματικός, ὅπου ἔχεν ἀπολέσας.

Homo hæreticus \* dare potest, quod non habet? multo magis schismaticus, qui quod habebat amisit.

Παδοττιανὸς ἀπὸ Κρινθέλης εἶπεν.

70 *Pudentianus a Quincola dixit.*

Εἰάν τις ἀπὸ αἰρέσιως ἔλθῃ βαπτισθῆναι αὐτὸν ὀρθῶς καὶ δικαίως κέκεται.

D Si quis ex hæresi venerit, baptizari eum recte ac iuste statutum est.

Πέτρος ἀπὸ ἱππῶνος δαρρύτης εἶπεν.

71 *Petrus ab Hippone Diarrhyto dixit.*

Εἴπε ὁ βαπτισμα εἷς ἐστὶν ἐν μόνῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, ὅθεν τῶτο πρὸς ἀπὸ τῆς αἰρετικῶν καὶ χρισματικῶν ἔλθοντες, ὡς μηδὲν ἐκεῖθεν εἰληφότες, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ βαπτίζεσθαι κενώ.

Cum baptisma unum sit in sola ecclesia, idcirco eos qui ab hæreticis & schismaticis veniunt, ut qui nihil inde acceperint, in ecclesia censeo baptizari oportere.

Ἄλλος Λέκιος ἀπὸ Αὐσάφης εἶπεν.

72 *Alius Lucius ab Ausafa dixit.*

Εἷς ὄντος Θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, καὶ μιᾶς ἐλπίδος, καὶ μιᾶς ἐκκλησίας, τὰ παρὰ τοῖς αἰρετικοῖς ἀπαρτῶμενα λυεῖσθαι δεῖν φημι, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῆς ἐρχομένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ βαπτίζεσθαι.

E Cum sit unus Deus & Pater & Filius & Spiritus sanctus, & una spes, & una ecclesia, quæ apud hæreticos facta sũnt, rescindi debere dico, & eos qui inde veniunt, in ecclesia baptizandos esse.

Ἄλλος Φίλιξ ἀπὸ Τυρίτης εἶπεν.

73 *Alius Felix a Turitis dixit.*

Εγὼ κρίνω, ἵνα ἀκολούθως ταῖς θεαῖς γραφαῖς ἀνομοὶ παρὰ τοῖς αἰρετικοῖς βαπτισθέντες, ἀνὰ πρὸς τῶν ἐκκλησιῶν καταφύγῃσι, τὸ τῆς ἐκκλησίας βαπτισματι, ὅθεν πάντα χεῖρα παρὰ τῷ Θεῷ δίδεται, βαπτισθῶσιν.

Ergo censeo, ut secundum sanctas scripturas iniqui apud hæreticos baptizati, si ad ecclesiam confugerint, ecclesiæ baptisate, ubi potestas omnis a Deo data est, baptizentur.

Plu.

Sic etiam MSS. & Beterieg sed interrogandi nota est, aut legendum e

ANNO CHRISTI 256.

74 *Platianus a Labana dixit.*

Ego credo baptisma salutare non esse, nisi in ecclesia catholica: & quando extra ecclesiam fit, simulationem esse.

Πλατιανός ἀπὸ Λαβάνης εἶπε.

Ἐγὼ πιστῶ βαπτίσματι σωτηρίαν μὴ εἶναι, εἰ μὴ ἐν μόνῃ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ὅτε ἔξω τῆς ἐκκλησίας γίνονται, πειθεσμὸν εἶναι.

75 *Salvianus a Zypbala dixit.*

Hæreticos nihil habere constat; & ideo ad nos veniunt, ut accipiant quod non habent.

Σαλβιανός ἀπὸ Ζυφάλης εἶπε.

Τῶς αἰρετικὸς μὴδὲ ἔχει σίνεσηκε, καὶ ὅτε τῶν πρὸς ἡμᾶς ἔρχονται, ἵνα λάβωσιν, ὃ μὴ ἔχουσι.

76 *Honoratus a Lunca dixit.*

Cum Christus verus sit, magis veritatem, quam consuetudinem sequi debemus: ut hæreticos, qui ideo ad nos veniunt, quia foris nihil accipere potuerunt, ecclesie baptismum sanctificentur.

Ὁνωράτος ἀπὸ Λύγκης εἶπε.

Ὅτι ὁ Χριστὸς ἀληθὴς ἐστὶ, μᾶλλον τῇ ἀληθείᾳ, ἢ τῇ συνηθείᾳ ἐπεῖθαι ὀφείλομεν, ἵνα τὸς αἰρετικὸς, ὅτε τῶν πρὸς ἡμᾶς ἔρχομένων, ὅτι ἔξω μὴδὲ λαβεῖν ἠδυνήθησαν, τῶ τῆς ἐκκλησίας βαπτίσματι ἀγιασώμεθι.

77 *Victor ab Othano dixit.*

Sic & ipse sentio, ut qui ab hæresi veniunt, sine dubio baptizentur.

Ὀυῖκτωρ ἀπὸ Ὀπίθου εἶπε.

Τῶν καὶ αὐτὸς φρονῶ, ἵνα οἱ ἀπὸ αἰρέσεως ἐρχόμενοι, ἀδιστακτῶς βαπτισθῶσι.

78 *Clavus a Mascula dixit.*

Manifesta est sententia Domini nostri Jesu Christi apostolos suos mittentis, & ipsis solis potestatem permittentis, quibus nos successimus, eadem potestate ecclesiam Dei gubernantes, & eos qui credunt baptizantes. Et ideo hæretici, qui nec potestatem, nec ecclesiam habent, neque baptizare ecclesie baptismum possunt.

Κλάβιος ἀπὸ Μασκούλης εἶπε.

Πρόδηλος ἐστὶν ἡτοκρεμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποφασίς ἀποπέμψοντος τοὺς αὐτῶ ἀποστόλους, καὶ αὐτοῖς μόνοις τὴν ἐξουσίαν ἐπιτρέποντος, οἷς ἡμεῖς ἐξακολουθεῖμεν, τὴν αὐτῆς ἐξουσίαν τῶ ἐκκλησίᾳ Θεοῦ κυβερνῶντες, καὶ τὸς πισθόντους βαπτίζοντες: καὶ διὰ τῶν οἱ αἰρετικοὶ, οἱ μὴτε τὴν ἐξουσίαν ἔχοντες, μὴτε τὴν ἐκκλησίαν, ὅτε βαπτίσαν τῶ τῆς ἐκκλησίας βαπτίσματι δύνανται.

79 *Secundianus a Thamba dixit.*

Non debemus hæreticos nostra contentione decipere, ut in ecclesia Domini nostri Jesu Christi non baptizati, cum iudicii dies venerit, nobis imputent, quod per nos non sint baptizati, neque remissionem peccatorum consecuti. Propter quod cum una ecclesia sit & unum baptisma, quando ad nos convertuntur, simul cum ecclesia baptismum etiam consequi debent.

Σεκουνδιανός ἀπὸ Θαμβῆς εἶπε.

Ὀυδαμὸς ὀφείλομεν τοὺς αἰρετικὸς τῇ ἐμετέρᾳ φιλονεικίᾳ ἐνεδρῶσθαι, ἵνα οἱ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶ κρεμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μὴ βαπτισθῶσι, ὅταν ἡ ἡμέρα τῆς κρίσεως ἔλθῃ. ἡμᾶς αἰτιάσονται, ὅτι δι' ἡμᾶς οὐκ ἐβαπτίσθησαν, ὅτε τὴν ἀφῆσιν τῶ ἀμαρτιῶν ἔλαβον: διὸ περ μιᾶς ὄψε τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἑὸς βαπτίσματος, ὅτε πρὸς ἡμᾶς ἔλθωσι, μὴ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶ βαπτίσματος τυχεῖν ὀφείλωσιν.

80 *Aurelius a Chollabe dixit.*

Joannes Apostolus in epistola sua dixit: Si quis ad vos venit, & doctrinam Christi non habet, nolite eum admittere in domum, & Ave illi ne dixeritis. Qui enim dixerit illi, Ave, communicat verbis & factis ejus malis. Quomodo igitur admitti in domum Dei possunt, aut quomodo cum eis sine ecclesie baptismo communicare possumus, quin simul & malis eorum factis communicemus?

Αὐρήλιος ἀπὸ Χολλαβῆς εἶπε.

Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος ἐν ἐπιστολῇ αὐτοῦ εἶπε: εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὴν διὰδοχίαν τοῦ Θεοῦ ὄφειρε, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν, καὶ χαιρεῖν αὐτὸν μὴ λέγετε, ὁ λέγων αὐτὸν χαιρεῖν, κοινωνεῖ τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς: πῶς ἔστι εἰς δεχθῆναι εἰς οἰκίαν τοῦ Θεοῦ δύνανται, ἢ πῶς αὐτοῖς χωρὶς τοῦ τῆς ἐκκλησίας βαπτίσματος κοινωνῆσαι δυνάμεθα, εἰ μὴ τοῖς πονηροῖς αὐτοῦ ἔργοις κοινωνῶμεν.

81 *Victor a Gemellis dixit.*

Cæcus si cæcum ducat, ambo in foveam cadunt. Cum ergo hæreticos conflet non posse illuminare quemquam, cum ipsi cæci sint, talium baptisma non valet.

Βίκτωρ ἀπὸ Γεμέλλων εἶπε.

Τυφλὸς τυφλὸν εἰς ὁδὸν ἄγει, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται: ἐπεὶ οὐκ ἰσχυρὸς ἐστὶ, μὴ δύνασθαι αἰρετικὸν τινα φωτίσαι, ὅτε δὴ τυφλῶν αὐτοῦ ὄντων, τῶ τῆς ἐκκλησίας βαπτίσμα οὐδὲν ἐστὶ.

82 *Natalis ab Oca dixit.*

Tam ego præcens, quam Pompejus Sabra-

Νατολιος ἀπὸ Οἰας εἶπε.

Καθὼς παρὼν καὶ Πομπήιος ἀπὸ Σαβρατων, καὶ

1. Lege Natalis.

991 STEPHANUS CONC. CARTHAG. III VALERIANUS ) IMPP. 992  
 P. L. GALLIENUS )  
 κη Διογῆς ἀπὸ Λεπτιμάγνης, ὅτι ἐπέτελλαντο μοι Διόγα Λεπτιμάγνης, quam etiam Dioga Leptimagenſis, qui nihil mandaverunt, corpore quidem abſentes, sed ſpiritu præſentes cenſemus, quod & multi coepiſcopi noſtri: quod hæretici communicationem habere nobiſcum non poſſunt, niſi a nobis fuerint baptizati.

Γένιος ἀπὸ Νεαπόλεως εἶπε.

Ἀπ' ἐκεῖνος ἔαπαξ ἐκείνα μὲν, ἃ χωρίζονται· ἵνα τὸς αἱρετικὸς τὸς ἐρχομένους εἰς τὴν ἐκκλησίαν βαπτίζωμεν.

83 Jnnius a Neapoli dixit.

Ab eo quod ſemel cenſuimus, non recedo: ut hæreticos venientes ad eccleſiam baptizemus.

Κυπριανὸς ἀπὸ Καρχηδόνος εἶπε.

Τὴν ἐμὴν ἀπόφασιν ὁλοκλήρως δεύουσαν ἐπίστω-  
 λῆ ἀπὸς Ἰοβιανὸν ſυνεπιſκοπον ἡμῶν γραφεῖσα, ἢ  
 ἢ ἀπὸς αἱρετικὸς κατὰ τὴν λαγγυλικὴν καὶ ἀποστολικὴν  
 μαρτυρίαν ἐναντίως τῷ Χριστῷ καὶ Ἀντιχριστῷ ὀνο-  
 μαθεύσας, ὁπόταν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀποστέλλῃται,  
 τῷ ἐκ τῆς ἐκκλησίας βαπτίζονται, βαπτίζονται  
 δεῖν· ἵνα διωθῶσι γινώσκειν ἀντὶ ἐχθρῶν φίλοι,  
 καὶ ἄντιχριστῶν Χριστιανοί.

84 Cyprianus a Carthagine dixit.

Meam ſententiam plenissime exprimit epi-  
 stola, quæ ad Jovianum collegam noſtrum  
 ſcripta eſt, hæreticos ſecundum evangelicum  
 & apoſtolicum teſtimonium adverſarios Chri-  
 ſti & Antichriſtos appellatos, quando ad ec-  
 cleſiam venerint, unico eccleſiæ baptiſmo  
 baptizandos eſſe; ut poſſint fieri de adverſa-  
 rius amici, & de Antichriſtiſti Chriſtiani.

ΖΩΝΑΡΑΣ. Αὐτοὶ μὲν ἂν αἱ γινώσκονται ἢ ἐν  
 τῇ ſυνόδῳ πύθῃ ſυνελεθῶντων πατέρων τῷ μεγάλῳ  
 Κυπριανῷ· ἀλλ' ὅτε ἐπὶ τοῖς αἱρετικοῖς ἐκράτησαν  
 πασίν, ἢ ἐπὶ τοῖς οὐσιαστικοῖς· ἢ γὰρ ὁ δὲ πρῶτος  
 εἰκοσμητικὴ ſυνόδος, ὡς ἡδὴ εἶρηται, ἐπέχειλέταις  
 ἢ αἱρετικῶν, καὶ ἀντὶ βαπτίζονται· δεῖν δὲ τὸς  
 θρονοκράτας, χωρίζονται· ἵνα τὸς ἀποστολικὴν  
 μαρτυρίαν τὴν οὐκ αἰρετικῶν ἔχουσιν, ἢ πα-  
 ραμαρτυρίαν τὴν οὐκ αἰρετικῶν ἔχουσιν, ἢ πα-  
 ραμαρτυρίαν, ὡς μὴ ἀναγκαῖα, οἷα μὴδὲ ἐπιφρονεῖται,  
 ἀλλὰ καὶ κατὰ ſύννοιαν ἐγγραφεύσαν.

ZONARAS. Hæ sunt igitur patrum ſenten-  
 tia, qui cum magno Cypriano in concilio iſto  
 conveniant: ſed nec apud omnes hæreticos, nec  
 apud ſchiſmaticos valuerunt. Nam ſecunda ſy-  
 nodus Oecumenica vel jam diſſoluta eſt, hæreti-  
 coſ nonnullos excepit, ac ſine baptiſmo recipien-  
 dos illos ſanxit ſancto chriſmate tantum unctos  
 & propriam hæreſim ſingulos anathematizantes,  
 & omnes ſimul. Atque hæc de cauſa neque ex-  
 poſita ſunt hæ ſententiæ, utpote minus neceſſa-  
 riæ, & quæ non promoverent, ſed & compen-  
 diose perſcriptæ.

C. ANNUM CHRISTI 317. CONCILIIUM AFRICANUM. C. ANNUM CHRISTI 317.

Habitu circa annum CCLVII.

Ex nova Ba-  
 luti colle-  
 ctione.

Quamvis perſuaſum omnino habeam ſanctum Do-  
 natiſtarum lapſum fuiſſe quem ſcripſiſti col-  
 lectum Episcopos Africanos qui rebaptizationem cum  
 ſancto Cypriano ſanciverant, ruruſum convenien-  
 tes, novum emiſſiſſe decretum, ac ſententiam de  
 baptiſmo ſuam muſtaſſe, putavi tamen danandum eſ-  
 ſe in hac noſtra collectione locum huic Episcoporum  
 conventui, quemadmodum nonnulla Concilia refe-  
 runt in vulgatis editionibus Conciliorum, quæ  
 tamen conſtat habita non fuiſſe tantum ne quid  
 iſtius argumenti prætermittatur, ſive verum illud,  
 ſive falſum ſit. At ergo Hieronymus in dialogo  
 adverſus Luciferianos, illos ipſos Episcopos qui  
 cum beato Cypriano ſtatuerant hæreticos eſſe rebap-  
 tizandos, ad antiquam conſuetudinem revolutos,  
 novum emiſſiſſe decretum, quo videlicet damnabatur  
 ſuperiori Concilii doctrina de baptiſmo hæretico-  
 rum. Huic Hieronymi opinioni multa repugnare  
 videntur. Primum enim conſtat auctoritate Con-  
 cilii Arvlatenſis vigiſſe per multa tempora poſt  
 Cyprianum doctrinam de rebaptizatione apud Afros.  
 Deinde iſtud ipſum probatur etiam ex Concilio Car-  
 thagine habito apud Gratianum Episcopum: quod li-  
 cet conſtitit ex Episcopis, quorum animus abhor-

rens erat a rebaptizatione, evincit tamen eam do-  
 ctinam nondum abolitam fuiſſe apud Afros, tam-  
 meſi pierique contra ſentirent. Præterea Concilium  
 Cypriani adhuc ævo Vincentii Lirinienſis in aucto-  
 ritate fuiſſe probat exemplum Donatiſtarum, qui  
 (ut ait Vincentius, & conſtat ex geſtiſti colla-  
 tionis Carthaginenſis & ex pluribus Auguſtini lo-  
 cis) illius auctoritate Concilii rebaptizare ſe jacti-  
 tabant. Denique nullum novum iſtius decreti teſtimo-  
 nium aubi extat in tota antiquitate. Quod tamen  
 ſi fuiſſet, haud dubie eo uſi frequenter eſſent adver-  
 ſarii Donatiſtarum. Contra Auguſtinus in epiſtola  
 XLVIII. adnotat non inveniri Cyprianum ſenten-  
 tiam de rebaptizandis hæreticis ſuam correxiſſe,  
 quod etiam colligi abunde poteſt ex capite octavo li-  
 bri ſecundi contra Gaudentium. Itaque fieri poteſt  
 ut Hieronymus, cum videret rebaptizationem a ca-  
 tholiciſti Afros rejici, fortassis odio adverſus Dona-  
 tiſtas, putaverit Afros ad antiquam conſuetudinem  
 revolutos eſſe ſtatim poſt Concilium habitum ſub  
 Cypriano, quemadmodum Auguſtinus in libro tertio  
 de baptiſmo cap. II. ait illos ad priſtinam conſue-  
 tudinem rediſſe poſt Agrippinum.

VITA

Hoc Concilium revera habitum fuisse ab Episcopis Africanis, sed post D. Cypriani decessum, anno circiter Christi 307, centes Harduinus in indice Conciliorum toni primi.

ANNO CHRISTI 260. 277.

ANNO CHRISTI 260. 277.

V I T A, EPISTOLÆ ET DECRETA

S I S T I P A P A E I I.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

b Xyru.

Sixtus b natione Græcus, (a) ex philoso- pho (b) de Athenis, b fedit annum unum, menses decem, dies (c) 24. martyrio coronatur. c Fuit temporibus Valeriani & Decii. (d) Eodem tempore hic comprehensus est a Valeriano, & ductus ut sacrificaret dæmonis. Qui quia contempsit præcepta Valeriani, d capite truncatus est, & cum eo (e) sex diacones, Fel- icissimus, Agapetus, Januarius, Magnus, Vin- centius, & Stephanus, e VIII. Idus Augusti. f Et presbyteri (f) præfuerunt a consulatu Ma- ximi & Glabronis, usque ad consulatum Tu- sci & Bassi, (g) XIV. Kalendas Augusti. Quo tempore fuit magna persecutio sub Decio. Et post passionem beati Sixti (h) die tertio, b passi sunt Laurentius ejus archidiaconus, (i) & subdiaconus Claudius, Severus presbyter & Ro- manus ostiarius, & d Crescentius lector. i Hic fecit ordinationes duas per mensem Decem- brem, presbyteros quatuor, diacones septem, episcopos per diversa loca duos. Sepultus est in cæmeterio Callisti via Appia, & sex diaco- ni ejus in cæmeterio Prætextati, via Appia, (o) octavo Idus Augusti. ) Beatu vero Lauren- tius sepultus est (k) via Tiburtina in crypta, in agro Verano, quarto Idus Augusti. Et ces- savit episcopatus dies.

c Cravioni

d Criscentius

epistola inclu- sa desunt in

Agitur Euseb in chron. & gravius lib. 7. hist. cap. 23. aberrat. quia priori loco eum octo, posteriori un- decim annis sedisse scribit. Baronius anno 261. num. 9. c. Fuit temporibus Valeriani & Decii. ) Error libri pontificali. Decius enim annis ab hac octo ut supra diximus in Cornelio e vivis sublatus fuit. Nam syran- num, Decium scilicet, inquit Cyprianus epistola 5. armis & bello postmodum vitum, prior, Corneliu ni- mirum, suo sacerdote vicit. Accedit, quod ipse Cy- prianus epistola 82. quam in exilio latens ad Successum episcopum scripsit, aperte testatur, Sixtum Valeriani imperatoris iussu martyrium subisse. Si Valeriano impe- rante occisus est, quomodo sub Decio imperatore oc- cisus esse potuit, cum inter utrumque Gallus & Volu- sianus imperium administraret? Vide que diximus su- pra in Cornelio.

d Capite truncatus est. ) In cæmeterio eodem, in quo Sixtus quare contra legem Valeriani imperatoris aditum cæmeterio- rum prohibentem peccaverat, occisum esse, testimonio sancti Cypriani constat: prædicta enim epistola 82. ad Successum, Sixtum, ait, in cæmeterio animadversum fuisse. Iique consulto ad ceteros a cæmeteriorum latebris, ubi multi ad fidem convertebantur, abster- rendos, accidisse putamus. Decollatus in crucifixus de- cesserit Sixtus pontifex, controversitur. Unus & so- lus Prudentius hymno 2. cum cruce affixum fuisse tra- dit his verbis.

Jam Sixtus affixus cruce Laurentium fontem videns Cruce sub ipso sumpsit, &c.

Verum in cæmeterio prædicto capite truncatum fuisse, plurium testimonio est comprobatum.

e Octavo Idus Augusti. ) Idem confirmat sancti Cy- priani præallegata epistola 82. his verbis: Sixtum au- tem in cæmeterio animadversum fuisse octavo Idus Au- gustarum die, & cum eodem Quartum. Quod autem hoc anno 261. martyrium subierit, Cypriani marty- rium, quod mense uno & paucis diebus post obitum Sixti contigisse ex Pontio in vita ejusdem Cypriani probatur, in hanc sententiam nos inducit.

f Et presbyteri præfuerunt a consulatu, &c. ) Auditor pontificali, sui ipsius parum memor, indicat, post obitum Sixti usque ad initium Dionysii aliquot men- tum interregnum pontificum fuisse, ac interea clerum Romanum ecclesiam universam præfuisse, quod quomodo cum verbis ultimis hæc; cessavit episcopatus dies 35. consentiat, ipse viderit. Respexit forte ad id, quod infra in vita Dionysii refert, ipsum Emiliano & Bas- so consulibus Id est, anno 261. sedisse usque ad con- sulatum Claudii & Paterni, Ideoque reliquo tempore post obitum Sixti sedem vacasse.

g Magna persecutio sub Decio. ) Sixtum sub Vale- riano imperatore anno imperii illius 7. non sub Decio adhuc vivente passum esse supra ex epistola Cypriani 5. & 82. probavimus: nam hac postrema epistola 82. post alia, hæc ait: Multa varia & incerta opinionibus constans: qua antem sunt in vero ita se habent: Rescriptisse Valerianum ad senatum, ut episcopi, & presbyteri, & diacones inconcinenti animadversantur: Senatores vero & viri egregii, & equites Romani, di- gnitate amissa, etiam boni spoliarentur, & si adempti facultatibus Christiani esse perseveraverint, capite quo- que multentur: matronæ, ademptis bonis, in exitum relegentur. Cesariani quicumque vel prius confessi fue- rint, vel nunc confessi fuerint, conficiantur, & vin- cti in Cesarianas possessiones descripsi mittantur. Sub- jecti etiam Valeriano imperator orationi sua exemplum litterarum, quas ad præfides provinciarum de nobis fe- cisti.

NOTE SEVERINI BINII.

a Sixtus. Anno Christi 260. postquam sedes 22. die- bus pastore viduata fuisset, Sixtus successit 24. die mensis Augusti, imperii Valeriani & Gallieni sexto. Dionysius penitens erroris, in quem per Africanos in- ductus erat, novo casu emergente, nihil temere ausus tum alia forma, quam qua utitur ecclesia, rebaptizare pontificem, ut testatur Eusebius libro consulti in licet, Sixtum pontificem, ut testatur Eusebius libro causa baptisma 7. cap. 8. consuluit. Valerianus per magum quemdam Octava perse- cutionem in Christianos, quos initio imperii sui ad- amavit, constrictus, octavam persecutionem Christiano- rum suscipitur, publicoque edicto, sub pena capitis in- conventus Christianorum, & cæmeteriorum aditus in- terdicit, ac præfules omnes ad tollendam conveniendi occasionem, longissime relegari mandat. Cuius decreti vigore duo lamina ecclesie Dionysius in Ægyptum, Cyprianus in Africam relegantur. Baronius anno 260. num. 18. cum sequentibus, & 33. cum sequentibus. Hujus pontificis anno primo Sabelli heresis, sacrosan- ctam Trinitatem negantis, ipso Sabellio auctore, vel potius propagatore, orta est aut propagata; ut constat ex epistola Dionysii ad Sixtum scripta, que apud Eu- sebius libro 7. cap. 5. extrat. Baronius anno prædicto numero 61.

Sabelli here- sic exorta.

Tempus sedis.

(a) Luc. & Philocephus. (b) in Luc. de Athenis. (c) Luc. XXIII. (d) Luc. addit, quo tempore fuit maxima per- secutio. (e) Luc. alii ex diaconibus. (f) Luc. addit. II. (g) Luc. XIII. (h) Luc. post tertiam diem. (i) Luc. injest. IV. Id Aug. (k) Luc. legit: in cimiterio Cytaces in agro Verano in Crypta cum aliis multis martyribus, & cessavit &c.

Quo anno & mente mar- tyriatus.

Error libri pontificali.

Martyrium Sixti sub Va- leriano, non sub Decio contigit.

ait: *quas litteras quosdam speramus venire, sanctis secundum fidei firmitatem ad passionis tolerantiam, & expectantes de apo & indulgentia domini, vita eterna coronam. Et statim subiungit. Statim autem in canonicis animadversum scilicet octavo Iduum Augustum die. Itaque si imperante Valeriano martyrium subit, non potest Decio regnante id subisse: & si, quod testatur Cypriani epistola 3. Decius divina ultione extinctus est, Cornelio pontificiani sedem gubernante; Cornelio autem Lucius, Stephanus Lucio, Stephano Sixtus pontifex successerit, plane fieri nequit, ut martyrium Sixti ad imperium Decii referatur. Qui Sixtum atque Laurentium sub Decii persecutione martyres factos esse scribunt, non falsum, sed verum asserunt. Nam decennalis illa persecutio, per decennium a secundo anno usque huc, & ultra sub Gallo & Volusiano ac deinde Valeriano & Gallieno continuata, quandoque Decii, quandoque Valeriani persecutio nominatur: eo quod, ut supra aliquoties diximus, Decio auctore capta sit; & Valeriani censura approbata fuerit. Vide quas diximus supra in Lucio, item Baronium hic num. 9. & in notis ad Martyrologium Romanum die 6. & 10. Augusti.*

Sub Decii persecutione Sixtus & Laurentium martyrium passus esse, quomodo intelligi debeat?

Martyrium S. Laurentii.

Dialoni minus tacite mentis minime.

Sixtus quoribus ordinaverit.

Utraque spuria.

a EPISTOLA . I.

SIXTI PAPÆ II.

AD GRATUM QUEMDAM EPISCOPUM.

Licere accusatis vel damnatis episcopis appellare, sive adire sedem apostolicam, sine cuius auctoritate causæ eorum terminari, non debent.

Episcopus Sixtus Grato coepiscopo salutem.

b S. Leo ep. 11.

14. qu. 1. Me. mor sum, me.

c S. Leo ep. 11.

Lætare & gaudere me plurimum in Christo Jesu domino nostro dilectionis tuæ scripta fecerunt, quibus evidenter ostenditur, quantum catholicam diligis fidem, & quantum pravorum hominum detestaris errorem. Omnis enim hæresis nimis est impia, & evangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta convellere. Memor enim sum, me sub illius nomine ecclesiæ præsidere, cuius a domino nostro Jesu Christo est glorificata confessio, & cuius fides nullum unquam fallit sed omnes quidem hæreses destruit. Intelli-

Ago autem mihi aliter non licere, quam ut omnes conatus meos ei causæ, in qua universalis ecclesiæ salus infestatur, impendam. Agnosce, fili carissime, non ex tempore, sed ante omnia tempora filium Dei natum, sed ante omnia tempora de paterno utero inenarrabiliter generatum, ipso Deo patre per prophetam dicente: *In splendoribus sanctorum ex utero ante Luciferum genui te.* Quam sententiam & Isaias propheta dubiis atque incredulis evidenter expressit, dum non aliunde Filium, quam de Patre natum ineffabiliter ostendit: *In humilitate, inquit, iudicium ejus sublatum est. Nativitatem ejus quis enarrabit?* Et in libro Job. *Sapientiam Dei, ait, unde invenies: latet enim ab oculis hominum, & a volucribus cæli absconsa est.* Ex-

pergiscere paululum, & si lumen scientiæ in te ipsum aliquantum habes, invenies, cuius nativitas a propheta non potuit enarrari ex tempore, vel ut adstruere ipse conaris, non potuit generari. *In principio, inquit Joannes evangelista, erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Et iterum: *Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* In isto igitur quod dicitur, *Erat, si tempus querere volueris, non invenies: quoniam ex quo Pater, ex illo & Filius; & quod Pater est, id est etiam Filius, Salomone dicente: Ego ex ore altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci, ut in cælo ori- retur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cæli circuevi sola, & profundum abyssi penetravi. In omnem terram steti, & in populo primum habui.* Item ibi: *Cum præparares cælum, aderam illi, & cum sedem suam fecerneret. Quando super ventos fortes faciebat in summo nubes, & cum certos ponebat fontes sub cælo, cum sortia sciebat fundamenta terra, ego eram cum illo componens, & ego eram, cui adgandeat, cum letaretur orbe perfecto.* Et in psalmo centesimo primo: *Tu domine in principio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Non enim erat ætas, aut aliquod tempus, antequam de patre filius nasceretur: quoniam qui tempora universa propria potestate constituit, ex tempore vel post tempora nasci non potuit. His paucis sententiis, breviter consultis tuis respondi, frater carissime. De cetero tuam moneo dilectionem, ut cunctos, quos errare cognoveris, ad catholicam fidem, & ad unitatem recte credentium, convertere studeas, & tu nunquam ab apostolico tramite recedas. Si autem te non audierint, & errantes (quod absit) permanerint, nobis eos manifestare, quam citius poteris, non tardes, ut apostolica auctoritate aut cito ad ecclesiam convertantur, aut ab ecclesia separentur. Audivimus etiam quod quidam erronei, & consentientes eis, te & reliquos infestent episcopos & episcopos aliquos comprovinciales ad vestram infamationem atque damnationem secum trahant.

Quapropter in hac sancta sede dudum a multis episcopis constitutum erat, & modo ad vestrum

d Ithacius adv. Vort. madum cap. 11.

Isai. 109.

Isai. 55.

Job 38.

Job 38.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

a Ex Græco textu ad verbum. Bar.

e Hætenus Ithacii verba, unde frans mangonis detegit, evi- dentissima.

q. 6. cap. Omnes episcopi qui in.

strum & ceterorum fratrum auxilium est de-  
nuo roboratum, ut omnes episcopi, qui in  
quibusdam gravioribus pulsantur vel criminan-  
tur causis, quoties necesse fuerit, libere apo-  
stolicam appellent sedem, atque ad eam quasi  
ad matrem confugiant, ut ab ea ( sicut sem-  
per fuit ) pie fulciantur, defendantur, & libe-  
rentur. Cujus dispositioni omnes majores eccle-  
siasticas causas & episcoporum judicia, antiqua  
apostolorum eorumque successorum atque cano-  
num auctoritas reservavit, quoniam culpantur  
episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quam  
ejusdem sedis papa fieri placuerit. Unde pla-  
cuit, ut accusatus vel iudicatus a comprovincia-  
libus in aliqua causa episcopus, licenter appellet  
& adeat apostolicæ sedis pontificem, qui aut  
per se, aut per vicarios suos, ejusdem retrah-  
tari negotium procuret. Et dum iterato judi-  
cio pontifex causam suam agit, nullus alius in  
ejus loco ponatur aut ordinetur episcopus: quon-  
iam quamquam a comprovincialibus episcopis  
accusati causam pontificis scrutari liceat, non  
tamen diffiniri, inconsulto Romano pontifice,  
permisum est, cum beato Petro apostolo non

quando

q. 6. Accu-  
satus vel iu-  
dicatus.

Conc. Sard.  
c. 4. 5. 7.

Matth. 18.  
c. 18.

1. 7. 6. Si  
quis putave-  
rit.

b. Hadr. coll.  
c. 6.

Jac. 1.

c. S. Greg. ep.  
et. lib. viii.  
Proc. 4.

7. sal. 87.

Gen. 1.

hæc antulis  
inclusa de-  
sunt in Luc.  
cap. 2.

7. sal. 10. & 70.

d. falsa tem-  
poris nota.

illam epistolam scribit, apertis testimoniis scripturam  
probare, Christum, quoad divinam naturam, æternam  
eternam Patre Filium esse, & a Patre distinctam in di-  
vinitate personam esse, ac semper sine ullo temporis  
principio existisse. Reliqua, quæ & sequenti epistola  
notanda videntur, præcedentibus præcedentium pontifi-  
cum epistolis annotata sunt.

EPISTOLA II.

SIXTI PAPÆ II.

- I. Si quis adversus episcopos vel actores ecclesie causam habuerit, qui se geret.
- II. De episcopis rebus expoliatis, aut a sede pulsatis.
- III. Ut nullus episcopus alterius parochianum retineat, ordinet, vel iudicet.
- IV. De episcopis injuste damnatis, & apostolica auctoritate restitutis.
- V. Quod excommunicati episcopos accusare non possunt, nec illi qui eos in sua non recipiunt accusatione, nec major a minori judicari, vel damnari.

Dilectissimis fratribus per Hispaniarum provin-  
cias constitutis, Sixtus episcopus in  
domino salutem.

Magno munere misericordie Dei totius ecclesie catholice multiplicata sunt gaudia, cum ecclesiarum status eo viget ordine, quo apostoli, eorumque successores illum statuerunt. Et cum antiqui hostis astutia cum turbati cognoscimus, non modico contristamur mœrore. Quam ob causam, fratres, hortamur vos, monemus & flagitamus, ut a tramite apostolicæ institutionis nequaquam recedatis, nec a capite dissideatis, sed fidem & ordinem, quem apostoli & apostolici viri statuerunt, absque hæsitatione teneatis. Nam si columnæ alicujus magnæ domus corruerint, ipsa postea domus minime stabit. Sic & vos, qui columnæ ecclesie estis, si labefactari cœperitis, disanda ecclesia, quæ per vos regitur, sabelcet & labetur. Hæc, fratres, quæ dico, valde timenda sunt, & summo moderamine pensanda, atque ne fiant, cavenda. Ipsa enim veritas per se dixit: Vos estis sal terra: quod si sal evanuerit, in quo salietur? &c. Ideo vos, carissimi mi, moneo, quia vobis debitor sum, & valde vos diligo. Et quando bona audio de vobis, congratulor satis: & contra, quando adversa, nimis conturbor. Ego vero quamvis a vobis per longa terrarum intervalla disjunctus sim, sum tamen omnino vobiscum corde conjunctus. Ideoque de vestra beatitudine erga me modis omnibus confido, quia cum me vicissim diligitis, a me longe non estis. Unde magis gratias referimus illi grano sinapis, quod ex modici despiciabilisque seminis specie, ita ramis ex eadem radice surgentibus, atque se distendentibus, usquequaque diffusum est, ut in eis volatilia cœli cuncta nidificent: gratiaque sit fermento illi, quod tribus farinæ satis totius humani generis massam in unitate conspersit: atque parvo lapidi, qui abscessus de monte sine manibus, occupavit universam faciem orbis terræ. Qui ad hoc (naturam nostræ car-

S. Leo ep. 14.

Matth. 13. Rom. 1.

b. S. Grego. ep. 16. lib. IV.

Matth. 13. Luc. 13.

Matth. 13. Dan. 2.

hæc antulis inclusa desunt in Luc.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Hanc epistolam occasione Sabellii, Noëti, Eblonis, & Cerinthis sectariorum scriptam esse ad Gratium episcopum, ipsum initium epistolæ indicat. Sabellius enim hæresarcha hoc pontifice ab inferis progressus, omnem personarum distinctionem in Deo sustulit: reliqui vero Christum ante incarnationem nihil fuisse docebant. Ut horum ergo errores solida refellat, & consulentem hac de re episcopum instruat, hanc ad Concil. General. Tom. I.

Non sunt in Fastis hi Consules. Hard.

999

nis, & status servilis formam assumens) hu- militer se usquequaque distendit, ut omni hu- mano genere in unitatem redactis, totius cor- pus unitum perficeret ecclesie: atque ita ad totius compaginis pertineret commodum, mem- brorum partialis ista distinctio. Unde nos quo- que a vobis longe non sumus, quia in illo, qui ubique est, unum sumus. Agamus ergo ei gratias, qui solutus inimicitis in carne sua, fe- cit ut in omni orbe terrarum unus esset grex, & unum ovile sub uno pastore: semper me- mores, quod vos veritatis predicator admo- neat, dicens: *Soliciti servate unitatem spiritus in vinculo pacis*. Vinculum enim pacis nemo servat, dum alium inestlat aut verbis, aut factis persequitur. Ideo, fratres, ista praeulimus, quia audivimus inter vos accusationes exerce- ri, & pulsos a sedibus episcopos, aut suis re- bus expoliatos judicari.

Epist. 4. servare

a. q. 7. Si quis contra episcopum. b. Hadr. coll. c. 1. ex conc. Aurel. V. c. 11.

I. Quapropter statutum est, ut si quis contra episcopum vel actores ecclesie, se proprium crediderit habere negotium, non prius adeat iudices, quam ad eos recurrat caritatis studio, ut familiari colloquio commoniti, ea sanare debeant, quae in querimoniam deducuntur. Quod si aliter egerit, communione privetur.

Idem supra in decr. Alex. andri papae. Et infra in decr. Julii papae.

II. Nemo pontificum deinceps aliquem episcopum suis expoliatum rebus, aut a sede pulsum, excommunicare aut judicare praesumat, quia non est privilegium, quo expoliari possit iam nudatus.

Supr. in decr. Sixti primi. & similiter in decr. Julii papae. b. Hadr. coll. c. 10. c. Anianus ad consilium in lib. 17. cod. Theod. 9. q. 7. Fratres quos il- more.

III. Nullus episcopus alterius parochianum praesumat retinere, aut ordinare absque ejus voluntate, vel judicare: quia sicut irrita ejus erit ordinatio, ita & b. dijudicatio; quoniam confensus, nullum alterius iudicis, nisi sui, sententia c. teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit. Ista enim vobis deinceps tenenda, & fratres vicillim adjuvare mandamus.

d. Prosper sent. 2. ex S. Aug. in Pl. 1. 18.

IV. Fratres vero, quos timore terreno iniuste damnastis, scitote a nobis iuste esse restitutos. Quibus, ex sancti Petri & apostolica auctoritate, omnia, quae eis ablata sunt, integerrime reddi praecipimus. si non vultis vos & principes vestri a collegio nostro & membris ecclesie separari. d. Iusto enim iudicio Dei datur plerumque peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequantur; ut qui spiritu Dei juvantur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores. Illi tamen qui hoc agunt, nullatenus evadent poenam: quia ut ait dominus: *Ve illi per quem scandalum venit*. Et quamquam juxta salvatoris sententiam, *neesse sit venire scanda- la: ve tamen per quem veniunt*. De occultis enim cordis alieni temere judicare, peccatum est: & eum cuius non videntur opera nisi bona, iniquum est ex suspitione reprehendere, cum eorum, quae homini sunt incognita, solus Deus iudex sit iustus, qui inspector est verus. Unde scriptum est: *Incerta non iudicemus, quousque adveniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum: & manifestabit consilia cordium*. Et quamvis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi certis indicis comprobentur, nisi quae manifesto iudicio convin-

e. Frigidem sent. 2. ex S. August. in eundem psal- mum.

f. Cor. 4. In Decr. Tro- p. lib. 4. g. S. Iud. Sy- nod. II. c. 10.

antur, nisi quae iudicario ordine publicantur. Nullus ergo potest humano condemnari exa- mine, quem Deus suo iudicio reservavit. Haec omnia summopere sunt praevenda, ne praesumptores esse videamur. Et accusatio episcoporum non est facile recipienda, dicente do- mino: *Non suscipies vocem mendacis*. Et aposto- lus inquit, adversus presbyterum inscriptionem, non recipiendam b. absque duobus vel tribus idoneis testibus. Si haec de presbyteris vel ce- teris fidelibus sunt praevenda, quanto magis de episcopis? Quibus cognitis, magis vos do- minari velle manifestum est, quam consulere fratribus, aut sustentare eos, quia honor inflat superbiam: & quod provifum est ad concor- diam, tendit ad noxam. Decuerat namque, juxta praefatas regulas, ut si aliquid egissent contra suum ordinem, mandare nobis, & ex- pectare, quid ad vestra consulta rescriberemus, intantum, ut si etiam quidquam grave intole- randumque committerent, nostra praestolaretur censura, ut nihil prius aut aliquid aliud decer- neretis, quam quod nobis placere cognoveritis, & a regulis praestitutis nulla, aut negli- gentia, aut praesumptione recederetis. Cesset hujusmodi, pressa nostra auctoritate, praesump- tio: vitentur hujusmodi nocumenta, quia ne- quaquam talia patienter ferre possumus machi- namenta, quoniam convenit nobis paternarum sanctionum diligenter esse custodes. Merito namque causa nos respicit, si silentio favemus errori.

Hadr. coll. c. 11. & 67. & Const. M. ad PP. Ni- canos. d. q. 7. Accu- satio episco- porum. Eund. 23. Tim. 1. Vide epi- stolam a Ja- lili I. papa eadem notatur labe seden- tiam.

V.

Est insuper a sanctis praedecessoribus nostris plerumque jam statutum, ut nemo anathema in nostra suscipiatur accusatione, nec illi qui nos in sua nolunt recipere querela vel accusa- tione, cum nos super illos sciamus a domino constitutos, non illos super nos. Et sicut major non potest a minore iudicari, ita ne colligari; qua- rarum est omne quod magnum est. Portemus onera omnium qui gravantur, quinimo haec portat in nobis beatus apostolus Petrus, cujus vice fungimur legatione, & cuius regula infor- mamur, quatenus ejus sulsi auxilio, ab omni- bus nunc & in perpetuum meamur adversis. Data xviii. Kalendas Augusti c., Valeriano & Decio a viris clarissimis consulibus.

c. adnotatio falsa.

DECRETA SIXTI SECUNDI

ex Gratiano.

Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud primatem dioeceseos, aut penes univertalis apostolicae ecclesie papam iudicetur.

a. q. Si quis

EX EODEM, UT SUPRA.

Super appellatione, alterius provincia iudices audire non oportet.

Si quis clericus super quibuslibet criminibus accusatus fuerit, in provincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerceat actiones: nec existimet eum accusator suus alibi, aut longius ad iudicium protrahendum.

CON:

ivo p. 6. cap. 21. a. q. 6. Si quis cleri- cus, citat ex Eleutherio.

Non sunt in istis hi. Conules. Hadr.

## CONCILIUM NARBONENSE.

In causa S. Pauli antistitis incontinentiz falso a diaconis infirmulati.

**A**D hæc circiter Sixti II. pape aut successoris eius Dionysii tempora pertinere videtur habitum in causa S. Pauli Narbonensis antistitis episcoporum aliquot concilium, siquidem vera sit, quæ pluribus viris eruditissimis, de prima sub imp. Decio ac S. Fabiano pontifice sancti illius aliorumque sex Galliarum apostolorum missione S. Gregorii Turonensis tententia libri primi Historiarum Francorum cap. 30. Quæ vero in concilio illo gesta sint, docet author vitæ ejusdem S. Pauli ab illustrissimo antistite Monspelienſi Francisco Bosqueto editæ parte II. historiarum ecclesiæ Gallicanæ: Cum ille Chelidrus (scribere oportuit, chelydrus, id est serpens) antiquus semper humano generi inimicus, ejus scilicet actus invideret, illiusque bonitatem perborresceret, immisit se in duobus diaconibus suis, qui cum ante lectulum ejus clanculum calcamentis muliebria projecissent, & causa irrisionis ei fecissent: Ille evocatis paucis episcopis Gallie, quia nondum erant plures, in ecclesia de qualitate facti voluit judicari. Et cum per triduum fuisset procrastinata cognitio diu noctuque ipsius in adis culmine missa divinitus aquila resedit: Multis eam factu terruerunt telorum, sed minime abscedere fecerunt: quin etiam illis diebus, quibus in eo culmine sedit, cibum deferente corvo accepit. In quibus rebus multa debuerunt esse ex miraculis Dei narrata, dum aviculus ab aviculis mirifice est pasta. Verum tenuis noster sermo quamvis non explicet aquila & corvi significantiæ, narranda sunt quæ a Dei famulo super diaconibus ipsis sunt facta. Jam dum ad miraculum aquila sententiamque sacerdotis, affirmum Christianorum turba concurreret, tertia die sanctus papa noster Paulus indicit orationem cum populo & cum sacerdotibus suis, ut Deus manifestaret, aut illorum perversorum assertiones, aut suæ vitæ meritum. Et cum beatissimus Paulus in oratione ingemisset, illi diacones correpti subito furor

*lymphatico inter invisibilia tormenta clamabant, factionem invidia super episcopo voluisse consurgere, quandoquidem valde propter incontinentiam, eos sæpius ac frequentius castigarat. Quod cum ipsi malitiosè iusto Dei judicio graviter ejularunt, & dicerent se minime posse sustinere tam grandia supplicia, Dei famulus misericordia quæ motus semper, populis categorizans, rogavit conciliarios & populum, quod pro ipsorum absolutione domini pietatem exorarent, quatenus eos a tormentis liberaret. Tamen ille indignum se dicebat sacerdotio, si ipsi qui pro sua innocentia demonio fuerant arrepti non absoluti fuissent precibus suis. Et ecce dum proclamaret ad dominum iterum sanctissimus Paulus, exaudita sunt preces ejus, & diaconi a demonibus liberati. Tunc iidem malitiosè universa machinamenta, quæ contra suum sacerdotem moliti fuerant, publice in conspectu tam sacerdotum quam laicorum confiteri cæperunt. Hoc evidenti judicio cognito episcopi ipsi, ad talia, qui deprecaturi dominum convenerant certamina, provoluti cum universa plebe iisdem pedibus rogare cæperunt, quod pro illorum peccatis interveniret, pro eo quod dubitaverant, apud dominum pietatem. Quibus rebus peractis ales orientalem partem volatibus petens, nullo impugnanse discessit ex summo culmine fastigio. Intellexit in se vir Dei ad patriam reverti: o mirificum sanctitatis documentum! &c. quæ licet parum certa ad primum Christianæ æræ sæculum haud dubie transierent, qui Narbonensem hunc præfulem primum cum Sergio Paulo proconsule confundunt. & ab apostolo Paulo dum in Hispanias pergeret, Narbone Martio relictum autumant. Complures vero sanctissimos viros incontinentiæ reos actos fuisse, sed non peractos, docet Claudius Espenceus Parisiensis Theologus cap. 9. libri vi. de continentia, atque ex eo Ludovicus Baillius.*

a orationem  
ingemisset.

C. ANNUM  
CHRISTI  
218.

## CONCILIUM ROMANUM

C. ANNUM  
CHRISTI  
218.

Habitu circa annum Christi cclviii.

Ex nova Ba-  
luzii colle-  
ctione.

Epiph. h. 2. 17.

**C**oncilio istius memoriam nobis conservavit auctor libelli synodici, qui perperam illud revocat ad tempora Pape Victoris. Quo factum est ut Labbeus verba libelli retulerit ad illius pontificatum. Verum cum in eo Concilio damnatas constet Noeti & Sabelli prævas opiniones de divinitate, Noetus vero exortus non sit ante tempora Fabiani Pape, ut colligitur ex Epiph.

Enio; constat autem ex Eusebio Dionysium Episcopum Alexandrinum recripsisse de Sabellianis hereticis ad Sixtum II. Romanum Pontificem, necesse est existimare synodum illam Romanam sub eodem Sixto fuisse celebratam. Damnatus in illa præterea fuit Valentinus, qui præter ceteras ineptias, corpus etiam Christi coelasse assererat, ut legitur in eodem libello synodico. Vide supra pag. 728.



ANNO CHRISTI 318.

ANNO CHRISTI 318.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA DIONYSII PAPÆ I.

Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

Dionysius ex monacho, cujus generationem A reperire non potuimus, b sedit annos 6. menses 2. dies 4. Fuit temporibus Gallieni, ex die XI. Kalend. Augusti, c Æmiliano & Basso consulibus, usque in diem septimum Kalend. Januarii d consulatus Claudii & Paterni. e Hic presbyteris ecclesias divisit & cœmeteria, parochiatque (a) & diœceses constituit. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros 12. diaconos 6. f episcopos per diversa loca num. (b) 7. Qui etiam sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, g III. Kalendas Januarii. Et cessavit episcopatus dies quinque.

d Consulatus Claudii & Paterni. ) Ex epistola synodica Antiocheni concilii scripta ad imperatorem Aurelianus anno imperii illius secundo, qui est Christi 272. liquidum est ac manifestum, Dionysium adhuc illo tempore vixisse. Itaque his consulibus defunctum esse affirmari non potest: cum horum consulatus notetur in factis cum anno Christi 270. Baronius prædicto loco num. 21. e Hic presbyteris ecclesias divisit. ) De hac pontificis constitutione, vide quæ dicemus infra in notis ad epistolam secundam. f Episcopi per diversa loca. ) Inter episcopos ab eo Zamas Bononiatum referunt Zamas, qui primus in indice episcoporum Bononiensium ordine numeratur, cum tamen credibile sit plures alios ante ipsum fuisse, quorum memoria exciderit, cum civitas ea jam tum frequens & illustris esset. Baron. anno 272. num. ultim.

NOTE SEVERINI BINII.

Dionysius que tempore pontificatus fuit. 318. Capriana: ex am. Pas. ecclesie reditus quomodocumque. V. c. 1. 1. 1. A. d. 1. 1. 1. Tempora ra ca quid dicitur. Quibus consu libus cepit pontificatus Dionysii 318.

B

EPISTOLA I.

DIONYSII PAPÆ

AD URBANUM PRÆFECTUM.

Hortatur eum diligere & scrutari, ut rationaliter & sapienter disponat & iudicet ea quæ illi commissa sunt.

Dionysius episcopus Urbano præfecto salutem.

Summum bonum est amare amantes se: & contra, peius malum non est, quam ut civis civibus invideant. Gratias liquidem agimus tuæ caritati, quod fideles sancti Petri bene suscipis & adjuvas. Unde scias, te a nobis nostrisque diligere, & tui tuorumque non modicam curam habere. Quapropter tuam hortamur dilectionem, ut bonum quod cœpisti, b semper implere non differas, quia non laudatur initium, sed finis. Sapientiam etiam te hortamur diligere & scrutari, ut rationaliter & sapienter disponas & iudices ea quæ tibi commissa sunt, dicente domino per prophetam: Erudimini, qui judicatis terram. Time ergo Deum, & mandata eius serva. Et dilige eum totis visceribus, & proximum tuum sicut teipsum. Deus altissimus creavit sapientiam in Spiritu sancto. Et vidit, & dinumeravit, & mensus est. Et cœdit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem. Secundum datum suum præbuit illam diligentibus se. Timor domini gloriosatio, & letitia, corona exultationis. Timor domini delectabit cor, & dabit letitiam & gaudium in longitudine die.

Hæc & sequens pariter referunt.

Idem est epistola testis cum a Felice 19. similiter adulterata.

Idem est epistola testis cum a Felice 19. similiter adulterata.

Idem est epistola testis cum a Felice 19. similiter adulterata.



episcopos sequi convenit: & quod tibi scribitur, omnibus quibuscumque potueris, notum facias, ut non specialis, sed generalis fiat ista præceptio. Crimina vero, quæ episcopis impingere dicis, per alios non sinas ullo modo fieri, nisi per ipsos qui crimina intendunt: si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis docuerint publicis omni se carere suspitione & inimicitia, & irreprehensibilem fidem conversationemque ducere: Nemini enim de se confesso, credi potest super crimen alienum: quoniam ejus omnisque rei confessio periculosa est, & admitti non debet. Similiter alieni erroris socium, vel a sui voluntarie propositi tramite recedentem, aut sacris patrum regulis & constitutionibus inobedientem, suscipere non possumus, nec debemus, nec impetere recte credentes, vel sanctorum patrum sanctionibus obtemperantes permittimus: quia infames omnes esse censemus, qui suam, aut Christianam prævaricantur legem, aut apostolicam vel regularem libenter postponunt auctoritatem. Hæc itaque, frater carissime, quæ pro affectu sacerdotialis nominis & honoris impendimus, tibi tuisque subditis, & omnibus tenebda, & aliis nuncianda, atque prædicanda mandamus, quibus & pietas ad utilitatem, & sit ad fructum dilectio. Unde objurgando, hortando, suadendo, blandiendo, & consolando, prodesse quibus possumus, festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit, pravis aculeus. Timidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortando succendat, refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos confortet ut quia doctores dicimur, viam salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes, aditum contra hostis insidias solliciti muniamus. Et si quan-

do perditam ovem de commissis gregibus error abduxerit, toto illam annisu ad caulas dominicas revocare contendamus, ut de pastoris nomine quod habemus, non supplicium, sed præmium consequamur. Quia ergo in his omnibus divinæ gratiæ adiutorium opus est, omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoremus: quatenus ad hæc nobis operanda, & velle tribuat, & posse concedat, atque in ea nos via, cum fructibus boni operis, quam se pastor pastorum esse testatus est, dirigat, ut sine quo nihil agere possumus, per ipsum implere omnia valeamus. Data v. Idus Septembris Claudio & Paterno viris clarissimis consulis.

## NOTA SEVERINI BINII.

*a* Ecclesias vero singulas singulis presbyteris dedimus, parochias & cæmeteria eis distinximus. Hanc parochiarum distinctionem non primum a Dionysio, sed ab Evaristo factam esse, patet ex illis quæ supra diximus in notis ad vitam ejusdem Evaristi, verbis: *Hic titulus*. Verum cum in persecutione Valeriani publico edito, de quo supra in notis ad vitam Sixti egimus, presbyteri ab ecclesiis relegerentur, & Christianorum in cæmeteriis conventus veterarentur, parochiarum, ecclesiarum, & cæmeteriorum confusio sine dubio facta est: sublato autem Valeriano, restituta per Gallienum pace ecclesiis, concessa vicissim libera facultate aduendi cæmeteria, Dionysius Romanus pontifex parochias presbyteris per exilium vel martyrium spoliatas alias aliis assignavit, tempore persecutionis confusas iterum divisit, ac pro ratione distribuit, cæmeteriaque singulis, quod ante cum fecerant quidam antecessores, vicissim consignavit. Vide Baron. anno 270. num. 17.

Idem Dionysius papa teste S. Athanasio lib. de decretis synodi Nicænae adversus Sabellianos insignem scripsit epistolam, in qua unitatem Dei in trinitate & trinitatem in unitate egregie confirmavit. Utinam ea nunc adesset ad refellendos novos veteresque Arianos & Sabellianos.

*a* Conc. Arel.  
c. 13 q. 1  
*b* Nemini  
præterquam.

*c* professio ista  
in mi.  
*b* Hadr. coll.  
c. 4 An. in  
repiet. tit. l.  
const. 22.  
lib. 12 cod.  
Theod. 2. 9.  
Alieni.

*c* S. Gregor.  
epist. 113.  
lib. VII. cu  
jus verba ac  
berentur quidvis dare parati sunt, lucrum A inaniter captans, & pietatem quæstum esse existimans. Neque quod fastu & arrogantia supra modum elatus secularis gerit dignitates, & ducenarius vocari quam episcopus mavult; per forum magnifice incedens; epistolas legens ac dictans inter ambulandum, palam ac publice; stipatusque maxima hominum multitudine partim præeuntium, partim subsequendum; adeo ut ex illius fastu & arrogantia incredibilis invidia odiumque multorum adversus fidem nostram conflatum sit. Neque item attinet examinare ambitionem hominis vanitatem in ecclesiasticis conventibus, quam omni studio consecretatur; nihil aliud quam inanem gloriam captans, & pompam affectans, atque hujusmodi artibus animos imperitorum perterrefaciens. Nam & tribunal & sublimem thronum, non ut Christi discipulus sibi ipse construxit: & secretum perinde ac secularis magistratus ita appellatum habuit. Ad hæc semper manu percutere, & tribunal pedibus pulsare solitus. Eos vero qui non laudarent, nec, ut in theatris fieri solet, oraria concuterent, neque una cum fautoribus ipsius, viris ac mulierculis indecore auscultantibus exclamarent atque exsisterent; sed cum gravitate ac modestia sicut in domo Dei decet audirent, increpabat & contumeliosis afficiebat. Et alios quidem legis notitæ doctores jam vita sanctos petulanter in concione lacerabat: de se autem ipse magnifice loquebatur, non ut episcopus, sed ut sophista quidam & impostor. Quinetiam psalmos in honorem domini Jesu Christi cani solitos, quasi novellos & a recentioribus hominibus compositos abolevit. Mulieres autem magno pasche die in media ecclesia psalmos quosdam canere ad sui ipsius laudem instituit; quod quidem audientibus horrorem merito inculserit. Episcopus quoque vicinorum pagorum & civitatum, necnon & presbyteros assentatores suos submitit, qui in suis ad populum concionibus eadem de ipso prædicarent. Etenim filium Dei e caelo descendisse, nobiscum confiteri renuit, ut aliquid obiter præmittamus ex iis quæ infra uberius exponentur. Neque id simplici assertionem nostra, sed ex ipsis quæ ad vos missionis gestis non semel declaratur: maxime vero ubi dicit Jesum Christum e terra ortum fuisse. At vero illi qui in ejus honorem psalmos canunt, & coram populo cum de prædicant: ipsum quem impietatis doctorem habuerunt, angelum esse dicunt e caelo delapsum. Atque hæc ille omnium hominum superbissimus non prohibet: sed interest ipse cum dicuntur. Quid hic referre attinet subintroducitas ut Antiocheni vocant mulieres, tam ipsius quam presbyterorum ejus ac diaconorum? In quibus non hoc solum, sed etiam alia insanabilia crimina, quorum conscius est & quorum ipsos reos esse convicit, nihilominus tegit ac dissimulat, ut illos sibi obnoxios habeat: utque dum sibi ipsis metuant, ipsum ob ea quæ impie agit ac loquuntur, accusare non audeant. Ad hæc divitiis eos locupletavit. Cujus rei causa ab iis qui talia concupiscunt, amaturaque suspicitur. Quid, inquam, attinet hæc scribere? Scimus utique, fratres dilectissimi, episcopum & universum clerum, bonorum operum exam-

δυνάμεις, & διακρίσεις μάλλον ἢ εἰσέτιος δέλων καλεῖσθαι. καὶ σοβῶν κατὰ τὰς ἀγοράς, καὶ ἐπιστολάς ἀναγιγνώσκων, καὶ ἐπαγορεύων ἀπὸ βαδίζων δημοσίᾳ, καὶ δορυφορούμενος, ἤδη μὲν ἀποπορεύων, ἤδη δὲ ἐφεκομένον πολλῶν τῶν ἀειδόνων: ὡς καὶ τὴν πίσιν φρονεῖσθαι καὶ μισεῖσθαι διὰ τὸν ὄγκον αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπερηφανίαν τῆς καρδίας: ἔτε τὴν ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς συνωδοῖς περὶ τῶν, ἢ μὴ γινώσκων δεσποτικῶν καὶ φαντασιοκοπῶν, καὶ τὰς τῆς ἀκραιότερων ψυχῶν τοῖς τοῖσι ἐκπλήκτων βήμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλῶν ἑαυτοῦ κατασκευασάμενος, οὐχ ὡς Χριστοῦ μαθητῆς, σῆκρητον δὲ, ὡς περ οἱ τῶ κόσμῳ ἀρχόντες, ἔχων τε καὶ ὀνομαζών. παίων τε τῆ χειρὶ τῶν μηρῶν, καὶ τὸ βῆμα ἀράτων τοῖς ποσὶ, καὶ τοῖς μὴ ἐπαίνοσι, μὴ δὲ ὡς περ ἐν τοῖς θεατροῖς κατασκευάσει τῶν ὀθόνων, μὴ δ' ἐκβῶσι τε καὶ ἀναπέδησι κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν εἰσιωπῆς ἀνδράσι τε καὶ γυναικί, ἀκόσμως ὡς ἀκροαμένους. τοῖς δ' αὖτε ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ συμπνοοῦσας καὶ ἐκτικτῶν ἀκόσμι, ἐπιτιμῶν καὶ ἐνυβεζῶν: καὶ εἰς τὰς ἀπὸ ἑθόνων ἐκ τῶ βίᾳ τῶν παροινῶν ὑψηλῆς τοῦ λόγου, σοφικῶς ἐν τῶ κοινῷ, καὶ μεγαλοῤῥημονῶν πρὸς ἑαυτῶ, καθάπερ ἐκ ἐπίσκοπος, ἀλλὰ σοφιστῆς καὶ γόης. ψαλμοὺς δὲ τῶν μὲν εἰς τὸν κῆρυον ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παύσας, ὡς δὴ νεώτερος καὶ νεώτερος ἀνδρῶν συγγραμματα: εἰς ἑαυτῶν δὲ ἐν μισθῶ τῆ ἐκκλησία, τῆ μεγάλῃ τῶ παγα ἡμῶν, ψαλμοῦδων γυναικῶν παρασκευάων, ὧν καὶ ἀκόσμις ἀν τῶν φεζῶν: οἷα καὶ τῶν θεωπλόντων αὐτὸν ἐπίσκοπος τῶ ὁμέρων ἀγῶν τε καὶ πόλεων, καὶ ἀρεσβυτέρων, ἐν ταῖς ἀπὸ τῶ λαοῦ ἐμιλίαις καθήσει ὀφθαλμοῦ. τῶ μὲν γὰρ ἰδὼν τῶ Θεοῦ ἔβλεπται συνομολογεῖν ἔξ ἑρανοῦ καταληλυθέναι, ἵνα τὶ ἀπολαβόντες τῶ μιλόντων γραφῆσθαι δῶμεν: καὶ τῶτο ἔ λόγῳ ψιλῶ ἔθνηται, ἀλλ' ἔξ ὧν ἐπέμφαμεν ὑπομνημάτων δέκνεται πολλαχόθεν. ἔξ ἡκιστῶ δὲ ὅπου λέγει Ἰησοῦ Χριστοῦ κατῶθεν: οἱ δὲ εἰς αὐτὸν ψαλλόντες καὶ ἐγκωμιάζοντες ἐν τῶ λαῷ, ἀγγέλιον τῶ ἀσέβῃ διδάσκαλον ἑαυτοῦ ἔξ ἑρανοῦ καταληλυθέναι λέγουσι: καὶ ταῦτα ἔ κωλύει, ἀλλὰ καὶ λεγομένοις παρέστι ὁ ὑπερήφανος. τῶ δὲ συνομολογῶν αὐτῶ γυναικῶν ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομαζῶν, καὶ τῶ περὶ αὐτὸν ἀρεσβυτέρων καὶ ὀφθαλμῶν, οἷς κατῶ καὶ τῶ ἄλλα ἀμαρτημάτων ἀνιάτα ὄντα συγχρόσται, συνομολῶν καὶ ἐλέγξας ὅπως αὐτοῦ ὑπόχρεως ἔχη, περὶ ὧν λόγοις καὶ ἔργοις ἀδικεῖ, καὶ τῶ μιλόντων κατηγορεῖν τῶ κατ' ἑαυτοῦ φόβῳ: ἀλλὰ καὶ πλουσίους ἀπέφηνεν: ἐφ' ὧ ἀπὸς τῶ τῶ ταῦτα (ηλιώτων φιλέται καὶ θαυμάζεται: τί ἂν ταῦτα γράφομεν; ἐπιστάμεθα δὲ ἀγαπητοὶ ὅτι τῶ ἐπίσκοπον καὶ τῶ ἱερατεῖον ἀπαν παραδειγμα εἶναι δεῖ τῶ πλῆθει παπῶν καλῶν ἔργων. καὶ αὐτῶ ἐκείνο ἀγνοοῦμεν, ὅσοι ὑπὸ τῶ συνομολογῶν ἑαυτοῖς γυναικῶν ἔκτισον: οἱ δ' ὑποκρίθησαν: ὡς εἰ καὶ δοῖν τῶ αὐτῶ τῶ μηδὲν ἀσελγῆς ποιῶν, ἀλλὰ τῶ γὰρ ὑπονομῶν τῶ ἐκ τῶ τῶ τῶ σπῆματος φουρμῶν, ἐχρῆν ἐλαβῆσθαι, μή τινα ἐκκαθάριση: τῶ δὲ καὶ μισοῦσθαι ἀποβῆσθαι: πῶς γὰρ ἂν ἐκπληκτικῶν ἢ ὑποδότησιον ἔτερον, μὴ συγκαταβαίνειν ἐκπληκτικῶν



εις ταυτων γυναικι μη ολιγωρη φυλακτουμεν ως  
 γυρακται. ος τις μίαν μόνον απέστησεν ήδη, δύο  
 δι' αμαρτίας και καταρκείς την ψυχή έχει μεθ'  
 ίαυται, και απήκη, συμπεριφέρει. και ταυτε  
 ευφών και επιρεμπιμπλάμβος. ων ενεκα ενάγει-  
 σι μόνον και οδύρονται πάντες καθ' ίαυτους. και  
 δι' τίνω τυραννίδα και δυναστείαν αυτην προβλε-  
 πται, ώς καταγορευν μη τολμαν. αλλά ταυτε  
 μη, ως προεφηκαμεν, εδουνην αντισ τον αδρα-  
 τισ του φρονημα καθολικον έχουσι, και συγκε-  
 τρωθιμεντων ημίν. τω δε εφορησαμεν τον μω-  
 στρον και εμπροσθενται. τω μίαν αιρίσει τή  
 Αρτεμα (τι γαρ ε χρη μέλις τον πατέρα αυτην  
 δηλωσαι) εδεν δειν ηγοιμεθα ταυτων τω λο-  
 γισμοις απαιτεν. ειτ' επι τω επιστολῃς,  
 ταυτ' επιλεγομεν. υναρχαθησθαι αυτ' αποκα-  
 λησθαι αυτην τω Θεω και μη έχουσι εκκρησαν-  
 τες. ετρον αυτ' αυτην τή καθολικῃ εκκλησιῃ κοι-  
 νισθαι επισκοτον Θεω ποιοις ωι τελευσι-  
 μεθα, τιν τῃ μακαριου Δημητρίου και επιφα-  
 νου ποσοις ποσῃ τῃς αυτης παροικίας  
 υιον Δόμονο απαι τῃς ποσεισιν επισκοτω κα-  
 λοις κοσμουμῃον. εδηλωσαμεν τε υμίν, οπως  
 ταυτω γαρ ημε, και τῃ παρα ταυτου κοσμουμῃον δε-  
 χουσι γραμματι. τω δε Αρτεμα εδῆς επιστε-  
 λτω και οι τῃ Αρτεμα φοροισιτες, τῃς κοι-  
 νωσισιν αυτων. και ταυτα μόνον εσταυθει και εδω. τω  
 δη αυτ' Παυλο αυτ' και τῃ τῃς πῃς ορθοδο-  
 ξια τῃς επισκοπῃς εκκεπηκωτος, Δόμονο, ως ε-  
 ημεται, τίνω λειτουργίαν τῃς κατῃ Αντιοχειαν εκ-  
 κλησίας διδουσα. αλλά γυτο μηδῃως εδῆσαι  
 τῃ Παυλο τῃ τῃς εκκλησίας οἰκῃ θελοτες. βα-  
 σιλευς εσταυθει Αρτεμα, αισιωται περ  
 τῃ ποσεισιν διδουσα. ταυτις νεμαι ποσοιτων  
 τῃ οἰκῃ, οἰς αν οι κατῃ τίνω Γαλιαν και τίνω  
 Ρωμιαν πολιν επισκοτοι του δογματος επιστε-  
 λωσι. αυτῃ δῆται ο ποσεισιν αυτῃς μετῃ τῃς  
 εχαις αιρίσει, υπο τῃς κοσμουμῃον αρχῃς ε-  
 λαυεται τῃς εκκλησίας.

plum multitudini praebere debere. Neque il-  
 lud ignoramus, quot ex ejusmodi mulierum  
 contubernio partim in praecipit lapsi sint, par-  
 tim in suspitionem venerint. Itaque etiam si  
 quis concesserit nihil ab eo turpe committi,  
 suspitionem tamen quae inde solet, vitari  
 oportebat; ne quemquam offenderet, neve  
 aliquos ad imitationem sui provocaret. Quo  
 enim modo increpabit alium & admonebit,  
 ut a frequentiori mulieris consuetudine ab-  
 stineat, ne forte corruat sicut scriptum est:  
 is qui unam quidem iam dimisit, duas vero  
 atate florentes & forma conspicuas secum ha-  
 bet, & quocumque proficiscitur circumducit;  
 idque deducens distuens & epulis sese ingurgi-  
 ans. His de causis omnes quidem apud se  
 privatim ingenitae atque suspirant: sed po-  
 tentiam ejus ac tyrannidem adeo reformi-  
 dant, ut acculare illum non audeant. Ver-  
 rum de his sicut antea diximus examinaverit  
 fortasse aliquis & in iudicium vocaverit  
 hominem catholicae professionis, nobisque fi-  
 dei ac ministerii societate conjunctum. Ab  
 hoc vero qui prodito atque ejurato religionis  
 nostrae mysterio ad execrandam transgressus  
 haeresein Artemae (quidni enim parentem il-  
 lius vobis tandem indicemus?) in ea se plu-  
 rimum jactavit: ab hoc, inquam, rationem  
 eorum omnium exigendam esse non existi-  
 mamus. *In fine autem epistolae haec adiciunt.*  
 Hunc igitur Deo bellum indicentem, nec  
 cedere volentem, cum a communione nos-  
 tra abdicasset, necesse habuimus alium  
 eius loco ecclesiae catholicae episcopum ordi-  
 nare non absque divina ut credimus provi-  
 dentia: Demetriani scilicet beatae memoriae  
 episcopi, qui ante hunc magna cum laude  
 eandem rexit ecclesiam, filium Domnum,  
 virum omnibus quae episcopum decent, doti-  
 bus exornatum. Quod quidem idcirco vobis  
 significavimus, ut ad eum scribatis, & ab  
 eo communicatorias litteras accipiat. Hic  
 vero ad Artemam scribat, si lubet; & qui  
 Artemam fecerantur, cum eo communicent.  
*Et haec quidem a nobis hic relata sunt.* Igi-  
 tur cum Paulus a recta fide simul & episco-  
 patu excidisset, Domnus, ut dictum est, admi-  
 nistrationem Antiochenae ecclesiae suscepit. Sed  
 cum Paulus e domo ecclesiae nullatenus excede-  
 re vellet: interpellatus imperator Aurelianus  
 vestissime hoc negotium disjucavit, iis domum  
 tradi praecipiens, quibus Italiae Christianae re-  
 ligionis antistites & Romanus episcopus scri-  
 berent. Hoc modo vir supra memoratus cum  
 summo dedecore per saecularem potestatem ab ec-  
 clesia exturbatus est.

EADEM SYNODUS ANTIOCHENA HELENI

Sic dicta in libello synodico.

Συνodus θεία καί ιερά τοπική, εν Αντιοχεια  
 συναθροισθεσα, ης εταχος υἱ Ελευθε-  
 ρου, ο Ταρσοῦ ἐπίσκοπος, Θεόδωρος, ο Μοψουστίας,  
 ο Σαματιανῶς Γρηγόριος, Καισαρια Ποντου,  
 Αθανάσιος Λαοδικείας, ο Εφροσῶνος, ο Απτοῦ οἰ  
 περὶ τοῦ πάρα καθῃς ἐκαθροῦται, καὶ Μαλχίαν,  
 Αντιοχειας ο Ιεραποστολῆς. καθῃς εταχος υἱ  
 εταχος Παυλο του Σαμοσατου, καὶ οἱ ἄλλοι Απ-  
 τῃς Καίσαρα ἐπὶ Χριστῶν συνισθῶσιν.

Synodus divina & sacra provincialis, An-  
 tiochiae collecta: (cujus partes erat Hele-  
 nus, Tarsi episcopus: Theodorus, Mopue-  
 stiae: miraculorum effector Gregorius, Cata-  
 reae Pontis: Anatolius Laodiceae, hierophorus,  
 cujus de paschate canones circumferuntur: &  
 Malchion Antiochiae, sanctissimus) quae de  
 posuit & abdicavit Paulum Samosatenum,  
 qui nihil aliud, quam Annas & Cajaphas,  
 de Christo docuit.

EADEM SYNODUS ANTIOCHENA,

Ex annalibus Eusebii Patriarchae Alexandrini pag. 396. editionis Oxoniensis Arabico-Latinae.

Anno imperii Claudii Caesaris primo constitutus est Paulus patriarcha Antiochenus, qui cum annos octo sedisset, mortuus est. Cognominatus est autem Paulus Somasitanus quod ex incolis Somasitae esset, fuitque idem auctor haereticos Paulicianorum. Qui eandem cum ipso fidem professi sunt, eandemque sententiam amplexi a nomine ipsius Pauli Pauliciani. Sententia autem Pauli Somasitani haec erat, dominum Christum hominem fuisse a deitate creatum eiusdem cum nostrum aliquo substantiae, & principium Filii a Maria fuisse, ipsumque electum fuisse ut esset salvator substantiae humanae, comitante ipsum gratia divina & in ipso habitante per amorem & voluntatem, ideoque vocatum esse Filium Dei. Dixit etiam Deum unam esse substantiam, unamque personam, neque in Verbum credebat, neque in Spiritum sanctum. Post mortem igitur ipsius congregati sunt episcopi tredecim in urbe Antiochena, qui in ipsius factum & sententiam inquisiverunt, & cum ipsum & quotquot sententiam eius amplecterentur anathemate devoverunt, reversi sunt. Mortuo Claudio Caesare

Romanorum imperatore, post ipsum Romanis Romae imperavit Aurelius Caesar annos quinque, idque anno regni Hormosi filii Naris regis Peritarum quarto. Anno imperii Aurelii Caesaris primo constitutus est, Dionysius patriarcha Romanus qui octo annos sedit, &c.

Tam crassi porro tamque frequentes in rebus praesertim chronologicis errores Eutychianorum annalium hoc apud eruditos lectores haecenus effecerunt, ut vix unius assumentur assis cum ad Eusebium, Socrate, Sozomeno, Euzegrio, aliisque probatis Graecis Latinisque scriptoribus dissentiant. Idem paulo ante pag. 332. referunt synodum incerti loci ab Heracla convocatam, cuius nemo alius, quod meminerim, fecit haecenus mentionem. Morbino, inquit Eusebius, Demetrio successit est Heraclas patriarcha Alexandrinus, qui episcopos constituit viginti. Ex his unus erat Ammonius dictus, religionis defensor. De quo simul ac ad Heraclam delata est fama, congregavit is synodum episcoporum, & in urbem Ammonii perrexit, ubi re sua cognita & peripeta eum ad veritatem reduxit. Haec ille.

ANNO CHRISTI 370.

ADDITIO.

ANNO CHRISTI 370.

Ad Concilium Antiochenum habitum anno Christi cclxxx. sive Fragmenta dispositionis in eo susceptae adversus Paulum Samosatenum a Malchione Presbytero Antiocheno.

Ex nova Basilicensi collectione. Apud Leonem Byzant. lib. 1. contra Nestor.

Paulus. Ut nec unctus ex David alienus sit a sapientia, neque sapientia in alio habitet. Et paulo post. Qui videbatur, non erat sapientia. Non enim poterat reperiri in figura sine habitu, nec in spectatione viri. Major est enim iis quae spectantur.

Petrus Diaconus in lib. de incarnatione ad Fulgentium cap. 1.

MALCHION. Ex simplicibus sit certe compositum, sicut in Christo Jesu, qui ex Deo verbo & humano corpore, quod est ex femine David, unus factus est, nequaquam ulterius divisione aliqua, sed unitate subsistens. Tu vero videris mihi secundum hoc nolle compositionem fateri, ut non substantia sit in eo filius Dei, sed sapientia secundum participationem. Hoc enim dixisti, quod sapientia dispendium patitur, & ideo composita esse possit; nec cogitas quod divina sapientia sicut ante quam se exinanisset indiminuta permansit, ita & in hac exinanitione quam gessit misericorditer, indiminuta atque indemutabilis extitit. Et hoc etiam dicis, quod sapientia habitaret in eo. Habitamus & nos in domibus, ut alter in altero; sed neque pars domorum nos sumus, nec nostra pars domus est.

Apud Leonem ibid.

ITEM MALCHION. Nonne ante dicebam quod non concedis filium unigenitum, qui est ex aeternitate ante omnem creaturam, in toto salvatore, id est, unum esse tantum substantiam?

FRAGMENTA EPISTOLAE, ut videtur, eiusdem synodi, eius videlicet partis quam constat omissam ab Eusebio fuisse.

SI autem secundum formationem & generationem copulatus erat, homini hoc accideret: & rursus, non enim congeneratam fuisse cum humanitate sapientiam, ut nos credimus, substantialiter, sed secundum qualitatem. Et post alia. Quid autem vult dicere aliam esse & diversam formationem Christi a nostra, volentibus nobis in hac maxima una re differre ipsius constitutionem a nostra, quod scilicet in ipso sit verbum quod in nobis homo interior. Et postea. Si dicere habitasse in eo sapientiam sicut in nullo alio, hoc modum quidem inhabitationis eundem declarat, mensura vero & multitudinis excellit, verbi gratia, duplo plus, aut quomodoque amplius, vel minus duplo quam alii, cognoscente ipso a sapientia. Hoc autem nolunt catholici & ecclesiastici canonici, sed potius illos quidem participasse sapientiam foris inspirantem, quae alia est apud ipsos, ipsam vero sapientiam per se ipsam substantialiter in corpore ex Maria venisse. Et post alia. Accedunt non esse suos filios. Si autem filius est Dei Jesus Christus, filius vero etiam sapientia; & aliud est sapientia & aliud Christus, duo sunt filii. Et postea. Copulationem vero

Apud Leonem ibid.

cum sapientia aliter intellige secundum disciplinam & participationem, non autem secundum substantiam in corpore formatam. Et post alia. Neque Deus, qui corpus humanum terebat & induerat, passionum humanarum principaliter expers erat, neque corpus hu-

amanum divinarum operum principaliter expers erat in eo in quo erat & per quem hæc opera faciebat. Formatus est principaliter ut homo in ventre; & secundario Deus erat in ventre *εὐρυχωρίας τῆς ἀνδραπύρας*, id est, copulata substantia ejus cum homine.

ANNO CHRISTI 275. 276.

ANNO CHRISTI 275. 276.

V I T A,  
EPISTOLÆ ET DECRETA  
FELICIS PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

**F**elix natione Romanus ex patre Constantio, b fedit annos 4, menses 3, (a) dies 15, c Martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Claudii & Aureliani, a d consulatu Claudii & Paterni, usque ad consulatum Aureliani & Capitolini. e Hic constituit, supra sepulera aut memorias martyrum missas celebrari. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros novem, diaconos quinque, episcopos per diversa loca, quinque (Sepultus est in cœmeterio tuo ubi &) basilicam (b) fecit via Aurelia, milliario ab urbe Roma secundo, III. Kalend. Junias. Et f cessavit episcopatus dies quinque.

horum consulatum Dionysius adhuc supervixerit, ut supra dicto loco ostendimus.

Commemoratio sanctorum in Missa fieri debet.

quoddecim

NOTE SEVERINI BINII

**a** Felix. ) Ultimo die anni 272 Felix Dionysio substituitur, cum Aurelianus imperator annum imperii pontificatum adeptus. Augustinum persecutionem Christianorum instaurasset. In qua, teste Eusebio libro 7, cap. 24, hoc memorabile accidit, quod cum ceteri in Christianos promulgando impetator subsisteret, repente brachium suum obsequens, & divina ultione debilitatum esse sentit. Quod autem ait Eusebius cum a persecutione d. fuisse, & ipse terribim fuisse, ideoque a persecutione d. fuisse, & ipse in chironia negat, dicens, nihil in seles periculum fuisse, & ob eam causam celesti vindicta subitum esse. Et recte, nam ex probatissimis actis sancti Symphoniani martyris, & ex martyrologio Romano constat, non modo Symphonianum, verum plures alios sub Aureliano martyrium subisse. Baron. anno 272. in fine, & anno sequenti.

**b** Sedit annos 4, menses 3, dies 15. ) Annis duobus, & mensibus 7, minus uno die Felicem sedisse, cœptis & per martyrium cœsi pontificatus tempora intelliguntur.

**Martyrio coronatur.** ) Tertio Kalendas Julias anno 275, Felicem martyri coronam adeptum fuisse, præter auctoritatem libri pontificali, indicat epistola ejusdem, quam scripsit ad Maximum Alexandrinum episcopum Dionysi successorem, cujus fragmentum in concilio Chalcedonenis actis extat, qua nomen illius ab ipso titulo martyrii conscriptum est. Tertio Kalendas Julias occisum esse, indicat martyrologium, anno 275, martyrem factum esse, facti consulares hic positi, & nomen Aureliani in tabulis ecclesiasticis signatum, testantur, consulatus enim Aureliani Aug. III secundus, & Julii Capitolini primus, anno prædicto 275, notatur. Errant igitur, qui feci Felicem quatuor vel quinque annos tris buunt. Baron. anno 275, num. 1.

**Immo ab errasse Bar. ostendemus in notis.** Error libri pontificali, libri pontificali aberrasse, propterea quod biennio post

Hoc decretum non recens a Felice papa nunc primum est institutum. Nam longe ante Felicis tempora ejusmodi institutionem ecclesia sibi vendicavit, & quidem convenientissime secundum scripturam sacram, Apocal. cap. 7, ubi sepulera martyrum appelluntur altaria Dei: ideo quod, ut interpretantur omnes Græci & Latini, super illis sacrificia offerri consueverunt. Hoc antiquissimæ liturgiæ Jacobi & Clementis, in quibus sanctorum apostolorum & martyrum quorundam nomina recensentur, evidentissime confirmant: maxime autem & firmissime id probatur testimonio Cypriani lib. 3, epist. 6, ubi petit annotari, & ad se scribi diem mortis singulorum martyrum, ut possit nominatum in die anniversario passionis eorum pro eis sacrificium offerri. Itaque cum prædicti patres ecclesiæ longe ante tempora Felicis glorioso martyrio coronati discesserint, dubium nullum esse potest, hanc consuetudinem offerendi sacrificium Deo, in quo sanctorum apostolorum ac martyrum gloriosa commemoratio fit, non recens hoc tempore a Felice institutam esse, sed saltem illam hæc de se traditionem apostolicam, qua animis fidelium dumtaxat hæcenus inscripta fuerat, nunc publico edicto confirmatam, & ubique locorum promulgatam esse. Et merito, sancti enim sunt membra mystici corporis, cuius nomine sacrificium veri corporis Christi offertur, & offerri debet: ac prout sicut in eo viventes pontifices, reges, & multi alii nominantur, ita etiam in eodem mortui nominari debent, siue sint in calce, siue in purgatorio; omnes enim ad idem corpus pertinent. Accedit quod, ut Augustinus lib. 10, Civitatis Dei, 6, & l. 22, cap. 10, scribit, in sacrificio altaris significatur generale sacrificium, quo universum Christum corpus, quod est tota per Christum redempta civitas, Deo offertur per Christum sacerdotem magnum, ad cuius compagem cum pertineant etiam sancti, qui in celo sunt, fit ut illi merito suo ordine in sacrificio altaris nominari debeant. Vide Bellarm. de Missa lib. 2, cap. 2.

Cur sanctorum commemoratio in Missa fieri debet?

**f** Cessavit episcopatus. ) Hæc si vera sunt, quod creditur, factum est, factum est ipsum Eurychianum sub consulatu tertio Aureliani, qui incidit in annum Christi 276, ut scribit liber pontificalis in ejus vita, sedera corripit, adeoque sedem pontificiam ultra annum vacavit. Baron. prædicto anno 275, num. 9.

Quandiu sedes vacavit.

EPI-

(a) Inc. XXV. (b) Anfula inclusa desunt in Inc. statum ponit. f. fecit basilicam in via Appia ubi & sepultus est III. Kal. Jun. milliario ab urbe Roma II. & cœditus &

EPISTOLA I. FELICIS PAPÆ I.

AD PATERNUM EPISCOPUM.

De judiciis & accusationibus & defensionibus sacrorum ordinum:

- I. Quod detractores & factores inimicorum ab accusatione episcopali submoveantur.
II. Ne minores a majoribus accusationibus impetantur.
III. In re dubia non judicetur certa sententia de his qui adversus clericum causam aliquam habent in provincia.
IV. Clerici actiones suas exercent.
V. Primate in accusatum episcopum quomodo se gerere debeant.
VI. Iudices ecclesia ne absente eo, cujus causa ventilatur, sententiam proferant, & ne proditoris calumnia aut vox audiat.

Carissimo atque dilectissimo Paterno coepiscopo, Felix episcopus in domino salutem.

b S. Leo ep. 21.

Gaudere me plurimum & exultare in domino, dilectionis tue scripta fecerunt, quibus evidenter ostenditur, quantum catholicam diligis fidem, & quantum hæreticum detestaris errorem. Hæresis quippe est nimis impia, & evangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta convellere. Quocumque enim rapit ad se, non solum in hoc vitium, sed in multa alia vitia ruere facit: & ipso suadente antiquo hoste, non solum persecutores ecclesiæ, sed etiam sacerdotum ejus, fiunt. Una igitur mente corrigere curemus & insequamur tales, & ab hoste suo ecclesiam, ejusque fideles & sacerdotes domini nitamur liberare. Præstabit vires omnipotens redemptor noster caritati atque justitiæ: præstabit nobis, longe a se positus, unitatem spiritus sui ipse, cujus artificio, quasi in arcæ modum, quatuor mundi constructa lateribus, atque impatribilium lignorum compage, & bitumine caritatis adstricæ est ecclesia, ut nullius adversitate spiritus nullius, venientis extrinsecus tumore fluctus perturbetur. Sed quemadmodum illius gubernante gratia, petendum est, ut nulla nos superveniens exterius unda conturbet, ita ex totis orandum est visceribus, frater carissime, ut suæ providentiæ dextera cumulum sententiæ nobis interioris exhauriat: Adversarius quippe diaboli, qui contra humiles sæviens, sicut leo rugiens circumit, quærens quem devoret, non jam, ut cernimus, caulas circumcivit, sed ita valide in quibusdam ecclesiæ necessariis membris dentem figit, ut nulli dubium quia nisi unanimiter, faciente domino, cunctorum provida pastorum turba concurrat, omne (quod absit) citius ovile dilaniet.

Concil. General. Tom. I.

c quocumque enim serpat.

d S. Gregor ep. 26 lib. 17.

e. Tit. 5.

f circuit

I.

Quapropter detractores, qui divina auctoritate eradicandi sunt, & factores inimicorum, ab episcopali submoveamus accusatione.

II.

Similiter ne summorum quispiam, minorum accusationibus impetatur, aut dispercat.

III.

Neque in re dubia certa judicetur sententia, nec ullum judicium, nisi ordinabiliter habitum teneatur.

IV.

Si quis super quibuslibet criminibus clericum pulsandum crediderit, in provincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas actiones, nec æstimet eum accusator alibi, aut longius pertrahendum ad judicium. Illi vero, qui pulsatus fuerit, si iudices suspectos habuerit, liceat appellare primates.

V.

Primates quoque accusatum discutientes episcopum, non ante sententiam proferant damnationis, quam apostolica freti auctoritate, aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes & canonicè examinatos regulariter testes convincatur. Aliter irritam esse censemus & injustam episcoporum damnationem, & idcirco a synodo retrahendam, ita ut oppressis ab omnibus, in cunctis subveniatur causis.

VI.

Caveant & iudices ecclesiæ, ne absente eo cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, qui etiam rationem pro actione fratrum in præsentia dabunt. Proditoris vero nec calumnia, nec vox audiat. Nemo enim debitor amplius potest cognoscere, quam ille qui injuriam ejusque sustinuit nequitiam. Omnes ergo qui in Christo volunt pie vivere, necesse est, ut ab impiis & dissimilibus patientur opprobria, & despiciantur tamquam stulti & insani, qui præsentia bona perdunt, ut invisibilia & futura acquirant. Despectio tamen & irrisio talium in ipsos retorquetur qui ipsos infestant: quia & abundantia eorum in egestatem, & superbia transibit in confusionem. Et quidquid justis adversitatum vel malorum irrogatur, non est pœna criminis, sed virtutis examen. Et sicut aurum, quanto plus excoquitur, tanto melius efficitur: sic justus, quanto plus tribulatur (si ipsam tribulationem patienter portaverit) multo purior & carior Deo redditur. Unde ipsa per se veritas dicit: Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. De talibus dominus per Isaiam loquitur, dicens: Audite verbum domini, qui tremistis ad verbum ejus. Dixerunt fratres

Aaaa

(1) Ex Zephyrino Papa. (2) Ex eodem Zephyrino. (3) Ex Synodo Papa. 4. Alias exijmes. 5. In MS. Proditoris. 6. Ex vulgata pascuis vocibus immutata.

1107

fratres vestri, edentes vos & abicienses propter A  
 nomen meum: Glorificatur dominus, & videbitur  
 in laetitia vestra, ipsi autem confundentur. Vox  
 populi de civitate, vox de templo, vox domini  
 reddentis retributionem inimicis suis. Antequam  
 parturiret, peperit: antequam veniret partus ejus,  
 peperit masculinum. Quis audivit unquam tale? &  
 quis vidit hunc simile? Numquid parturiet terra  
 in die una? aut parturietur gens simul, quia  
 parturivit & peperit Sion filios suos? Numquid  
 ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, di-  
 cit dominus? Si ego, qui generationem ceteris tri-  
 buo, sterilis ero, ait dominus Deus tuus? Lata-  
 minis cum Jerusalem; & exultate in ea omnes  
 qui diligitis eam. Gaudete cum ea universi gan-  
 dii, qui lugetis super eam, ut jugatis, & replea-  
 mini ab ubere consolationis ejus, ut mulgeatis, &  
 deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus: quia  
 hæc dicit dominus: Ecce ego declinabo super eam  
 quasi fluxum pacis. & quasi torrentem inunda-  
 tem gloriam gentium quam jugatis. Ad ubera por-  
 tabimini, & super genas blandientur vobis. Quo-  
 modo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor  
 vos, & in Jerusalem consolabimini. Videbitis, &  
 gaudebit cor vestrum, & ossa vestra sicut herba  
 geminabunt. Et cognoscetur manus domini servis  
 ejus, & indignabitur inimicis suis. Quia ecce do-  
 minus in igne veniet, & quasi turbo quadriga  
 ejus, reddere in indignatione furorem suum. & in-  
 crepationem suam in flamma ignis. Quia in igne  
 dominus: & in iudicio suo ad omnem  
 carnem, & multiplicabuntur interfecti a domino.  
 Quis sanctificabuntur, & mundos se putabant in  
 horis post januam intrinsecus, qui comedebant car-  
 nem suillam, & abominationem, & murem: si-  
 mul conlamentur, dicit dominus. Ego autem ope-  
 ra eorum, & cogitationes eorum venio ut con-  
 Gregem cum omnibus gentibus & linguis: & ve-  
 nient & videbunt gloriam meam. & ponam in  
 eis regnum. Et mittam ex eis qui salvati fuerint,  
 ad gentes. in mari, in Africa, in Lyda tenden-  
 tes sagittam in Italiam. & Graciam, ad insulas  
 longe, ad eos qui non audierunt de me, & non  
 viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam  
 meam gentibus, & advenent omnes fratres vestros  
 de cunctis gentibus donum domino, in equis, &  
 in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in  
 carrucis ad montem sanctum Jerusalem,  
 dicit dominus: quomodo si inserant filii Israel mu-  
 nus in vase mundo in dero domini. Et assumens  
 ex eis in sacerdotes & in Levitas, dicit dominus:  
 Quia sicut cæli novi, & terra nova, que ego fa-  
 cio stare coram me, dicit dominus, sic stabis se-  
 men vestrum & nomen vestrum. Et erit mensis ex  
 mense, & sabbatum ex sabbato, & veniet omnis  
 caro, ut adoret coram facie mea, dicit dominus.  
 Egredientur, & videbunt cadavera virorum, qui  
 prævaricati sunt in me. Vermis eorum non mo-  
 vietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt  
 usque ad satiæatem visceris omni carni. Quid  
 aliud detrahentes faciunt, nisi in pulverem  
 flant, atque in oculos suos terram excitant?  
 Et unde plus detractionis pertiant, inde magis  
 nihil veritatis vident? Tales tamen, frater cari-  
 sissime, portandi sunt & corrigendi, quia cæci-  
 runt & dures carorum. His, carissime, respondi  
 breviter consultis tuis, quæ te & omnes epi-  
 scopos regulariter tenere mandamus. Tuam ta-  
 men, frater, monemus prudentiam, ut pro sta-

tu ecclesiam & sacerdotum eius, pro viribus elab-  
 borare studeas, & ordinem sanctæ Romanæ &  
 apostolicæ ecclesie per omnia teneas, & viola-  
 ri sanctorum decreta non permittas, sed omnes  
 quocumque potueris, instruas, ut fructuosos  
 manipulos domino repræsentent. Vale. Data  
 Nonis Junii, Claudio & Aureliano viris  
 clarissimis consulibus.

nono Ka-  
 lend.  
 a Mariano  
 a Felis Cons.  
 nota quam-  
 cumque in  
 veritas in per-  
 tom.

EPISTOLA II.

FELICIS PAPÆ I.

De auctoritate judicis sedis apostolicæ, & de  
 episcopis accutatis. b

b & de memo-  
 ris marty-  
 rum.

Felix episcopus universis episcopis per Gallia  
 provincias constitutis, in domine  
 salutem.

Bonorum operum & spiritualium studio-  
 rum Deum auctorem esse non dubium  
 est, qui eorum incitat mentes, & adjuvat adio-  
 nes. Unde lætari me fecerunt scripta vestra, ex  
 bono studio, & ex integritate fidei devotionis  
 vestræ: sed ex afflictione & contritione vestra  
 magna ex parte tritavere. Tristis enim tristis  
 debito percurri: quia sicut nos ecclesiarum pax,  
 sacerdotumque ejus concordia & tranquillitas  
 plebis, & audire & facit gaudium, ita nos af-  
 fligit & dejicit fraterna afflictio. Vos tamen  
 nolite multum tritari, quia sicut ipsa per se  
 veritas ait: Si de hoc mundo fuissetis, mundus  
 quod suum erat, diligeret: sed quia de hoc mundo  
 non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea  
 odit vos mundus, id est, mundi amatores.  
 Quidquid tamen hi loquantur, aut adverium  
 vos agant, vos tamen semper integram servate  
 fidem, & puram habetote conscientiam, ut in-  
 teger spiritus, & anima servetur in deo domini.  
 Nos vero ad supplementum vestrum fratres &  
 coepiscopos nostros vocavimus amplius quam  
 septuaginta, cum quibus hæc, quæ subter ha-  
 bentur inserta, regulariter tractanda decrevi-  
 mus. Vestris enim epistolis in omnium audien-  
 tia perlectis, quæ multas (ut nostis) querimo-  
 nias & oppressiones in se continebant vestras  
 (decretisque, quæ sunt de accusationibus epi-  
 scoporum) sancta synodus dixit: Hæc sunt,  
 quæ deinceps propter malorum hominum in-  
 fidias, qui in ecclesiam & in ecclesiasticos læviunt  
 viros indifferenter, & conservare firmissime vo-  
 lumus in sæcula. Si quis episcopus ab illis accusa-  
 toribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, post-  
 quam ipse ab eis caritative conventus fuerit, ut  
 ipsam causam emendare debeat, & eam corrigere  
 noluerit, non olim, sed tunc ad summos prima-  
 tes causa ejus canonicè deferatur, qui in con-  
 gruo loco intra ipsam provinciam, tempore con-  
 gruo, id est, autumnali vel æstivo, con-  
 gregati regulariter convocare debebunt, ita ut ab  
 omnibus ejusdem provincie episcopis inibi au-  
 diatur. Quo & ipse regulariter convocatus, si  
 cum aut infirmitas, aut alia gravis necessitas  
 non detinuerit, adesse debet: quia ultra pro-  
 vincie terminos accusandi ante licentia non  
 est, quam audientia rogetur. Nam si suis fue-  
 rit,

c S. Leo ep  
 25.

d Patri Chry-  
 sologi ep. ad  
 Eutychem  
 adre  
 e gaudere fa-  
 cie gaudis  
 coelesti.  
 f S. Gregor.  
 ep. 45. lib.  
 11. c. 11.  
 Joan. 15.

g Thef. 5.  
 Hæc anulis  
 inclusa de-  
 sunt in Lu-  
 c. Syn. Roma-  
 na dicitur  
 Hadr. coll.  
 c. 7.

Sed quæ, quo-  
 tempore,  
 nondum per-  
 tenent. Ex hæc  
 enim epi-  
 stola, quæ spe-  
 ria est, nihil  
 colligi po-  
 test.

h apud Hadr.  
 legatur: tem-  
 pore a cano-  
 nibus per-  
 no Nicæna;  
 hæc arguitur  
 interpos-  
 itionem.  
 i Cod. Theod.  
 lib. 12. tit. 1.  
 cons. 10. c.  
 q. 1. Si epi-  
 scopus sit  
 fuerit

partitur

a quadriga

b abominabilis

c Lybia

b S. Gregor.  
ep. 45. lib.  
11. c. 11.

Matth. 15.

a Non sunt in Felis, hi Consules. a Al. gaudium est.

rit, aut ecclesie sibi commissas rebus expoliatas, aut (quod abis, quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus) a sede propria ejectionis, aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus: tunc canonice, antequam in pristinum statum restituatur, cum omni privilegio sui honoris, & sua omnia, quam insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerunt, legibus redintegrentur: nec convocari, nec judicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate (minime tamen judicandus) advenire sponte elegerit. Nulatenus ergo a quoquam respondere rogatur, antequam integerrime omnia, quae per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati ejus ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur. Praesul vero cum omni honore statui pristino reddatur, & ipse dispositis ordinatque libere atque secure diu suis, tunc regulariter infra quatuor vel quinque, aut septem menses juxta quod possibilitas ei fuerit, & non ante, convocatus ad tempus, concilio in legitimo & canonico, veniat ad causam: & si ita juste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Nam hoc summo opere providendum est, ne antequam haec omnia fiant, coactus respondeat, quia contentio semper vitanda est. Adimi namque episcopo episcopatum, antequam causam ejus exitus appareat, nulli Christiano videri jure potest, quia talis praesumptio sacrilegium est, & auctor talis praesumptio sacrilegus. Quod si aprotans fuerit episcopus, aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat. Nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur; nisi ad causam suam dicendam electorum judicium die statuta literis evocatus, minime occurrerit: hoc est, nisi eum aliqua praecoccupaverit necessitas infra spatium praedictorum mensium, & eo amplius, prout causa dilaverit. Quod si ex utraque parte ad causam dicendam venerint; quia unus absque altero audiri non debet, querendum est in iudicio, cujus sint conversationis & fidei atque suspitionis accusatores, aut qua intentione hoc faciant: quia ad hoc admitti non debent, nisi bonae conversationis & rectae fidei viri, hi videlicet qui omni suspicione careant, & bona vita clareant, neque infames existant. Quod si accusatorum personae in iudicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas asserere (non tamen criminales) vel ecclesiasticas voluerint. Infamis enim persona, nec procurator potest esse, nec cognitor. Absente vero adversario, non audiat accusator: nec sententia, absente parte alia, a iudice dicta, ullam obtinebit firmitatem: neque absens per alium accusari, aut accusare potest, nec affinis ullam testis admittatur. Neminem ergo exhiberi de provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem iudicis, ad quem fuerit appellatum, id est, ut auctor semper rei forum sequatur. Si quis autem iudicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat per aliam. Huc usque capit. coll. Hades, qui buldum subinde merrit. 3. q. 6. Peregrina iudicium. Hadr. coll. 17. ex cons. 10. tit. 1. lib. 12. cod. Th.

Autulorum vos accusare, qui diabolice deceptionis errore decepti sunt, voluerint, dum ista legerint vel audierint, respiciant, & ad unitatis concordiam revertantur: & quod prius erat in ultionem, transibit in gloriam. Nam procul dubio multi sunt, qui (secundum apostoli vocem) praevarientes auribus, a veritate audistum avertunt, ad fabulas autem convertuntur, & ad nocumenta honorum transeunt. Ait autem idem apostolus de infidelium ignorantia: Si cognovisset, nunquam dominum gloria crucifixissent. Similiter si hi dominum perinde agnovissent & amasset, nunquam servos ejus perturbasset, nec verbis aut factis persecuti essent. Quod vero idem apostolus dicit: Si enim cum inimicis offensus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus; cur insequimur fratres? cur perturbamus statum ecclesiae Dei? & eos, qui ei servire debent, affligimus? Martyres enim passi sunt, non tamen animae eorum occisae sunt in corporis passione, ore veritatis attestante: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Ubi agnoscit oportet, quod si animae martyrum, corpore precepto, suppliciiis extingui non possunt, nec animae praedicatorum & doctorum persequi debuissent, aut perturbari, & a Dei famulatu averti, quia cum corporibus non desiciunt. Tales autem perturbatores ecclesiae non solum praedicta agunt mala, sed & memorias martyrum execrantur. Quapropter in praefata constitutum synodo, vobisque & omnibus ecclesiae tenendum & apendum mandamus, ut super memorias martyrum missae celebrentur, ne memoriae eorum a talibus extingui, aut veneratio possit prohiberi. Vos vero fratres, nolite multum turbari, nolite vexari, sed confortamini in domino, & in potentia claritatis ejus. Habetote interim ista ad suffragium vestrum, apostolica auctoritate decreta: & scitote, nos semper paratos habere etiam (si necesse fuerit) usque ad mortem, ad quaecumque vobis necessaria fuerint (domino opem ferente) perficienda. Illi tamen, auctore Deo peribunt, & vos stabitis, si tamen labor vester non fuerit inanis, sed plenus fide & caritate. Va, inquit propheta, qui potum dat amico suo, mittens sel suum: Et iterum sapientissimus Salomon ait: Qui loquitur iniqua non potest latere, nec praeterit illum corripiens iudicium. In cogitationibus ergo impiis interrogatio erit. Sermonum autem illius auditio ad dominum perveniet: & ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non absconditur. Haec enim si amplecti voluissent proprio & sano sensu, ad reprobum sensum minime laberentur: sed per Dei timorem sermonum suorum praecaventes custodiam, piam sanctorum patrum definitionem, sine quadam nocenti praesumptione, utique conservassent. Quoniam dicit sacrum eloquium: Consilium bonum conservabit te, & mens bona custodiet te. Non enim de fontibus salutaribus spiritualiter ad acquisitionem aeternae vitae procedunt tales accusationes & detractiones, atque ideo competenter nos beatus Paulus apostolus praemunens ait, non debere plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, in definitione pietatis perdurantes. Qui enim haec praetereunt, non tantum laesi sunt, decedentes a corroboracione sua, sed insipientiae suae dereliquerunt domibus memoriam, ut

Concil. Hipp. c. 11.  
 1. Tim. 4.  
 b honorum  
 c Idem conc.  
 d Idem conc.  
 Rom. 1.  
 d Idem conc.  
 Conc. Gangr. ca. 10. interp. Dia.  
 Sap. 1.  
 Hec eadem in op. Pelic. II. ad Aegyptium.  
 Prov. 1.  
 Rom. 12.

Concil. Hipp. c. 11.  
 1. Tim. 4.  
 b honorum  
 c Idem conc.  
 d Idem conc.  
 Rom. 1.  
 d Idem conc.  
 Conc. Gangr. ca. 10. interp. Dia.  
 Sap. 1.  
 Hec eadem in op. Pelic. II. ad Aegyptium.  
 Prov. 1.  
 Rom. 12.

Enchir. 2  
in lra  
homir  
ita & MS.

in his, in quibus peccaverunt, minime latere A potuissent. Gloria enim & contamelia in lo-  
quela, & in loquela linguæ hominis casus il-  
lius est. Ideoque conveniens est, hanc quidem  
ostensionem reprehensionum illorum nostris ad-  
ibus inferi, ne ulterius jam talia patiamini, semi-  
nantibus eis ariania & scandala, sed letari in of-  
ficiis & dogmatibus vestris mereamini. Igitur eru-  
bescant, ac talia & hujusmodi blasphemiam subtra-  
here festinent, si noluerint a sacerdotali nostro  
collegio segregari, & a totius Christiani populi  
societate divelli. Licet namque de his plura &  
pernecessaria, que in decretis sedis apostolicæ,  
& ab apostolis eorumque successoribus, nostris  
videlicet prædecessoribus, statuta inveniuntur,  
dicere & conscribere potuissemus, tamen melius B  
nobis visum est, ut epistolam oratione clauda-  
mus. Deus omnipotens & hujus unigenitus fi-  
lius, & salvator noster Christus hoc vobis tri-  
buat incitamentum, ut omnibus fratribus & co-  
episcopis nostris, quibuscumque tribulationibus  
laborantibus, totis succurratis viribus, & cum  
eis compatientes, crucem ejusdem domini sal-  
vatoris portetis, ut veri ipsius discipuli coram  
omnibus appareatis, ut & vos, & qui vobiscum  
sunt, hic & in futuro meliora possideatis, qua  
oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor  
hominis ascendit, qua præparavit Deus diligentibus se. Per dominum nostrum Jesum Christum,  
per quem & cum quo omnipotenti Deo gloria  
in sæcula sæculorum. Amen. Valere vos opto,  
carissimi fratres. Data quinto Idus Augusti,  
Claudio & Paterno viris clarissimis consulibus.

1. Cor. 11

b an. Christi  
169. nondum  
mortuo Dio-  
nyso.

EPISTOLA III.

FELICIS PAPÆ I.

AD BENIGNUM EPISCOPUM.

- 1. Errant, qui Filium non videre Patrem con-  
tendunt, eo quod Deum nemo vidit unquam.
- 11. Errant affirmantes Filium minorem Patre,  
quia ille invisibilis, Filius vero visibilis.

Dilectissimo fratri Benigno episcopo, Felix episcopus  
in domino salutem.

c Zacharias  
cp. 5.

d scilicet reser-  
vamus

Suscipientes ° fraternitatis tuæ epistolas, qui-  
bus me requisisti super fidel documentis,  
que ab aliis habebantur aliter, quam rectæ fi-  
dei contineant sacramenta, prout dominus de-  
dit, pro fraternitatis amore respondere non ° re-  
sultavimus. Semper enim dubia & majora ne-  
gotia, terminum ab hac sancta sede, a tempo-  
re apostolorum, qui eam suis documentis in-  
struxerunt, accipere consueverunt. Ed ideo tu  
recte fecisti, quod hujus sanctæ sedis consultis,  
te ceterosque firmari & instrui voluisti.

I.

Continebant enim literæ tuæ, fratrumque  
tuorum, quod quidam dicunt, Filium non pos-  
se proprie videre Patrem, quia scriptum est:  
Deum enim nemo vidit unquam. Et alii fingunt:  
Ideo minor est Patre Filius, quoniam Pater ih-  
li perhibet testimonium. Quidam autem garrunt,  
quod ideo Patre minor est, quia invisibilis ipse

Joan. 1.  
Matth. 17.  
Matth. 9.  
Luc. 9.  
1. Cor. 13.

enim ignorantes divinarum scripturarum & apo-  
stolorum jura, ex proprio aut adulterio sensu  
taliam fabricant, & seducere corda fidelium que-  
runt. Nos vero ad ipsius fontis originem re-  
deamus, ex quo Filium Patrem semper videre  
potuisse vel posse, evidentioribus testimoniis ve-  
teris & novi testamenti literis doceamus Salo-  
mone dicente: *Est tecum sapientia, qua novit  
opera tua, qua adjuvit tibi, cum faceres orbem  
terrarum, & ipsa novit quid sit placitum coram  
oculis tuis.* Et dominus in evangelio: *Nemo no-  
vit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit  
nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Et  
iterum: *Nemo Deum vidit unquam, nisi unigeni-  
tus Filius, qui est in sinu Patris, ipse narravit.*  
Et iterum Judæis dixit: *Vos non nostis eum, ego  
autem novi eum. Quod si dicero, quia non novi  
eum, ero similis vobis mendax. Item ibi: Qui  
ex Deo est, hic novit eum.* Et iterum: *Ego no-  
vi eum, qui ab ipso sum.* Ecce docuimus, quia  
videt semper Filius Patrem. Quomodo ad-  
struunt, cum Patrem non posse videre, in cu-  
jus sinu nascitur permanere? Si sereno sensu  
divinas recenseas scripturas, invenies non solum  
Patrem Filio testimonium perhibentem, sed to-  
tam simul inseparabilem Trinitatem, ipso do-  
mino protestante, qui ait: *Ego sum qui testi-  
monium perhibeo de meipso, & testimonium per-  
hibet de me, qui misit me, Pater.* Et iterum: *Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimo-  
nium meum verum est, quia scio unde venio, &  
quo vado. Et de Spiritu sancto? Cum venerit  
Paracletus spiritus veritatis, ille testimonium  
perhibebit de me.* Intende, quæso, intende, quo-  
niam in quibus una testificationis virtus offen-  
ditur, nullus ab alio neque potior neque infe-  
rior judicatur.

a Videte I-  
thaceli adv.  
Variandam  
Arianam cap.  
16. 17. 18. 19.  
tumque cir-  
loc: atque in-  
do frandem  
agnosce.  
sap. 9.  
Luc. 10.  
Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 1.

Joan. 8.

Joan. 11.

II.

Sæpius ista jam diximus, quia secundum  
b hominis formam Filius visibilis dicitur, se-  
cundum vero deitatis substantiam invisibilis  
prædicatur, Paulo attestante apostolo: *O altitudo,*  
inquit, *divitiarum sapientia & scientia Dei, quam  
incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabi-  
les via ejus!* Et in Isaia: *Cui similem aestima-  
tis eum, cum sit ipse invisibilis?* Et item apo-  
stolus: *Mibi autem minimo omnium sanctorum  
data est gratia hæc in gentibus, evangelizare in-  
vestigabiles divitias Christi, & illuminare omnes,  
qua sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis,  
in quibus omnia creavit. Item ipse: Qui est, ait,  
imago Dei invisibilis.* Et ad Colossenses: *Ego  
Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus meis  
pro vobis, & suppleo qua desunt tribulationum Chri-  
sti in carne mea pro corpore ejus, quod est ecclie-  
sia, cujus factus sum ego minister secundum dis-  
pensationem Dei in ministerium Christi, quod ab-  
sconditum fuit a sæculis & a generationibus.*  
Item ibi: *Ut consolentur corda eorum in carita-  
te, in omnes divitias adimpletionis intellectus, in  
agnitionem mysterii, quod est Christus, in quo sunt  
omnes thesauri sapientia & scientia absconditi.* Et  
in psalm. 76. *In mari est via tua, & semita  
tua in aquis multis, & vestigia tua non cogno-  
scentur.* Et in Salomone: *Sapientiam Dei præ-  
cedentem omnia quis investigabis?* Item ibi: *Ra-  
dix sapientie cui revelata est? & astutias illius  
quis agnovit?* Item ibi: *Disciplina sapientia cui mani-*

b Ithaceli cap.  
10. quo mon-  
itionem fieri  
videt sup-  
riorum.  
Rom. 11.

Isai. 40.

1. Pet. 1.

Colos. 1.

Colos. 1.

Colos. 1.

Colos. 1.

Colos. 1.

Colos. 1.

Colos. 1.

Colos. 1.

Colos. 1.

Colos. 1.

Colos. 1.





ANNO CHRISTI 377. Rediit jam in concordiam nobiscum Baronius, Biatius, Amislesque, ac pluribus doctissimis in nostris synopsi hinc, 1118.

ANNO CHRISTI 377

V I T A  
EPISTOLÆ ET DECRETA  
EUTYCHIANI PAPÆ.  
Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

Eutychianus natione Tuscus, ex patre Marino, de civitate Lunensi, b sedit anno uno, mense uno, die uno. c Fuit temporibus Aureliani, a d consulatu Aureliani III & Marcellini, usque in diem Idum Decembris, e Caro secundo & Carino consulibus. f Hic constituit fruges, fabas & uvas super altario (a) benedici. Hic temporibus suis per loca diversa 342. martyres manibus suis sepelivit. Qui hoc g constituit, ut quicumque fidelium martyrem sepeliret, sine b dalmatica aut i colobio purpurato nullatenus sepeliret, dum tamen hujus constitutionis ad illum pervenisset notitia. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros 14. diaconos quinque, episcopos per loca novem. Et martyrio coronatus. Qui etiam sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, k VIII. Kalendas Augusti. Et cessavit episcopatus dies (b) novem.

d Consulatu Aureliani tertio. ) Mira varietas & inconstantia auctoritatis. Si Aureliano tertium consule pontificatum suspicatus est, sicut hic dicitur, non quinque tantum diebus, quod supra in vita Felicii scriptum, sed integro anno sedem pontificiam vacasse, contra omnium historicorum iudicium ac sententiam dicendum erit. Præterea, si a tertio consulatu Aureliani usque ad primum Cari & Carini, id est ab anno Christi 376 usque ad annum ejusdem 383. pontificatum tenuit, quomodo sibi constet, qui supra uno dumtaxat anno ac mense eum in sede pontificia sedisse scriptum?

Libri pontificali inconstantia.

e Caro secundo & Carino consulibus. ) Caro primo legendum esse, collega ejus Carini, qui huic adjungitur, demonstrat: nam secundus consulatus Cari imperatoris habet collegam Numerianum, qui anno sequente contigit, Baron. anno 283. num. 14.

Quibus consulibus observari.

f Hic constituit fruges, fabas, & uvas. ) Usus benedicensi creaturas in ecclesia antiquissimus est, & ab apostolorum tempore frequentatus, ut constat ex canone apostolorum s. 3. &c. & notis nostris ad eosdem. Eutychianus igitur, qui hæc servanda statuit, non est primus habendus, sed potius qui suo decreto hoc firmius instituerit, idque ut Manichæorum erroribus, hoc tempore (ut supra diximus) exortis, magis obniteretur, qui quod a mali principio creaturas exortas, ideoque execrabiles esse dicerent, atque ipsidem pariter maledicerent; ipse contra, ipsidem benedicensi, eisdem verbo sanctificandas, ac demum pro ipsidem Deo omnium creatori gratias agendas esse exemplo, legibus, ac traditione ecclesie insistens, constitutionem apostolicam, quam contra Cerinthum, & usque sectatores hæretæ primitivæ apostolorum ecclesia tulit, propter renovatam a Manichæis eandem hæresim, hoc edicto a se decreto de novo reformavit & confirmavit. Baron. anno 283. num. 15.

Benedictionis creaturarum auctor quis?

g Constituit ut quicumque fidelium. ) Usus hujus decreti post hæc tempora fines suos prætextu religionis prætergressus est, ut non tantum sanctorum martyrum, verum etiam, ut constat testimonio sancti Gregorii libro 4. dialogorum cap. 40. sanctorum ministrorum corpora regerentur. Quod usque adeo ipse Gregorius alio decreto edito prohibuit lib. 4. in regis. cap. 47. ut etiam corpora Romanorum pontificum, cum humana perferrentur, dalmaticis regi veterit. Baron. prædicto anno num. 6.

Cur Eutychianus de benedictionibus creaturarum decretum edidit?

h Dalmatica. ) Dalmatica est tunica sine manicis, que olim in usu fuit. Vide notas Baron. ad martyrolog. Rom. die 31. Maii littera B.

Soli martyrum cum dalmatica sepelientur.

i Colobio. ) Colobium est tunica sine manicis, que etiam ab antiquis multum usitata fuit. Vide notas in Cassianum, verbo Colobium.

Colobium quid?

k VIII. Kalendas Augusti. ) Sexto Idus Decembris, cui sequitur est assentiri, habetur in martyrologio Romano.

NOTE SEVERINI BINII.

Quando Eutychianus Felici successit. Manichæorum hæresis exorta.

a Eutychianus. ) Anno Christi 377. pridie Nonas Julii in locum Felicii successit Eutychianus, anno quinto Aureliani imperatoris. Sub hujus pontificatu Manichæorum hæresis, auctore Manete seu Manico, Schythiani discipulo, & Terebinthi, qui in Perside inventio nomine se Buddam nominavit, condiscipulo, exorta est. Hic ex sermo philosophaster factus, stultitias suas nullis in locis disputando studuit seminarè: sed sæpe quodam episcopo, tandem in Perside captus, arduè excoriat, penas suorum scelerum atque imposturarum dedit. Docebat (quod blasphemum est) se Paschaletum esse, duo esse rerum principia, unum malorum, alterum bonorum, auctorem carnis, malum esse, ideoque carnis propagationem, ejusdem maledictionem, ac futuram resurrectionem detestabatur. Christum non modo non incarnatum, sed etiam neque natum, neque passum esse: in homine nullum esse liberum arbitrium, baptismum neque necessarium, neque utilem esse. Plura portenta ac verius deliria Manichæorum habent Epiphanius hæresi 66. Cyrillus Hierosolymitanus catech. 6. Augustinus totis voluminibus contra Faustum & Manichæos. Baronius anno domini 277. per totum.

Tempus sedis Eutychiani.

b Sedit anno uno mense &c. ) Eutychianum non octo dumtaxat mensibus, quod Eusebius scribit in ch. n. & 7. hist. cap. 26. neque etiam uno tantum anno & mense, quod hic auctor libri pontificali asserit, sed potius annis octo, quinque mensibus, & quibusdam diebus pontificatum perisse, cum antiquis ecclesiasticis tabulis consulatus Cari & Carini hic positus indicat. In Romano eam martyrologio vs. Idus Decembris Eutychianus sub Numeriano passus ponitur, hoc elogio aucto Roma, b hacti Eutychiani papa, qui per diversa loca trecentos quadraginta duos martyres manu sua sepelivit: quibus Epipha sociatus, sub Numeriano imperatore martyrio coronatus &c. &c.

Eutychiani elogium.

c Fuit temporibus Aureliani. ) Non tantum Aureliani, verum etiam Taciti, Floriani, Probi, ac demum Numeriani temporibus sedem pontificiam gubernavit, ut patet ex initio & fine pontificatus.

Quibus temporibus sedem tenuit.

d Non tantum Aureliani, verum etiam Taciti, Floriani, Probi, ac demum Numeriani temporibus sedem pontificiam gubernavit, ut patet ex initio & fine pontificatus.

(a) Loc. addit tantum. (b) Loc. VIII

EPISTOLA I  
EUTYCHIANI PAPÆ,  
AD JOANNEM

ET AD OMNES EPISCOPOS BÆTICÆ PROVINCIÆ.

De fide incarnationis domini.

Christus ut salva proprietate utriusque naturæ, verus Deus, & homo verus exiterit.

Carissimis fratribus Joanni & omnibus per Bæticam provinciam constitutis episcopis, Eutychianus episcopus in domino salutem.

**H**ortatur nos æquitas postulationis, desiderio fraternitatis tuæ gratanter annuere, & consultis tuis breviter respondere. Et quamvis dilectionem tuam sciam ad omne opus bonum esse devotam, ut tamen efficacior fiat ad illos, qui sane non sapiunt, qualiter eos de incarnatione salvatoris nostri informare debeas, mandamus. Unum igitur hoc innotabile fundamentum, una hæc felix fidei petra, Petri ore concessa: Tu es, inquit, Christus Filius Dei vivus, tanta in se argumenta sustinens veritatis, quantæ perversitatis quæstiones, & infidelitatis calumniæ movebuntur. Jam in cæteris dispensatio voluntatis paternæ sit. Ergo partus & corpus, postque crux, mors inferni, salus nostra est. Humani enim generis causa Dei Filius natus ex virgine est & Spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, & sita, Dei videlicet inumbrante virtute, corporis sibi initis confavit, & exordia carnis instituit, ut homo factus ex virgine, naturam in se carnis acciperet, per quam huius admixtionis societatem, sanctificatum in eo universi humani generis corpus existeret. Et quemadmodum omnes in ipso per id, quod corporeum se esse voluit, conderentur, ita rursus in omnibus ipse per id, quod eius est invisibile, referretur. Dei igitur imago invisibilis, pudorem humani exordii non recusavit, & per conceptionem, partum, vagitum, & cunas, omnemque nostræ naturæ contumelias transcurrit. Quid tandem dignum a nobis tantæ dignationis & affectu rependeretur? Inenarrabilis ergo a Deo originis, unus unigenitus Deus, in corporis humani formam sanctæ virginis utero insertus accrescit: qui omnia continet, intra quem, & per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur. Ad cuius vocem archangelii, atque angeli tremunt, cælum & terra; & omnia huius mundi resolvuntur elementa, hæc infantis auditur. Qui invisibilis & incomprehensibilis est, non visu, sensu, tactuque moderandus, cunis est obvolutus. Hæc si quis indigna Deo recolit tanto se majoris beneficia obnoxium confitetur, quanto unius hæc Dei convenerunt majestati. Non ille eguit homo efficit, per quem homo factus est. sed nos eguimus, ut Deus caro fieret, & habitaret in nobis, id est, assumptione carnis, unus interna universæ carnis incoleret. Humilitas eius no-

Astra nobilitas est: contumelia ejus honoroster est. Quod ille Deus in carne consistens, hoc nos vicissim in Deum ex carne renovati. Plane vitam suam nescit, qui Christum Jesum ut verum Deum, ita & verum ignorat hominem. Et ejusdem periculi res est, Jesum Christum, vel Spiritum sanctum, Deum non credere. vel carnem nostri corporis in Christo denegare. Omnis ergo, ait, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor. & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est: qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis. Hæc Verbum caro factum loquebatur, & homo Jesus Christus, dominus majestatis docebat, mediator ipse in se ad salutem ecclesiæ constitutus, & ipso illo inter Deum & homines mediatoris sacramento, utrimque unus existens, dum ipse ex unitis in idipsum naturis, naturæ utriusque res eadem est; ita tamen, ut neutro careret in utroque, ne forte Deus esse, homo nascendo, desineret: & homo rursus, Deus manendo, non esset. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera est, Deum & hominem prædicare, verbum & carnem confiteri: neque Deum nescire, quod homo sit: neque carnem ignorare, quod Verbum sit. Natus igitur unigenitus Deus ex virgine homo: & secundum plenitudinem temporum in semetipso profuturus in Deum hominem, hunc per omnia evangelici sermonis modum tenuit, ut se Dei Filium credi doceret, & hominis filium prædicaret & admoneret, loquens & gerens homo universa quæ Dei sunt, loquens & gerens deinde Deus universa quæ hominis sunt; ita tamen, ut ipso illo utriusque generis sermone, nunquam nisi cum significatione hominis locutus sit & Dei. Hæc itaque fallendi simplices atque ignorantes, hæreticis occasio est, ut quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum divinæ naturæ infinitatem mentiantur; & quia unus atque idem est, loquens omnia quæ loquitur de semetipso, omnia eum de divinitate locutum esse contendant. Nec sane negamus, totum illum, qui ei manet, naturæ suæ esse sermonem. Sed si Jesus Christus & homo & Deus, & neque cum homo sit, tum primum Deus, neque tum, cum & homo sit & Deus, tum non etiam & Deus, neque post hominem in Deo, non totus homo totus Deus unum atque idem necesse est dicatur ejus esse sacramentum, quod generis. Et cum in eo secundum tempus discernis hominem a Deo, Dei tunc, atque hominis discernes sermonem. Et cum Deum atque hominem in tempore confiteris, Dei tunc atque hominis in tempore dicta dijudica. Cum vero ex homine & Deo, rursus totius hominis, totius jam Dei tempus intelligis: siquidem illud ad demonstrationem temporis dictum est, tempori coaptato, quæ dicta sunt: ut cum aliud sit ante hominem Deus, aliud sit homo & Deus, aliud sit post hominem & Deum, totus homo & totus Deus, non confundas temporibus & generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum, ac naturarum, alium cum sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non natum, alium adhuc morituro, alium etiam æterno. Nostri igitur causa hæc omnia Jesus Christus gerens, & corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem

Utraque ipsa  
ria doctore  
datur

b Symm  
s. ad S. C.  
sarium  
c inuere

d S. Leo ep 45  
e S. Leo ep  
97 ex S. Hi  
larii libro de  
Trinitate  
quos citat

Matth. 16

f Virgo, per  
tas, & corpus,  
postque crux,  
mors, inferi.  
salus nostra  
est. Sic om  
nino legem  
dam.

g illustrat.

h affectu.

i vagitu.

Nam &  
plane  
Me de  
Idem S. Leo  
ibidem ex 20.  
dem S. Hil  
rio.  
Matth. 10.

Joan. 1.

Idem eodem  
epistola ex  
eodem S. Hi  
lario.

Hinc

1 In Ms. Eutychianus, & sic ubique. Mat 1

dinem naturæ nostræ locutus est, non tamen omittens naturæ suæ esse, quod Deus est. Nam tamen in partu & passione & morte naturæ nostræ rem peregerit; res tamen ipsas omnes virtute naturæ suæ gessit. Videlicet ita Deum & hominem prædicari, ut mors homini, Deo vero carnis excitatio deputeretur; non tamen ut alius sit, qui mortuus est, & alius sit, per quem mortuus resurgit. Spoliata enim carne, Christus est mortuus: & rursum, Christum a mortuis excitans, idem Christus est, carne se expoliatus, Naturam Dei, in virtute resurrectionis intelligit: dispositionem hominis in morte agnosce. Et cum sint utraque suis gesta naturis, unum tamen Christum Jesum eum memento esse, qui utrumque est. Hæc igitur demonstranda a me paucis fuerunt, ut utriusque naturæ formam tractari in domino nostro Jesu Christo meminissim: quia qui manens in forma Dei, formam servi suscepit, ipse divinitatem nequaquam amisit. Ceterum, fratres, hortamur vos, ut moneatis eos converti ad Deum. Unde scriptum est: *Fili, ne tardes converti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Nolite anxius esse in die obductionis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omni via. Sic enim peccator probatur duplici lingua. Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui, & scientia: & prosequatur te verbum pacis & justitiæ. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, ut intelligas: & cum sapientia ser responsum. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiatis in verbo indisciplinato, & confundaris. Honor & gloria in sermone sensati: lingua vero imprudentis, subverso illius. Non appelleris susurro, & lingua tua ne capiatis, & confundaris. Super suum enim est confusio, & confusio. Denotatio pessima super bilinguam: susurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. Justifica pusillum & magnum similiter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium enim & contumeliam malus hereditabit, & omnis peccator invidus & bilinguus. Non te extollas in cogitatione anima tua velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam: & folia tua comedet, & fructus tuos perdet: & relinqueris velut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam disperdit, qui se habet, & in gaudium inimici dat illum, & deducit in sortem impiorum. Talibus vos exhortationibus, fratres, vicissim monetote, & bona semper sectamini, malaque vitate. Magnis enim studiis (secundum beatum apostolum) præcavendum est, ne si illa non-disciplina domini blasphemetur. Et si illa non-disciplina domini sinenda sunt, quæ (si ceterorum constet integritas) sola nocere non valeant: illa tamen sunt magnopere præcavenda, quæ recipi sine manifesta decoloratione non possunt. At si ea ipsa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda credentur, vel rerum temporumque cogit intuitus vel acceleratæ provisionis respectus excusat: quanto magis illa sunt nullatenus mutilanda, quæ nec ulla necessitas, nec ecclesiasticas profusus extorquet utilitas? Idcirco, fratres, ista prætulimus, ut hæc species, quas*

non licet offerri super altare, & juxta constitutionem apostolorum, eorumque successorum, ad domum sacerdotum deferantur, & a sacerdotibus benedicantur, & per simplicem benedictionem benedicta, demum a populis fumantur: fabæ tantum & uvæ, & cetera, quæ apostoli constituerunt, super altare offerantur. Optamus igitur, fratres carissimi, & totis omnipotentem dominum precibus exoramus, ut dilectionem vestram in amoris sui constantiam faciat magis magisque servescere, atque in pace ecclesiæ in una vos concedat manere concordia. Admonemus etiam fraternitatem vestram, ut in commissis vobis animabus solenter invigiletis, animarumque magis lucris, quam commodis vitæ præsentis intendatis. In continentibus vero ac disponendis rebus ecclesiasticis diligentes custodes existatis, ut ex omni parte susceptum vos condigne gessisse pastoris officium, venturus iudex, cum ad judicandum venerit, debeat approbare. Omnipotens autem Deus sua vos protectione custodiat, honoremque a Deo vobis collatum, moribus servare concedat, atque cum multiplici fructu animas vobis commissas ad pascua æterna adducere, sibi condigne repræsentare adjuvet, vosque inter sanctos & electos suos collocare dignetur. Data II. Idus Aprilis, Aureliano & Marcello viris clarissimis consulibus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

(*Epistola.*) Prior hæc epistola Eutychiani adversus Pauli Samosatani venena paratum antidotum habet. Docet enim Christum dominum, quem Paulus purum hominem esse dicebat, verum & æternum Dei Filium, in tempore virtute Spiritus sancti in utero beatae Mariæ virginis incarnatum esse, & per hoc nequaquam naturam divinam immutatam fuisse. *Juxta constitutionem apostolorum.* Intelligit canonem apostolorum 4. Vide quæ ibidem & supra in vita hujus Eutychiani pontificis annotavimus.

EPISTOLA II.

EUTYCHIANI PAPÆ

AD EPISCOPOS PER SICILIAM CONSTITUTOS.

- I. De modo recipiendi accusationem adversus clericos.
- II. Qui non admittantur ad accusationem religiosorum.
- III. De modo procedendi in negotiis ecclesiasticis, cum procedi non debeat modo seculari.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Siciliam constitutis, Eutychianus.

**B**enedictus Deus & Pater domini nostri Jesu Christi, qui benedixit & nos in omni benedictione spirituali in celestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in caritate prædestinans nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum

*a* Idem libidem ex quibus lector perpendat quia hæc dicitur perpara a vilibus ac quotidianis Mercatoris panaculis.

*b* Democops quædam interpollator pro male intente, & lacrima longioris ex Bilibus, aliquid aduenit.

*c* Invenit. *Bulæ 6.*

*d* Galatas ep. 1. Tim. 6.

*a* Canon 34. 9. apostol. ex versione Dionysii exigu.

*b* S. Greg. ep. 11. lib. IV.

*c* S. Greg. ep. 11. lib. II.

*d* S. Greg. ep. 10. lib. IV.

Marcellino Anno 375. nondum defuncto Felice.

*f* Male Martini & q. alit. Ciliam.

*g* Epist. 1. ex versione mixta ex Italica & Hieronymiana.

*gratificatio in qua gratificatus est nobis in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundum divitias gratie ejus qua abundavit in nobis in omni sapientia & prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis sue, secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, qua in caelis & qua in terra sunt in ipso. In quo etiam sorte vocati sumus, predestinati secundum propositum ejus, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis sue, ut finis nos in laudem & gloriam ejus, qui ante speravimus in Christo: in quo & vos, cum audissetis verbum veritatis, evangelium salutis vestra: in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriae ipsius. Propterea & ego, audiens fidem vestram in domino Jesu Christo, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso, gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut Deus dominus noster Jesu Christi pater gloriae, det vobis spiritum sapientiae & revelationis in agnitionem ejus, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis qua sit spes vocationis ejus, & quae divitiae gloriae hereditatis ejus in sanctis, & quae sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credidimus secundum operationem potentiae virtutis ejus, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in caelestibus super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed & in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus ejus, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quae est corpus ejus, & plenitudo ejus: qui omnia in omnibus adimplet. Et vos, cum essetis mortui deicibus & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus spiritus, qui nunc operatur in filiis dissidentiae, in quibus & nos aliquando conversati sumus in desideris carnis nostrae, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filii irae, sicut & ceteri. Modo, fratres, quia ex filiis irae, sua gratia & gratuita miseratione fecit nos Deus filios suos: & nos, qui digni servi non eramus, nullis meritis praecedentibus, sed sua (ut diximus) gratia facti sumus filii: ejus in quo clamamus, Abbas Pater: sequentes ejus exempla, simus filii misericordiae & justitiae atque dilectionis, ut veri filii Dei & dei & esse, ipso auxiliante, valeamus, deponentes (juxta Petrum apostolum) omnem mastriam & omnem detractionem, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones. Hi vero qui talia agunt, non filii Dei, sed potius filii nequam esse comprobantur, sicut Paulus ait apostolus. Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, emulationes, ira, rixae, dissensiones, sectae, invidia, homicidia, ebrietas, comestationes, & his similia, quae prae dico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Grave, fratres, verbum, & horrendum nimis, quod ait: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Et ipsa per se veritas dicit: Quid prodest homini, universum mundum*

*gratificatus in qua gratificatus est nobis in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundum divitias gratie ejus qua abundavit in nobis in omni sapientia & prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis sue, secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, qua in caelis & qua in terra sunt in ipso. In quo etiam sorte vocati sumus, predestinati secundum propositum ejus, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis sue, ut finis nos in laudem & gloriam ejus, qui ante speravimus in Christo: in quo & vos, cum audissetis verbum veritatis, evangelium salutis vestra: in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriae ipsius. Propterea & ego, audiens fidem vestram in domino Jesu Christo, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso, gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut Deus dominus noster Jesu Christi pater gloriae, det vobis spiritum sapientiae & revelationis in agnitionem ejus, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis qua sit spes vocationis ejus, & quae divitiae gloriae hereditatis ejus in sanctis, & quae sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credidimus secundum operationem potentiae virtutis ejus, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in caelestibus super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed & in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus ejus, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quae est corpus ejus, & plenitudo ejus: qui omnia in omnibus adimplet. Et vos, cum essetis mortui deicibus & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus spiritus, qui nunc operatur in filiis dissidentiae, in quibus & nos aliquando conversati sumus in desideris carnis nostrae, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filii irae, sicut & ceteri. Modo, fratres, quia ex filiis irae, sua gratia & gratuita miseratione fecit nos Deus filios suos: & nos, qui digni servi non eramus, nullis meritis praecedentibus, sed sua (ut diximus) gratia facti sumus filii: ejus in quo clamamus, Abbas Pater: sequentes ejus exempla, simus filii misericordiae & justitiae atque dilectionis, ut veri filii Dei & dei & esse, ipso auxiliante, valeamus, deponentes (juxta Petrum apostolum) omnem mastriam & omnem detractionem, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones. Hi vero qui talia agunt, non filii Dei, sed potius filii nequam esse comprobantur, sicut Paulus ait apostolus. Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, emulationes, ira, rixae, dissensiones, sectae, invidia, homicidia, ebrietas, comestationes, & his similia, quae prae dico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Grave, fratres, verbum, & horrendum nimis, quod ait: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Et ipsa per se veritas dicit: Quid prodest homini, universum mundum*

*Adam lucrari, anima vero sua detrimentum pati? Gravia sunt nimis, quae praetulimus, & pervalde cavenda. Quibus enim regnum Dei pracluditur, procul dubio & ecclesia denegatur. De quibus dominus in evangelio, potestatem apostolorum, eorumque successorum annuncians, ait: Quorum dimiseritis peccata, dimittuntur eis: & quorum alligaveritis, alligata erunt: id est, quibus ecclesiam interdixeritis, nisi reconciliati per satisfactionem fuerint, ipsi & janua regni caelestis clausa erit.*

I.

Unde ista praecaventes, & stultorum animos praevidentes, cura pastorali cum omnibus episcopis, & sanctae Romanae atque universalis ecclesiae utriusque ordinis fidelibus, statuimus, non ita in ecclesiasticis agendum esse negotiis, sicut in secularibus. Nam in secularibus legibus, postquam vocatus quis venerit, & in foro decernere coeperit, non licet ei ante peractam causam recedere; in ecclesiasticis vero, dicta causa, recedere licet, si necesse fuerit, aut si se praegravari viderit. Accusationis vero ordinem talem, & dicimus, & servari jubemus, id est, si quis clericorum in crimine impeditur, non statim reus existimetur, qui accusari potuit, ne suspectam innocentiam faciamus. Sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in judicium veniat: nomen rei indicet: vinculum inscriptionis arripiat: custodiat similitudinem: habita tamen dignitatis aestimatione potiat: nec forte sibi noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Haeretici enim omnes, & suspecti, & excommunicati, homicidae quoque atque malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad fortilegos magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi.

II.

Nulli infami unquam, atque sacrilego, de quocumque negotio liceat adversus religiosum Christianum, quamvis humilis servilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet re, actione vel inscriptione, Christianum impetere. Omnibus quoque similiter accusandi, vel testificandi licentia denegetur, qui Christianae religionis & nominis dignitatem, & suae legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint.

III.

Similiter prohibemus, ut nullae causae a iudicibus ecclesiasticis audiantur, quae legibus non continentur, vel quae prohibita esse noscuntur. Haec non solum ecclesiasticis, sed & saeculi leges observari praecipunt. Non enim passim & vagueque sacerdotum accusatio debet fieri. Nam si facile admitteretur, perpauci nimis invenirentur: quia omnes qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patiuntur. Beati tamen qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, unde & ipsa per se veritas ait: Pater, manifestes nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant. & mibi eos dedisti & serva

a gratificatio

Ephes. 2

b filius

c volumus

Rom. 8

1 Petr. 2

Galat. 5

Matth. 16

Joan. 20. Matth. 18.

a. q. 4. Non ita in ecclesiasticis.

a Hadr. coll. y. ex cod. Theo. lib. IX. tit. 1. a. conf. ultimat. sagaciter (subdortus est Anton. August. esse didicimus a q. 8. Quis quis ille est.

potiat: nec forte sibi noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Haeretici enim omnes, & suspecti, & excommunicati, homicidae quoque atque malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad fortilegos magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi.

d Hadr. col. 61

a. q. 4. Nulli unquam infami.

a Ananus in conf. 1. tit. 9. lib. X. Cod. Theod.

f a quibusnam imp. late infavorem ecclesiasticorum tempore Eustychiani eoque decessorum Concil. Ca. hag. II. 6. a Tom. 1. festus nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant. & mibi eos dedisti & serva

Bbb

montem





vel eo amplius, prout viderit expedire, maturiores, honestiores, atque veraciores viros, in medium debet advocare. & illatis sanctorum uignoribus, unumquemque illorum tali sacramento constringere, ut amodo in \* ante quid nosis, aut audisti, aut postmodum inquitur es, quod contra voluntatem Dei & rectam christianitatem in ista parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis evenerit, tantum ut ad tuam cognitionem quocumque modo perveniat, si scis, aut indicatum fuerit tibi, synodalem causam esse, & ad ministerium episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam, ullatenus celes episcopo, aut ejus misso, cui hoc inquirere iusserit, quodcumque ex hoc te interrogaverit: sic te Deus adjuvet, & istæ sanctorum reliquæ, & illud sacramentum, quod \* juste juravit de synodali causa, quod tu illud ex te ita observabis, in quantum scis, aut audisti, aut ab hac die in antea inquisitum es, sic te Deus adjuvet.

Illud. Burcharius legit, illud & præponit hanc rebricam, Juramentum ceterorum iste.

considerent sententiam domini, dicentis: *Attendite, ne graventur corda vestra in crapula & ebrietate. Moderate enim cibum & necessarium sumptum sumant, ut, juxta apostolum, sobrii sint, & parati ad servitium Dei. (\*)*

(\*) Et can. 14. Remo. II. ca. 81.

DECIMUM.

Ex eodem, capite decimo.

Quales persone sacerdotum epulis interesse debeant,

Observandum est nobis, ut & vos ab ebrietate abstineatis, & ut plebes subditæ abstineant, prædicetis. Et neque per tabernas eatis bibendo, aut comedendo, neque domos aut vicos curiositate qualibet peragretis, neque cum feminis, aut cum quibuslibet personis impuris, convivia exerceatis, nisi forte paterfamilias quilibet vos invitaverit ad domum suam, & cum conjuge sua, & cum plebe velit vobiscum spiritali gaudio letari, & verborum vestrorum refectionem accipere, & vobis refectionem carnalem caritatis officio exhibere. Oportet enim, ut si quando quilibet fidelium carnalibus vos reficit epulis, a vobis reficiatur spiritualibus epulis.

Ex Theodulfo cap. 13.

OCTAVUM.

Ex decreto, quod est librorum sexdecim, libro decimo quarto, capite secundo.

Et malum ebrietatis omnino vitetur.

Malum magnum ebrietatis, unde omnia vitia pullulant, Christianis modis omnibus cavere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum esse decrevimus, usque ad congruam emendationem. (\*)

(\*) Et can. 46. conc. Momp. an. 517.

NONUM.

Ex eodem, capite tertio.

Quod episcopi, & Dei ministri, ebrietate non debeant gravari.

Episcopi & Dei ministri, non debent comestationibus & vinolentius nimis incumbere, sed


SYNODUS MESOPOTAMICA

Ex libello synodico.

ΣΥνοδος θεία καὶ ἱερὰ μετὰ συναβροδοῦσα ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ἀπὸ Ἀρχιεπισκόπου Καρχαίων, καὶ Διοδώρου ἱερέως, κατὰ Μανέντος τῶ ἱερέως, καὶ Διοδώρου ἀρεσβυτέρου. ἥτις πολυτρόπως τούτους ἐλεγήσατο ἀπεκέρυξε.

In multis hic hallucinari omnibus nostrum docuimus in notis.

Synodus divina & sacra particularis, collecta in Mesopotamia ab Archelao Carcharorum episcopo, & Diodoro sacerdote, contra Manem infernalem, & Diodoriadem presbyterum: quæ multis modis confutatos hosce abdicavit.





ANNO  
CHRISTI  
177.

ANNO  
CHRISTI  
177.

ACTA DISPUTATIONIS  
ARCHELAI EPISCOPI  
MESOPOTAMIÆ  
CUM  
MANETE MANICHÆO.  
LAURENTII ALEXANDRI ZACAGNI

IN HÆC ACTA PRÆFATIO.

Ex Manf  
Suppl. tom I.  
pag. 16.



Unam acta ista scriptis consi- *Ari* *disputationi, ut omnibus innotesceret, sicut*  
gnaverit, inter Epiphanium, *ego, qui inscripsi, in prioribus exposui.* Verifi-  
Hieronymum, & Heraclia- *mile enim non est Archelaum ita locutum fuisse,*  
num Chalcedonensem Epi- *se, si ipsemet, quæ nunc habemus, disputationis*  
scopum non convenit. San- *hujus acta scriptis mandasset; eo præsertim*  
ctus enim Epiphanius in Hæ- *quod pro inscripsi, legendum potius esse vi-*  
resi LXVI. quæ Manichæo- *deatur exscripsi. Sed nihilo secius cum in po-*  
rum est num. XXI. XXV. & *stremo eorundem actorum loco mox memora-*  
XXXII. & S. Hieronymus de *to diserte dicatur, Archelaum ipsum nonnulla*  
Ecclesiasticis cap. LXXII. Archelaum ipsum, quæ *priori disputationi suæ postmodum addidisse,*  
coram delectis iudicibus adversus Manetem dis- *in eam sententiam lubens venio, ut Epipha-*  
seruit, scripto tradidisse putant. Heraclianus *nius, atque Hieronymum cum Heracliano*  
vero Chalcedonensis Episcopus in libris, quos *conciliari posse credam, si dicamus, Archelaum*  
contra Manichæos conscripsit, Hegemonium *Syriaca primum lingua cuncta, quæ coram de-*

Syria-



ANNO CHRISTI 577

ANNO CHRISTI 577

Syriaco in Græcum eloquium elucubrasset, ut in notiore linguam transula, cuncti per Orbera fideles plenissimam eorundem notitiam habere possent. Factum id antiquissimis temporibus fuisse, ex Epiphano constat, qui insignia eorundem excerpta græce refert in Manichæorum Hæresi, nec dici potest, ea ex Syriaco exemplari Epiphanium ipsum Græca fecisse, cum omnia, quæ ab eodem ex actis disputationis Archelai cum Manete afferuntur, in latina, quam edimus, versione totidem verbis reperiantur. De latino interprete nobis tantum liquet, illum Hieronymo posteriorem fuisse, quem de latina versione mentionem fecisse par est, si suis temporibus extitisset; vixisse tamen ante septimum Christianæ ævæ sæculum vel inde colligitur, quod in laudandis S. Scripturæ locis vulgaram editionem, quæ eo sæculo per Occidentem patrum recepta fuit, non sequatur.

Porro Græcam versionem, non vero Syriacum textum præ manibus latinum interpretem habuisse, non modo ex universa ejus locutione, quæ Græcæ non vero Syriacæ linguæ indolem geniumque redolet, satis superque demonstratur; verum etiam pluribus aliis argumentis fortissime evincitur. Quippe in hujus disputationis cap. VIII. ita loquitur, *Cum igitur Luna onus, quod gerit, animarum, sæculis tradiderit patris, permanens illa in columna gloria, quod vocatur Vir Perfectus. Hic autem vir est columna lucis. Quæ verba ita leguntur in Græca apud Epiphanium versione.* τῆς δὲ σελήνης ἡ μὲν ἀδελφὴ τοῦ πατρὸς οὐκ ἀπολείπει τὴν γῆν, ἀλλὰ μένει ἐν τῇ στήλῃ τῆς δόξης, ἡ ἀδελφὴ τοῦ πατρὸς οὐκ ἀπολείπει τὴν γῆν, ἀλλὰ μένει ἐν τῇ στήλῃ τῆς δόξης, ἡ ἀδελφὴ τοῦ πατρὸς οὐκ ἀπολείπει τὴν γῆν, ἀλλὰ μένει ἐν τῇ στήλῃ τῆς δόξης. Ex quibus patet, latinum interpretem græcarum vocum similitudine deceptum, pro *vir*, ut Epiphanius habet, *ans* legisse, & cum vertere debuisset, *Permanens illa in columna gloria, quæ vocatur vir perfectus; nec autem iste est columna lucis; ipsum male interpretatum fuisse, Quod vocatur vir perfectus, hic autem vir est columna lucis; in quem sane errorem non incidisset, si ad Syriaci textus fidem, in quo magnum inter utramque vocem discrimen est, versionem suam elaborasset. Sunt & aliæ ejusdem interpretis hallucinationes, ex quibus id ipsum evidentissime colligitur. Siquidem cap. VII. de viventi spiritu a Manete conficto loquens, ait: *Rursus ipse vivens Spiritus creavit luminaria, quæ sunt reliquæ animæ, & fecit ea firmamentum circumire, & iterum creavit terram, & sunt æthæra.* Hinc autem patet ipsum græco exemplari usum fuisse, in quo scriptum fuerat *ὁ αἰὼν*, vel *ὁ αἰὼν τοῦ αἰῶνος*, cum tamen apud Epiphanium legatur *ὁ αἰὼν τοῦ αἰῶνος*, *αἰὼν* *specie*; quæ sane æquivocatio, non ex Syriaca, sed ex Græca tantum lingua oriri poterat. Sic cap. VIII. pag. 14. vertit, *effundet saniem*, cum vertere debuisset *Pestem*, a Græcarum vocum *καρμὴ* *saniem*, & *καρμὴ* *pestis*, similitudine deceptus; ut in nostris ad eum locum notis observavimus. Sic cap. IX. pag. 16. pro *congelat*, *frigore adstringit*, ut est apud Epiphanium, legisse videtur *καταψύχει*, *percussit*, ut in eisdem notis docuimus. Retinet etiam nonnullas voces Græcas in versione sua, & interdum quidem absolute, interdum vero addita earundem explicatione, quod utique non fecisset, qui Syriacæ scripturæ opus latinitati donasset. Hinc cap. LIII. talenti vocem pro pondere usurpat, quo sensu apud*

Græcos vox *ταλάντιον* interdum accipitur. Sic paulo ante *Cyb* vocabulo utitur, & statim substituit ex emendatione nostra, quod nomen est *ταλάντιον*; vel ut in quodam Regio Alexandrino codice legitur, quod nomen est *αλεάν* scilicet, quæ vox æque talum, atque aleam significat, ut in nostris ad eum locum notis, & earum appendice observavimus. Sic denique cap. VIII. ait, *Lunam apocrypha, detrimentum pati*, quam postremam vocem prioris interpretationem esse nemo non videt.

Refert Epiphanius cap. XI. Archelaum post fugatum e Carris Manetem, de ejus adventu in Diodoridem Castrum a Diodoro loci illius Presbytero certiore factum, duos ad eundem Diodorum *ἀδελφὸν*, hoc est libros misisse, ut eorum lectione instructus impij Hæretici conatus & ipse infringere valeret. Sed ea in re lapsus fuisse Epiphanium scite advertit Gulielmus Cave in scriptorum ecclesiasticorum Historia literaria, & ex actis ipsis disputationis Archelai cum Manete luculenter ostenditur; in iis enim cap. XLI. integra refertur Archelai ad Diodorum epistola, in qua se voluisse quidem ait Archelaus, ad Diodorum omnia perscribere, de quibus cum Manete coram delectis iudicibus disputaverat; sed propterea iis mittendis superfedisse, quod deinceps per otium de tota disputatione eundem certiore reddere cogitabat. In fine etiam epistolæ, post breviter peritridos Manetis errores, se multa silentio præterisse scribit, dum celerem ipsi responsionem reddere festinat, ne minima quidem librorum ad eundem missorum mentione facta. Certum itaque est, Archelaum, quo tempore ad Diodorum Presbyterum literas dedit, nullos adversus Manetis hæresim libros elucubrasset: sed nec secutus deinceps temporibus libri ulli ab Archelao adversus eundem scripti fuisse videntur, nisi quis contendat ipsummet acta disputationis suæ scriptis mandasse. Nam Epiphanius ipse ex alio quopiam Archelai libro nil recitat, nihilque ferme adversus Manichæorum errores profert, quod in disputationis a nobis editæ actis non reperiat. Eadem quoque sola acta, non vero alios quospiam Archelai libros laudat Heraclianus Chalcedonensis Episcopus, dum omnium antiquorum Patrum scripta commemorat, quibus in suo adversus Manichæos opere usus fuerat. Quamobrem dicendum est hac in re quoque humani quid passum fuisse Epiphanium, & duorum Archelai librorum loco habuisse acta ipsa disputationis a nobis editæ, quæ cum res diversis temporibus gestas complectantur, haud inani conjectura colligi potest, in duas olim partes divisa fuisse, in quarum prioris disputationis Archelai cum Manete apud Carras, in secunda vero cuncta, quæ tam Diodorus Presbyter, quam idem Archelaus a Diodoro monitus contra Manetem in Diodoridis castro egit, continerentur.

Jam vero Archelaum *καρχήριον*, Chalcæarum Episcopum fuisse tradit Socrates lib. I. Historiæ Ecclesiasticæ capite XXII. Epiphanium secutus in Manichæorum Hæresi num. V. & VII. & in tractatu de Mensuris, & Ponderibus num. XX. At auctor iste sibi non constat, utpote qui in eadem Manichæorum Hæresi num. XI. Urbem, cujus Episcopus erat Archelaus *καρχήριον*, nominat in Petaviana editione, licet in alia Basilienfi



ram Judicibus Manetem, rem totam cunctis A  
per Orbem Episcopis notam fecisse, ut labanti  
Catholicæ Fidei, quanta possent sedulitate, suc-  
currerent, eoque pacto factum fuisse par est,  
ut qui subdolos Manichæorum progressus igno-  
rabant, tunc illorum hæresim ortam fuisse cre-  
diderint, cum primum ejusdem notitiam ex  
Archelai literis habuerunt.

Sed & habitæ ab Archelao disputationis tem-  
pus ex D. Leone Magno præcisius designari po-  
test, qui in Sermone II. de Pentecoste, Mani-  
chæum innotuisse ait, Probo Imp. & Paulino  
Coff. anno post Christi Resurrectionem CCL.  
ut accommodatius ad Chronologicam veritatem  
in codice Oxoniensi legi Quetnellus testatur.  
At hic Probi, & Paulini Consulatus partem  
anni primi, & secundi Imperii Probi conti-  
net, quem obeunte Tacito die XIII. Aprilis,  
eiusque fratre Floriano post duos menses occi-  
to, Romanum Imperium obtinuisse constat.  
Quare si juxta Eusebium anno Probi II. & jux-  
ta Leonem Magnum sub Consulatu Probi, &  
Paulini patet facta est Manichæorum hæresis,  
necessario dici debet, Archelai cum Manete  
disputationem, per quam universæ Ecclesiæ  
Manetis error innotuit, accidisse intra Julium,  
atque Decembriem anni CCLXXVII. Verum  
Archelai nostri verba benigne sunt interpretan-  
da, qui in cap. XXVII. disputationis suæ post  
trecentos fere annos a Christi morte, imo post  
trecentos, & eo amplius annos ab eadem Chri-  
sti morte advenisse Manetem asserit: Archel-  
aum enim ad exaggerandam Manetis stolidita-  
tem, qui Paraclitum Spiritum a Christo pro-  
missum, temere se esse affirmabat, annorum  
numerum in disputationis æstu auxisse dicen-  
dum est, ut clarius ostenderet, ipsum longo  
adeo post Christi mortem tempore emergen-  
tem, Paraclitum esse non posse, quem Jesus  
post suum in Cælos ascensum, illico se Apo-  
stolis missurum affirmaverat, & revera post  
quinquaginta ab eius resurrectione dies ab ipso  
missum fuisse, Apostolorum acta diserte te-  
stantur.

His de Archelai cum Manete disputationis  
tempore, ac versionibus, deque ejusdem Ar-  
chelai Episcopali sede prælibatis, agendum no-  
bis est de sinceritate, atque præstantia ejusdem  
operis, ac præterea videndum, an aliqua sui  
parte mutilatum sit; postremo indicandum,  
quænam actorum, quæ integra nunc primi edi-  
mus, fragmenta olim in lucem prodierint, &  
ex cujus Bibliothecæ codice editio nostra pro-  
fluxerit. Et primo quidem de actorum istorum  
sinceritate suspicio nulla oriri potest; nam Epi-  
phanus anno Christi CCCLXXVI. adversus  
hæreses scribens, insigne ex disputatione Ar-  
chelai fragmentum protulit in hæresi Mani-  
chæorum cap. XXV. quod ejusdem actis ex la-  
tina versione a nobis in lucem editis prorsus  
respondet; ac præterea si Archelai rationes,  
atque argumenta cum Epiphanius confutati-  
bus conferas, evidentissime apparebit, ipsum  
ita in omnibus secutum fuisse Archelæum, ut  
pauca de suo adversus Manetis errores attule-  
rit. Meminit etiam Actorum hujus disputati-  
onis Socrates, qui in consulatu XVII. Theodo-  
sij Junioris, hoc est, anno æræ Christianæ  
CCCCXXXIX. Ecclesiasticam Historiam absol-  
vit, & ea omnia, quæ de Manichæorum hæ-  
resi narravit, se ex eisdem actis hausisse inge-

anue fatetur lib. I. cap. XXII. Eorum insuper,  
tanquam ab Hegemonio quodam scriptorum,  
mentionem facit Heraclianus Chalcedonen-  
sis Episcopus, ut supra dictum est. Denique Ar-  
chelai nostri operum fragmentum contineri in  
veteri Catena Græcorum Patrum in Evange-  
lium Joannis, quæ habetur in scripto Cæsareæ  
Bibliothecæ codice, testis est Lambecius lib.  
III. Comm. de eadem Bibliotheca codice XL.  
quod utique ex hujus disputationis actis de-  
sumptum fuisse non dubito.

Præterea ex eorundem actorum textu varia  
argumenta erui possunt, quibus eorum antiqui-  
tas, atque sinceritas demonstratur. Archelaus  
enim cap. XXVII. & XXXVIII. varios hæreti-  
cos enumerans, neminem Sabellio recentiorum  
appellat, quem Sixti II. temporibus, qui anno  
Christi CCLVII. & CCLVIII. Romanam Ec-  
clesiam rexit, a Dionysio Alexandrino hære-  
ticos accusatum fuisse constat ex Eusebio in Hi-  
storia Ecclesiastica lib. VII. cap. VI. Meminit  
quoque obsidionis Carrarum, cui præsentem se  
fuisse testatur cap. XXIV. quæ nulla alia vide-  
tur esse posse, quam illa, quæ sub Valeriano  
Augusto contigit, cum scilicet a Persis expu-  
gnata fuit, vel alia sub Gallieno, cum ab  
Odenatho Orientis Rege Persis erepta in Ro-  
mani Imperii ditionem iterum redacta fuit,  
Trebello Pollione teste in Gallieno cap. X. &  
XII. Eorum insuper mentionem facit cap. LII.  
qui per parentum traditionem Scythiani hære-  
tici, Apostolorum temporibus viventis, noti-  
tiam habuerant, sibi que nonnulla de ejus hæ-  
resi narraverant. Quin & varii antiqui mores,  
in hiis actis memorati, de eorundem sinceri-  
tate nos dubitare non sinunt. Nam in ipso  
actorum exordio dicitur nonnullos ex Roma-  
narum Legionum militibus, Marcelli miseri-  
cordiæ exemplo commotos, deposito militiæ  
cingulo, Christianæ fidei nomen dedisse, quod  
antiquissimis Ecclesiæ temporibus a Christianis  
militibus, ne Paganorum commercio, & su-  
perstitionibus macularentur, factum fuisse, te-  
stis est Tertullianus de Corona militis cap. XI.  
aliique in nostris ad eum locum notis laudati.  
Marcellum quoque ait, hospitia in Christiano-  
rum peregrinantium utum per vias regias con-  
struxisse, quæ a Carris in Persidem ducebant,  
quod itidem ab antiquis Christianis, qui sedu-  
lam hospitalitati operam dabant, fieri consue-  
visse aperte colligitur ex Gregorii Nazianzeni  
invektiva I. in Julianum Apollatam, ubi Impe-  
ratorem hunc diversoria, & hospitia per Or-  
bem Romanum Christianorum exemplo ædifi-  
cari mandasse testatur, ut Paganorum supersti-  
tionibus majorem laudem venerationemque con-  
ciliaret. Narrat insuper Archelaus cap. LIV.  
Manetem in carcere positum, Discipulos suos  
mississe ad loca, in quibus Christianorum libri  
conscribebantur, eis que, Christianorum senen-  
tios esse simulantibus, sacrorum codicum co-  
piam factam fuisse. At id sub Ethnicis tantum  
Imperatoribus facere oportebat, quorum tem-  
poribus Christiani summa religione cura-  
bant, ne sacrosanctæ legis libri ad Ethnicorum  
manus pervenirent; ac propterea non ubique,  
sed certis quibusdam in locis, Sacri codices  
vendi consueverant. Corrigenus autem Epi-  
phanus, qui in Manichæorum hæresi cap. V.  
ait, Manetem discipulos suos ad inquirendos  
sacros libros misisse, antequam in carcere in-

ANNO CHRISTI 1137

ANNO CHRISTI 1137

truderetur; nam in mox laudato Archelai disputationis loco diserte dicitur, id a Manete factum fuisse, quo tempore in carcere detinebatur.

Nec ex sacris tantummodo, verum etiam ex prophanis quibusdam rebus, quarum in hisce actis mentio fit, eorumdem fides adstruitur. In iis quippe legimus Mangrem, cum a Marcello literis accitus Carras venit, baculum ex ebano in manibus gestasse, quod ab Alytarchis factitatum olium fuisse testatur Jo: Maleles in Chronico recens in Anglia edito pag. 376. Callisthenes quoque spurius scriptor a doctissimo Ducangio in Glossario mediae & infimae graecitatis laudatus verbo εβαλίος, de Pflammetico ita scribit, καὶ ἐβαλίος ἔστωις σολῆν τρεῖς ἔτη, καὶ ἔτι τρεῖς μῆνας ἐβίβωτο ἐβλίον, ubi Eusebius ejusdem Callisthenis interpret, qui versionem suam Constantio Constantini magni filio dicavit, male Tamarisci virgam vertit: unde patet hujusmodi baculo eos uti consuevisse, qui publica aliqua dignitate decorabantur, quique doctrinae laudem affectabant. Incessum quoque Imperatorum, dum publice cum Protectoribus, signis, draconibus, labaris, Ducibus, Principibus, & Praefectis urbem ingredienderent, exacte describit cap. XXXVII. Denique de multiplici sigillorum, & clavium usu apud veteres non pauca tradit cap. XIV. & XXVI. quibus similia prorsus in Ethnicorum Scriptorum monumentis occurrunt, ut in nostris ad ea notis ostendimus. Ex quibus omnibus satis, superque demonstratur, ada ista genuina, & antiquissima esse, nec eorum fidem ulla ex parte nutare.

Illud tamen dissimulare non possum, Ada ista disputationis Archelai cum Manete, quae ex Vaticano Casinensis codicis apographo primi edimus, integra nequaquam videri, sed pluribus in locis a veteri librario mutilata. Si quidem Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi VI. pag. mihi 147. quaedam Manetis argumenta cum Archelai responsonibus recitat, quae in nostra editione non reperiuntur; nec dici posse videtur, Cyrillum Archelai dictorum sensum, non vero ipsamet Archelai verba laudasse, cum simile quippiam in nullo nostrae editionis loco legatur; ac praeterea verba illa, quae Cyrillus refert, ita concepta sint, ut ab ipsomet Archelao prolata fuisse videantur. Sed & conjecturae nonnullae ex nostra eorumdem actorum editione peti possunt, quibus idipsum ulterius confirmatur. Nam in eorumdem cap. XII. haec habentur, *Archelao autem erat cura pro populo, tanquam pastori pro ovibus, cum inporum parantur insidia. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis replevit, & in Archelai domum residere praecipit. Eadem autem ipsa die adventavit Manes, & quae sequuntur.* At vero nil in antecedentibus narratur, quod ea, qua Manes advenit, die factum fuerit. Praeterea in cap. XXV. hujus disputationis Archelaus ait, *Nonne David ex ore leonis, vel ursi erant ovem? Hoc dicimus propter ore leonis, quod ait de ore leonis, aut de ventre ejus potest educere, quod jam ille devoravit.* At vero in antecedentibus non legimus haec unquam a Manete dicta fuisse. Quin & in cap. XXXVIII. verba illa; *Quae quidem ego non ex meis verbis adstruo & quae sequuntur usque ad finem capituli, nullam cum praecedentibus connexionem habere* Concil. General. Tom. I.

videntur. Denique in horum actorum cap. ultimo, post narratam Manetis necem, haec legitur, *Quibus postea agnitis Archelaus adiecit ea priori disputationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego qui inscripsi in prioribus exposui.* Videntur autem haec verba esse Hegemonii illius, qui, ut superius diximus, eadem acta compilavit, & in Graecum sermonem transtulit. Sed in nostra editione, quo loco ea de re sermo habeatur, non invenio, quia fortasse in Casinensi codice praefatio deficit, in qua Hegemonius compilationis suae rationem reddebat; nisi quis verba illa, *In prioribus exposui*, de his accipienda esse censeat, quae proxime de Manetis morte narravit. Jure itaque merito suspicari potest, eum, qui Casinensem codicem, ante quingentos, & amplius annos exaravit, magna actorum disputationis hujus prolixitate pertractum multa omisisse, multaque breviasse, quorum tamen epitomen apud Epiphanium haberi arbitror, quem ex integris Archelai disputationis actis, suam Manichaeorum haereticos consultationem potissimum hausisse, editionem nostram cum ejus scriptis conferenti clare patebit.

Quod ad eorum editionem attinet, vetusti adeo monumenti partem reperit in perantiquo codice Bobiensi, qui nunc in Ambrosiana Bibliotheca servatur, Emericus Bigotius diligentissimus Italicarum Bibliothecarum persecutator, eamque Clarissimo Valesio communicavit, qui in calce suarum notarum ad Socratem, & Sozomenum, fragmenta illa edidit. Continent autem tum cuncta illa, quae ex eadem disputatione suis inseruit scriptis Epiphanius; tum alia nonnulla ab eodem omissa; quae tamen ne decimam quidem totius operis partem complent. Et tanti quidem apud Bigotium fuit pars illa disputationis Archelai, ut eam cum Palladio recudere cogitaverit, apposito Graeco Epiphanii textu, ut ex utriusque comparatione, genuina illorum fragmentorum lectio restituta, quavis colligere posset, quanti faciendae sint antiquae Latinae versiones, & quantum utilitatis redundet, ut idemmet ait in praefatione ad Palladii Dialogum de vita S. Joannis Chrysostomi prope finem. Sed postea hanc curam iis relinquere satius duxit, qui novam editionem operum S. Epiphanii aggressuri essent, aut qui Socratis historiae cum notis doctissimi Valesii rursus edendae operam susciperent. Et haecenus quidem nil aliud ex Archelai disputatione publicam lucem aspexit. Cum autem Sacri Loci reverentia ductus Casinum venissem, & ab antiquissimis temporibus conditam ibi a Doctissimis aequae, ac Sanctissimis Cenobiaribus Bibliothecam perlustrassem, inter alia non pauca inedita adhuc vetera monumenta Archelai integram cum Manete disputationem in sexcentorum, & amplius annorum codice reperi, quam bona Reverendissimi quondam Abbatis, nunc vero Archiepiscopi Roslanensis Andreae Deodati, Viri humanissimi atque amicissimi venia, cum nonnullis aliis veterum scriptis in Vaticanae Bibliothecae ornamentum transcribi curavi, operam favoremque suum humanissime praestante Domino Augustino Collicello a Neapoli, tunc temporis Bibliothecae illius Praefecto. Non possum tamen hic silentio praeterire quantum diligentissimi alterius bibliothecarii Erasmi Gattola a Cajeta humanitati debeam,

Cccc qui

qui nunquam meis votis defuit, plurimosque A dogmata illustrat, atque confirmat. Elegans est inter alia locus de instituta ab Apostolis, quam usque nunc servamus, Ecclesie Hierarchia, hisce verbis in cap. LI. conceptus, *Sed & optimos architectos ei fundamentum nostrum, idest Ecclesia, Paulus posuit, & legem tradidit, ordinatis ministris, & Presbyteris, & Episcopis, in ea describens per loca singula, quo modo, & qualiter oporteat Ministros Dei, quales, & qualiter fieri Presbyteros qualesque esse debeant, qui Episcopatum desiderant, qua omnia bene nobis, & recte disposita, usque in hodiernum, statum suum custodiunt, & permanet apud nos hujus regule disciplina.* Palmaria quoque sunt in hisce actis loca, in quibus humani arbitrii libertas B adversus recentiores hæreticos adstruitur, ut videre est cap. XV. & XIX. Pulcherrima sunt, maximeque notanda verba illa cap. XXXII. ubi sic ait: *Deus enim omnia qua fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii sensum unicuique dedit, qua ratione etiam legem iudicii posuit. Precare nostrum est; ut autem non peccemus Dei donum est, ex eo quod in nostro sit arbitrio constitutum peccare, vel non peccare &c. Es certe qui voluerint, observant mandata; qui vero contempserint, & in peruersum declinaverint, sine dubio legem iudicii ferent.* Romanarum quoque antiquitatum studiosi plura in hoc opere inveniunt scitu haud indigna, quorum pleraque superius commemoravimus, ubi de ejusdem sinceritate tractavimus. Denique hinc etiam discere possumus quouique Romani Imperii limites Parthorum, seu Persarum ditionem versus, tunc temporis protenderentur, aliaque nonnulla de locis in eorundem collimitio sitis, deque Romanorum militum numero, qui apud Carras castra servabant; de his enim rebus sparsim agitur in primis quinque capitibus hujus operis, ac præterea in eisdem cap. LII. LIV. & LV. Plura Eruditi inter legendum observabunt, nos enim alio properamus.



ACTA DISPUTATIONIS  
ARCHELAI EPISCOPI MESOPOTAMIÆ  
ET MANETIS HÆRESIARCHÆ.

**T**hesaurus verus, sive disputatio habita in Carbar civitate Mesopotamiæ, iudicantibus Manippo, & Egiulo, & Claudio, & Cleobolo.

I. In qua urbe Mesopotamiæ erat quidam vir, Marcellus nomine, qui vita, & studiis, & genere, prudentia quoque, & honestate valde clarus habebatur, facultatibus etiam copiosus, & quod omnium maximum est, religiosissime Deum timens, & his quæ de Christo dicebantur, semper cum timore auscultans, nec quidquam omnino boni erat, quod illi viro deesset; unde, & honore plurimo ab universa civitate colebatur, plurimisque ipse civitatem suam frequenter largitionibus remunerabatur, pauperibus tribuens, affidos relevans, tribulatis auxilium ferens. Sed ne infirmitate verborum virtutibus viri derogemus potius, quam digna proferamus, hæc dixisse sufficiat; ad opus quod propositum est, veniam. Quodam in tempore cum Archelao Episcopo captivorum multitudo fuisset oblata a militibus, qui ibi castra servabant, septem millia numero, & septingenti, non mediocri cum sollicitudo constrinxerat, eo quod pro salute ipsorum aurum a militibus posceretur, & timore Dei vehementer æstuebat, & tandem ad Marcellum properans, rei gestæ negotium exponit. Verum, ut hæc audivit vir piissimus Marcellus, nihil omnino moratus, ingreditur domum, præparans pretia captivorum, quantacunque poposcissent, qui deduxerant vindos, & continuo, referatis bonorum suorum thesauris, pietatis pretia militibus, nec numero aliquo, nec discretione ulla distinguit; ut magis dona, quam pretia viderentur. At illi admirati, & amplexi tam imensam viri pietatem, munificentiamque, & facti stupore permoti exemplo misericordie commonentur, ut plurimi ex ipsis adderentur ad fidem Domini Nostri Jesu Christi, & derelicto militiæ cingulo; alii vero vix quarta pretiorum portione suscepta, ad propria castra di-

Concil. General. Tom. I.

ascenderent; cæteri autem parum onivino aliquid, quantum viatico sufficeret, accipientes abirent.

II. His itaque gestis lætus Marcellus erat valde, & accito uno ex captivis, Cortynio nomine, perquirebat ab eo causam belli, vel quo casu ipsi inferiores extiterint, ac vinculis captivitatis innexi sint. At ille, loquendi sibi potestate permessa, ita exortus est. Nos, Domine mi Marcelle, viventi Deo credimus tibi. Est autem nobis mos huiusmodi, Patrum nostrorum in nos traditione descendens, quique a nobis observatus est usque ad hunc diem: per annos singulos extra urbem egressi, una cum conjugibus ac liberis, supplicamus tibi & invisibili Deo, imbres ab eo satis nostris, ac frugibus obsecrantes: quod cum tempore, ac more solito celebraremus, immorantes jejunos vesper obtexit, & gravabant nos duo omnium difficillima, jejunium, & vigilia. Circa medium vero noctis invidus nobis, & importunus somnus obrepit; & cervicibus degravatis, ac lapsus demerso capite, frontem genibus elidit. Hoc autem factum est, quoniam tempus adeerat, ut Dei iudicio penas pro meritis penderemus; forsitan enim peccantes ignorabamus, aut etiam agnoscentes non desinebamus. In illa igitur hora subito militum nos multitudo circumdat, ut æstimo, putantes nos pro infidiis confidisse, aut omnino usum vel studium habere prætorum, & nulla conventus nostri caula penitus explorata, bellum nobis denunciant; non sermone, sed gladio, & homines qui injuriam facere cuiquam non didicerunt, sine ulla misericordia & misibilibus vulnerant, hastis confodiunt, mucronibus jugulant. Et interfecerunt quidem ex nobis ad mille trecentos viros, vulneraverunt autem quingentos. Cum vero dies inclaruit, qui super fuerant ex nobis, huc perduxerunt captivos, nec sic quidem aliquid nobis misericordie concedentes: agebant enim nos ante equos, hastilia verberibus stimulos, & equorum frontibus impulsos. Et perduravit quidem, si cui vires fuerunt to-

Cccc 2 leran-

NOTE ZACAGNI.

1 Hæc eadem urbs infra cap. 3. Carbar vocatur, non Charbar, aut Casbar ut Epiphanius habet. Quare disputatio ista habita fuisse videtur apud Carbas celeberrimam Mesopotamiæ urbem. Vide plura in præfatione nostra, ubi de Archelao.

2 Major vocatur apud Epiphanium in Hæresi Manichæorum num. 10.

3 Forte, distribuit.

4 Forte, commonentur.

5 Abhoruisse a militia Christianos primitivæ Ecclesiæ, ne Paganorum commercio, atque superstitionibus macularentur, notus est ex Tertulliano de Corona militis cap. 21. quum ut pluribus demonstrati opus sit. Sed ad illustrandum hunc disputationis Archelai cum Manete locum, plurimum facit, quod ibidem ait Tertullianus. Præsertim quod: militia præventis fides posterior invenit, alia conatus est, ut illorum quos Johannes admittens ad lavacrum & Centurionum hæresim, quem Christus præbat, & quem Petrus castribus, dum tamen suscepta fide, atque signata, aut deserendum statim sit, ut miles altum, aut omnibus modis evellendum, nequid adversus Deum committatur, qua nec ex militia permittuntur; aut novissime postulandum pro Deo, quod a quo fides pugnans condidit Concilium Nicænum can. 12. Quæ unquam vocati per gentes, primum quidem imperium monstraverunt, deponentes militiam singularem, postmodum vero ad proprium votum sunt relapsi, ita ut quidam & pecunias tribuerent, & benevolentiam repeterent, ut decem annos post strenuè tempore, quo inter audientes erant, in afflictione permanserunt. Vide Lupum, & Beveregium in eundem canonem.

6 Forte, dimisso.

7 Barbara vox pro misibilibus.



ANNO CHRISTI 177.

ANNO CHRISTI 177.

tum sibi nomen non libenter amplexi, Tur- bonem etiam ipsis hospitibus detrudebant, ne aquae quidem ipsius ad bibendum facultate concessa; quae cum singula quotidie, atque horum nequiora perferret ab his, qui per singula loca mansionibus atque hospitibus praerant, nisi ad

ultimum Marcello se portare literas indicasset, peregrinus Turbo mortis pertulisset exitia.

V. Acceptas igitur Marcellus literas resolvit, ac legit praesente Archelao civitatis Episcopo, quarum exemplum hoc est.

MANIXAIOS

MANICHÆUS.

Αποστολος Ιησὺ Χριστῷ, καὶ οἱ σωῆμοι πάντες ἄγιοι, καὶ παρθόλοι, Μαρκιῶν τέκνω ἀγαπητῷ, χεῖρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ιησὺ Χριστοῦ, καὶ ἡ δεξιὰ τῶ φωτὸς διατηρήσει σε ἀπὸ τῶ σκευάτων αἰῶνος ποτηρῶ, καὶ ἡ συμπτωμάτων αἰ- τῶ, καὶ παγίδων τῶ ποτηρῶ, ἀμῶν.

Apostolus Jesu Christi, & qui tecum sunt omnes Sancti, & virgines, Marcello filio carissimo gratia, misericordia, pax a Deo Patre, & Domino Nostro Jesu Christo, & dextera lucis conferret te a praesenti saeculo malo, & a ruina ejus, & a laqueis maligni.

Τὴν μὲν περὶ σὲ ἀγαπῶ μὲν ἰσχυρῶς ὡς ἀδελφὸν Θεός, λίαν ἐχάρην. τίμιόν δὲ πάλιν ἐκδοῦν κατὰ τὴν ἐρθεὶν λόγον ἡχθῆσθαι. ἔθεν ὡρὸς ἐπανόρθωσιν τῶ ἡμῶν ἀνθρώπων γένους ἀποσταθείς, φειδομῆνος περὶ ἡμῶν ἀπάτη καὶ πλάνη ἑαυτοῦ ἐκδιδοῦσθαι, πύτυ τὴν ῥάμματι ὡρὸς σὲ ἀναγκάζων ἡγησάμην ἀποστῆ- λαι, ὡρὸς τὸν μὲν ὡρὸς σωτηρίαν τῶ σκευάτων ψυχῆς. ἐπειτα δὲ καὶ ἡμῶν ἄμα σοι τυχευαίων ὡρὸς τὸ μὴ ἀδιακρίτως εἶχεν τὸν λογισμόν, ὡς δὲ ἡμῶν ἀπλου- σίρων καθημένοις διδάσκοντες λέγοιτες, τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ἀπὸ τῶ αὐτῶ φέρεσθαι, καὶ μίαν ἀρχὴν εἰσηγησάμενοι, ἢ διακρίνομεν, ἢ δὲ διακρίνομεν ἀπὸ τῶ φωτὸς τὸ σκότος, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀπὸ τῶ κακοῦ καὶ φαι- λῶ, καὶ τὸν ἐκδοῦν ἄνθρωπον ἀπὸ τῶ σκευάτων, ὡς προεί- πομεν, ἀλλὰ κινῶντες καὶ ἐγκαταμεγνύντες ὁσπύρον ὁσπύρω, ἢ παύοντες. σὲ δὲ, ὡς τεκνον, μή τι σὰ τοῖς πολλοῖς ἡμῶν ἀνθρώπων ἐλογίσω, καὶ ἄλλως ἀμφοτέ- ρα, ὡς ἂν τύχοι, ἐρώσης μηδὲ τῶ τῆς ἀγαθωσύνης Θεοῦ ἀπατίθω. ἀρχὴν γάρ, καὶ τέλος, καὶ τὸν τῶ- των πατέρα ἡμῶν κακῶν, ἐπὶ τῶ Θεῷ ἀναφέρου, ὡς τὸ τέλος κατὰ τῶς ἐγγύς. ὅτι γὰρ ἐν τῶς εἰρημέ- νοις ἀσχηματίως παρὰ αὐτῶ τῶ σωτῆρος ἡμῶν καὶ κυρίου Ιησὺ Χριστοῦ πισθῶσιν, οἷοι δὲ δαίτυτοι δολεῖον καλὸν καρπὸς κακῆς ποιῆσαι, ἢ δὲ μὲν διδρον κακῶν καλῶς καρπὸς ποιῆσαι. καὶ πῶς τὸν Θεὸν τῶ Σατανᾶ, καὶ ἡμῶν κακῶν αὐτῶ ἀσχηματίως λέγειν τοῖς μὲν ποιητῶν καὶ δημιουργῶν, θαυμάζοντες ἐπέρχεται. καὶ εἶθε μὲν μοι οὐκ ἔστιν ἡμῶν αὐτῶ ἡ ματαιοποιία, καὶ μη τῶν μοι οὐκ ἔστιν ἡμῶν αὐτῶ τῶ κακοῦ κατὰ τῶν Χριστῶν, Μαρία, τί οὖν γυναικῶς ἐλεγον εἶναι υἱόν, ἢ αἵματος καὶ σαρκῶς, καὶ τῆς ἄλλης δυσωδίας ἡμῶν γυναικῶν γεννηθῆναι. καὶ εἶνα μὴ τῶ πολλὰ διὰ τῶς δε- τῆς ἐπιστολῆς γράφων, εἰς μῆκος χρόνις διαστῆσθαι

Reflectionem quidem tuam immensam fen- tiens, vehementer gavisus sum, fides vero, quia non fit juxta te, recta ratione moleste tuli; propter quod ad emendationem generis humani missus sum, & subveniens his, qui se seductionibus, atque erroribus tradiderunt, haec scripta ad te necessarium duxi transmittere; primo quidem ad salutem animae tuae, deinde, & eorum, qui tecum sunt: uti ne indiscretos animos geras, sicut simpliciorum magistri docent, dicentes malum, & bonum ab eodem subsistere, & unum initium introducentes, neque quidquam perferunt, vel discernentes a luce tenebras, & bonum a malo, & exteriorem hominem ab interiori, sicut praediximus; sed confundere, ac permiscere alterum alteri non cessant. Tu vero, o Fili, ne simili- liter, ut multi hominum irrationabiliter, & simpliciter utraque indiscreta permisceas, neque bonitatis Deo inferas contumeliam. Initium enim, & finem, & horum patrem malorum ad Deum referunt, quorum fi- nis est maledictio proximo. Non enim his quae dicta sunt in Evangelio Salvatoris nostri, & Domini Jesu Christi credunt, quia non potest arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere. Quomodo Dominum Satanæ, & malorum ejus autem factorem dicere audeant, & condito- rem, plurimum miror. Et atque utinam eo usque eorum vanitas pervenisset, & non unigenitum qui de Patris sinibus descendit, Christum, Mariae cujusdam mulieris esse dicerent filium, ex sanguine, & carne, ac reliquis mulierum spurcitiis generatum. Et, ut ne plurima per hanc epistolam scribam, atque in longitudinem temporis protraham pa- tien-

NOTÆ ZACAGNI.

1 Hanc epistolam cum Marcelli responsione integram retulit Epiphanius in Manichæorum Hæresi n. 6. ex quo circa delinsumus. 2 Codex Bobienſis a ruina ejus, & de laqueis. Sic & Epiphanius. 3 Idem Codex, multa rectam rationem. Sic & Epiphanius. 4 Idem Codex, missus sum subveniens. Epiphanius, missus, & subveniens. 5 Idem Codex, hoc scripta necessarium duxi. 6 Hinc patet recte in greco Epiphani textu emendasse Petavium. Nam prius in deorat. 7 Codex Casinensis, magistri dicentes. Sed aliam lectionem exprimit etiam Epiphanius. 8 Male idem codex, a luce, a tenebris. 9 Codex Casinensis, Permiscere, neque Bonitatis Dei inferas. Epiphanius, Permiscere, neque aulitate, Deum referas. Initium enim & Præterea Casinensis legit patio post, Initium, & Præterea. Nos autem in utroque codice, atque Epiphani hunc locum emendavimus. 10 Bobienſis Codex, Dominum. 11 Casinensis habebat, in. Vide tamen an leviter emendandum sit apud Epiphanius. 12 Codex Bobienſis, Qui Patris sinibus descendit. Casinensis, Qui de Patris sinibus descendit. Nos in Epiphani hunc locum restituimus.



ANNO CHRISTI 377

1. Cor. 7. 11.

tientiam tuam, cum mihi non adsit eloquentia naturalis, sufficit ista dixisse. Omnia autem cognosces, cum praesens fuero apud te; si tamen salutis tuae parcere, ac providere festinas; non enim laqueum alicui injicio, sicut plurimi insipientium faciunt. Intellige quae dico, fili honorabilis.

VI. Hac epistola lecta, bajulum literarum Marcellus obsequentissime fovebat hospitio, Archelaus vero ea quae lecta sunt, non libenter amplexus, velut leo conclusus dentibus infrendat, auctorem epistolae sibi

τῶ ἐπιπέσω, ἃ ἔχων τὸς φυσικὰς φράσεις, ἐπὶ τούτοις ἀρεκεθίσσομαι τὸ δι' ὅλων γνώση παρόντος μου ἀπὸς σέ, εἴη τῆς σεαυτῷ σωτηρίας ἐτι φείδη, ἔδὲ γὰρ βρόχον τινὶ ἐπιβάλλω, ὡς δὲ τῶ πολλῶν ἀφορητέροι ποιῶσιν. γόει ἂ λίσγω, τίνοιον τιμωτάτη.

desiderans dari; quem Marcellus suadebat quiescere, semet pollicens procuraturum praesentiam viri. Rescribere ergo Marcellus ad ea, quae scripta sunt, statuit epistolam continentem haec.

ANNO CHRISTI 377

MARCELLUS.

ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ.

Vir notus, Manichaeus, qui sibi per epistolam indicatus est, salutem.

Ἀνὴρ ἐπίσημος, μανιχαῖος τῆς διὰ τῆς ἐπιστολῆς δηλωθῆναι, Χαίρειν.

Scriptam quidem a te epistolam sumpsi, & Turbonem solita mihi humanitate suscepisti, sentiam vero litterarum nequaquam adverte; nisi forte tu praesens exponas nobis per verba, singula, sicut promissisti. Vale.

Τὴν μὲν ὑπὸ σὺ γραφεῖσαν ἐπιστολὴν ἀποσκηλάμην. τὴν δὲ Τύρβωνα προσειδέξαμην κατὰ φιλοφροσύνην ἐμὴν τῶ δὲ γραμματίων τῶν νῦν ἀδαμῶς ἔγνω, εἰ μὴ σὺ παραγνώμηνος φράσης ἡμῶν καταλογαδὴν ἴκασον, ὡς ὑπέχον διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἔρωσθε.

Hanc epistolam signatam tradebat Turboni referendam ad eum, a quo prius ipse pertulerat, ille vero ad eum redire penitus reluctabatur, memor itineris laborum, & rogabat alium pro se dungi, abnegans ultra sibi ad eum rediturum, aut communionem cum eo aliquam facturum. Marcellus vero accito uno ex pueris suis, Callisto nomine, praecipit proficisci, qui nihil moratus, illico proficiscitur: & post triduum pervenit ad Manetem, quem in castello quodam Arabianis reperit, atque epistolam tradidit; qua ille perlecta, gavisus est, a Marcello invitatum se esse, ac sine mora iteri invadit. Turbonis tamen remotionem non prosperam praesagitus, & quali consulto itinere ad Marcellum perrexit. Turbo vero de Marcelli domo prorius non discedebat, nec ab Archelai Episcopi confabulatione cessabat: valde enim studiose uterque de Manichaei studii perquirebant, scire cupientes, qui sit, unde, vel quid verbi ferat. At illo universa dilucide enarravit, repetens, & exponens de fide ejus hoc modo.

VII. Si fidem Manichaei discere a me vultis, breviter audite. Hic duos colit Deos innatos, ex semetipsis extantes, aeternos, unum uni advertentem; & alterum quidem bonum, alterum autem malum introducit. Lux uni nomen imponit, & alteri tenebras. Et lucis quidem esse partem animam, quae in hominibus est, tenebrarum autem corpus, & quae ex materia est condita. Permixtionem autem, vel conjunctionem hoc modo dicit effectam, conferens ambos Deos in huiusmodi exemplum. Quemadmodum si duo Reges sint advertum se pugnantes, qui ab initio fuerint inimici, habentes singuli suas portiones; accidit autem, ut tenebrae progredientes fines suos bellum cum luce committerint. Quod cum cognovisset bonus pater tenebras ad terram suam supervenisse, produxit ex se virtutem, quae dicitur mater vitae qua virtute circumdedit

Εἰ τῶ τῷ Μάνη πισιν θείλετε μαθεῖν, παρίμω ἀκούσατε συντόμως. ἕως δύο σέβει Θεοὺς ἀχρηγῆτος, αὐτοφρεῖς, αἰδίας, οὐα τὰ οὐα ἀντικείμενον, καὶ τὸν μὲν ἀγαθόν, τὸν δὲ πονηρονείσηγείπει, φῶς τῷ οὐα οἰομαθὲ μῆμος, καὶ τῷ ἐπέφ σκοτός, καὶ τῷ μὲν φῶτος εἶναι μέρος τὴν ἐν ἀνθρώποις ψυχὴν, τῷ δὲ σκοτός τὸ σῶμα, καὶ τὸ τῆς ὕλης δημιουργημα. μίξιν δὲ, ἢ πει συγχρασιν τῶ τῶν λέγει γιγονοῦσαι τῶν ἑσῶπων, ἀπεικαζων τὸς δύο τῶδε τῶ παραδείγματι. καθάπερ δύο βασιλεῖς ἀντιμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους, ὄντες ἀπαρχῆς ἐχθροὶ, καὶ ἀναμίρ ἐκάστῳ τῷ ἴδῳ ἔχοντ. κατὶ δὲ σύσασιν τὸ σκοτός ἐπιλθόν ἐκ τῶ οὐων αὐτῷ ἀποσυμαχῆσατο τῷ φωτί. γνόντα δὲ τὸν ἀγαθὸν Πατέρα τὸ σκοτὸς ἐν τῇ γῆ αὐτῷ ἐπιδεδημηκός, ἀποβαλλειν ἐξ αὐτῷ δύναμιν, λεγομένην Μητέρα τῆς ζωῆς, καὶ αὐτὴν ἀποβεβληχσῆναι τὸν ἀφῶτον ἀνθρώπον, τὰ πῶτε σοχηῖα εἶσι

NOTAE ZACAGNI.

- 1. Cabnenfis *patet*. Melior alia lectio Bobienfis codicis, ut patet ex Epiphano.
- 2. Codex Bobienfis, *Henocathis*. Vale, quod verbum non habet Epiphanius.
- 3. Codex Bobienfis, *οὐα κεντῆσῆμα*.
- 4. Codex Bobienfis, *ἰασιγγεῖαι*.
- 5. Melior Petasus, *οὐα*, *ἔν τῷ οὐα*.
- 6. Codex Bibienfis, *Sicut per epistolam promissisti. Vale. Hanc epistolam scriptam atque signatam tradebat Turboni referendam. Epiphanius pariter legit, hanc per epistolam promissisti. Vale.*
- 7. Codex Bobienfis, *Ad eum rediturum, aut communionem cum eo aliquam facturum.*
- 8. Castellam hoc trans fluvium Sitangam sicuti fuisse in medio Perisaram, & Mesopotamiae, ait Epiphanius in hac hactenus num.
- 9. Codex Bobienfis, *Profugus*.
- 10. Sequentia usque ad cap. 12. verbatim graece retulit Epiphanius num. 15.
- 11. Hinc patet apud Epiphaniam legi debere *οὐα* *λαγῶ* cum prius citet, *τῶ τῶν*.
- 12. Codex Bobienfis, *Ἐξ αὐτῷ ἐκ τῶ οὐα*. Cabnenfis, *Προδυσσῆς*, & *οὐα* *virtutem*. Sed legendum est ex Epiphano, ut emendatum est.
- 13. Codex Bobienfis, *Quae circumdedit*. Cabnenfis, *Quae virtute*. Sed ex Bobienfi, & Epiphano emendavi, *Quae* *virtute*.

εἰς δὲ ἄνεμος, φῶς, ὕδωρ, πῦρ, καὶ ἄλλα. καὶ ταῦτα ἐδωκεν ἄνεμον, ὡς ἀπὸς κατασκευῆν πολέμου, κατελάθει κατὰ καὶ πολέμῳ τῷ σκότει· οἱ δὲ τῷ σκότει ἀρχόντες ἀντιπολεμῶντες αὐτῷ, ἔφαγον ἐκ τῆς πνευματικῆς αὐτοῦ, ὅτι ἐν ἡ ψυχῇ τότε δεινῶς ἐβλήθη ἐκεί κατὰ τὸ πνεῦμα ἀνθρώπου ὑπὸ τῷ σκότει, καὶ εἰ μὴ ἀξαρβῆν εἰσθήσασεν ὁ Πατὴρ, καὶ ἀπέσειλεν ἐπὶ αὐτῷ δύναμιν ἀποβληθεῖσαν ἐκ αὐτοῦ, λεγομένην ζῶν Πνεῦμα, καὶ εἰ μὴ κατελάθει δίδωκεν αὐτῷ δικαίαν, καὶ ἀνηγάγει ἐκ τῷ σκότει, πάλαι ἂν ὁ πνεῦμα ἀνθρώπου κατεχόμενος, ἐκινδύνισεν. ἔκτοτε ἂν κατελάθει κατὰ τὴν ψυχὴν. καὶ διὰ τοῦτο Μανιχαῖοι ἐὰν συναθροίσωσι ἀλλήλους, δεξιὰς δίδωσιν ἑαυτοῖς σημεῖα χάριν, ὡς ἀπὸ σκότει σωθῶσιν. ἐν γὰρ τῷ σκότει πάσας τὰς αἰρέσεις εἶναι λέγουσι. τότε ζῶν Πνεῦμα ἔκτισε τὸν κόσμον, καὶ αὐτὸ φορέσας ἐπὶ αὐτῷ τρεῖς δυνάμεις, κατελάθει ἀνηγάγει τοὺς ἀρχόντες, καὶ ἐστέρησεν ἐν τῷ σερῶματι, ὅτι ἐν αὐτῷ σῶμα ἡ σφαῖρα. Τότε πάλιν τὸ ζῶν Πνεῦμα ἔκτισε τοὺς φωστῆρας, ἃ εἰς τῆς ψυχῆς λέγονται, καὶ αὐτοὺς ἐποίησε τὸ σερῶμα κυκλεῖσθαι. καὶ πάλιν ἔκτισε τὴν γῆν εἰς εἶδη ὀκτώ. ὁ δὲ Ὀμοφόρος κατὰ βασάζει, καὶ ἐπὶν κάμη βασάζων, ἔμελλε, καὶ σεισμῶ ἀίτιος γίνεται παρὰ τὸν ὀμοφῶρον κερῶν. ταῦτα δὲ κατὰ τὸν Ἰὸν αὐτοῦ ἀπέσειλεν ὁ ἀγαθὸς Πατὴρ ἐκ τῆς κόλπων εἰς τὴν καρδίαν τῆς γῆς, καὶ εἰς τὰ πᾶντας κατὰ τὴν μέρη, ὅπως αὐτῷ τὴν προσήκουσαν ἐπιτιμίαν δῶ. καὶ ὁσάκις ἂν σεισμὸς γένηται, ἢ ἔμελλε κάμων, ἢ ἀντιφέρει εἰς τὸν ἔτερον ὄμων. τότε τοῖσι καὶ ἡ ἄλλη ἀπ' ἑαυτῆς ἔκτισε τὰ φυτὰ, καὶ συλωμῶσαν αὐτῷ ἀπὸ τινῶν ἀρχόντων ἐκάλεσε πάντας τὰς τῆς ἀρχόντων πνευματικῆς, καὶ ἔλαβον ἀπ' αὐτῆς ἀνά μίαν δύναμιν, καὶ κατεσκέπασεν τὸν ἀνθρώπου, τὸν κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ πνεῦμα ἀνθρώπου ἐκείνου, καὶ ἔδωκε τὴν ψυχὴν ἐν αὐτῷ. ἡ αὐτὴ εἰς τῆς συγκράσεως ἢ ὑποθέσεως.

Ὅτι δὲ εἶδον ὁ Πατὴρ ὁ ζῶν ὀλοβομένην τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σῶματι, ἐσπλαγχνισθὼν καὶ ἐλεημῶν, ἔμελλε τὸν Ἰὸν ἀπὸ τὸν ἡγαπημῶν εἰς σωτηρίαν τῆς ψυχῆς, διὰ γὰρ πάντῃ τῷ πρόφασιν, καὶ τῷ τῷ Ὀμοφόρου, ἀπέσειλεν αὐτὸν. καὶ ἔλαβον ὁ Ἰὸς μετεσχηματίσεν ἑαυτὸν εἰς ἀνθρώπου εἶδος, καὶ ἐφάνητο τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἀν-

primum hominem, quem sunt quinque elementa id est, Ventus, Lux, Aqua, Ignis, & Materia, quibus indutus, tanquam ad paratum belli, descendit deorsum pugnare adversum tenebras. At vero tenebrarum Principes, repugnantes ei, comederunt de armatura ejus, quod est anima. Tunc ibi vehementer afflicus est deorsum, primus parens homo a tenebris, & nisi orantem eum exaudisset pater, & misisset alteram virtutem, quae processerat ex se, quae dicitur Spiritus vivens, & descendens porrexisset ei dexteram, & eduxisset eum de tenebris, olim primus homo detentus periclitaretur. Ex eo ergo animam deorsum reliquit, & propterea Manichaei, cum sibi invicem occurrunt, dant sibi dexteram hujus signi gratia, tanquam ex tenebris liberati; in tenebris enim omnes haerere esse dicunt. Tunc vivens spiritus creavit mundum, & indutus alias tres virtutes descendens eduxit Principes, & crucifixit eos in firmamento, quod est ejus corpus sphaera; & rursum ipse vivens Spiritus creavit luminaria, quae sunt reliquiae animae, & fecit ea firmamentum circumire, & iterum creavit terram, & sunt octo. Est autem Omophorus deorsum, id est qui eam portat in humeris, & cum laboraverit portans, intremulcit & haec est causa terrae motus praeter constitutum tempus. Hac de causa filium suum misit benignus pater de sinibus suis in cor terrae, & in interiores ejus partes quo illum, ut par erat, coerceret; quotiens enim efficitur terrae motus, tremante eo ex labore, vel de humero in humerum transferente pondus efficitur. Tunc ergo & ipsa materia creavit ex se plantas vel germina, quae cum furatae essent a quibusdam Principibus, convocavit omnes Principes primarios, & sumpsit ab eis singulas virtutes, & fecit hominem hunc secundum speciem primi hominis illius, & junxit animam in eo.

VIII. Cum autem vidisset Pater vivens affligi animam in corpore, quia est miserator & misericors, misit Filium suum dilectum ad salutem animae; hac enim causa, & propter omophorum misit eum. Et veniens filius, transformavit se in speciem hominis; & apparebat quidem hominibus ut homo, cum non esset homo, & homines puta-

NOTÆ ZACAGNI.

- 1 Codex Bobiensis, Id est lux, aqua, ignis, & maria. Sed Epiphanius legit, ventus, lux, aqua, ignis, & materia, ut in Codice Casinensi, qui veram exhibet hujus loci lectionem.
- 2 Epiphanius legit, Ad apparatusum belli.
- 3 Codex Bobiensis, concinente Epiphanio, primus homo.
- 4 Codex Bobiensis, relinquit. Mala lectio, ut patet ex Epiphanio.
- 5 Codex Bobiensis, omnis heresi esse dicitur. Sed hanc lectionem rejicit Epiphanius.
- 6 Hac est hujus loci vera lectio, Epiphanio probata. Quam etiam ex codice Bobiensi Valesius exprimit, corruptam esse nemo non videt; sic enim se habet, Descendens eduxit Principes Jern, extens in firmamentum, quod est etc. In graeco Epiphanius est, Et stabilivit in firmamento, quod est ipsorum corpus sphaera. Sed de eundem Epiphanium cap. 48.
- 7 Ita & Epiphanius. Male apud Valesium, Reliquiae anima. Vide eundem Epiphanium ibidem cap. 49.
- 8 Et hic male codex Bobiensis, in firmamento circumire, ut patet ex Epiphanio.
- 9 Epiphanius habet sic adu etc. Creavit terram Obduplet specie. Omophorus autem, hoc est, bajulus, infra saffinet. Sed latinus noster interpret legit, ventus de, vel tunc de.
- 10 Codex Bobiensis, de sinibus in cor terra. Sic legit & Epiphanius.
- 11 Idem codex, quod illum, ut pareret, coerceret. Prava lectio. Hinc autem patet Petavium apud Epiphanium pro ἐπιτιμίαν recte emendasse ἐπιτιμίαν.
- 12 Codex Casinensis, furatae essent, convocavit. Nos Bobiensem codicem, & Epiphanium secuti sumus.
- 13 Male codex Bobiensis, & vixit animam in eo. Quam lectionem non sequitur Epiphanius. Substituque apud eundem, Et hac est commissionis ratio. Quae verba de tuo fortasse addidit Epiphanius.
- 14 Codex Bobiensis, qui est.
- 15 Ita codex Bobiensis, & Epiphanius. Casinensis non habet dilectum.
- 16 Uterque codex, & parerat. Sed nos Epiphanius lectionem praetulimus.

ANNO CHRISTI 177.

ANNO CHRISTI 177.

venisset, machinam quandam concinnavit ad salutem animarum; idest, rotam instituit, habentem duodecim urceos, quae rota per hanc sphaeram vertitur, hauriens animas morientium, quasque luminare majus, idest, sol radiis suis adimens purgat, & Luna tradit, & ita adimpletur luna; idest, qui a nobis ita appellatur. Naves enim vel translatorias cymbas esse dicit duo ista luminaria, & cum repleta fuerit luna, transfretare animas ad subolanam partem, & ita apocrusim, detrimentum, patitur, cum onere fuerit relevata: & iterum repleri cymbam; & rursus exonerari, dum hauriantur per urceos animae, usquequo partem suam propriam liberet animarum. De substantia autem boni Patris omnem animam, atque omne animal, quod movetur, partem trahere confirmat. Cum igitur luna onus, quod gerit, animarum, seculis tradiderit Patris, permanent illae in columna gloriae, quod vocatur Vir perfectus. Hic autem Vir est columna lucis: repleta est enim mundarum animarum, & haec est causa salutis animarum; mortis vero causa hominibus est ista. Virgo quaedam decora & exornata, elegans valde, furto appetit Principes, qui sunt in firmamento a vivente spiritu educti, & crucifixi, quae cum apparuerit, maribus femina decora apparet; feminis vero adolescentem speciosum, & concupiscibilem demonstrat. Sed Principes quidem, cum eam viderint exornatam, amore eius in libidinem moventur; & quia eam apprehendere non possunt, vehementer insistantur, amoris incendii excitati; rapti sunt enim libidinis calore: cum enim currentibus post eam anxii effecti fuissent, Virgo subito nufquam comparuit. Tunc Princeps ille magnus producit nebulas ex semetipso, uti obscuraret in ira sua omnem mundum, qui cum tribulatus fuerit plurimum, sicut homo sudat post laborem, ita & hic Princeps sudat ex tribulatione sua, cujus sudor pluviae sunt. Sed & messis Princeps, si deceptus fuerit a Virgine effundit pellem super terram, itaut morte afficiat homines; corpus enim hoc mundus vocatur, ad similitudinem

θρῦπος, μη δὲ ἀνθρώπος, καὶ οἱ ἀνθρώποι ὑπελάμβανον αὐτὸν γεγονότα. ἰδῶν ἂν ποιεῖται τὴν διμυργίαν πρὸς σωτηρίαν τῶν ψυχῶν, καὶ μηχανῆν συνστήσασα ἔχουσα δωδεκά καθύς, ἢ τις ὑπὸ τῆς σφαιρας σφειρομένη, ἀνιμάται τῶν θνητῶν τὰς ψυχὰς. καὶ ταύτας ὁ μέγας φωτίζει ταῖς ἀκτίσι λαβῶν, καθαρίζει, καὶ μεταδίδωσι τὴν σελήνην, καὶ ὅπως πληροῦται τῆς σελήνης ὁ δίσκος, ὁ παρ' ἡμῶν προσαγορευόμενος. πλοῖα γὰρ, ἢ πει πορθμεῖα εἶναι λέγει τὰς δύο φωστῆρας. εἴτα ἐὰν γεμισθῇ ἡ σελήνη, μεταπορθμεῖ εἰς ἀπληθύν, καὶ ὅπως ἀποκρῶσιν ποιεῖται, τὸ γόμον ἐλαφρομένη. καὶ ὅπως πληροῖ τὸ πορθμεῖον, καὶ πάλιν ἀπογομοῖ ἀνιμμένην ὑπὸ τῆς καθύς τῶν ψυχῶν, ἄχρις ἢ τὸ ἴδιον αὐτοῦ μέρος σώσει τῆς ψυχῆς. τῆς γὰρ τὸ ἀγαθὸν Πατρὸς ὡς τὰς πᾶσαν ψυχῆν, καὶ πᾶν κινῆμενον ζῶον μετῆχεν λέγει. τῆς ἐν σελήνης μεταδόσεως τὸν γόμον τῶν ψυχῶν τοῖς Αἰώσι τῷ Πατρὸς, παραμύσει ἐν τῷ εὐλόγῳ τῆς δόξης, ὃς καλεῖται ἀὴρ ὁ πέλειος. ὁ δὲ ἀὴρ ὅπως εὐλος ἐστὶ φωτός, ἐπειδὴ γέμει ψυχῶν τῶν καθαρῶν. αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, δι' ἧς αἱ ψυχὰς σώζονται. ἡ δὲ τὸ ἀποθανεῖν τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ πάλιν αὕτη. παρθένος τις ὡραία κεκοσμημένη, πικρὰν πάνυ συλῆν ἐπιχειρεῖ τὸς ἀρχοντας, τὸς ἐν τῷ στερώματι ὑπὸ τῷ ζῶντος Πνεύματος ἀνεχθέντας καὶ σαυρωθέντας, φασιμένη δὲ τῆς ἀρετῆς θήλειαν εὐμορφος, ταῖς δὲ θηλείαις νεανίας ἀειδῆς καὶ ἐπιθυμητός, καὶ οἱ μὲν Ἀρχοντες ὁποῦν ἰδῶσιν αὐτὴν κεκαλλωπισμένην, οἰσρῶνται τῷ φιλῆσθαι, καὶ μὴ διακρίβωσιν αὐτὴν καταλαβεῖν, δεσπῶς φλέγονται τῷ ἐρωτικῷ πόθῳ τὸν νῦν ἔχραυθέντας. ὅταν ἂν ἔχραυτων αὐτῆς, ἡ παρθένος ἀφανὸς γίνεται, τότε ὁ Ἄρχων ὁ μέγας ἀποβάλλει τὸς νεφέλας ἐξ αὐτοῦ, ὅπως σκοτίσῃ τὴν ὄρῃ αὐτοῦ τὸν κόσμον. καὶ ὅπως ἐκ τῆς θλίβῃ πᾶν, καθάπερ ἀνθρώπος ἰδρῶν ἀποκοπῆται. ὁ δὲ ἰδρῶς αὐτοῦ ἐστὶν ἡ βροχὴ ὅμοια καὶ ὁ θερισμὸς ἀρχῶν ἐὰν σιληθῇ ὑπὸ τῆς παρθένου, καθάπερ λαιμὸν ἐφ' ὅλης τῆς γῆς, ὅπως θανατοῦσιν τὸς ἀνθρώπους. τὸ γὰρ σῶμα τῆς κόσμος καλεῖται πρὸς τὸν μέγαν κόσμον. καὶ οἱ ἀνθρώποι πάντες

NOTAE ZACAGNI.

- 1 Codex Bobienſis, probante Epiphano, putabatur cum natum eſſe. Calinenſis male, naturam eſſe.
- 2 Codex Bobienſis, concinnatam. Epiphanius habet, Veniens igitur opus quoddam ad animarum salutem multum est. Et machinam concinnavit, cadens duodecim habentem, qua a sphaera converso morientium animas sursum evehit.
- 3 Codex Bobienſis, qua per hanc sphaeram hauriens animas viventium. Mala lectio, ut ex Epiphano apparet.
- 4 Epiphanius, ἢ τις ὑπὸ τῆς σφαιρας.
- 5 Codex Bobienſis, ἀνιμάται, pessima lectio.
- 6 In codice Calinenſi, ἀνεχθέντας, scribitur; sed nos locum restitimus ex codice Bobienſi, in quo Apocrusim recte legitur, licet in alio hic depravatiſſimo exiſtat. Αποκρῶσιν autem Alexandro Aphrodiſienſi, & Tralliano dicitur laeae luna, cum deſceſit, seu ſeneſcit, ut notum eſt.
- 7 Epiphanius, καὶ ὅπως πληροῦται τῆς σελήνης.
- 8 Idem Epiphanius, καὶ ὅπως πληροῦται τῆς σελήνης, sed ex hujus antiqui interpretis versione debet emendari.
- 9 Legendum illa, hoc est, animam ex Epiphano, licet uterque codex habeat illa.
- 10 Epiphanius habet, ἀνεχθέντας, unde colligitur latinum hujus operis exemplar e graeco expressum eſſe, & male interpretem legiſſe, ἀνεχθέντας, vertendum autem eſſe, ἀνεχθέντας. Ανεχθέντας autem hoc est, ut graeco cum latino conveniant, & aliquid inde ſenſus eruatur.
- 11 Melior in ſequenti Epiphaniſ lectio, quae ſic latine ſonit, Amoris aſtro aguntur, cumque eam aſſeipi nequeant, extra mentem aſſeipi, pro amore, & cupiditate mirum in modum exardescunt. Quum igitur, accurrentibus illis, virgo se ex illorum aſpectu ſubduerit, tunc etc.
- 12 Male codex Bobienſis, libidinis, amoris calorem: cum virgo currentibus vis post eam, virgo etc.
- 13 Item codex, sudat et ex tribulatione, prava lectio.
- 14 Epiphanius habet ex versione Petavii, Sic et Princeps alter, Messor appellatus, si Virginis illecebra captivatus, pellem in universam terram personat, hominibus immittit. In textu tamen graeco, Messis est, non, Messor, sed, fortasse legendum Messis.
- 15 Codex Calinenſis, effundit formam. Bobienſis, effundit formam. Sed nos ex seqq. & ex Epiphano, pellem substitimus. Facile autem fuit veteri latino interpreti ob similitudinem vocum, λαιμός, fames, & λαιμός, pestis, in hunc errorem incidere.

παντες ριζας εχουσι, και συνηδειςαις τως ανω, Α οτόταν εν συληθη επο της παρθενου, τω αρχηται κοσμεν τως ριζας τω ανθρωπων. κ' οταν κοπωσιν αι ριζαι αυτω, τω αρχηται λαιμος γινωσαι, κ' οπως αποθνησκουσιν. εαν δε τα ανω της ριζας πωσ σαλδση, σεσημος γιγνηται τε. κ' επακαλυθη, συγλυμινω μη του Ωμοφωρου, αυτη η αιτια του θωατου.

Ερω δι υμων κ' τω, πως μεταγχιζεται η ψυχη εις αινει σωματα. πωτων καθαζεται μηρον τι απ αυτω εστα μεταγχιζεται εις κυνοσ, η εις καμηλω, η εις ετερω ζωω σωμα. εαν δε η περσωνικωια ψυχη, εις κελωων σωμα μεταφερται. εαν δε θεωσασα ευρωθη, εις μοχλαδωσ. τωσ δε ψυχωσ εισ Β τα ονοματα ταυτω, τωσ, ινωια, φρονησις, οσδυμωσις, λογισμοσ. οι δε θεωσαι, οσω θεωχουσιν, εωκασι τωσ Αρχωσι τωσ απαρχωσ ωσνεισ σωτοσ, οτε εφαγον εκ τωσ τωσ πωρωσ ανθρωπωσ πωσολιωσ. διω αναγκη αυτωσ μεταγχιζοθηναι εις χορτω, η εις φασωλια, η εις κελω, η εις σαχων, η εις λαχαωνα, ινα θεωδωσ, κ' κοπωσιν. κ' εις τωσ κελωσ εωσιν αρτων, αναγκη κ' αυτων βρωθηναι, αρτων ηνωμενων. εις τωσ φωνωσι ορνιθιωσ, ορνιθιωσ εσαι εις τωσ φωνωσιν μω, κ' αυτωσ μωσ εσαι. εις τωσ κελωσ εσιν πλωστωσ εν τωτω τωσ κοσμω, κ' εαν εξελθη εκ τωσ σκηνωματοσ αυτω, αναγκη αυτων εις πτωχω σωμα μεταγχιζοθηναι, ωσε περιπατωνται αυτων επατησαι, κ' μετω ταυτω ανελθωσιν αυτων εις χολασιν αιωνωσ. τωσ δε σωματοσ τατω ονωσ τωσ Αρχωνωσ, κ' τωσ υλωσ, αναγκη τον φυλωτον περσωσιν διελθωσιν πολλω σωματα, ωσ αν καταβληθη η περσωσιν εκωσ. εις δε τωσ οικωδομωσ εωτωσ οικιωσ, διασπαρωχθησεται εις τωσ ελα σωματα. εις τωσ λωσται εις τωσ υδωσ, την εωτωσ ψυχην κ' πτωσιν. κ' εις τωσ εδωσται τωσ εκλεκτωσ αυτωσ κοστωσιν, κωλαωθησεται εις τωσ γενεωσ, κ' μετεσωματοσται εις κατηχημωων σωματα, ωσ εδωστωσιν πολλωσ, κ' δια τατωσ, εις τωσ κωλωσων εν βρωμωσιν, τωσ εκλεκτωσ απωσφωρσιν. κ' οταν μωλωσιν εδωσιν αρτων, απωσφωρσιν απωστων, ωσ λεγωντεσ πωσ αρτων, ωτε σι εγω εδωσισα, ωτε ηλωσ, ωτε εδωσισα σε, ωτε εις κωλωσων εβαλον αλλα ελλωσ ετωσισε ταυτω, κ' ηνωχλω Concil. General. Tom. I.

magni hujus mundi, & omnes homines, qui sunt deorsum, radices habent sursum colligatas. Cum ergo deceptus fuerit a Virgine tunc incipit excidere radices hominum, & cum excisa fuerint radices eorum, efficitur pestilentia & ita moriuntur. Quod si superiores partes radicum validius concusserit, fit terrae motus, & insequitur Omophori concussio, & haec est mortis occasio.

IX. Dicam autem vobis, quomodo, & animae in alia quoque corpora transfunduntur: In hoc primo purgatur aliquid ex ea parum; deinde, transfunditur in canem, aut in camelum, aut in alterius animalis corpus. Quod si homicidium commiserit anima, in Elephantiacorum corpora transfunditur; quod si messem secuit, in mutos. Nomina autem animarum sunt ista, Mens, Sensus, Prudentia, Intellectus, Cogitatio. Messores autem qui messem metunt, conferuntur Principibus. qui ex materia orti in tenebris sunt, ex quo manducaverunt de primi hominis armatura, propter quod necesse est eos transfundi in fennum aut in fabesolum aut in hordeum, aut in olera, ut & ipsi descendant, & demerantur: & qui manducant panem, necesse est ut & ipsi manducentur panem effodi. Qui occiderit pullum, & ipse pullus erit; qui murem, mus etiam ipse erit. Si quis vero est dives in hoc mundo, cum exierit de corpore suo, necesse est eum in corpus pauperis injici, itaut ambulet, & mendicet, & post haec eat in penas aeternas. Cum ergo corpus hoc Principum sit, & materiae, necesse est eum, qui plantaverit perisam, transire per multa corpora, usquequo perisae illa, quam plantaverat, concidat. Qui autem aedificaverit sibi domum dispergetur per omnia corpora. Si quis laverit se in aqua, animam suam vulnerat, & qui non praestiterit electis ejus alimentum, penas subdetur gehennae, & transformatur in catechumenorum corpora, usquequo faciat misericordias multas: & propterea si quid optimum est in electis, offerunt illud electis & cum voluerint manducare panem, orant primo ista dicentes ad panem neque ego te messui, neque molui, neque tribu-

D d d d lavi,

NOTE ZACAGNI.

- 1 Epiphanius habet, Et omnes homines radices habent infra cum superioribus connexas.
2 Codex Bobiensis, tunc cum incipit.
3 Apud Epiphanium legitur, quod si superiores partes radicum pro labore quantantur, terramotus fit, atque conficitur Omophoro quidem inimico concussio.
4 Codex Bobiensis, transfunduntur. mala leodio Epiphanius habet, quomodo anima in quinque corpora transfundatur. Primi etc.
5 Codex Bobiensis, homicidium admisit, anima in elephantorum corpora. In Casinensi scribitur, in elephantia eorum corpora, quod procul dubio, elephantiacorum, legi debet. Epiphanius tamen habet, κελωων, κελωων, κελωων.
6 Petavius melius vertit apud Epiphanium. Mens, nullo, intelligentia, cogitatio, ratiocinatio.
7 Codex Bobiensis, qui ex materia orti, typographorum, ut videtur, erroris. Apud Epiphanium legitur, qui ab initio in tenebris sunt.
8 Codex Bobiensis male, fabesolum.
9 Codex Bobiensis, necesse est, & ipsum manducant panem effodi. Quod si occiderit pullum, & ipse pullus erit. Qui vero est dives. Sed Epiphanius cum Casinensi codice convenit. Male autem in margine emendavit Valesius, Quisquis vero est dives.
10 Cod. Bobiensis, ut ambulat, mendicet.
11 Male in Casinensi codice legebatur, per se ad illam. Porro per se Petavius vertit, profusa arbor. Vide Epiphanium num. 9.
12 Codex Bobiensis, Dispergitur. Epiphanius habet, ut Codex Casinensis.
13 In graeco Epiphanius est πτωσιν, frigore adstringit, congelat. Latinus tamen interpretis legis videtur κωλωσ.
14 Apud Epiphanium scribitur, κοστωσιν, pietatem.
15 Epiphanius, per multas generationes penas expendit.
16 Codex Bobiensis, Offerunt illud illi electis. Casinensis, offerre illud electis. Sed ex Epiphanio legendum, ut vultimus.
17 In graeco Epiphanius εδωσισα, subegi, no sensu, quo facinram subigere dicimus.

ANNO CHRISTI 177.

ANNO CHRISTI 177.

hvi, nec in cibum te mihi, alius te se-  
cit, & detulit te mihi, ego innocenter te  
manduco. Et cum intra semetipsum hac dixerit  
respondet ad eum, qui ei detulit, oravi  
pro te, & ille discedit ita. Sicut ergo dixi vobis  
paulo ante, si quis messuerit, demetur,  
ita & si quis frumentum in molam miserit,  
etiam ipse mittetur in molam, aut si quis  
consperserit conspergetur, aut si panem co-  
xerit, excoquetur; & propter hoc illicitum  
est apud eos opus facere. Et iterum dicunt  
esse & alios quosdam, præter hunc quem vi-  
demus, mundos quibus hujus mundilumina-  
ria, cum hic occiderint, oboriuntur. Et il-  
li dicunt, si quis ambulat in terra, lædit  
terram, & qui movet manum, lædit aerem,  
quia aer anima est hominum, & animalium,  
& volatilium, & piscium, & reptantium, &  
siquid est in hoc mundo: dixi enim vobis  
quia corpus hoc non est Dei, sed materiz  
est tenebrarum, & ideo necesse est illud ob-  
scurari.

X. Paradisus autem, qui vocatur Mun-  
dus, & arbores, quæ in ipso sunt, concupi-  
scentiz sunt. & cæteræ seductiones corrup-  
pentes cogitationes hominum. Illa autem  
arbor, quæ est in paradiso, ex qua agnoscitur  
bonum, ipse est Jesus, & scientia au-  
tem, quæ est in mundo; quam qui acceperit,  
discernit bonum a malo. Mundus autem,  
nec ipse est Dei, sed ex parte materiz  
plasmatus, & ideo omnia exterminantur.  
Quod autem furati sunt Principes a primo  
homine, ipsum est, quod adimplet lumen,  
quod quotidie purgatur a mundo; & si  
exierit anima, quæ non cognoverit veritatem,  
traditur Dæmonibus, ut eam doment in  
gehenna ignis, & postea quam correctæ fuerit,  
transfunditur in alia corpora ut dometur,  
& ita injicitur in illum magnum ignem usque  
ad consummationem. De Prophetis autem,  
qui apud vos sunt, hæc dicit, spiritus esse  
impietatis, sive iniquitatis tenebrarum illarum,  
quæ ab initio ascenderunt, a quibus decepti,  
non sunt locuti in veritate; excæcavit enim  
Princeps ille mentes ipsorum; & si quis  
sequitur verba ipsorum, morietur in sæcula,  
devinctus in-

Αμοι, ἰσὺ ἀνατίως ἔφαγον. καὶ ὅταν καθ' ἑαυτὸν ἐπι-  
ταύται, λέγει τῷ κατηχημένῳ, ἡξάμην ὑπὲρ σοῦ,  
καὶ ὅπως ἀφίσταται ἐκείνος. ὡς γὰρ εἶπον ἡμῖν ὡρὸ  
ὀλίγη, εἰ τις θραύσει θραυθήσεται. ὅπως ἐὰν εἰς  
μηχανὴν σίτον βάλλῃ, βληθήσεται καὶ αὐτός, ἢ φε-  
ράσας φουράθήσεται, ἢ ὀπτήσας ἄρτον ὀπηθήσο-  
ται. καὶ διὰ τὸ ἀπειρηταὶ αὐτοῖς ἔργον ποιῆσαι. καὶ  
πάλιν εἰσὶν ἑτέροι κόσμοι τινές, τῶν φασήρων δυνά-  
των ἀπὸ τούτου τοῦ κόσμου, ἔξ ὧν ἀνατίλλωσι. καὶ εἰ  
τις περπατῆ χαμαὶ, βλαπτει τὴν γῆν. καὶ ὁ κινῶν  
τὴν χεῖρα, βλαπτει τὴν αἶρα. ἐπειδὴ ὁ αἶρ ψυχὴ  
ἐστὶ τῶ ἀθρώπων, καὶ τῶ ζώων, καὶ τῶ πετεσῶν καὶ  
τῶ ἰχθύων, καὶ τῶ ἐρπετῶ. καὶ εἰ τις ἐν κόσμῳ  
ἐστίν, εἶπον ἡμῖν. ὅτι τὸ σῶμα τούτου οὐκ ἐστὶ τοῦ  
Θεοῦ, ἀλλὰ τῆς ὕλης ἐστὶ, καὶ σκοτός ἐστὶ, καὶ  
αὐτὸ σκοτωθῆναι δεῖ.

Περὶ δὲ τοῦ Παραδείσου, ὃς καλεῖται κόσμος.  
ἐστὶ δὲ τὸ φυτὸν τὸ ἐν αὐτῷ, ἐπιθυμία, καὶ ἄλλαι  
ἀπάται, διαφθείρουσαι τὰς λογισμὰς τῶ ἀθρώπων  
ἐκείνων. τὸ δὲ ἐν Παραδείσῳ φυτὸν, ἔξ ὧν γινώ-  
σκει τὸ καλὸν, αὐτὸ ἐστὶν ὁ Ἰησοῦς ἢ ἡ γνώσις αὐ-  
τοῦ, ἢ ἐν τῷ κόσμῳ. ὁ δὲ λαμβάνων, διακρίνει τὸ  
καλὸν, καὶ τὸ πονηρὸν. ὁ μὲν τοῦ κόσμου, ὃδ' αὐτοῦ  
ἐστὶ τὸ Θεοῦ, ἀλλ' ἢ ἀπὸ μέρους τῆς ὕλης ἐπλάσθη,  
καὶ διὰ τούτου πάντα ἀφανίζεται. ὁ δὲ ἐσύλησεν οἱ  
Ἀρχόντες ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀθρώπου, αὐτὸ ἐστὶ τὸ γέ-  
μιζον τὴν σελήνην, τὸ καθαρῶς ὄμιον καθημερινὸν  
ἀπὸ τοῦ κόσμου καὶ ἐὰν ἐξέλθῃ ἡ ψυχὴ, μὴ γινώσκει  
τὴν ἀληθειαν, παραδίδεται τοῖς δαίμοσιν, ὅπως  
δαμασώσιν αὐτὴν ἐν ταῖς γενναῖς τοῦ πυρός, καὶ  
μετὰ τὴν παιδείαν μεταγγίζεται εἰς σῶματι,  
ἵνα δαμασθῇ, καὶ ὅπως βάλλεται εἰς τὸ μέγα  
πῦρ, ἀχρι τῆς συντελείας. Περὶ δὲ τῶν κατ'  
ἡμῖν Προφητῶν, ὅπως λέγει. Πνεῦμα εἶναι ἀσε-  
βείας, ἢ τὴν ἀνομίαν τοῦ σκοτός, τοῦ ἀπ' ἀρχῆς  
Δαμιλθόντος. καὶ ὅσα τούτου πλάσθηδέντες οὐκ  
ἐλάλησαν. ἐτύφλωσιν γὰρ αὐτοῦ ὁ Ἀρχὸν τὴν  
διάνοιαν. καὶ εἰ τις ἀκαλυθῆ τῶν λόγοις αὐτοῦ,  
ἀπο-

NOTÆ ZACAGNI.

1 Casinensis, manduco, & jectio. Sed nos Bobiensis codicis, & Epiphanius lectionem expressimus.  
2 Codex Bobiensis, Respondet ad illum, qui detulit: oravi pro te. Si quis messuerit, demetur. Et Epiphanius  
habet; Dixit Catechumeno: oravi pro te, & ita ille desierit. Nam sicut ego paulo ante dixi, si quis messuerit,  
demetur. Sed melior latini interpretis lectio.  
3 Cod. Bobiensis, Ita & si quis panem.  
4 Idem codex, Alia præter hunc, quem videmus, mundum.  
5 Codex Bobiensis, Et ibi dicunt.  
6 Idem Codex, Qui levat manum.  
7 Idem Codex, replantatum. Et si quod.  
8 Codex Bobiensis, Corpus hoc non illud necesse est obscurari. Sed mutilum hunc locum esse patet ex Epipha-  
nio, qui cum Casin. cod. concordat. Nisi quod habet Epiph. sed materia est ipsumque corpus obscuritas est.  
9 Hinc patet apud Epiphanius legi debere, & calumpniæ κόσμος. non autem, ὁ καλῶς κόσμος.  
10 Codex Bobiensis, cogitationem. Epiphanius habet, Cogitationes hominum illorum. Arbor autem. Sed melior  
videtur latini interpretis lectio.  
11 Codex Bobiensis, & scientia ejus. Epiphanius, γνώσις ἐκείνου, vel etiam, scientia. Hinc autem patet le-  
gendum esse apud eundem, καὶ ἡ γνώσις αὐτοῦ, ἐκείνου ἐκείνου.  
12 Ita apud Epiphanius, & in codice Bobiensis. At Casinensis, ex materia.  
13 Codex Bobiensis, Et si extiterit, animamque non cognoverit veritatis, traditur. Sed Codicis Casinensis lectionem  
hinc Epiphanius.  
14 Codex Bobiensis, correctæ fuerit transfunditur. Casinensis, correctæ fuerit, transfunditur. Nos tamen corre-  
ctæ fuerit edidimus ex Epiphanio.  
15 Hinc patet apud Epiphanius pro ὅτι non esse legendum ὅτι ut Petavius in margine emendandum esse  
mouit, nam hæc Turbo videtur narrasse antequam hæresim deposuisset. Vide pag. seq. n. 8.  
16 Codex Bobiensis, Ascenderunt quibus decepti. Epiphanius, & ab id aberrantes. Male autem ibi expungend-  
am esse negativam particulam censuit Petavius, eam enim antiquus latinus interpres retinet, qui tamen legisse  
videtur in greco textu καὶ ἐλάλησαν ἢ ἀλάλησαν.  
17 Codex Bobiensis, mentem illorum. Ita & Epiphanius.  
18 Codex Bobiensis, devinctus, quod est cont. a graeci textus sensum.

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

ἀποθνήσκει εἰς τοὺς αἰῶνας, δεδομένος εἰς τὴν βω-  
 λον, ὅτι ἕκαστος τὴν γνώσιν τοῦ Παρακλήτου.  
 ἐπετέλετο δὲ τῆς ἐλεεινῆς αὐτῶ μόνους, ἢ πλείον  
 ἐπέτι οὗσι τῶν ἀεθμῶν, ἐὰν παύσασθε ἰδιότις,  
 ἔρχασθε, καὶ βάλλετε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔλαιον  
 ἐξορκισμένον ὀνόμασι πολλοῖς, πρὸς σπρηγμὸν τῆς  
 πίστεως ταύτης. τὰ δὲ ὀνόματα μοι οὐκ ἐφανερῶ-  
 θη. μόνος γὰρ οἱ ἐπέτι τοῖς χρωδίτι. καὶ κά-  
 λην τὸ παρ' ἡμῶν τίμων καὶ μέγα ὄνομα Σα-  
 βαώθ, αὐτὸ εἶναι τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ  
 πατέρα τῆς ἐπιθυμίας, καὶ ὅσα τούτου ἄπλά-  
 ροι ἀποσκυνῶσι τὴν ἐπιθυμίαν, Θεὸν αὐτῶ  
 ἠγούμενοι. Πρὸς δὲ τοῦ Ἀδάμ πρὸς ἐκτίσθαι,  
 λέγει ὁ πῶς. ὅτι ὁ εἰπὼν, δεῦτε, καὶ ποιήσωμεν  
 ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ κατ' ὁμοίω-  
 σιν, ἢ κατ' ἡν εἶδαμεν μορφῆν, Ἀρχῶν ἐσὶν, ὁ  
 εἰπὼν τοῖς ἑτέροις Ἀρχῶσιν, ὅτι δεῦτε, δότε μοι  
 ἐκ τοῦ φωτός, οὗ ἑλάβομεν, καὶ ποιήσωμεν ἄν-  
 ἄθρωπον κατὰ τὴν ἡμῶν τῶν Ἀρχῶν μορφῶν  
 κατ' ἡν εἶδομεν, ὁ ἐστὶ πρῶτος ἄνθρωπος. καὶ  
 οὗτος ἐκτίσθη ἄνθρωπον. τὴν δὲ Εὐάν ὁμοίως  
 ἐκτίσθη, δόντες αὐτῇ ἐκ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῆς,  
 πρὸς τὸ ἑκαταῖσαι τὸν Ἀδάμ, καὶ διὰ τούτων  
 γέγονεν ἡ πλάσις τοῦ κόσμου, ἐκ τῆς τοῦ Ἀρ-  
 χῶτος δημιουργίας.

Τὸν δὲ Θεὸν μὴ ἔχειν μέρος μετ' αὐτοῦ τῷ κόσ-  
 μῳ, μὴδὲ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ, διὰ τὸ ἔξ ἀρχῆς σ-  
 σιληθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀρχῶν, καὶ γενέσθαι αὐ-  
 τῷ θλίψιν, τότε χάσθαι πέμπει, καὶ συλαῖ ἀπ' αὐ-  
 τῶ τὴν ψυχὴν αὐτῆ κατ' ἡμέραν διὰ τῶ φασήων  
 τῶν, ἡλίω, καὶ σελήνῃς, ὅφ' ὦν ὅλος ὁ κόσμος καὶ  
 πᾶσα ἡ κτίσις ἀρπάζεται, τὸν δὲ λαλήσαντα μετὰ  
 Μωϋσέως, καὶ τῶ Ἰουδαίων. Ἐ τῶ ἱερίων, τὸν Ἀρ-  
 χῶντι λέγει εἶναι τὸ σκότος. ὡς ἐν εἰσι, καὶ τὸ αὐ-  
 τὸ οἱ τε Χεϊκκοί, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ Ἰθνηκοί,  
 τὸν αὐτὸν Θεὸν σίβοντες. ἐν γὰρ ταῖς ἐπιθυμίαις  
 αὐτῶ ἑκαταῖ αὐτῆς, καὶ ὦν ἀληθείας Θεὸς διὰ  
 τῶν ἄν ὅσοι ἐπ' ἐκείνον ἐλπίζουσι τὸν Θεὸν, τὸν με-  
 τὰ Μωϋσέως λαλήσαντα, καὶ τῶ ἀποφθῆν, μετ'  
 Concil. General. Tom. I.

Atra massam, quoniam non didicit scientiam  
 Paracliti. Præcepit autem electis suis solis,  
 qui non sunt amplius quam septem numero,  
 ut cum definerent manducantes, orarent,  
 & mitterent oleum super caput, exorcidia-  
 tum, invocatis nominibus plurimis ad con-  
 firmationem fidei hujus; nomina tamen  
 mihi non manifestavit, soli enim illi se-  
 ptem utuntur his nominibus. Et iterum  
 hoc, quod apud vos magnum, & hono-  
 rabile est nomen Sabaoth, ille dicit na-  
 turam esse hominis, & patrem concupi-  
 scentia, & propterea, inquit, simplices  
 adorant concupiscentiam, Deum eam putan-  
 tes. De Adam vero quomodo creatus sit,  
 ita dicit, quia qui dicit; Venite faciamus  
 hominem ad imaginem, & similitudinem no-  
 stram, secundum eam, quam videmus for-  
 mam, Princeps est, qui hæc dicit ad colle-  
 gas suos Principes, idest, venite, date mihi  
 de lumine, quod accepimus, & faciamus se-  
 cundum nostram, qui Principes sumus, se-  
 cundum eam, & secundum eam, quam videmus,  
 quod est primus homo, & ita hominem crea-  
 verunt. Evam quoque similiter fecerunt,  
 dantes ei de concupiscentia sua ad decipien-  
 dum Adam, & per hæc factum est figmen-  
 tum mundi per conditionem Principis.

XI. Deum vero non habere partem  
 cum mundo, nec gaudere super eo, quod  
 ab initio turtum passus sit a Principibus,  
 & oborta fuerit ei tribulatio; hac de causa  
 mittit, & furatur ab eis animam suam quo-  
 tidie per luminaria hæc, idest, per solem  
 & lunam, per quos universus mundus, &  
 omnis creatura raptatur. Illum vero, qui  
 locutus est cum Moyse, & Judæis, & sacer-  
 dotibus, Principem dicit esse tenebrarum,  
 & ideo unum, atque idem sunt Christiani,  
 & Judæi, & Gentes, eundem Deum co-  
 lentes; in concupiscentiis enim suis seducit  
 eos, quia non est Deus veritatis. Propter  
 hoc ergo quicumque in istum Deum spe-  
 rant, qui cum Moyse locutus est, & Pro-  
 phetis,

NOTE ZACAGNI.

- 1 Idem codex, qui sunt. Mala lectio.
- 2 Codex Bobiensis, definerent.
- 3 Oleum exorcizatum, sit, pro exorcizatum, contra quam veteres interdum scribere solebant; hic enim syllaba za, in dia, convertitur, illi autem propositionem græcam did, & i consonans vocalibus adjunctum in z muta-  
 bant: sic Sabulus, pro Diabolus, & similia. Vide Barthium in notis ad Phœbadium cap. 1.
- 4 Codex Bobiensis, ad confirmationem fidei. Hujus nomina. Casinensis, ad confirmationem fidei hujus. Nomina  
 tamen etc.
- 5 Codex Casinensis, soli autem.
- 6 Bobiensis codex, iterum quod.
- 7 Hinc patet apud Epiphanium legendum non esse huius, ut paulo ante monuimus.
- 8 Codex Bobiensis, esset.
- 9 Quid Manichæis ἀλλοτριῶν, vox significaret, Eruditis explorandum reliquit Petavius. Verum hoc nomine  
 Catholicos, quasi simpliciores, ut antiquus latinus interpres transtulit, ab eisdem designatos fuisse ex anathematif-  
 mis, quos olim apud Græcos publice emittebant Manetis assensu, ad catholicam fidem venientes, probat Ducan-  
 gius in Glossario Medæ, & infimæ græcitatibus. Male autem in Cæsareæ Bibliothecæ scripto codice, ex quo eor-  
 dem anathematifimos a Clarissimo viro Jacobo Tollio humanissime descriptos habeo, pro ἀλλοτριῶν, scribitur ἀλλο-  
 τριῶν. Meliori tamen vocabulo eius ἀπλάροισ, vocat Manes in epistola ad Marcellum superius relata.
- 10 Idem codex, ita dicit. Venite. Sed hæc mera est librarii hallucinatio. Certum dolose corruptum fuisse a  
 Manete hunc Genesis locum, additione vocis, Venite, testis est Epiphanium n. 56.
- 11 Idem codex, & secundum.
- 12 Codex Bobiensis, nostram qua, lectio improbanda.
- 13 Codex Bobiensis, qui Evam.
- 14 Male Casinensis codex, mundum.
- 15 Codex Bobiensis, Dominum vero non habere Patrem cum mundo. Typographi, forsitan errot.
- 16 Codex Bobiensis, propter quod.
- 17 Male codex Casinensis, furcam.
- 18 Codex Bobiensis, raptatur. Valerius autem recte corripit raptatur.
- 19 Codex Casinensis, Gentes unum Deum. Codex autem Bobiensis, Gentes eundem Deum, quam lectionem  
 consona cum esset græco apud Epiphanium textui, nos relinimus.
- 20 Male codex Bobiensis, superant.

ANNO CHRISTI 1177

ANNO CHRISTI 1177

phetis, cum ipso habent vinculis tradi, quia non speraverunt in Deum veritatis; ille enim secundum concupiscentias suas locutus est cum eis. Post hæc vero omnia ad ultimum dicit, sicut ipse scripsit, senior cum manifestam fecerit ejus imaginem, tunc ipse Omophorus extra se terram derelinquit, & ita dimittitur magnus ille ignis, qui mundum consummat universum; deinde iterum dimittunt animum, quæ obijcit inter medium novi sæculi, ut omnes animæ peccatorum vinciantur in æternum. Tunc autem hæc fient, cum statuta venerit dies. Probationes autem omnes Jesus est in modica navi, & Mater vitæ, & duodecim Gubernatores, & Virgo lucis; & senior tertius. Unde & B majori in navi vivens spiritus adhibetur, & murus illius ignis magni, & murus venti, & aeris, & aquæ & interioris ignis vivi, quæ omnia in luna habitabunt, usquequo totum mundum ignis absumat: in quot autem annis, numerum non didici. Et post hæc restitutum erit duorum luminarium, & Principes habitabunt in inferioribus partibus suis: Pater autem in superioribus, quæ sua sunt recipiens. Hæc est omnis doctrina, quam tradidit tribus discipulis suis & iussit eos in tres mundi plagas proficisci. Ad dā partes sortitus est orientis; Thomas vero Syrorum terras suscepit; Hermas vero ad Ægyptum profectus est, & uique in hodiernum, ibi degunt, dogmatis hujus gratia predicandi.

αὐτῷ ἔχουσι δεῖναι, ὅτι ἐκ ἡλώπιαν ἐπὶ τὸν Θεὸν τῆς ἀληθείας. ἐκείνος γὰρ κατὰ τῆς ἐπιθυμίας αὐτοῦ ἔλαλθε μετ' αὐτοῦ. μετὰ δὲ πάντα ταῦτα ἐπὶ πλεῖστον, καθὼς αὐτὸς ἔγραψεν, ὁ Πρεσβύτερος, ὅτιν ἀποφανῆ αὐτῷ τὴν εἰκόνα, τότε ὁ Ὄμοφορος ἀφῆσιν ἔξω τῆν γῆν, καὶ ὅπως ἀπολείπει τὸ μέγα πῦρ, καὶ ὅλον ἀναλίσκει τὸν κόσμον. εἶτα πάλιν ἀφῆσιν τὴν βῶλον μετὰ τῷ νέῳ αἰῶνος, ὅπως πάσαι αἱ ψυχῆαι τῶν ἀμαρτωλῶν δεθώσιν εἰς τὸν αἰῶνα. τότε δὲ ταῦτα γήσεται, ὅταν ὁ ἀνδραὶς ἔλθῃ. αἱ δὲ προβολαὶ πάσαι, ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἐν τῷ μικρῷ πλοίῳ, καὶ ἡ Μήτηρ τῆς ζωῆς, καὶ οἱ δώδεκα κυβερνήται, καὶ ἡ παρθένος τῆς φωτὸς, καὶ ὁ Πρεσβύτερος ὁ τρίτος, ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ πλοίῳ, καὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὸ τεῖχος τῷ μεγάλῳ πυρός, καὶ τὸ τεῖχος τῷ ἀνέμῳ, καὶ τῷ αἵρῳ καὶ τῷ ὕδατος, καὶ τῷ ἴσῳδον πυρός τῷ ζῶντος, ἄφῆσιν τὸν μικρὸν φωστῆρα οἰκίσιν, ἀρχῆς ἀντὶ τὸ πῦρ καταναλώσῃ τὸν κόσμον ἔλον, ἐν ποσῶς ποτ' ἔσιν, ὧν ἐκ ἑμαυθὸν τὴν ποσότητα. καὶ μετὰ ταῦτα ἀποκατάσσει ἔσαι τῶν δύο φωστῶν. καὶ οἱ Ἀρχόντες οἰκίσουσι τὰ κατώτερα μέρη ἑαυτῶν, ὁ δὲ Πάτηρ τὰ ἀνώτερα, τὸ ἴδιον ἀπολαβῶν. ταῦτῳ δὲ πάσαν τὴν διδασκαλίαν παρέδωκε τοῖς ἑσῖν αὐτῶ μαθηταῖς. κελύσας ἕκασον εἰς κλίματα ὀδῶν. καὶ ὁ μὲν Ἀδδὰς τὰ τῆς Ἀνατολῆς μέρη ἔλαχεν. ὁ δὲ Θωμᾶς τὴν Σύρον γῆν κελύσῃται, Ἐρμίας δὲ ἄλλος τίλλε εἰς Ἀιγυπτῶν πορῶν ἐποιήσατο. καὶ μέχρι σήμερον ἐκείσε διαξίβουσι, τῷ τῷ δόγματος ὁποθεσῖν εἶσαι θελοντός.

XII. Hæc cum Turbo dixisset, vehementer accendebatur Archelau; Marcellus vero non movebatur, Deum expectans, auxilium veritati suæ futurum: Archelau autem erat cura pro populo, tanquam pastor pro ovibus, cum luporum parantur insidiæ. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis replevit,

& in Archelai Episcopi domum residere præcepit. Eadem autem ipsa die adventavit Manes, adducens secum juvenes & virgines electos ad viginti duo simul; & primo omnium Turbonem requirebat pro foribus Marcelli quem cum non invenisset, ad Marcellum irgreditur salutandum. Quo ille viso, admiratus est

NOTÆ ZACAGNI.

- 1 Calinenfis, & Bobienfis codices habent, sicut ipse senior scripsit. Cum manifestam. At nos ex Epiphano unius vocis transpositione locum restitimus. Senior autem ille, hoc est, πρεσβύτερος, idem esse videtur cum eo, quem infra Seniorum tertium vocat. Præterea Codex Bobienfis, pro fecerit habet fecerit.
- 2 Codex Bobienfis, dimittitur anima, quæ obijcit inter medium novi sæculi. Græca sonant, Deinde iterum quædam nota cum eone mittit, ut omnes peccatorum anima in æternum vinculis comprehensa sentiantur. Unde autem tanta inter græcam, & latinam versionem diversitas oritur, ignoro.
- 3 Cod. Bobienfis, vincantur, quam lectionem mendosam esse græcus apud Epiphanium textus evincit.
- 4 Codex Bobienfis, cum ista sola ornerit; probatione. Gr. Sed apud Epiphanium est, cum statuta venerit.
- 5 Hic locus mire in Bobienfi etiam codice est depravatus, in quo sic legitur. Probationes autem omnes, Jesus est in modica navi, & Mater vitæ, & duodecim gubernatores, & Virgo lucis, & senior tertius. Unde & major in navi vivens spiritus adhibetur, & murus ignis illius magni, & murus venti, & aeris, & aqua interioris ignis vivensque. Omnia in luna habitabunt, usquequo totum mundum ignis absumat, in quem autem annorum numerum non didici. Videtur autem antiquus interpres non bene intellexisse quibusdam in locis vim græci textus, cujus verba apud Epiph. ita latine sonant ex versione nostra. Cunctis vero propagationes, seu prolaciones potestatum ex hoc Deo, nempe, Jesus, qui in minori navigio manet, & uera Mater, & Gubernatores duodecim, & Virgo lucis, & Senior tertius, qui in majore navigio residet, & vivens spiritus, & ingentis equis murus, & murus venti, & aeris, & aqua, & interioris ignis vivens, hæc inquam omnes propagationes, seu prolaciones, apud æquum luminare habitant, quousque ignis universum mundum absumat, id quod veris annorum spatio continget, quorum numerum nescio. Sed de his Manichæorum ineptis commodiior nobis agendi locus erit in Manichæorum historta.
- 6 Codex Calinenfis, majore navi. Legendum autem, majori in navi. Græci enim textus apud Epiphanium hic est sensus.
- 7 Codex Bobienfis, & aqua interioris ignis vivensque. Calinenfis, etque interioris vini. Nos ex græco textu latium correximus.
- 8 Codex Calinenfis, luminarium. Græca sonant, duorum naturarum.
- 9 Hic lacuna est in codice Bobienfi, in quo etiam recipies, perperam legitur.
- 10 Hinc pater recte Petavium in græco hujus loci textu pro κλίματα, ut perperam legitur in Basileensi Epiphani operum editione, substituisse κλίματα.
- 11 Codex Bobienfis, ex quibus Adad. Cæterum ex codice Bobienfi, & Epiphano Calinenfi supplevimus, in quo nulla Thomæ mentio.
- 12 Hic usque Epiphanius.
- 13 Codex Bobienfis, ἀνατολῶν.
- 14 Codex Bobienfis, ἀνατολῶν.
- 15 Vox ἐπίσκοποι deest in Bobienfi.
- 16 Codex Bobienfis, ad δώδεκον.
- 17 Codex Bobienfis, requirit.

ANNO  
CHRISTI

117.

est primo habitus indumenta; habebat enim A calceamenti genus, quod<sup>1</sup> quadrifole vulgo appellari solet; pallium autem varium, tanquam<sup>2</sup> acrina specie; in manu vero validissimum baculum tenebat ex ligno<sup>3</sup> ebelino; Babilonium vero librum portabat sub sinistra ala; crura etiam braccis obtexerat colore diverso, quarum una rufa, alia velut prasini coloris erat: <sup>4</sup> vultus vero ut senis Persæ artificis, & bellorum ducis videbatur. Igitur Marcellus statim ad Archelaum mittit, qui cum verbo citius affuisset, invehi in eum animo urgebatur ex ipso habitu, ac specie ejus<sup>5</sup> & maxime quidem, quod, & quæ Turbone referente cognoverat; secretius factum apud semetipsum retraxerat, & diligenter preparatus advenerat. At B vero prudentissimus Marcellus omni contentionum studio sublato, utrumque audire<sup>6</sup> decernit, invitatis viris primariis civitatis; ex quibus iudices elegit, religione gentiles, quatuor numero, quorum hæc sunt nomina, Mannippus<sup>7</sup> Grammaticæ artis, & disciplinæ rhetoricæ peritissimus; Egialeus archiater nobilissimus, & literis apprime eruditus; Claudius, & Cleobolus duo fratres egregii<sup>8</sup> rhetores. Fit ergo magnificus conventus, itant domus Marcelli, quæ erat immentia, repleteret ex his, qui ad audiendum fuerant<sup>9</sup> vocati: & cum in conspectu omnium constitissent ii, qui adversum se dicere proponebant, tunc illi electi iudices excellentiores omnibus confederunt, atque Manes C dicendi initium datum est. Silentio igitur facto, primum aggressus est hoc modo.

XIII. "Ego, Viri fratres, Christi quidem sum discipulus, Apostolus vero Iesu: pro nimia autem humanitate Marcelli adesse festinavi, ut qualiter oporteat observare modum divinæ religionis eum edoceam: ne sicut muta animalia, quæ intellectu carent, nec quid agunt advertunt, ita etiam Marcellus, qui nunc se velut dedititium doctrinæ Archelai subjugavit, ad ultimum damno animæ seriat, cum præparandæ divini cultus observantiæ ultra non habuerit facultatem. Scio autem & certus sum, quod<sup>10</sup> emendato Marcello, etiam vos omnes salvi esse poteritis; ipsius enim iudicio suspensisa pendet urbs vestra: quod si ab unoquoque vestrum abijciatur vana præsumptio, & ea quæ dicentur a me, veri amore zudiantur, futuri seculi hæreditatem, cælorum regna capietis. Sum quidem ego Paraclitus, qui ab Iesu mitti prædictus sum, ad arguendum mundum de peccato, & de<sup>11</sup> injustitiis. Sicut & qui ante me missus

JAN. 16. 8.

est Paulus, ex parte scire, & ex parte propheta- ANNO  
re se dixit, mihi reservans, quod perfectum CHRIS  
est, ut hoc quod ex parte est, destruat. Ter- 117.  
tium ergo testimonium accipite, Apostolum me 1. cor. 3. 9.  
esse Christi electum: & si vultis mea verba sus-  
cipere invenietis salutem; nolentes autem, vos æternus ignis absumere habet. Sicut enim  
Hymeneus & Alexander traditi sunt Satanae, ut  
discerent non blasphemare; ita & vos omnes pen- Tim. 7. 10  
narum Principi trademini, pro eo quod manus  
injecistis in patrem Christi, cum eum dicitis  
causam esse omnium maiorum, & conditorem  
injustitiæ, & totius iniquitatis creatorem, ex  
eodem fonte dulcem, & amaram producentes  
aquam: quod fieri, aut intelligi nulla ratione  
possibile est. Cui enim oportet credi? magi-  
stris vestris istis, qui carnibus vescuntur, &  
affluentissimis deliciis perfruuntur, aut Salva-  
tori Christi Iesu dicenti, sicut scriptum est in  
Evangeliorum libro, Non potest arbor bona ma-  
los fructus facere, neque arbor mala bonos fru-  
ctus facere? Et alio in loco, patrem Diaboli, Matih. 7. 18.  
mendacem, & homicidam ab initio esse con-  
firmat. Rursum desiderium fuisse tenebris, Joah. 8. 44.  
ut insequerentur illud, quod de luce initio fue-  
rat prolatum verbum, & inimicum hominem  
zizaniorum seminatore & principem seculi  
mundi hujus Deum, qui hominum mentes ex-  
cæcat, ut in Evangelio Christi deserviant? Bo-  
nus est iste Deus, qui suos homines salvari  
non vult? Et, ut ne multa alia revolvam, &  
spatium temporis obteram, veræ doctrinæ<sup>12</sup> dif-  
ferens tempus, hæc dixisse sufficiat, & ad pro-  
positum redeam. ut competenter ostendam isto-  
rum absurdam esse doctrinam, nec quicquam  
Deo, & Patri Domini Nostri Salvatoris adscri-  
bendum, sed malorum nostrorum causam acci-  
pere Satanam: in ipsum etenim rejiciendum,  
quod omnia nujuscemodi mala ab ipso gene-  
rentur. Sed & ea, quæ in Prophetis, & lege  
scripta sunt, ipsi nihilominus adscribenda sunt,  
ipse est enim, qui in Prophetis tunc locutus  
est, plurimas eis de Deo ignorantias suggerens,  
& tentationes, & concupiscentias. Sed & devora-  
torem eum sanguinis, & carnis ostendunt; quæ  
omnia ad eum pertinent Satanam, & ad Pro-  
phetas ejus, quæ transformare voluit in pa-  
trem Christi, & scribere pauca quædam vera,  
ut per hæc etiam cætera, quæ sunt falsa, cre-  
derentur. Unde bonum nobis est ex omnibus,  
quæ usque ad Joannem scripta sunt, nihil  
omnino suscipere, a diebus vero ejus evangeli-  
zatum regnum cælorum solum amplecti; seme-  
tipios

## NOTÆ ZACAGNI.

- 1 Codex Bobiensis, *testatum*. Perfas alris calceis usos fuisse ait Strabo lib. 15.
- 2 Mira corruptus est hic Bob. cod. legit enim, *ac inaspl. enim. Manus vero.*
- 3 Codex Bobiensis, *ebelino*. Baculum ex ebene gestasse Prophetas, hoc est, sacrarum rerum interpretes ex Calisthene probat Duvangius in Glossario verbo *Ebelinos*.
- 4 Hic lacuna est in codice Bobiensis.
- 5 Calinenfis, *vultus erat*.
- 6 Codex Bobiensis non habet, *quidem*.
- 7 Codex Calinenfis male, *cernit*.
- 8 Codex Bobiensis, *Grammaticæ, & disciplina rhetorica artis peritissimus, & Egialeus*. Horum autem iudicum primum Gentilium Philosophiæ professorem, secundum Medicum, tertium Grammaticum, quartum Rhetorem facit Epiphanius num. 10.
- 9 Codex Calinenfis, *Reitores*.
- 10 Codex Bobiensis, *convocati*.
- 11 Codex Calinenfis, *plurima*.
- 12 Huc usque Valesius elidit ex cod. Bobiensis.
- 13 In codice Calinenfis, *enim dato*.
- 14 Videtur hic locus a Manete, vel ab imperito librario corruptus; nam in Sacro textu, *justitia*, scribitur contrario sensu. Varia autem in eâ Scripturæ loca dolose interpolasse, atque corrupisse Maneteum dicitur Archelaus assertu infra cap. 53. & ex Epiphanio colligitur in ejusdem hæretici num. 10.
- 15 Videtur respicere Manes ad illa Joah. 1. 5. & *tenetbra cum non comprehenderunt*.
- 16 In codice Calinenfis *discerens* legitur.





vultus sui figuram similiter expresserit, nunquid simile signaculum apparebit? Nequaquam, etiamsi vos nolitis, quod verum est, confiteri. Quod si non sumus similes in signaculo, sed est in nobis differentia; quomodo non probatur Principum nos, & materiam esse facturam, secundum enim ipsorum formam, & similitudinem, & imaginem etiam nos existimus formis diverso. Quod si eam, quae ex initio facta commixtio est, & qualiter facta sit, vultus edicere, edicam.

XV. Iudices dixerunt: Non prius queritur quomodo facta sit prima commixtio, nisi prius detur ratio, duo esse principia naturalia. Cum enim claruerit duo esse ingenta, tunc etiam reliqua fidem capient, etiamsi pars aliqua non accomodaverit assensum: iudicandi enim nobis potestate permessa, dicemus quod nostrae opinioni claruerit. Demus tamen & Archelao dicendi facultatem ad haec, ut quae ab utroque dicta fuerint comparantes, pro veritate possimus ferre sententiam. Archelaus dixit: Tametsi ingentis audacia, & blasphemiae plena est intentio Adversarii. Manes dixit, Audite Iudices: quid dixerit adversarii? Ergo duae res sunt. Archelaus dixit, Infantiae magis quam prudentiae videtur mihi plenus iste, qui mihi hodie controversiam movet, quia dixero adversarii; sed ablata tibi est in modico sermone obiectio: tametsi quidem ex hoc arbitratus est me affirmaturum duas esse naturas. Ingentem doctrinam ferens ades; neutrum enim eorum quaesieris, stat. Potest enim is, qui non natura, sed proposito adversarius est, amicus effectus, non esse adversarius, & ita cum alter e nobis alteri acquieverit, unum, atque idem uterque apparebit; quae causa indicat creaturas rationabiles libero arbitrio esse permissas, unde, & conversiones recipiunt, & ideo ingentis naturae esse non possunt. Quid ergo ais? duae istae naturae inconvertibiles sunt, an convertibiles, aut una eorum convertitur? At vero Manes remoratus est, non inveniendū responsum: intuebatur enim quod ex utroque concluderetur retractans; quia si dicam converti eas, respondebit mihi illud, quod in Evangelio scriptum est de arboribus; quod si negem esse convertibiles, permutationis statum, & causam necessario expetet. Interea aliquando respondit Manes, inconvertibiles quidem sunt utraque, quantum spectat ad contraria, convertibiles vero quod spectat ad propria. Archelaus dixit: Videris mihi delirus esse, & obliviscens propositionum tuarum; sed ne eorum quidem, quae didicisti, verborum virtutes, vel qualitates agnoscere. Neque enim conversio quid sit agnoscis, neque quid sit ingentium, aut quid dualitas, non quid praeteritum, vel quid praesens, quidve futurum sit, sicut ex his, quae a te nunc dicta sunt, adverti. Inconvertibilem enim esse

A affirmasti utramque naturam, quantum ad contraria spectat; convertibilem vero quantum ad propria. Ego vero dico, quia qui in propriis versatur, non excedit a se, sed est in eisdem; quibus semper est inconvertibilis: qui vero recipit convertibilitatem, hic extra propria effectus, devenit in aliena.

XVI. Iudices dixerunt. Convertibilitas illum, cui accidit, transit in alium; ut si dicamus, Judaeus, si velit fieri Christianus, aut si Christianus velit esse Gentilis, haec species est convertibilitatis, & cauta. Neque vero si Gentilis, cum in omnibus propriis suis maneat, ad Deum suis hostias offerat, templique ex more deserviat, donec perseverat in propriis, ac proficit, nunquid dici potest esse conversus? Quid igitur dicas? recipiunt convertibilitatem, an non? Et immorante Mane, Archelaus ait: Si quidem convertibiles esse dicit utraque naturas, quid est, quod impedit, uti ne unum atque idem eas esse opinemur? Si enim inconvertibiles sunt, non est in his naturis, quae similiter inconvertibiles sunt, & similiter ingentis, ulla discretio, neque altera ex his bona agnoscitur, aut mala. Quod si convertibiles sunt, scilicet provenire potest, & bonum effici malum, & malum bonum. Si enim hoc provenire possibile est, quare non unum dicamus ingentium, quod intelligere magis dignum est iuxta rationem veritatis? Intueri enim oportet, quomodo malus ille fuerit ab initio, aut in quos malitiam exercuerit ante mundi constitutionem. Cum caelum nondum extitisset, & nondum terra subsisteret, non homo, non animal, in quos exercebat malitiam? quem opprimebat iniuste? quem spolians occidit? Quod si suis eum dicas extitisse malum, sine dubio ergo ostenditur illum bonae esse naturae. Si vero & illi omnes mali sunt, quomodo potest Satanam, & Satanam eicere? Sed conclusus sermone convertis, ut dicas, bonus vim passus est a malo. Sed nec hoc quidem est tibi sine periculo dicere, ut lucem victam esse confirmes; quod enim vincitur vicinum habet intentum. Quid enim ait sermo divinus? *Quis enim potest*

*intrare in domum fortis, & diripere vasa eius, nisi illo sit fortior.* Quod si hominibus eum malum extitisse dixeris, & ex eo malitiae suae indicia demonstrasse; ergo ante hoc bonus fuit, & convertibilitatem recipit ex eo, quod creati hominis cauta invenitur extitisse malitiae. Sed postremo dicat quod est malum, ne forte nomen solum defendat, aut adstruat. Quod si non nomen mali, sed substantia; fructus nobis malitiae, & nequitiae huius exponat, quoniam non agnoscitur unquam arboris natura sine fructu.

XVII. Manes dixit. Constet apud te prius, quia est radix alia malitiae, quam non plantavit Deus, & tunc tibi dicam fructus eius, Archelaus dixit. Non hoc veri expetit ratio; neque

NOTAE ZACAGNI.

- 1 In Codice Casinensi erat, *Sed Deum vultu*, nullo sensu, nos ex ingenio, ut edicimus est, correximus.
- 2 Forte *quod dixerit*, vel *quod dixerit*.
- 3 Ita hunc locum restitimus, nam in codice legebatur, *tam i quidem ex hoc arbitratus est se affirmaturum*. Sed supra vocem *tam*, quaedam lineola literae *e*, similis apparebat, quam particulae, & compendiam esse putavimus.
- 4 Forte, & ideo *duae ingentia natura esse non possunt*.
- 5 In codice Casinensi erat, *expetit*.
- 6 In eodem codice, tam in hoc commate, quam in sequenti, perpetam legitur, *expetit*.
- 7 Forte, *dixit*.
- 8 Et hic male legitur in codice Casinensi, *expetit*.
- 9 Forte *sermone convertis*.
- 10 Forte, *creata hominis*.

ANNO  
CHRISTANNO  
CHRIST

que enim assentiar tibi radicem esse malæ arboris illius, de cujus speciebus nunquam ullus gustaverit. Tanquam si velit aliquid quis emere; nisi prius gustando discat, utrum arida sit species, aut liquida, pecuniam non profert; ita neque ego tibi assentiar esse arborem malam & pessimam, nisi prius qualitas fructuum eius fuerit manifestata; scriptum est enim, quia de fructibus arbor cognoscitur. Dic ergo nobis, o Manes, arbor, quæ dicitur mala, quem afferat fructum, aut cujus naturæ sit, quam virtutem habeat, ut tibi credamus, etiam radicem arboris ipsius esse talem? Manes dixit, Radix quidem mala, arbor autem pessima, incrementum vero non ex Deo, fructus autem fornicationes, adulteria, homicidia, avaritia, & omnes mali actus malæ illius radices. Archelaus dixit, ut tibi credamus, quia isti sunt fructus malæ illius radices, gustum nobis eorum profer: substantiam enim ingenitam esse pronuntiasti huius arboris, cujus fructus secundum sui similitudinem proferuntur. Manes dixit: Hæc ipsa inusitata, quæ in hominibus est, testimonium reddit, & avaritia de gustu illius malæ radices. Archelaus dixit: Ergo, ut dixisti, fructus sunt arboris huius iniquitates istæ, quæ geruntur ab hominibus. Manes dixit: Ita plane. Archelaus dixit. Si fructus isti sunt, id est, actus hominum mali, ipsi ergo homines radices locum, atque arboris obtinebunt; ipsos enim pronuntiasti fructus terre humicemodi. Manes dixit, Ita dico. Archelaus dixit, Male dicit, ita dico; non enim ita dicit, alioquin, cum homines cessaverint peccare, arbor malitiæ infructuosa apparebit. Manes dixit: Impossibile est quod dicit; si enim unus cessaverit, aut alius aut plures; alii autem hoc agerent. Archelaus dixit: Si omnino possibile est unum, & alium, & plures, sicut ais, non peccare, possibile est etiam hoc omnes agere; unius enim conditoris sunt, & unus massæ homines omnes, & ne otiose per invidias sequar, ea quæ inconcordite pronuntiasti, certis præscriptionibus excludam. Ais fructus malæ radices, atque malæ arboris esse actus hominum, id est, fornicationes, adulteria, perjuria, homicidia, & reliqua his similia. Manes dixit, Ita. Archelaus dixit: Ergo si humanum genus interire pervenerit a facie terræ, ita ut ultra jam peccare non possint, periret arboris huius substantia, fructum ultra non asserens. Manes dixit, Et quando, quod dicit, fiet? Archelaus dixit, Quoniam quod futurum est nescio, homo enim sum; non tamen sermonem istum indiscussum relinquam. Quid dicit de humano genere, ingenitum est, aut factura? Manes dixit, Factura est. Archelaus dixit, Si factura est homo, quis est adulteri, & fornicationis, & reliquorum talium pater? cujus hic est fructus? Præquam fieret homo, quis erat qui fornicaretur, aut adulteraret, aut homicidia perpetraret? Manes dixit: Sed homo a mala natura plasmatum, manifestum est, quia ipse sit fructus, etiam si peccet, etiam si non peccet; unde semel absolute nomen hominum, & genus tale est, etiam si nulla peccet, aut inusta. Archelaus dixit, Sed & illius rei faciamus mentionem. Si ipse, ut

ais, hominem fecit malignus, quare malitiam exercet adversus eum?

XVIII. Judices dixerunt: Hoc volumus scire a te, Manichæe, quomodo illum affirmasti malum esse? Ex eo, quo homines facti sunt, aut antea? Quia enim necesse est te malitiæ ejus opus ostendere ex eo tempore, ex quo malum eum fuisse asseris, certus esto, quia neque cognoscitur vini qualitas, nisi prius gustaverit quis, sicut ex fructu omnis arbor dignoscitur. Quid ergo dicit? ex quo tempore malus est hic? necessaria enim nobis videtur hæc ratio. Manes dixit, Semper. Archelaus dixit, Ostendam etiam hoc, optimi viri, & prudentissimi auditores, quoniam sermo ejus omnino non constat; nam & ferrum non est semper malum, nisi ex quo homo est, & artificium ejus in malo conversum, utendo ex eo perverte; & omne peccatum extitit ex quo homo est. Sed nec ille quidem ipse magnus serpens, malus ante hominem fuit; sed post hominem, in quo malitiæ suæ ostendit fructum, quia ipse voluit. Si ergo nobis post hominem apparet secundum scripturas malitiæ pater; quomodo ingenitus erit, qui post hominem, qui factura est, malus effectus est? Sed ex hominis tempore a te creati, cur malus ostendatur? Quid in eo concupivit, si omne corpus suæ facturæ erat, quid zelatus est? Qui enim zelatur, aut concupiscit, meliora, & aliena concupiscit. Si ergo ex eo homo est, mala natura, demonstratur quomodo suus fuit, sicut frequenter ostendi, homo. Si enim suus erat homo, malus erat etiam ipse, tanquam talis arboris fructus; mala enim arbor, sicut ais, malos fructus facit. Cum omnes enim mali essent, quid desideravit, aut unde initium malitiæ ostendit, si ex tempore plasmati hominis malitiæ ejus homo cauta est? Lege autem, ac præcepto sibi dato, homo poterat nequaquam obtemperare serpenti, & his, quæ ab eo dicebantur, cui si non obtemperasset homo, qua ex causa malus fuisset? Quod si ingenitum est malum; & quomodo interdum homo fortior illo invenitur? Obtemperans enim mandato Dei frequenter vincet omnem malitiæ radicem; & ridiculum est, si iste qui factura est, fortior invenitur ingenito. Cujus autem est lex, & mandatum, illud dico, quod homini datum est? Sine dubio confitebitur Dei esse. Et quomodo potest dari lex alieno, aut inimico quis potest dare præceptum? Aut ille, qui accipit præceptum, quomodo potest adversus Diabolum, id est, adversus creatorem suum pugnare, tanquam si filius patri, cum beneficiorum debitor sit, irrogare velit injurias? Ita in hac parte in utilitatem hominis designans, si per legem, & mandatum adversus eum, qui plasnaverit, dicat, atque eum vincere conetur. In tantum enim stoliditatis progressum esse ipsum Diabolum putabimus, quod advertit se hominem fecisse non senserit, nec animadvertit quid futurum esset, nec provident quid sequeretur, cum etiam in nobis, qui factura sumus, sit aliqua vel parva scientia, inest & aliquid prudentiæ, & estimationis nonnunquam certæ. Et quomodo ingenito ne exiguum quidem providentiæ fuisse credi-

## NOTA ZACAGNII

Prima facie hic locus videbatur esse corruptus, sed verba verum transpositionem clare sensus esse ostendunt, ut si, sed ex tempore hominis a te creati, hic est, quo hominem ipse creavit, cur malus ostendatur.

ANNO  
CHRISTI  
1177.ANNO  
CHRISTI  
1177.

credimus neque existimationis, aut intellectus; ANNO  
sed brutissimus sensu, & obtusissimi cordis, & CHRISTI  
naturas pecoris invenitur, secundum assertio-  
nem, videlicet, tuam. Quod si ita est, quo-  
modo homo, qui ingenio, atque scientia non  
parum pollet, ab eo, qui ignarus omnium, at-  
que hebes sensu est, potuit accepisse substan-  
tiam? Quomodo hujuscemodi auctoris opus ef-  
se hominem audebit aliquis confiteri? Quod si  
homo anima est, & corpus, & non solum cor-  
pus sine anima, quæ sine se subsistere non pos-  
sunt; quare ea inimica sibi met dices, & con-  
traria? Videtur enim mihi Dominus nosse Je-  
sus Christus de his dixisse per parabolas, *Ne-*

*mo potest vinum novum in utres veteres mitte-*  
*re, alioquin rumpentur utres, & vinum effunde-*  
*tur.* Sed vinum novum in utres novos mitten-

dum est, quoniam quidem idem Dominus est  
utris, & vini; nam etsi diversa substantia sit,  
sed dominatione, & observantia usu ex his  
duabus una persona subsistit. Non enim ani-  
mam dicimus substantia unius esse cum corpo-  
re, sed habere unumquodque qualitatem suam;  
tanquam ad unum genus, atque unam speciem  
hominum, Uter, ac vinum comparatur, ita ab  
uno Deo hominem editum ratio expetit veri-  
tatis: gaudet enim anima corpore, & dili-  
git, & colit illud, nihilominus etiam corpus  
gaudet ab anima se vivificatum. Quod si ma-  
ligni opus dicat esse quis corpus, cum sit &  
corruptibile, ac vetustum, atque deterrimum,  
non potest ferre spiritus virtutem, nec animæ  
commotionem, & ejus splendidissimam creatu-  
ram. Sicut enim si assumemus panni rudis  
assuat quis vestimento veteri, major scissura fit,  
ita etiam corpus, si præclarissimo operi, ani-  
mæ adsociatum fuerit, interiret. Similiter &  
si quis inferat lucernæ lumen in locum tene-  
brosum, fugantur continuo tenebræ, nec appa-  
rent; ita intelligendum est, anima corpori in-  
serta, continuo tenebras effugatas, & unam iam  
effectam esse naturam, atque unum hominem in  
unam speciem constitutum, & ita conveniet  
consonanter vinum novum esse mistum in u-  
tres novos, & assumentum panni rudis as-  
sutum non esse veteri vestimento. Sed ex  
hoc ostendere possumus consonantiam esse vir-  
tutum in utraque, id est, corporis, atque animæ  
substantia, in qua ait scripturarum Doctor ma-  
ximus Paulus, Deum in corpore, sicut voluit,  
unumquodque membrum posuisse.

1. Cor. 15. 11.  
2. Cor. 6. 11.

XIX. Quod si tibi id difficile videtur intel-  
lectu, nec acquiescis his dictis, saltem exemplis  
tibi affirmabo. Innuere hominem templum esse  
quoddam, sicut scriptum est, spiritus autem,  
qui in ipso est, refertur ejus formam, qui in-  
habitat templum; neque ergo templum consti-  
tuitur potest, non agnito prius habitatore templi,  
neque inhabitator collocatur, si templum non  
sit extractum. Cum ergo utrumque una, ac  
pariter deducatur; quomodo in his inimicum  
aliquid, aut contrarium inveniri potest, &  
non potius ab amicis, atque idem volenti-  
bus utrumque videtur effectum? Et ut scias,  
quoniam & amicitia, & genere conjuncti sunt,  
Concil. General. Tom. I.

qui scit, & audit, *Faciamus hominem*, & re-  
liqua, respondit. Hic enim qui templum  
extruit, interrogat illum, qui informat simu-  
lacrum, mensurasque etiam magnitudinis, ac  
latitudinis, vastitatisque perquirat, ut ita funda-  
mentorum spatia describat; neque enim in va-  
num quis templum extruit, nisi mensuras col-  
locandi didicerit simulacri. Similiter igitur per-  
quiratur modus corporis, atque mensura, ut  
possit apte in eo anima collocari ab artifice  
omnium Deo. Quod si dicat quis inimicum  
esse eum, qui plasmaverit corpus; Deus qui  
creator est animæ meæ, quomodo non, dum  
alteri invidet, alterius operi irrogavit infamiam,  
ut aut ille, qui templum extruit, angustum fa-  
ciat, ita ut capere non possit, quod collocatur?  
aut ille qui simulacrum fecit, quomodo non  
grave aliquid pertulit, & ponderosum, quo in-  
tromisso, templum continuo concideret? Se-  
cundum hoc, quod novimus esse inimicorum  
studia, contemplerur hæc, si non ita se ha-  
bent; sin autem oportet omnia iidem menturis,  
eadem æquitate disponi, similique gloria efferi;  
quid adhuc de hoc dubitamus? Addimus tan-  
tum, si placet, etiam illud exemplum, similis  
videtur esse homo navi, quæ instructa ab arti-  
fice, atque in mare deducta est, quamque na-  
vigare impossibile est sine gubernaculis, quibus  
regi, & flecti possit in quæcumque loca voluerit  
gubernator eius. Et quia eodem artifice in-  
digeat corpus gubernaculorum, quo & totius  
navis, nulli dubium est; sine gubernaculis  
enim otiosum erit omne navis opus, corpus  
illud immensum. Ita ergo animam corporis gu-  
bernacula dicimus, reguntur autem utraque  
arbitrii, atque animæ libertate, quo velut gu-  
bernatore utimur; quæ cum per conjunctio-  
nem unum effecta, consonantiam officii sui  
continent ad omne opus, quodcumque ex se-  
metipsis efficiunt, uni auctori, & conditori te-  
stimonium ferunt.

XX. His auditis, turbæ quæ aderant, vehe-  
menter gavilæ sunt, itaut pene manus imice-  
rent in Manem, quos vix Archelaus colibens  
& reprimens, conquiescere fecit. Judices dixe-  
runt: Sufficiens ostendit Archelaus homi-  
nis & corpus, & animam unius esse factoris,  
eo quod consonare in conjunctione non possit  
opus unius, si propositum artificis a se dis-  
sentiret alterius. Quod si dicatur unum expli-  
care utrumque minime valuisse, infirmitatem  
ostendit artificis; quia & si dicat quis animam  
boni Dei esse, otiosum opus invenitur homi-  
nis, nisi etiam corpus accepit. Quod si rur-  
sum corpus mali Dei dicatur esse figmentum  
otiosum nihilominus erit, si animam non ac-  
ceperit; quæ utique nisi commixtione, atque  
sibi invicem fuerit inserta cum corpore, homo  
nec erit, nec dicetur. Unde multis exemplis  
approbavit Archelaus totius hominis unum, at-  
que eundem esse factorem. Archelaus dixit:  
Scire te non dubito, Manes, hoc quod gene-  
rantis, aut creatis filius dicitur ille, qui na-  
tus est & creatus. Quod si malignus hominem  
finxit, pater ejus esse debet secundum natu-  
ram.

Ecces

ram.

## NOTÆ ZACAGNI.

1. Forte, *Sic enim qui templum extruit.* In codice enim erat, *extruit.*
2. In codice Casinensi, *Deum.*
3. In codice Casinensi est, *quæ cum conjunctionem.*
4. In eodem codice legitur, *manus est creatum.*

ANNO  
CHRIST177.  
Matth. 6. 9.  
Luc. 11. 2.  
Matth. 6. 9.  
Luc. 10. 11.

ram. Et cui ergo dicebat Dominus Jesus, docens orare homines, Sic dicite cum oratis, Pater noster qui es in caelis, & iterum, Orate patrem vestrum, qui est in occulto. De Satana autem dixit vidisse se eum, Sicut fulgur cadentem de caelo, uti ne quisquam audeat dicere, quod ipsum nos docebat orare; neque enim descenderat Jesus ut homines conjungeret, & reconciliaret Satanae, quin potius conterendum eum sub pedibus fidelium suorum tradidit. Sed ego beatiore istos dicam esse gentiles, qui multos quidem introducunt Deos, unanimes tamen, atque amicos eos confitentur; hic vero duos introducens, inimicitias inter eos, discordemque sententiam non erubescit adstruere. Quod si simulatos sub huiusmodi conditione intro-

ducerent Deos, ludum jam gladiatorium inter eos erat videre, innumeras habentes naturas, diversaeque sententias.

XXI. Jam vero de interiore, atque exteriori homine quid me necesse est dicere, cum Salvatoris voce dicatur ad eos, qui camelum glutunt, & de foris hypocritae sunt, blandimentis, atque adulatione circumdati, ad quos Jesus ait, *Vae vobis Scribae, & Pharisei hypocritae, quare quod de foris est catini, & calicis lavatis, quod autem intus est, immunditia plenum est? Aut nescitis, quia qui fecit, quod foris est, & quod de intus est, fecit.* Nunquid de catino, & de calice loquebatur? Nunquid vitriarius erat, qui haec dicebat, aut singulus, ex luto fingens vasa? Nonne de corpore, atque anima evidentissime loquebatur? Quoniam quidem Pharisei aneti, & crimini decimas expectantes, quae erant graviora legis relinquebant, & his quae extrinsecus erant, adhibentes diligentiam, contemnebant ea, quae ad salutem animae pertinebant; expectabant etiam salutationes in foro, & primos discipulatus in caenis, quos sciens Dominus Jesus perditos esse, dicebat eis, quia lus solis rebus, quae de foris erant, adhiberent diligentiam, & ea quae intrinsecus erant, contemnerent velut aliena, ignorantes, quoniam qui corpus fecerat, ipse fecit & animam. Et quis ita lapideus est, & stolidus, ut non ad omnia ei iste sermo sufficiat? Cui sermoni conionans Paulus ait, interpretans ea, quae in lege scripta sunt, hoc modo: *Non infrenatis os bovis trituranti, Nunquid de bobus cura erat Deo? Aut propter nos utique dicit? Sed quid immoramur ulterius; adjiciam tamen pauca de pluribus. Si duo sunt ingenita, & his loca certa decernimus, dividitur Deus, si intra certum locum est, & non ubique diffunditur, & erit multo inferior loco, in quo est, ( manus enim quod continet semper eo, quem continet ) & efficitur Deus*

ejus magnitudinis, cujus est locus, in quo continetur, sicut homo, si sit in domo. Deinde ratio requirit, quis est qui inter eos dividerit, aut quis eis certos terminos statuerit, & invenitur jam uterque multo inferior virtutis humanae. Lyfimachus enim, & Alexander totius mundi imperium tenuerunt, omnesque nationes barbaras, atque omne genus hominum subicere potuerunt, itaut non esset alius Imperator per illud tempus, praeter ipsos sub caelo. Et quomodo audebit quisquam dicere, non ubique esse Deum, qui est lumen verum indeficiens, cujus est regnum sanctum, & sempiternum, ceu nequissimi istius impietas, qui nec aequalem quidem cum hominibus potestatem omnipotenti Deo tribuit.

XXII. Iudices dixerunt: Lumen in tota domo lucere scimus, & non in una aliqua parte, sicut, & Jesus dicit, quia, *Nemo lucernam accendens ponit sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.* Si ergo lumen est, necesse est illud (si tamen Jesus creditur) mundo universo lucere, & non per partes: a quo si universum obtinet mundum, ubi iam ingenitae tenebrae, nisi forte accidentes, intelligantur? Archelaus dixit, Quoniam quidem multo melius a vobis intelligitur sermo evangelicus, quam ab isto, qui se Paraclitum esse proficitur, quem ego magis Paraclitum, quam Paraclitum dixerim, dicam ego quomodo acciderint tenebrae. Cum lux esset ubique diffusa, mundum cepit Deus condere, initium a caelo, & terra sumens, in quo ita ratio evenit, ut medietas, quae est terrae locus umbra obiectus, obiectu videlicet earum, quae factae sunt, creaturarum, inveniretur obsecurus, itaut res expeteret introduci lucem huic ipsi in medietate posito loco. Unde & in Genesi Moyses enarrans facturam mundi, nequaquam facit tenebrarum mentionem, aut quasi factae sint, aut non factae; sed ipse tacuit, his qui possint advertere, derelinquens rationem huius intellectus; quae quidem, nec satis est ardua atque difficilis: cui enim non fiat manifestum, solem istum visibilem, cum ab Oriente fuerit exortus, & tetenderit iter suum ad occidentem, cum sub terram ierit & interior effectus fuerit, ea, quae apud Graecos Sphaera vocatur, quod tunc obiectu corporum obumbratus non appareat? Sed obiecto eo, obstante terrae corpore, superducitur umbra, quae ex se efficit tenebras, usquequo rursum, inferioris spatii cursu per noctem transacto, ad orientem revolvat, atque in locis solitis obortus appareat. Est ergo umbrarum, atque noctis causa corporis terrae soliditas, quod etiam si fuimet ipsius umbra homo intelligere potest.

Aate

## NOTÆ ZACAGNI.

1. Melius in Vulgata: *Ora patrem suum in absconditis.*
2. In codice Casinensi, *Quod simulatores.*
3. In Casinensi codice est, *introducens.* Sed hic de Gentilibus loqui palam est, quare legendum, *introducens.*
4. In Casinensi cod., *ex bit.*
5. Hic mire depravatus est codex Casinensis, legit enim, *Primos discipulos subitos in centi, quod scientias De-*
6. Melius Vulgata, *An propter nos.*
7. In Casinensi, *Maini*, nullo sensu.
8. In codice Casinensi est *eo*, quod legendum putavimus, *eo.*
9. Ita depravatum locum ex ingenio restitimus, nam in codice Casinensi scribitur, *Nec qua vellem quidem.*
10. Forte, *Argui.*
11. In Casinensi codice, *oblectu.*
12. In Casinensi est, *quod nunc oblectu.*
13. Ita emendavimus scriptum codicem, qui habebat, *Exuet ipse umbra.*

Anne celum enim, & terram, atque omnes istas corporeas creaturas indeficiens lux manebat, cum nullum corpus existeret, quod umbram sui objectione generaret, & ideo nusquam tenebras, nusquam noctem fuisse profitendum est. Nam si, verbi gratia, placeat ei cui potestas est omnium, plagam, quæ ad occasum est, auferre de medio; non agente sole ad illam partem cursum, nusquam fiet vespere, aut tenebræ; sed erit sol semper in cursu, nec unquam occidet, & medium cæli axem pene semper tenebit, nec aliquando desinet apparere, & per hoc erit universus orbis terrarum clarissimo lumine radiatus, ex quo nec ulla ejus pars obumbrabitur, sed manebit ubique unius luminis æqualitas. Occidentali autem plaga statum suum servante, & sole cursum suum tribus mundi partibus ministrante, hi quidem, qui sub sole sunt, clarius videntur illuminari, ita ut pene dixerim, dormientibus adhuc iis, qui e diversa plaga consistunt, isti priores diei exordium sumant. Sicut autem ante eos, qui in parte occidua jacent, dormientibus adhuc iis, ita velocius obscuratur, & soli omnium, qui in orbis medietate consistunt, æqualitatem semper sentiunt lucis. Cum enim medium sol tenuerit cælum, nullus est locus, qui aut lucidior, aut obscurior esse videatur; sed omnes mundi partes ex æquo, & justo solis fulgore luminantur. Si ergo, ut superius diximus, occidua plaga pars auferatur e medio, ultra jam non obscurabitur pars, quæ ei adjacet. Et hæc quidem mihi simplicius dicta sunt, cum possum & Zodiacum circulum describere; sed non intui nunc fieri ratus sum, propter quod de his tælebo, & ad illud caput recurram, quod objecit advertarius, affirmans, omni nisu, tenebras esse ingentis, quod & ipsum, quantum valuimus, jam constatum est.

XXIII. Judices dixerunt: Si consideremus lucem fuisse ante conditionem creaturarum, & nihil fuisse objectum, quod ex se umbram generaret, necesse est lucem ubique fuisse diffusam, & omnia loca fulgore lucis illuminata, sicut ostentum est ex his, quæ a te nuper dicta sunt, in quibus veram esse rationem videtur, damus palmam allegationibus Archelai. Si enim divisionem accipiat universus mundus, veluti muro quodam per medium instructo, & ex una parte habitent tenebræ, ex alia vero lux, intelligitur nihilominus, quia ex eo, quod instructum est ædificium, umbra generata, acciderint tenebræ, & rursus nobis querendum est, quis ædificaverit murum in medio duorum, si tamen ædificatum fateris, o Manichæe. Si vero illa ratio consideretur, quasi murus non sit instructus, rursus sine aliqua exceptione unus esse universus intelligitur locus, ac sub una potestate positus; unde ex omni parte tenebræ ingentis naturam habere non possunt. Archelaus dixit, Dicat mihi etiam hoc ad ea, quæ proposita sunt. Deo in regno suo posito, & maligno similiter in tuo regno,

Concil. General. Tom. I.

quis inter medium ipsorum construxerit murum? Non enim potest dividere quid duas substantias, nisi quod sit utriusque majus, sicut dicit in Genesis libro, quia *divisit Deus inter lucem, & tenebras*. Talem esse aliquem necesse est & muri istius instructorem, murus enim terminos uniuscujusque demonstrat, sicut inter eos, qui rura incolunt, lapis solet portionem uniuscujusque dividere; quæ tamen res magis intellectum dat, quando hujuscemodi divisio fraternæ potius hæreditatis sit ratio: Verum nunc non est mihi de his dicendum, quantum necessarium videatur; nam illud est quod petimus, quis est, qui extruxerit murum ad designandum uniuscujusque terminum regni? Non dixerat, nolo moretur hic perfidus, sed jam confiteatur dualitatis lux in unum resuscitum esse substantiam. Dicat quemquam, qui medium extruxerit murum? Quid agebat alter, altero instructe? Dormiebat, aut ignorabat, aut resistere non valuit, aut pretio concessit? Dic quid faciebat, vel quis est omnino, qui extruxit. Vos deprecor, Judices, quos Deus plenissime repletos intellectu misit nobis, iudicatis, quis ex duobus extruxerit, & quid agebat unus, cum alter extruxerat.

XXIV. Judices dixerunt, Dic nobis, o Manes, quis designaverit fines utriusque regni, quis murum fecerit medium? Pro magno enim Archelaus interrogationem haberi hujus sermonis exposcit. Manes dicit, Bonus Deus, & nil habens commune cum malo, firmamentum posuit in medio, quo alienum a se esse, patefaceret malignum. Archelaus dixit, Usquequo dignitate nominis mentiris? Deum etenim tollimodo nomine appellas, & deitatem ipsius humanis infirmitatibus comparas. Aliquando ex non extantibus, aliquando ex subjecta materia, quæ quidem ante se fuerit, asseris extruxisse, ut homines solent extructores. Interdum etiam eum timidum, interdum & convertibilem dicitis; Dei est enim agere, quæ Dei sunt, hominis vero, quæ humana sunt. Si ergo Deus, ut ais, murum construxit, timidum se hic, & nihil fortitudinis se habere designat. Scimus enim semper eos, qui suspicantur ab extraneis sibi dolos intendi, atque hostium venentur insidias, ipsi solent urbes suas muris circumdare, in quo & ignorantiam habent pariter, atque imbecillitatem sui ostendunt. Sed ne illud quidem a nobis reticendum est, quin potius in medium proferendum, ut & multa assertionum copia, machinationum advertarii diversitas destruat, auxilium nobis ferente veritate. Concedimus structuram factam esse muri, quæ ad quæretionem esset uniuscujusque regni: impossibile enim est sine hoc uno habere unumquemque proprium regnum; eodem vero modo impossibile est, & malignum egressum propriis finibus boni partes invadere, nisi interdictione constante, nisi forte prius deiciatur, sicut audivimus ab hostibus fieri, atque etiam oculis nostris nuper conspeximus.

Eccc 2 Cum

NOTÆ ZACAGNI.

- 1 In codice Casinensi legitur, *ex ea parte, & mox fugere.*
- 2 Locus manifeste corruptus, cuius mihi emendatio non occurrit.
- 3 In Casinensi etiam, *Omnia nisi.* Sed legendum, *Omnia nisi,* hoc est omni conatu, formula dicendi Lucie inter preti usitata. Vide cap. 40. & præsertim cap. 47.
- 4 In codice Casinensi, *utriusque majus.*
- 5 In codice Casinensi, *parium faceret.*
- 6 Nota Archelai ætatem, & hæcæ disputationis tempus. Locum autem hoc valetur Archelaus de Carthis a Persis sub Valeriano Augusto expugnatis, vel de eisdem vicinis ab Odenatho Orientis Rege Gallieni imperatoris temporibus in Romanam Imperii ditionem redactis. Vide Trebellium Pollionem in Galliano cap. 10. & 12.

ANNO CHRISTI 1177

ANNO CHRISTI 1177

1175  
 Cum rex aliquis oppugnat turrin valido muro circumdatam, adhibet primo ballistas, & jaculis securibus deinde portas excidere, atque arietibus muros conatur evertere; & cum obtinuerit, tum demum ingressus, quæ libuerit, agit, sive captivos placet cives adducere, sive cuncta subvertere, aut etiam, si placuerit, rogarus indulget. Quid ergo dicit iste? Non substantia, id est, proposito adversarius quis deiecit, quod interjectum fuerat munimentum: in precedentibus enim professus est, quia supervenerint tenebræ ex propriis sinibus in regnum Dei boni. Quis prius deiecit munitionem? impossibile enim erat ingredi malum; munitione constante. Quid taces? quid moraris tu, Manes? Etiam si tu differas, aggrediar mea sponte. Si enim dixeris, quia Deus destruxerit, requiram quid eum movent ad destruentium hoc, quod prius propter importunitatem maligni, & separationem ipse extruxerat? Quid iratus, aut quid damni peressus, advertum te ipse pugnare contendit? Aut nunquid de maligni facultatibus aliquid concepivit? Quod si hominem nihil in causa est Deo destruendi ea, quæ iam dudum ad alienandum a se, & separandum malum ipse construxerat, illud nec mirum putandum est, quod ejus consorcio turrin delectatus; munitione enim, quæ missa fuerat propter hoc, ne ejus molestiam pateretur, idcirco destructa videbitur, quoniam non jam mollescit, sed amicus fore putabitur. Quod si a maligno murum dicit esse destructum: quomodo possunt boni Dei opera a maligno superari? alioquin fertur Deo invenietur maligna natura. Quomodo & ipse, cum sit omnino totus tenebræ, luci supervenit, & comprehendit, Evangelista testimonium ferente, quia *Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehendunt*? Quomodo cæcus armatur? quomodo tenebræ advertus lucis regnum dimicant? Sicut enim hæc lucis oculis sola radios in te recipere non possunt; ita & hic terre non valet regni lucis intuitum, sed manet temper extraneus, & alienus.

Aest malignus, ultra jam leone non habente potestatem faciendi aliquid, & salvabitur omne animarum genus, ac restituetur, quod perierat, proprio suo gregi. Archelaus dixit, Si leonem maligno comparas, Deum vero pastorem; oves, atque hædum dic, cuinam comparabimus? Manes dixit, Oves, & hædus unius mihi videntur esse naturæ; in similitudinem autem ponuntur animarum. Archelaus dixit, Animam, ergo perditum dedit Deus, obiciens eam leoni in fovea. Manes dixit, Nequaquam, absit hoc; sed apprehensus est hoc ingenio, in futurum vero salvabit eam. Archelaus dixit, Ridiculum jam illud est, Viri auditores, si agnum, quem retinebat in sinibus, pastor extimelicens leonis ingressum, projecit eum devorandum, & dicitur quia in futurum salvabit eum. Quomodo non totum hoc ridiculo plenum est? Nam & in hoc etiam judicium admittit. Deus enim Satanæ animam tradidit, in perditionem ab eo assumendam. Quando enim pastor, nonne David de ore leonis, vel urfi eruit ovem? Hoc dicimus propter ore leonis, quod ait, de ore leonis, aut de ventre ejus potest educere, quod jam ille devoravit. Sed dices mihi, Deus est, & omnia potest. Audi ergo ad hæc, cur igitur quod possit, non illud potius asseris, quod poterit propria virtute vincere leonem, sive pura Dei potentia, & nunquam machinis quibusdam, & foveæ hædo, sive agno tradito. Dic mihi etiam illud, si pastori superveniat leo non habenti oves, quid fiet? Ingenitus enim est, qui dicitur pastor, ingenitus quoque etiam leo. Cum ergo nondum esset homo, priusquam pastor haberet gregem, si supervenisset leo, quid fiebat, quia non erat leonis esca priusquam hædus esset? Manes dixit, Leo quidem nihil manducabat, exercebat tamen malitiam suam per quædam que poterat invenire, discutrens per vertices montium; quod si aliquando ei etiam esca erat necessaria, capiebat ex bestiis, quæ erant sub regno suo. Archelaus dixit, Ergo unius sunt substantiæ bestię, quæ sunt in regno maligni, & hædi, qui sunt in regno boni Dei. Manes dixit, Absit; nequaquam; nihil commune est, neque ipsis ad invicem, neque his, quæ sua sunt. Archelaus dixit, unus atque idem est usus in esca leonis. Si enim ex propriis aliquando bestiis capiebat cibum, aliquando & de his boni Dei, nulla est in his differentia, quantum ad eticas persinet, & ex hoc apparet unius eas esse substantiæ. Sed aliud alio longe differre ignorantiam pastori adscribimus, quia non aptam escam, quin potius alienam obtulit, vel projecit leoni. Aut forte rursus distimulare volens, dices mihi, quia nihil leo ille comedebat. Illud ne igitur, qui comedere nesciebat, ipse ad comedendum animum provocavit, nec sola fovea ad decipiendum eum uti voluit, si tamen hoc dignum est facere Deum, & dolos exquire.

Joan. 1. 9

Matth. 13. 11

Joan. 10. 10

E

NOTA ZACAGNI.

1. In cod. Calimanti, *quædam in tenebris*. Sed, si ejus consorcio, vel, quod ejus consorcio, videtur legendum.  
 2. In eodem codice, *etiam* non habet, nullo sensu.  
 3. In Calimanti codice, *boni, etiam* non habet. Sed legendum videtur, & *jam quidem*. Sepe enim in hoc codice, *ingenitus* ve his quæ de unitate aguntur.  
 4. Longe est, in Archelaus, ex Manes testimonio, qui cum pastorem præcedentem, ac præcedentem inevitabili leonis de ore, capiebat cibum, ne effuso sentesquebatur pastorem ipsum captivum perditionis hædi, esse illius naturæ.  
 5. Hoc, quod dicitur, *ingenitus*. Forte, *Deus enim natura, vel sensus, nonne David etc.*  
 6. Ita, ut agere debere videatur, sed in hoc codice, Calimanti, non habet, & *per se*, nisi, *malitiam, si est pura*.  
 7. Leonis esse, videtur, non sufficiens, quia ubi vel, Archelaus clare intelligitur, non legamus. Sed alium ab alio, *legimus, si est pura*.

ANNO CHRISTI

ANNO CHRISTI

quire? Et sicut Rex aliquis, bello sibi illato, nequaquam propria virtute confusus, sed imbecillitatis suum timore perterritus, muris ipse urbis inclusus, vallum atque munimenta circumdat, ac preparat, manui, ac viribus nihil fidens; si vero vir fortis sit, etiam porro a suis finibus in occursum hosti procedit, & agit omnia usquequo vincat, & obtineat adversarium.

XXVI. Iudices dixerunt. Si ais pastorem hædum, sive agnum leoni projecisse, cum ille irrueret adversum ingenium, adum est. Quem enim potest judicare pastor hædorum, atque agnorum, cum ipse inveniat eum in delicto, si causa traditus etiam agnus per infirmitatem pastoris resistere non valet leoni, & consequens e, ut quodcumque fuerit leoni libitum, gerat; tanquam si Dominus unum e servis suis ejectionem, vel per metum tradat adversario suo, quem rursus recipere suis viribus non valeat? Si vero casu aliquo provenerit eum recipi, quæ tandem ratione tormenta ei poterit irrogare, si ad omnia, quæ ei imperabat inimicus, parebat, cum eum ipsum tradiderit inimico, sicut leoni hædum? prænoscentem enim afferis esse pastorem. Verberatus enim agnus, & interroganti se pastori, cur in his leoni paruerit, respondet, tu me leoni tradidisti, nec reituli adversus eum, sciens, & prævidens quæ mihi gerenda forent, cum ejus me necesse esset obtemperare præceptis. Et ne multa dicamus, neque Deus perfectus pastor ostenditur, neque leo alienos cibos percepisse demonstratur, & ideo ipsa veritate edocente claruit, his quæ ab Archelao dicta sunt, palmam nos debere conferre. Archelao dixit, Quoniam quidem de omnibus, de quibus disceptavimus, prudentia Judicium plenissimum terminum posuit, tacendum est de reliquis, & in tempus aliud referendum. Sicut enim si quis serpentis conterat daptum, in nullum jam reliqua corporis ejus membra deputanda sunt, ita dualitatis questione rejecta, sicut pro viribus ostendimus, reliqua, quæ per hanc afferbantur, cum ipsa pariter explosa sunt. Sed in ipsum, qui adest, assertorem horum paucis dicam, ut omnibus

innotescat quis, & unde, & qualis est; dixerat enim se esse Paraclitum illum, quem Jesus proficiscens, humano generi missurum se esse promiserat ad salutem fidellum animarum, & non longe post ei Paulus vas electionis, & vocatus Apostolus, nude & prædicans veram doctrinam agebat, Aut documentum quaritis ejus; qui in me loquitur Christus. Et quidem quod dico tali exemplo, sed clarius. Homo quidam conclusit in thesauro frumenti plurimum, itaut referat esset locus, quem locum clausum atque signatum sufficientibus signaculis, custodiri præcepit; ipse Dominus vero cessit; alius autem quidam post multum temporis adventu ad thesaurum, dicens se ab eo, qui signaculis locum concluserat, missum ad hoc, ut etiam ipse in eundem thesaurum triticum congregaret. Quem cum vidissent custodes, potcebant ab eo signaculi fidem, quo possint ei, videlicet aperire thesaurum, & parare ei, tanquam ab illo, qui signaverat, misso; qui cum nec claves ostenderet, neque signaculorum fidem deferret, (neque enim habebat eas) a custodibus ejectionis est, & fugatus; fur enim potius, & latro ab eis esse deprehenditur, convictus, & contugatus etiam ex hoc, quod post multum tempus, quam promissum fuerat, adesse desideret, neque claves, neque signacula, neque ullum omnino custodibus indicium deserens, non quantitatem frumenti reconditi sciens, quæ omnia manifesta indicia sunt, nequaquam eum ab illo esse transmissum, & ideo, ut consequenter erat, a custodibus refervatus est.

XXVII. Aliud etiam si videtur, dicimus exemplum. Homo quidam patrifamilias dives plurimum, ad tempus peregre absfuturus, filiis suis pollicitus est, missurum se esse aliquem, qui pro se distribuere eis ex æquo substantiam. Et quidem non multo post misit tutum virum quendam, justum, & verum, qui cum venisset, suscepta universa substantia, primo omnium instruere eam, ac regere studuit, laborans plurimum in iuneribus, sedens ipse per se suis manibus opus faciens, & ministrans; deinde moriturus testamentum scribit pro-

NOTE ZACAGNI.

1 Forte legendum, cum ipse.  
2 In cod. Casinensi deficit, & paulo post, questione relecta, habet. Sed necessaria visa est utrobique correctione nostra.  
3 Vel hic nonnulla desunt, vel fortasse legendum ut non longe post sit et Paulus, nempe ut ipse parum inferior sit Paulus Apostolus, quem a Deo ante se ad humani generis salutem missum fuisse ait supra Manes, ita taliter ut sibi, quod perfectum erat, reservatum fuerit. Vide supra c. 13.  
4 In codice Casinensi est, agebat, librarii, ut arbitror, errore; sic infra cap. 29. *Faxus ad discipulos agebat*.  
5 Vulgata legit, *An experimentum*; in greco tamen textu est, *æta*.  
6 Forte sit, vel sit, aut etiam est.  
7 Supra thesauri, solo sigillo obignati mentionem facit Archelao; at hic sigillo claves adjungit, quo pacto ehariora quæ ab antiquis custodiri consuevit, testis est Aristophanes in comedia, cui titulus *Θεσμολογία* pag. 787: apud quem mulier quædam conqueritur gynæceorum fores sigillis, & pessulis a maritis obstruatis, quem morem videtur Menander apud Stobæum.  
8 Forte, *recessit*, vel *deserit*.  
9 Anulus pro tessera, seu signo in repetendo deposito, & majore nuntia fide concilianda veteres usos fuisse ex Plauto, & Apulejo discimus, quorum primus in Bacchide act. 2. scena 3. vers. 93. ita inquit Chry. *Anulum grati tui factio, ut memoraris ferre*. Nic. *Quid opus est anulo? Chry. Quid id signum est? Tbe tima, qui cum illi afferret, et aurum us reddatur*. Alter vero in lib. 10. de Auro auro hoc irate cuiusdam mulieris facinus teleri. *Anulo mariti subrepto, que profecta, missis quendam seronum. Nos quidem fidelem, sed de ipsa fide pessime merenti, qui puella nuntiaris, quod eam juvenis profectus ad villulum vocaret ad se, addito us sola, & hinc ullo ceteris, quam maturissime parventes. Et ne qua forte nallaretur, contendo, tradit anulum marito subtraculum, qui nonstant, fidem corbis adimpleret. At illa mandato fratris obsequens (sic enim nomen sola præbat) respicere anulum signi eius, quod ostendatur, quæteris, ut præceptum fuerat, incommutata fessitas &.*

10 In Casinensi *Quicumque*. Sed sensus postulare videtur, ut qui cum nec legatur.  
11 Forte, *construatur*.  
12 In codice Casinensi legitur, *Et ideo consequenter*.  
13 Forte, *sed & ipse per se*.  
14 In codice Casinensi, *Deinde die mortuus, nos secundam vocem, ex præcedentibus verbis, postremæ syllabæ repetitione veluti inferam, fastulimus*. Vel fortasse legendum, *Deinde die, quæ mortuus, nos secundam*.



ANNO CHRISTI 377

ANNO CHRISTI 377

propinquis suis & proximis omnibus hereditatem derelinquens, & signacula dedit eis, & nominatim singulos convocans, præcepit eis servare hereditatem, & custodire, ac regere substantiam, sicut susceperant, & perfrui bonis, & fructibus, ipsi domini heredeque derelicti. Si qui vero ex agri huius fructibus percipere rogaret, indulgenter præberent; si autem cohæredem se dicens, exproceret, devitarent, atque alienum esse pronuntiarent; opus autem magis facere debere eum, qui recipi velit. Quomodo ergo his omnibus bene, recteque dispositis, & statutis, ac plurimo tempore in eo statu perseverantibus, eum, qui post trecentos fere annos venerit, & hæredem esse se confirmet, non abjiciemus, non iuste alienum pronuntiavimus, qui nec de propinquis se esse ostendit, qui defuncto nostro non adfuerit ægrorant, qui in exequias non ierit Crucifixo, qui sepulchro non adstiterit, qui omnino nescias, quomodo, aut qualiter defunctus est, qui denique thesaurum frumenti ingredi cupiat, nullo indicio delato ab eo, qui obignaverit? Nonne eum tanquam latronem, & furem abjiciemus, ac modis omnibus expellemus? Hæc igitur signa, quæ in prædictis comprehendimus exemplis, ille non deferens adest, dicens se esse Paraclitum, qui ab Jesu præsignatus est mitti, in quo mendacem, ignorans fortasse asseret Jesum; qui enim dixerat se non multo post missurum esse Paraclitum, invenitur post trecentos, & eo amplius annos misisse hunc, sicut ipse sibi testimonium perhibet. Quid dicent Jesu in die Iudicii illi, qui jam vita excesserunt ex illo tempore utque nunc? Nonne hæc apud Deum allegabunt, noli nos cruciare, si opera tua non fecimus? cur enim cum promitteris sub Tiberio Cætare missurum te esse Paraclitum, qui argueret nos de peccato, & de iustitia, sub Probo demum Romano Imperatore misisti, orphanos dereliquisti, cum ipse dixeris, non derelinquam vos orphanos, cum ipse dixeris te, mox iras, missurum esse Paraclitum? Quid poteramus orphani facere, non habentes tutorem, nihil nos deliquimus, tu nos testellisti? Sed absit hoc a Domino nostro Jesu Christo Salvatore omnium animarum. Non enim moratus est in promissionibus suis, sed cum dixisset, *Vado ad Patrem meum, & mitto vobis Paraclitum*, statim misit, dividens, do-

nans discipulis suis; abundantiùs vero conferebat Paulo. XXVIII. Manes dixit, Tuimetipsum indicio comprehensus es. Hæc enim adversum te locutus, ignoras, quia dum in me vis probra conicere, majori culpæ succumbis. Dic age mihi, si, ut ais, qui a Tiberio usque ad Probum defuncti sunt, dicent ad Jesum, noli nos iudicare, quia opera tua non fecimus, non enim misisti nobis Paraclitum, cum dixeris te missurum; non multo magis illi hæc dicent, qui a Moysse usque ad adventum ipsius Jesu Christi vita excesserunt, & eo rectius dicent, noli nos tradere tormentis, quoniam agnitionem tui non accepimus? Et non solum hi, qui ante ipsius adventum decefferunt, iure hæc allegare videbuntur; verum etiam illi, qui ab Adam usque ad adventum Jesu obierunt, neque Paracleti enim scientiam consecuti sunt, neque Jesu doctrina eruditi sunt. Sed hoc solum ultimum genus hominum, ut ais, quod a Tiberio est, salventur; ipse enim *Esse Christus de maledicto legis redemis*, sicut Paulus testimonium dedit, *quia litera occidit, nec quemquam vivificat, & Quod lex ministerium mortis est, virtusque peccati*. Archelaus dixit: Erras nesciens scripturas, neque virtutem Dei; multi enim etiam post adventum Christi utique nunc perierunt, & pereunt, hi scilicet qui operibus iustitiæ deservire noluerunt; illi vero soli, qui susceperunt eum, & suscipiunt, *Potestatem acceperunt filii Dei fieri*. Non enim omnes dixit; sed neque tempus terminavit, *Quicumque enim, inquit, acceperunt eum*. Adest autem semper iustus viris, a creatura mundi, nec cessat inquirere sanguinem ipsorum ex sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariæ. Unde ergo Abel iustus, & illi omnes reliqui per ordinem, qui inter iustos enumerantur, cum lex non esset Moyse, cum Prophetæ oborti non essent, nec prophetiæ munus impleissent? Nonne iusti effecti sunt ex eo, quod legem implebant, *Ostendens unumquique eorum opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente eis conscientia sua*? Cum enim quis legem non habens, naturaliter, quæ legis sunt, facit, hic legem non habens, ipse sibi lex est. Et intueri multitudinem legum per singulos iustos, qui bene agebant vitam suam, nunc ex semetipsis preferentes in cordibus suis insitam Dei legem,

Joan. 14.

Galat. 3. 13.

1. Cor. 2. 6.

1. Cor. 13. 16.

Joan. 1.

Matth. 23. 6.

Rom. 2. 15.

NOTE ZACAGNI.

1. Aut nihil video, aut ita restituendus est hic locus manifeste corruptus; nam in codice ita scribitur. *Sic autem conderem se dicens, excesserit, devitarent persequi, alienum esse pronuntiarent.*  
 2. Hoc eodem argumento adversus Montanistas utitur Theodorus Heraclota in cap. 14. Evang. Joan. vers. 17 cum inquit, *Nam si iusti non diligentiùs Jesum, sed pro Deo mortem appetentibus, non misisti, quem promissurum Paraclitum, secundum Phrygorum impietatem, mendacium in Evangelio reperitur. Quod si vero, cum sit sola veritas, miseris illi Spiritum Sanctum, temere errando comminiscuntur, dicentes per Montanum, & Priscillam missum esse Paraclitum post ducentos, & triginta annos ab Apostolica gratia transiit.*  
 3. Conventions æstu adus videtur hic dixisse Archelaus, post trecentos, & amplius annos a Christi morte Manes emergisse; nam a Christi morte usque ad habitam cum Manes disputationis tempus, anni circiter CCCLIX fuerunt. Vide prætationem nostram in Archelao.  
 4. Par. 4. variatione huius locum recte, ni fallor, emendavimus, qui in Codice Casinensi ita se habet. *Sed ab ipse hæc a Domino nostro Jesu Christo Salvatore omni anima.*  
 5. Mirè hic, & in seipso depravatus est cod. Casinensis, in quo legitur, *Abundantiùs vero confertur Paulo. Manes dixit, Tuum & ipse indicio comprehensus es, hæc enim verbum te locutus, ignorans, quia dum me vis probra conicere, majori culpa succumbis. Dic age mihi, si, ut ais, qui a Tiberio usque ad Probum defuncti sunt, dicent ad Jesum, noli nos iudicare. Nos tunc munda, quantum per coniecturas licuit, abstergere conati sumus.  
 6. Verbum, *missurum*, nostra est additio, cum in Casinensi desit, & tunc vocem illam, vel quid simile ibi desit, ipsa orationis series ostendit.  
 7. In Casinensi est, *non moratus de tormentis*, nullo sensu, nisi, ut editum est, corrigatur.  
 8. In codice Casinensi sic legitur, *Sed hoc solum ultimum genus hominum, ut ais, quod a Tiberio est, salventur.* Nos autem verba illa, *ut ais*, interpretati sumus, *ut ait*, exemplo alterius loci infra cap. 30. ubi, *ut ait*, pro, *ut ait*, vel *ut ait*, a Tiberio scriptum fuisse, sensu ipso possente, coniecimus.  
 9. In codice Casinensi, *ut per ordinem, qui iuste iustis.*  
 10. In eodem codice scribitur, *opus legis scriptura.**

ANNO  
CHRISTI  
177

ANNO  
CHRISTI  
177

gem, nunc a propriis parentibus inquirentes, A ingenita non erit, quæ & initium habere monstratur, & hanc. Manes dixit, Deus ergo eam fecit. Archelaus dixit, Nequaquam; absit? Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Manes dixit, Deus eam non fecit, facta tamen est, ut ais; a quo acceperit imperium, vel a quo creata sit, dicito? Archelaus dixit, Si hoc plenissime ostendero, quod substantiam ingenitæ naturæ mors habere non possit, nonne confiteberis unum Deum esse, & hunc ingenitum? Manes dixit, loquere, subtiliter enim vis & discere. Archelaus dixit, Quia tu verba illa ita protulisti, tanquam tibi procerent ad ostensionem ingenitæ radicis; sufficiunt tamen nobis, & ea, quæ supra tractata sunt in quibus plenissime ostendimus, impossibile esse duarum naturarum ingenitarum existere posse substantias.

11. Cor. 3. 7.

Gal. 3. 13.

1. Cor. 15. 55.

Joan. 8. 44.

Joan. 16. 22.

Rom. 5. 14.

Rom. 16. 22.

1. Cor. 15. 54.

XXXIX. Manes dixit, An non idem est, quod Jesus ad discipulos agebat, incredulos eos esse demonstrans, Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis? Hoc utique dicit, quia quanta voluerit malignus Princeps huius mundi, & quanta desideraverit, per Moysen scripserit, & dederit hominibus faciendâ. *Iste enim homicida est ab initio, & in veritate non stetit, quoniam veritas in eo non est; cum loquitur mendacium, de suis propriis loquitur, quoniam mendax est, sicut & pater ejus.* Archelaus dixit, Sufficit, tibi hæc, sunt, an habes & alia, quæ dicas? Manes dixit, Habeo quidem multa, & horum majora; sed his contentus ero. Archelaus dixit, Exemplum, scilicet, accipiamus ex his, eorum quæ habere te dicis, ut si hæc recte posita fuerint inventa, etiam reliqua cum his adnumerentur; sin minus ero ego obnoxius sententiæ Judicium, id est, vidi ignominiam feram. Ais ergo ministerium mortis esse legem, & Principem huius mundi mortem regnare ab Adam usque ad Moysen; scriptum est enim, *In eos qui non peccaverunt.* Manes dixit, ergo mors regnavit sine dubio, quia dualitas est, nec aliter, nisi essent ingenita. Archelaus dixit, & quomodo ingenita mors certo ex tempore regni tumit exordium? ab Adam enim, inquit, & non dixit ante Adam. Manes dixit, Quomodo vero, & iustum, & peccatorum obtinuerit regnum dicito? Archelaus dixit, Cum prius confessus fueris, quia a tempore, & non æternitate regnavit, tum dicam. Manes dixit, Scriptum est hoc, quia *Ab Adam usque ad Moysen regnavit.* Archelaus dixit, Ergo & finem habet, quod cepit ex tempore, & verum est illud, quod dictum est, quia *Aborta est mors in victoria.* Etiam

ingenita non erit, quæ & initium habere monstratur, & hanc. Manes dixit, Deus ergo eam fecit. Archelaus dixit, Nequaquam; absit? Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Manes dixit, Deus eam non fecit, facta tamen est, ut ais; a quo acceperit imperium, vel a quo creata sit, dicito? Archelaus dixit, Si hoc plenissime ostendero, quod substantiam ingenitæ naturæ mors habere non possit, nonne confiteberis unum Deum esse, & hunc ingenitum? Manes dixit, loquere, subtiliter enim vis & discere. Archelaus dixit, Quia tu verba illa ita protulisti, tanquam tibi procerent ad ostensionem ingenitæ radicis; sufficiunt tamen nobis, & ea, quæ supra tractata sunt in quibus plenissime ostendimus, impossibile esse duarum naturarum ingenitarum existere posse substantias.

XXX. Judices dixerunt, Dic ad ea, quæ nuper proposuit, Archelae? Archelaus dixit, Principem mundi, & malignum, & tenebras, & mortem unum, eundemque esse dicit, legemque ab eo datam, propter hoc, quod scriptum est, *Ministerium mortis*, & reliqua, quæ obicit. Quoniam, inquam, sicut superius diximus, malorum memoriæ lex non diligenter hærebat, scripta naturaliter in cordibus eorum, neque apud seniores erat satis firma traditio, cum eis inimica temper memoriæ inhaerisset oblivio, & aliter quæ eruditur a magistro, aliter a semetipso, perveniebat facile legis naturaliter scriptæ transgressio, & ex prævaricatione mandatorum regnum mors in hominibus obtinebat; hujuscemodi est enim genus hominum, quod virga ferrea regi indigeat a Deo. Exultabat ergo mors, & cum omni potestate regnabat usque ad Moysen, etiam in eos, qui non peccaverant, hoc modo quo diximus; super peccatores quidem, veluti proprios, sibi que subiectos, sicut fuit Cain, & Juda; super justos vero propter hoc, quod non consentirent ei, quin potius resisterent, abicidentes a te libidinum vitia, & concupiscentias, veluti hi, qui fuerant ab Abel & usque ad Zachariam, transferens temper usque ad tempus in similes illius. Cum vero aduisset Moyses, & legem dedisset filius Israel, & revocasset eis in memoriam omnes justificationes legis, quæcumque observare oportebat, & facere, eos vero solos, qui prævaricarentur legem, morti traderet; intercessit mors, ne super omnes regnaret; regnabat enim super peccatores solos, dicente sibi lege, ne contigeris hos, qui mea præcepta custodiunt. Hujus ergo verbi ministerium Moyses derulit morti, reliquos omnes prævaricatores legis, interitus tradens; non enim pro eo, ut omnino mors nulla ex parte regnaret, post Moysen advenit, cum utique plurimum etiam Moysen sub mortis ditione tenerentur. Ex hoc *Ministerium mortis* appellatum est, quo-

NOTÆ ZACAGNI.

- 1 Ita videtur legendum, licet in codice Casinensi scribatur, per hunc mundum.
- 2 Iræneus quoque lib. 3. adv. hæreses cap. 20. cum particula negativa laudat hunc D. Pauli locum: unde patet D. Augustinum in lib. de Peccat. meritis, & remiss. lib. 1. cap. 11. recte tenuisse, ita ad græcorum codicum fidem legendum esse, licet in majori latinorum codicum parte sine particula negativa legeretur. Hanc tamen postremam lectionem multis contendit veram esse Hilarius Diaconus in commentariis ad eum Pauli locum inter D. Ambrosii opera, sed ejus opinionem, utpote originali peccato adversantem, recedit Eusebius, quæ probatam D. Augustino lectionem in latinis quoque sacre Scripturae codicibus huc usque tenuisse.
- 3 In codice Casinensi manifesto errore scribitur, exemplo 10.
- 4 Fortasse, dicere.
- 5 In codice Casinensi male, iniquam.
- 6 Ita necessarib. emendanda visa est eisdem codicis lectio, in quo scribitur, cum eis inimica temper memoria inveni sed oblivio.
- 7 In Casinensi codice, inserti ut tradens, manifestus librarii error.



ANNO CHRISTI 1777. 1. Cor. 11. 16. 1. Tim. 1. 9.

ANNO CHRISTI 1777

leditio legis, ex quo *Maledictum legis* appellatum est. Hoc omnis huius sermonis est ratio. Cum autem *Virtus peccati dicta sit lex*, pro viribus nostris breviter exponemus. Scriptum est enim, *Quia iusto lex non est posita, sed iniustus, & non subditis, impiis, & sceleratis*. Non ergo erat tunc lex litera posita delinquentibus ante Moysen, unde & Pharaon ignorans virtutem peccati, delinquebat affligens iniustus oneribus filios Israel, divinitate neglecta, non solum ipse, sed & omnes, qui cum eo erant. Verum ne utar longiore circuitu, brevius dicam. Erant quidam Aegyptiorum admixti cum populo Moysi, cum ab eo rege retur populus in deserto; & cum Moyses positus esset in monte, pro eo ut acciperet legem impatiens populus, non ille qui vere erat Israelita, sed qui ex Aegyptiis fuerat admixtus, vitulum sibi constituit Deum, secundum pristinum morem, quo coluerat simulacra, in quo nec scelerum penas aliquando rependeret; & ideo virtutem peccati sui penitus ignorabant; quam cum regressus agnovisset Moyses, praecepit eos gladiis trucidari, ex quo initium factum est sentire eos virtutem peccati per legem Moysi, & propterea *Virtus peccati* appellata est lex.

Joan. 8. 44.

XXXII. De eo vero, quod in Evangelio scriptum est, *Vos de patre Diabolo estis*, & reliqua, breviter dicimus, quia est Diabolus inoperans in nobis, qui sui arbitrii potestate tales esse voluit. Deus enim omnia, quae fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii sentium unicuique dedit, qua ratione etiam legem iudicii posuit. Peccare nostrum est, ut autem non peccemus, Dei donum est, ex eo quod in nostro sit arbitrio constitutum peccare, vel non peccare; sicut etiam tu sine dubio nosti, o Manes, si tamen congregans in unum discipulos tuos, & eos commonens ne delinquant, neve aliquid inulte gerant, iudicii legem unusquisque eorum possit evadere. Et certe qui voluerint, observant mandata, qui vero contempserint, & in perversum declinaverint, sine dubio legem iudicii ferent. Ex hoc etiam Angelorum quidam, mandato Dei non subditi, voluntati eius resistunt, & aliqui quidem de caelo, tanquam fulgur ignis, cecidit super terram, alii vero in felicitate hominum sibi admixti, Concil. General. Tom. I.

Luc. 16. 18.

a dracone afflicti, ignis aeterni penam suscipere meruerunt. Ille igitur in terram decidens, nec ultra caeli regionibus admittitur, inter homines volutatur, decipiens eos, atque persuadens sibi similes effici transgressores, & usque in hodiernum adversarius est mandatis Dei. Sed non omnes lapsum ruinam ejus sequentur, pro eo quod unicuique libertas arbitrii est; ex hoc enim & appellatus est Diabolus, eo quod transitum fecerit de caelestibus, & quod in terris mandato Dei obtrudator existeret. Quia autem Deus sit, qui prius mandatum dedit, ipse Dominus Jesus ait ad Diabolum, *Vade Satana, post me Satana*. Et sine dubio ire post Deum servi est. Et iterum quod ait ad eum, *Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies*. Quoniam ergo obtemperabant quidam hominum voluntatibus ipsius, audierunt a Salvatore: *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis*. Denique, cum faciant voluntates ejus, audiunt, *Generatio viperarum, quis vobis ostendit sugere ab ira ventura? Facite ergo fructum dignum poenitentiae*. Ex hoc ergo pervide quanta vis sit hominem liberi arbitrii; dicat tamen etiam ipse, si est iudicium piorum, & impiorum. Manes dixit, *Est iudicium*. Archelaus dixit: *Puto quae a nobis de Diabolo dicta sunt, non parum rationis, & pietatis obtinent*. Habet enim & unaquaque creatura ordinem suum, & alius quidem ordo est humani generis, & alius animalium est, atque alius Angelorum; una vero, & sola inconvertibilis est divina substantia, aeterna, & invisibilis, sicut & omnibus notum est, secundum illud, quod scriptum est: *Dominum nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu Patris*. Reliquae ergo omnes creaturae visibiles sunt necesse est, caelum, terra, mare, homines, Angeli, Archangeli: Deus vero cum a nullo unquam vilis sit, quid ei potest ex istis creaturis esse homousion? Unde & singulari quaque, secundum ordinem suum, propriam dicimus habere substantiam. Tu vero ex uno omne animal, quod movetur, factum dicis, & substantiam a Deo accepisse dicis similem, & posse eam peccare, atque ad iudicium venire; & cum non vis recipere sermonem dicentem, Diabolum Angelum fuisse, & in praevan-

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

NOTAE ZACAGNI.

1 Non pauca primitiva Ecclesiae Patres ex Judaeorum sententia loquebantur, ut ex his, qua in capite sequenti, & ad Theophili Alexandrini disputationem cum Simone Judaeo cap. 17. adnotavimus, facile apparet. Huius generis etiam est, quod hic de Aegyptiis vituli aurei constructoribus, & adoratoribus tradit Archelaus, nam in Seemoth Rabba pag. 157. col. 1. *Es isti (nempe Aegyptii profecti) fecerunt vitulum, quia colebant idola*. *Et isti fecerunt, & in causa fuerunt, ut populus peccaret*. Vide quid scriptum sit Exodi 32. vers. 4. *non est scriptum hic, isti sunt Dei nostri. Sed isti sunt Dei tui. Idcirco Deus sanctus benedixit dicit Moysi, vade, descende, vnde illum, & dixerunt Israeli, isti sunt Dei tui*. Idcirco Deus sanctus benedixit dicit Moysi, vade, descende, vnde illum, & dixerunt Israeli, isti sunt Dei tui. Vide Salomonem Jarchi, in eundem Exodi locum vers. 8. Aben Ezra ibid. vers. 22. & Abarbanelum ibid. vers. 11. At vel ex nuda sacri Textus lectione, & ex LXX. Interpretum versione hanc Rabbinorum conjecturam valde incertam, futilisque esse clare colligitur.

2 Ita restituendam censuimus depravati codicis Casinensis lectionem, in quo sic scribitur, *& communiti ne, & nisi quis maluerit, communiti*.  
3 En aliter Archelai locus, ex quo id quod in praecedenti capite de Hebraeorum opinionibus a primitiva Ecclesiae patribus intertum propugnatis diximus, aperte confirmatur. Quod enim hic de Angelis cum feminis conculcibus, tradit Archelaus iam usque a Philonis Hebraei, & Josephi temporibus Judaeorum opinio est, quam etiam sequuntur Tertullianus, Justinus, Clemens Alexandrinus, Athenagoras, Methodius, Cyprianus, Lactantius, ut late probat Pamelius in Tertulliani Paradoxo 1. & Pevardentius in notis ad Irenaeum ejusdem opinionis assectam lib. 4. cap. 70. Horum tamen Patrum nonnulli bonos a malis Angelis deceptos, nonnulli malos Angelos cum hominum sibi admixtos fuisse crediderunt, sed utranque opinionem communi calculo resistunt alii Patres, & recentiores omnes Sacrae Scripturae interpretes, quorum catalogum texere, cum res vulgarissima sit, praetermittimus.

4 In Casinensi legitur contrario sensu, *a vobis*, quod tamen in hunc locum non quadrat.  
5 Hunc locum videm verbis laudar Irenaeus adv. Haeres. lib. 3. cap. 11. licet sibi Vulgatae versionem sequatur.  
6 Archelaus hic veterum quorundam Patrum sententiam amplectitur, qui solum Deum incorporeum reliqua vero creata omnia corporea esse putarunt, quod nempe loco circumscripta in se ipsa subsisterent: licet nostri testis, qui crassa, & densa corpora habent, incorporea dici putarent. Vide Dionysium Persevium tomo tertio Theologicorum dogmatum lib. 1. cap. 2. & seqq. ubi latissime omnium Patrum ea de re sententias expandit.

ANNO  
CHRISTI  
177.ANNO  
CHRISTI  
177.

ratione decidisse, & non esse ejusdem cum A  
Deo substantiæ. Interimere debes judicii<sup>1</sup> rati-  
one, ut quis nostrum fallat, appareat. Si  
enim non potest qui a Deo creatus est Ange-  
lus, in transgressione decidere, quomodo potest  
pars Dei anima peccare? Si vero judicium ef-  
ficie dicis peccantium animarum, & unius eas  
cum Deo dicis esse substantiæ, & tamen cum  
de divina eas asseras esse natura, dicis nihilominus<sup>2</sup>  
Dei non servare mandata, etiam sic  
plurimum meus sermo<sup>3</sup> procedit, dicens primo  
Diabolum, eo quod mandatum non servaverit,  
decidisse; non enim erat ex Dei sub-  
stantia: decidit non tam ut læderet humanum  
genus, sed ut ab eo potius illuderetur. Jedit  
enim nobis potestatem calcandi super serpen-  
tes, & scorpiones, & omnem virtutem in-  
mici.

Lui. 10. 19.

XXXIII. Judices dixerunt, Sufficiens ostendit  
de origine Diaboli. Cum enim utraque  
pars conficitur futurum esse judicium, necessa-  
rio liberi arbitrii unusquisque monstratur, &  
quo evidenter ostensio, nulli dubium est, quod  
unusquisque in quamcumque elegerit partem,  
propria usus fuerit arbitrii potestate. Manes  
dixit: Si a Deo bonus, ut asseris, mendacem  
esse dixisti Jesum. Archelaus dixit, Confitere  
primo, quia vera sit ratio eorum, quæ nunc  
adduximus, & tunc ostendam tibi patrem ejus.  
Manes dixit, Si mihi ostenderis patrem ejus  
mendacem, & Deo horum nihil adscriperis, C  
tunc tibi de omnibus accommodabitur fides.  
Archelaus dixit: Omni ratione de Diabolo di-  
ligenter exposita, & dispensatione prolata, si-  
cut hominum viget sensus, etiam apud seip-  
sum potest diligenter advertere, quis iste sit  
qui Diaboli appellatus est pater. Sed cum te  
tu Paraclitum esse dicas, plurimum tibi etiam  
ab humana deest prudentia. Quoniam ergo  
prodidisti ignorantiam tuam, dicam ego<sup>4</sup> quid  
ille sit pater Diaboli. Manes dixit, .... di-  
co: & adiecit, omnis qui conditor est, vel crea-  
tor aliquorum, pater eorum. .... condiderit,  
appellatur. Archelaus dixit: Miror, quomodo  
saltem hoc recta ratione responderis, nec cela-  
veris sermonis hujus intelligentiam, vel natu-  
ram. Audi jam ex hoc, quis sit pater ejus.  
Cum ex caelorum regno cecidisset, erat super  
terras, intendens, & inquirens cui se posset  
adjungere, quem ex consortio sui participem  
quoque nequitiae suæ valeret ethere. Et qui-

dem donec homo non erat, neque ille appel-  
labatur homicida, neque cum patre mendax;  
post hæc vero, cum factus esset homo, ac  
mendacio ejus fuisset, & circumventione dece-  
ptus, cum sese inferuisset corpori Serpentis sa-  
pientioris omnium bestiarum, tunc appellatus  
est mendax, una cum patre suo,<sup>5</sup> & effectum  
est non solum super ipsum mendacii maledi-  
ctum, sed & super patrem ejus. Cum ergo ser-  
pens recepisset eum in sese, & recepisset uni-  
versum, tanquam prægnans effectus est, ingen-  
tis malitiæ fascem portans, & erat sicut puer-  
pera, quæ partu urgetur, volens evomere ma-  
lignæ suggestionis ejus<sup>6</sup> agitata. Primi enim  
hominis gloriam graviter ferens serpens, ingres-  
sus Paradisum, & conceptis in se doloribus,  
mendaces cepit generare sermones, & mortem  
parere hominibus, qui a Deo fuerant figurati,  
& acceperant vitam. Verum non potuit totum  
se manifestum facere per serpentem; sed reser-  
vavit perfectionem suam, quam demonstraret  
in Cain, a quo generatus est totus. Et per  
serpentem quidem hypocrites, & fallacias ad  
Evam demonstravit per Cain vero homicidii  
exordium dedit, inferens se in primitias fru-  
gum, quas ille male distribuit. Ex hoc homici-  
da appellatus est ab initio; mendax vero quo-  
niam sefellit, dicens, *Eritis tanquam Dii*: eje-  
cti sunt enim postea de Paradiso illi, quos  
Deos futuros esse fallebat. Efficitur ergo prior  
pater ejus, qui eum in utero concepit, & genuit,  
atque in lucem edidit serpens; secundus  
vero Cain, qui per iniquitates conceptas, dolo-  
res, & parricidium peperit; interfectio etenim  
iniquitatem, injustitiam, atque impietatem pa-  
riter perpetravit. Sed & quicumque eum susci-  
piunt, & faciunt ejus desideria, fratres ejus ef-  
ficiuntur. Pater ejus perfectus est Pharao, pa-  
ter ejus efficiuntur unusquisque impiorum, pa-  
ter ejus effectus est Judas, quia concepit qui-  
dem eum, sed abortus est; non enim perfec-  
tum edidit partum, quia majorem personam  
aggressus est, per Judam, & ideo abortum fa-  
ctum esse dico; quia tanquam si mulier semen  
viri concipiat, atque in sese quotidianos acci-  
piat profectus, ita & Judas quotidie<sup>7</sup> proficie-  
bat in pejus, occasione sibi a maligno, qua-  
si seminibus, datis. Et primum quidem fuit  
ei semen pecuniæ cupiditas, incrementum vero  
furtum, furabatur enim ea, quæ mittebantur  
in loculum; dolores vero<sup>8</sup> partus fuerunt; & collo-

Gen. 1.

## NOTE ZACAGNI.

<sup>1</sup> Forte *rationem*, ut sensus sit non debere Manerem judicium admittente, cum ejus dogmata de homine, & Angelis judicio adversentur. In græco enim textu hujus disputationis, *ἀναγινώσκεις* fortasse scriptum erat, quod cum occidere pariter ac avertere, & de medio tollere significet, priorum sensum secutus est non satis accuratas, non satis elegans antiquus interpret.

<sup>2</sup> Series, & consequentia sermonis omnino videtur postulare, ut legatur, *Dei non servare mandata*, licet in Casinensi codice deest negativa particula, nisi quis potius legendum putet, *Dei servare, vel non servare mandata*, pro arbitrio subicit libertate.

<sup>3</sup> In Casinensi, *procedit*.

<sup>4</sup> In eodem codice legitur, *quo videtur ostensio nulli dubium est unusquisque in quamcumque elegerit partem propria usus arbitrii potestate*. Nos an recte locum hunc emendaverimus videant Eruditi.

<sup>5</sup> Codex Casinensis hic ita se habet, *si a Deo bonus, ut ut mendacem esse dixisti Jesum*. Abutebatur autem Manes, ut suum de malo Deo dogma statueret. Joannis Evangelii loco in cap. 8. 5. & 44. in quo sic Phariseos retarguit Jesus, *non ex patre in Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere; ille homicida erat ab initio, & in veritate non venit, quia non est veritas in eo; cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius*. Quare hoc arguimento Archelaus hic urget Manes. Si a Deo sola promanant bona, ipseque summus bonus est, mendacem oportet fuisse Jesum, qui in Joannis Evangelio, Diaboli patrem non modo mendacem esse, sed & mendacis Diaboli creatorem extitisse dicit. Hinc autem patet non improbandam esse emendationem nostram, qua legitur, *si a Deo bonus, ut asseris, mendacem esse dixisti Jesum*.

<sup>6</sup> Forte, *quæ sunt hæc*.

<sup>7</sup> Lacuna ista facile impleri potest videntur, si ita legamus, *Manes dixit, jam dico, & adiecit, omnis, &c. pater eorum, qua condiderit appellatur*.

<sup>8</sup> In codice Casinensi, *ut*.

<sup>9</sup> Forte, *conspicitur*.

<sup>10</sup> In cod. Casinensi est, *proficere, hoc impetitur*.

ANNO  
CHRISTI  
1177

ANNO  
CHRISTI  
1177  
Epist. 1. 2.

collocatio cum Phariseis, & pretii scelerata A  
conventio: abortus est vero, non partus, la-  
queus mortis informis. Sed & tu, si malignum  
ex te protuleris, & facias ejus concupiscentias,  
genuisti eum, & pater ejus esse diceris; si ve-  
ro penitentiam gesseris, & abjeceris pondus,  
velut parturies. Ut enim in ludis scholaribus,  
si acceperit quis a magistro materiam, reliquum  
corpus orationis ex semetipso generet, ac pro-  
creet eorum, quæ genuerit, conditor ipse di-  
citur; ita qui ex summa malitia parum quid  
fermenti acceperit, pater, & genitor dicitur  
necesse est illius, qui ab initio restitit veritati.  
Quod simili modo provenire potest etiam his,  
qui virtuti student; nam audivi fortissimos vi-  
ros dicere ad Deum, propter timorem tuum  
Dominum in utero concepimus, & dolui-  
mus, & peperimus spiritum salutis; ita & qui-  
cunque de timore maligni concipiunt, & pa-  
riunt spiritum iniquitatis, ipsi patres ejus di-  
cantur necesse est; filii enim dicuntur, dum  
adhuc ministerio ejus parent, patres vero, qui  
ad perfectionem malitiæ pervenerunt. Ita nan-  
que & Dominus noster ait ad Phariseos, Vos  
de patre Diabolo estis, filios eos faciens illius,  
donec adhuc conturbari videbantur, & cogita-  
bant in cordibus suis mala pro bonis adversum  
justos. Ergo apud se malignis eorum cogitationibus, Ju-  
das malorum caput, & ad perfectum perducens  
iniqua contulia, effectus est sceleris pater, im-  
manitatis lux præmio ab eis triginta argenteis  
honoratus: totus enim In eum post buccellam  
panis ingressus est Diabolus. Sed ut diximus,  
postquam uterus intumuit, & dolorum tempus  
advenit, abortum fascem iniquæ conceptionis  
effudit, & ideo nec perfecte pater appellaba-  
tur, nisi eo tantum tempore, quo conceptus  
ebatur in utero, postea vero quam confu-  
git ad laqueum, non integrum videtur edidisse  
partum, quia penitentia subsecuta est.

XXXIV. Ignorare vos non arbitror, quo-  
niam Pater unum quidem sit nomen, diversos  
tamen habet intellectus: alius enim pater di-  
citur eorum, quos naturaliter genuerit, filio-  
rum; alius vero eorum quos tantummodo enu-  
trierit; nonnulli vero temporis, atque ætatis  
privilegio; unde & Dominus noster Jesus plu-  
rimos patres habere dicitur, nam & David pa-  
ter ejus appellatus est, & Joseph pater ejus pu-  
tatur est, cum nullus horum pater ejus fuerit  
veritate naturæ. Nam David pater ejus dicitur  
ætatis, ac temporis privilegio; Joseph vero le-  
ge nutriendi; solus autem Deus Pater ejus na-  
tura est, qui omnia per verbum suum veloci-  
ter nobis manifestare dignatus est. Nec in ali-  
quo remoratus Dominus noster Jesus, intra  
quos anni spatium languentium multitudines  
reddidit sanitati, mortuos luci: qui verbi sui  
potestate universa amplexus est, in quo tandem  
remoratus est, ut in Paraclito mittendo tan-  
diu eum remoratum credamus. Quin potius,  
ut superius dictum est, adfuit statim plurimum  
diffusus in Paulum, cujus etiam testimonio  
Concil. General. Tom. I.

credidimus dicenti, *Mibi autem soli data est*  
*gratia hoc.* Qui prius quidem fuit persecutor  
Ecclesie Dei, sed rursum manifestatus est omni-  
bus, quia esset fidelis Paracliti minister; per  
quem universis innotuit singularis ejus clemen-  
tia, quod & usque ad nos, qui aliquando sine  
spe eramus, donorum ejus largitio pervenit.  
Quis enim nostrum sperare poterat persecuto-  
rem Paulum, & inimicum Ecclesie, defenso-  
rem ejus, ac tutorem futurum? Et non solum  
hoc, verum etiam & magistrum, Ecclesiarum  
conditorem, & architectorem. Post hunc er-  
go, & post eos, qui cum ipso fuerant, idest  
post discipulos, nullum alium venire secundum  
scripturas sperandum est; ait enim Dominus  
noster Jesus de Paraclito, *Quia & de meo acci-  
piet.* Vas ergo probabile elegit hunc virum,  
quem misit ad nos Paulum, in spiritu influxit  
Spiritus, & sicut non super omnes homines  
Spiritus habitare poterat, nisi super eum, qui  
de Maria Dei genitrice natus est, ita & in  
nullum alium Spiritus Paraclitus venire pote-  
rat, nisi super Apostolos, & super beatum  
Paulum. *Vas enim electionis, inquit, mibi est,*  
*ut portet nomen meum in conspectu Regum, &*  
*gentium.* Ipse quoque in prima epistola sua po-  
luit, dicens, *Secundum gratiam, que data est*  
*mibi a Deo, ut sim minister Christi in gentibus,*  
*consecrans Evangelium Dei.* Veritatem dico in  
Christo, non mentior, testimonium mibi perhiben-  
te conscientia mea in Spiritu Sancto. Et rursum  
ait, *Non enim audeo quidquam loqui coram, qua-*  
*per me non efficit Christus verbo, & factis.* Ego  
enim sum & novissimus omnium Apostolorum, qui  
non sum dignus vocari Apostolus. *Gratia autem*  
*Dei sum id quod sum.* Et eos qui experimen-  
tum quærebant ejus, qui in eo loquebatur  
Christus, vult propterea habere, quia esset in  
ipso Paraclitus, cujus muneris gratiam conse-  
cutus, & magnifico honore ditatus ait, *Pro*  
*quo ter Dominum rogaui, ut discederet a me:*  
*& dixit mibi, sufficit tibi gratia mea; nam*  
*virtus in infirmitate perficitur.* Rursum, quia  
vere ipse sit Paraclitus, qui erat in Paulo, ait  
Dominus noster Jesus Christus in Evangelio,  
*Si diligitis me, mandata mea servate.* Et ego  
*rogabo Patrem meum, & alium Paraclitum da-*  
*bit vobis.* In quo ostendit etiam seipsum Pa-  
raclitum, cum dicit alium. Unde credentes  
Paulo, audivimus eum dicentem, *Aut experi-*  
*mentum queritis ejus, qui in me loquitur Chri-*  
*stus, & horum similia, de quibus superius di-*  
*ximus; unde & tanquam fidelibus nobis hære-*  
*didibus suis consignat testamentum, sua ad Co-*  
*rinthios epistola, velut pater dicens, Tradidit*  
*enim vobis in primis quod & accepi, quia Chri-*  
*stus mortuus est pro peccatis nostris secundum scri-*  
*pturas, & quis sepultus est, & quia resurre-*  
*xit tertia die secundum scripturas, & quia ap-*  
*paruit Cepha, deinde undecim Apostolis, postea*  
*amplius quam quingentis fratribus & de semel,*  
*ex quibus plurimi adhuc manent usque nunc; qui-*  
*dam autem & dormierunt. Postea autem vixit*  
*est Jacobo; deinde omnibus Apostolis; novissime*  
Ffff 2 autem

## NOTÆ ZACAGNI.

- 1 Forte, Domine.
- 2 In codice est, *inter.* Sed unum annum Christi prædicationi, ac miraculis videtur adscribere Archelaus cum aliis Antiquis Patribus, quare legendum, *inter.* Vide infra cap. 49.
- 3 Locus corruptus. Forte, *in Spiritu influxit Spiritus, &c.*
- 4 Melius Vulgata, *minimus;* græce enim *ἐλάχιστος.*
- 5 In cod. Casin. est, *magnifico hoc ore.* Sed legendum censui *honore.*
- 6 Forte, *in simul.* Vulgata, *simul.*

ANNO CHRISTI 1191

1. Cor. 11. 3.

Md. 14.

col. 1. 13.

Eph. 1. 2. Col. 1. 24.

1. Cor. 11. 22.

1. Tim. 4. 1.

autem omnium. tanquam abortivo, visus est & A Sed & Spiritus Evangelista Matthæus diligenter significavit Domini nostri Jesu Christi sermonem, Videte ne quis vos seducat, multi enim veniens in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: & multos seducens. Quod si etiam aliquis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut ecce ibi; nolite credere. Excursus enim falsi Christi, & falsi Apostoli, & falsi propheta, & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem inducant, si potest fieri, etiam electos. Ecce pradii vobis. Si dixerint vobis, ecce in deserto est: nolite exire: Si dixerint vobis, in penetralibus; nolite credere. Et post ista omnia mandata, iste nec signum quidem aliquod, aut prodigium ullum ostendens, neque affinitatem aliquam habens; sed ne in numero quidem discipulorum positus, neque defuncto nostro obsecutus, cujus hereditate gaudemus: cum neque ei languenti adlitterit, non testis extiterit testamenti, imo potius cum ne in notitiam quidem venerit eorum, qui obsecuti sunt agrotanti: postremo cum nullius profus accipiat testimonium, Paraclitum se esse vult credi; cum etiam & si signa, & prodigia faceres, falsum Christum, & falsum Prophetam te reputari oporteret secundum scripturas, & ideo convenit nos cautius agere secundum quod Beatus Apostolus monet, dicens in epistola quam Colossensibus scripsit, Permanete in fide fundati, & radicati, & immobiles ab spe Evangelii, quod non audemus, quod predicatum est in omni creatura, quae sub caelo est. Et rursus, Sicut ergo accepistis Christum Jesum Dominum, in ipso ambulare radicati, & fundati, super ipsum confirmati fide, sicuti docti estis, abundantes in gratiarum actione. Videte ne qui vos expoliet per philosophiam, & inanam seductionem, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo Divinitatis. Quibus omnibus ita diligenter expositis, Beatus Apostolus, velut pater filiis, addit tanquam signaculum quoddam testamenti dicens, Certamen bonum certavi, circum cucurri, fidem servavi. De cetero reposita est mihi iustitia corona, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex; non solum autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt adventum eius.

XXXV. Hæc autem dixit, ostendens omnes reliquos, qui venerint, falsos Apostolos, dolosofos operarios, transfigurantes se in Apostolos Christi, Es non mirum; ipse enim Satanas transfiguratur se, velut Angelum lucis. Quid ergo magnum, si & ministri eius transfigurentur in ministros iustitiae: quorum finis erit secundum operum eorum? Indicat autem quales essent, & a quibus circumveniebantur. Volentibus autem Galatis ab Evangelio transferri ait, Miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vocavit vos, in aliud Evangelium, quod non est aliud: nisi sunt qui vos conturbant, & volunt avertire vos ab Evangelio Christi. Sed etiam si nos ipsi, aut Angelus de caelo vobis annuntiaverit, praterquamquod traditum est vobis, anathema sit. Et rursus ait, Mibi infirma omnium, Apostolum, quod predicatum est in omni creatura, quae sub caelo est. Et rursus, Sicut ergo accepistis Christum Jesum Dominum, in ipso ambulare radicati, & fundati, super ipsum confirmati fide, sicuti docti estis, abundantes in gratiarum actione. Videte ne qui vos expoliet per philosophiam, & inanam seductionem, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo Divinitatis. Quibus omnibus ita diligenter expositis, Beatus Apostolus, velut pater filiis, addit tanquam signaculum quoddam testamenti dicens, Certamen bonum certavi, circum cucurri, fidem servavi. De cetero reposita est mihi iustitia corona, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex; non solum autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt adventum eius.

Sed & Spiritus Evangelista Matthæus diligenter significavit Domini nostri Jesu Christi sermonem, Videte ne quis vos seducat, multi enim veniens in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: & multos seducens. Quod si etiam aliquis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut ecce ibi; nolite credere. Excursus enim falsi Christi, & falsi Apostoli, & falsi propheta, & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem inducant, si potest fieri, etiam electos. Ecce pradii vobis. Si dixerint vobis, ecce in deserto est: nolite exire: Si dixerint vobis, in penetralibus; nolite credere. Et post ista omnia mandata, iste nec signum quidem aliquod, aut prodigium ullum ostendens, neque affinitatem aliquam habens; sed ne in numero quidem discipulorum positus, neque defuncto nostro obsecutus, cujus hereditate gaudemus: cum neque ei languenti adlitterit, non testis extiterit testamenti, imo potius cum ne in notitiam quidem venerit eorum, qui obsecuti sunt agrotanti: postremo cum nullius profus accipiat testimonium, Paraclitum se esse vult credi; cum etiam & si signa, & prodigia faceres, falsum Christum, & falsum Prophetam te reputari oporteret secundum scripturas, & ideo convenit nos cautius agere secundum quod Beatus Apostolus monet, dicens in epistola quam Colossensibus scripsit, Permanete in fide fundati, & radicati, & immobiles ab spe Evangelii, quod non audemus, quod predicatum est in omni creatura, quae sub caelo est. Et rursus, Sicut ergo accepistis Christum Jesum Dominum, in ipso ambulare radicati, & fundati, super ipsum confirmati fide, sicuti docti estis, abundantes in gratiarum actione. Videte ne qui vos expoliet per philosophiam, & inanam seductionem, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo Divinitatis. Quibus omnibus ita diligenter expositis, Beatus Apostolus, velut pater filiis, addit tanquam signaculum quoddam testamenti dicens, Certamen bonum certavi, circum cucurri, fidem servavi. De cetero reposita est mihi iustitia corona, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex; non solum autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt adventum eius.

XXXVI. Nullum ex nobis, o Manes, Galatam facies, nec ita nos transferes a fide Christi; etiam si signa, & prodigia facias, etiam si mortuos suscites, etiam si imaginem nobis Pauli

NOTAE ZACAGNI.

1 In Casinensi, corrumpantur sensus vestri a simplicitate. Sed nos ex Vulgata supplevimus.  
 2 Ita & Cyprianus haud procul ab initio libri de unitate Ecclesiae, ac si in graeco textu esset ac, sed Vulgata, & Tertullianus pluribus in locis legunt in Angelum lucis.  
 3 Melius Vulgata, ad stipulantibus Cypriano, Ambrosio, Hieronymo, & Augustino, convertere Evangelium Christi, licet Tertullianus adv. Marcion. lib. 4. cap. 5. perperetore legisse videatur.  
 4 Graecus est. αἰγιον σακκιδιον, ut habet Vulgata.  
 5 In Casinensi corruptus est hic locus, habet enim de Persida venientem mones; sed legendum, Manem, vel modo.  
 6 In Vulgata juxta graecum textum est, loquuntur, habentium, prohibentium. Aut igitur hic eodem modo legendum, aut corrigendum, probentem. Sed hanc lectionem antiqua etiam apud Tertullianum versio improbat, quae Vulgate hac in parte similis est.  
 7 In Casinensi est, ad perficiendum. Sed Vulgata lectionem substituitur fatius visum est.  
 8 Verba illa, & falsi Apostoli, ab interprete Archelai videntur adjuncta, explanationis causa; nam nec in graeco, nec in Vulgata, nec apud Cyprianum aliosque Patres leguntur.  
 9 Vocem, unam, nos addidimus, ita sensu poscente. Aut forte, scripta, legendum.  
 10 In Vulgata, audisti.  
 11 Ita Vulgata; in codice autem Casinensi legitur, in ipsum.  
 12 Casinensis codex, expoliet, & per, Cyprian. initio libri de Bono Patientia habet, Depradatur per philosophiam, graecus est οὐλοῦμαι, quod verbum Vulgata, decipiat, & Tertull. de Princip. c. 7. circumveniet, interpretatur.  
 13 In eodem Codice corruptissime legitur, Galatam facies vult, o nostras seras. Nos modica mutatione locum huic restituere conati sumus.

ANNO  
CHRISTI  
1194

ARCHELAICUM MANETE.

1194

ANNO  
CHRISTI  
1194

li ipsius afferas, anathema es Satana; præscriptum est enim de te, præmoniti, & præstructi sumus a Sanctis Scripturis. Vas es Antichristi, & neque bonum vas, sed fordigum, & indignum, quod ille, sicut aliquis barbarus, vel tyrannus, cum in eos, qui sub legum justitia degunt, conatur irruere, præmisit prius tanquam morti destinatum, ad explorandum quanta, & qualis sit legitimi Regis virtus, ac populi: ipse enim, inopinatus irruere pertimuit, sed neque alium ex necessariis viris mittere ullum ausus est, ne quid pateretur aduersi. Talem te nobis, sub bono, & sancto Rege positus, velut morti destinatum, Rex tuus præmisit Antichristus. Et hæc quidem non inexplorata proloquor; sed ex eo quod nullam te video facere virtutem, ita de te sentio. Illum enim, & in Angelum lucis transformandam, & ministrum ejus tales adventuros prænoscesimus, & signa, & prodigia facturos, ita ut, si possibile sit, etiam electi seducantur. Quæ ergo es tu, qui neque necessarium aliquem locum sortitus es a patre tuo Satana? Nam quem mortuum suscitatis, quod profluuium sanguinis sistis, quos luto cæci oculos illintot videre facis? Quando exurientem turbam paucis panibus reficis? Ubi super aquas incedis, aut quis te vidit ex his, qui in Hierusalem habitant? Persa barbare, non Græcorum linguæ, non Ægyptiorum, non Romanorum, non ullius alterius linguæ scientiam habere potuisti; sed Chaldæorum solum, que ne in numerum quidem aliquem ducitur; nullum alium loquentem audire potes. Non ita Spiritus Sanctus, absit hoc malum, sed omnibus dividit, & omnia linguarum genera novit, & agnoscit uniuersa, & omnibus omnia efficitur, ita ut eum etiam cordis cogitata non lateant. Quid enim dicit Scriptura? quia unusquisque propria sua lingua audiebat per Paracletum Spiritum loquentes Apostolos? Sed quid amplius dicabo? Barba sacerdos Mithræ, & collusor, solem tantum coles Mithram, locorum mysticorum illuminatorem, ut opinaris, & conscium, hoc est quod apud eos ludes, & tanquam elegans mimus perages mysteria. Verum quid ego hæc indignanter accipio? Nonne oportet te multiplicari tanquam Zizania, usquequo ille ipse magnus pater tuus adueniat, suscitans mortuos, pene usque ad gehennam omnes persequens, qui sibi obtemperare noluerint, plurimos deterrens arrogantia metu, quo est ipse circumdatus, aliis adhibens minas, vultus sui conversione, & circumductione ludificans. sed ultra non proficiet; insipientia enim ejus omnibus peruulgata erit, sicut Jamnes, & Mam-

abres. Judices dixerunt; Sicut ex te comperimus, tanquam Apostolo Paulo dicente, insuper etiam ab Evangelio præscribente, nulli alii reque in posterum præbetur ingressus ad prædicandum, vel docendum, vel ad evangelizandum, vel prophetandum in hac vita duntaxat, nisi sorte falsus Propheta habeatur, aut falsus Christus. Unde cum dixeris in Paulo fuisse Paracletum, & ipsum omnia consignasse, quare dixit, Ex parte scimus, & ex parte prophetamus; cum autem venerit, quod perfectum est, id quod ex parte est destruetur? Quem alium expectans, hoc dixit? Quod si ipse constiterit expectare se aliquem perfectum; & si venire aliquem necesse est, ostende nobis de quo dicat? ne forte in hunc videatur iste sermo recurrere, aut in eum, qui misit illum, Satanam, sicut tu dicis. Si enim confiteris venturum esse, quod perfectum est, non potest esse Satanas; si autem Satanam expedas, non potest esse perfectum.

XXXVII. Archelaus dixit: Quoniam non sine Deo dicta sunt, quæ a Beato Paulo prolata sunt, certum est, quod Dominum nostrum Jesum Christum dixerit expectandum esse perfectum, qui solus patrem novit, & cui voluerit revelare, sicut possum ex verbis demonstrare. Sed quia cum venerit quod perfectum est, destruetur id quod ex parte est; iste vero sese asseuerat esse perfectum, quid destruxit ostendat: quod enim destruetur, ignorantia est, quæ in nobis est. Dicat igitur, quid destruxit, quid in notitiam protulit? Sed quid facere potest, faciat, ut credi ei possit? Sermo vero iste quantam habeat virtutem, si poterit diligenter intelligi, ita demum credi poterit his, quæ a me fuerint assera. Igitur in prima ad Corinthios epistola hæc dicit Paulus de perfecto, qui venturus est. Sive Prophecia destruetur, sive lingua cessabit, sive scientia destruetur; ex parte enim scimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, id quod ex parte est, destruetur. Vide ergo quantam in sese habeat virtutem, quod perfectum est, & cujus sit ordinis ista perfectio. Dicat autem iste quam destruxerit prophetiam Judæorum, ac Hebræorum, seu linguas cessare fecit Græcorum, aut eorum, qui idola colunt, vel quæ alia dogmata destruxit, Valentiniiani, aut Marcionis, aut Tatiani, aut Sabellii cæterorumque qui propriam sibi metipsis scientiam composuerunt. Quem horum destruxit dicat, aut quando destruet, quasi perfectus? Inducias fortassis aliquas querit? Non plane, non tam obicure, & ignobiliter adueniet ille, qui perfectus est, ideit, Jesus Christus Dominus noster. Sed sicut Rex adueniens ad

AN 3 6.

1. Tim. 2.8

NOTÆ ZACAGNI.

1 Et hic mire depravatus est idem codex, in quo legitur, Anathema est anathema. An recte nos emendaverimus, doctorem esto judicium. Vide etiam an corrigendum sit, Anathema et Maranatha.  
2 Vide an, Regum.  
3 In Casinensi, quod lupo.  
4 Chaldæorum siquidem linguam Syriacæ dialectum esse tradit Abulfaragius in Historia Dynastiarum pag. 11.  
5 Ita in codice Casinensi, quod tamen nonnulli fortasse emendandum putarent hoc pacto, Quid amplius dicam? Barbare. Sed fieri potest, ut verbo dicere usus sit rudis interpres pro contendere, dicam trahere, vel dica em esse.  
6 Quæ sequuntur nostris conjecturis emendavimus, nam in Casinensi codice hic mire corrupto scribitur, horum mysticorum illuminatorum. Mox, apud eos ludes, plurimos deterrens arrogantia metu. Quod est ipse circumdatus, aliis adhibens minas vultus sui conversione circumductio ludificans. Sed Et. Manes autem tanquam Antichristum sacerdos traditur, quia solem venerabantur Manichæi, ut alibi ostendo.  
7 In Casinensi est, nulli alio usque posthorum, quem cum editum est legendum censui.  
8 In Casinensi est, sed, prava lectio.  
9 Cod. Casin. Non plane nota. Sed omnes ab officinate librario lineolas censui, quæ vocalibus superpositis consonantes designant.



ANNO  
CHRISTI  
577ANNO  
CHRISTI  
577

ad urbem suam, præmittit primo Protectores suos, signa, dracones, labaros, duces, Principes, Præfectos, & universa continuo commoventur, aliis vero metuentibus, aliis vero gaudentibus pro expectatione Regis; ita & Dominus meus Jesus, qui est vere perfectus, adveniens præmittit in primo gloriam suam, incontaminati, atque iminaculati regni prædicatores sacros, & tunc universa creatura commovebitur, & conturbabitur, supplicans, atque obsecrans, usquequo eam a servitute liberet. Humanum vero genus metuat necesse est, & quamplurimum conturbetur, pro eo quod multa delicta commiserit; soli vero iusti lætabuntur, expectantes, quæ sibi promissa sunt, nec ultra mundanarum rerum substantia permanebit, omnia destruentur, sive prophetiæ, sive horum libri, sive linguæ totius generis cessabunt, eo quod ultra non egeant solliciti esse homines, & cogitare de his quæ ad vitam necessaria sunt; sive scientia quorumcumque doctorum etiam ipsa destruetur: nihil enim horum sufferre poterit magni illius Regis adventum. Sicut enim parva scintilla ad splendorem solis admota assumitur, illico non apparet; ita universa creatura, omnis prophetia, cuncta scientia, universæ linguæ, sicut superius diximus, destruentur. Sed quia cælestis Regis præsentiam paucis verbis, & fragilibus, & valde infirmis exponere non valet humana natura, ut fortasse Sanctorum debeat esse, & valde dignorum de ipso aliquid enarrare; tamen necessitatis causa, ista me sufficit protulisse, hujus importunitate compulsus, ut istum vobis qualis esset ostenderem.

XXXVIII. Et ego quidem beatifico Marcionem, & Valentinianum, ac Basilidem, aliosque hæreticos, sic ut istius comparatione, qui velut intellectu aliquo usi sunt, qui videntur sibi omnem Scripturam posse intelligere, & ita se doctores statuerunt iis, qui se audire voluissent; nullus tamen ipsorum ausus est Deum se prædicare, vel Christum, vel Paracletum, sicut iste, qui aliquando quidem de seculis disputat, aliquando de sole quomodo facta sint, tanquam major ipse sit eorum: omnis enim qui de aliquo exponit, quomodo factus sit, maiorem se & antiquiorem ostendit esse, quam est ille, de quo dicit. Quis autem & de substantia Dei dicere audeat, nisi forte solus Dominus noster Jesus Christus? Quæ quidem ego non ex meis verbis adstruo, sed Scripturæ, quæ nos edocuit, auctoritate confirmo; quoniam quidem & Apostolus dicit ad nos, *Ut sitis sicut luminaria in hoc mundo, verbum vite continentes ad gloriam meam in diem Christi, quoniam non in vacuum cucurrit, nec in vacuum laboravi.* Intelligere debemus, quæ sit vis, & ratio sermonis hujus; verbum enim Ducis obtinet locum, opera vero Regis. Si-

2Thim. 2. 15.

cut ergo aliquis Regi suo adventanti, omnes, qui sub cura sua sunt, studet obedientes, paratos, & charos, hilaresque ostendere, ac devotos, sed etiam innocentes, ac bonis omnibus abundantes, ut ipse laudem consequatur a Rege, & majore ab eo honore dignus habeatur, tanquam bene gubernata, quæ sibi est commissa, provincia. Ita & Beatus Paulus dicit ad nos, *Ut sitis velut luminaria in hoc mundo verbum vite continentes ad gloriam ipsius in diem Christi.* Scilicet quod Dominus noster Jesus Christus veniens, videat profecisse doctrinam ejus in nobis, & quia non in vacuum cucurrit, nec in vacuum laboravit, retribuatur ei debitam coronam. Et rursus quoque in eadem epistola commonet nos, ne terrena sapiamus, sed conversationem nostram debere esse in cælis; unde & Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum. Et quoniam nobis non est tutum scire ultimam diem, designavit in epistola, quam scribit ad Thessalonicenses, *De temporibus autem, & momentis, Fratres, non habetis opus, ut aliquid vobis scribam; ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.* Et quomodo nunc adstat iste persuadens, & rogans unumquemque Manichæum effici, & circumvenit, & ingreditur domos, decipere quærens animas oneratas peccatis? Sed nos non ita sentimus, quin potius res istas proferamus in medium, & conferamus, si placet, ad perfectum Paracletum. Videtis enim, quia interdum pœnitet, interdum interrogat, nonnunquam deprecatur. Sed scriptum est in Evangelio Salvatoris nostri, quia & illi, qui a sinistris Regis adsistunt, dicent, *Dominus quando te vidimus exorientem, aut siccitatem, aut nudum, aut peregrinum, aut in carcere, & non ministravimus tibi?* rogantes ut sibi indulgeret; sed quid illis respondit iustus iudex Rex? *Discedite a me in ignem æternum operarii iniquitatis.* Abiecit eos in æternum ignem, cum illi rogare non cessent. Vides ne quid sit perfecti Regis adventus? non talem qualem tu asseris perfectionem. Quod si post Diptum expectandus est magnus iudicii dies, multo utique hic illo inferior est. Quod si inferior erit, perfectus non erit. Si perfectus non erit, non de ipso dicit Apostolus, istum autem de se dictum esse mentitur, pseudopropheta utique iudicandus est. Sed & multa alia horum similia dici possunt, quæ si omnia persequi velimus, nullum nobis tempus ad omnia explenda sufficiet. Unde abundare existimavi de multis paucis dixisse, reliquas partes tractatus hujus exequi volentibus derelinquens.

XXXIX. His auditis dederunt gloriam Deo immensam, & ipso dignam; Archelaum vero multis honoribus affecerunt. Tunc Marcellus assurgens, & stolas exuens, circumdat Archelaum,

## NOTE ZACAGNI.

- 1 De his late post Gothfredum Ducangius in Glossario.
- 2 In cod. Casinensi & cum plurimum consuevitur.
- 3 Valentinianum vocat, quem alii Valentinum nominant, celeberrimorum Apostolorum temporum hæresiarum.
- 4 In cod. Casinensi est, *aut istius comparatione*, sed legendum, *per ut istius comparatione*. Archelaus enim beatorum facit Marcionem, aliosque hæreticos, non quod ita de illis sentendum sit; sed quod Manetis insanissimo comparati, minus errare deprehendantur.
- 5 Casinen. *ita seductores statuerunt, qui.*
- 6 Cur hæc cum præcedentibus non coherent, vide præfationem nostram in Archelao. Sensus autem esse videtur, solus Regis perfecti, videlicet illius, qui expectatur, opus esse, hominum ignorantiam, ut antea dixit Penus destruere, quod non præstiterat Manes.
- 7 Ita Vulgata juxta grecum textum, Cyprianus lib. de Opere & Elecmofynis, alique. Casinensis tamen habet, *in carcerem.*
- 8 Forte, *stolam.*

ANNO  
CHRISTI  
1197ANNO  
CHRISTI  
1197

leum, atque oculis eum deſexus amplectitur, & inſerret. Tunc vero infantes, qui forte con-  
venerant, primi in Manem pellere, ac fugere ceperunt, quos turba reliqua inſecuta, concitavit ſe ad effugiendum Manem. Quod cum pervidiſſet Archelaus, elevata in modum tubæ voce ſua, multitudinem cupiens cohibere, ait: ceſſate, Fratres dilecti, ne forte rei ſanguinis inveniamur in die iudicii; ſcriptum eſt enim de talibus, quia *Oportet & hæreſes eſſe inter vos, ut qui probati ſunt, maniſeſti ſiant inter vos*. Et his dictis, ſedate ſunt turbæ. Quoniam vero placuit Marcello diſputationem hanc excipi atque deſcribi, contradicere non potui, conſiſus de benignitate legentium, quod veniam dabunt, ſi quid imperitum, aut ruſticum ſonabit oratio; hoc enim tantum eſt, quod ſtudemus, ut rei geſtæ cognitio ſtudioſum quemque non lateat. Tunc ergo, cum effugiſſet Manes, nuſquam comparuit. Turbo vero miniſter Archelao traditur a Marcello, quem cum Diaconum Archelaus ordinaret, in Marcelli contubernio perſeveravit. Manes autem fugiens advenit ad quandam vicum longe ab urbe poſitum, qui appellabatur Diodori. Erat autem Presbyter loci illius nomine, & ipſe Diodorus, quietus, & mitis, fidei, ac ſanæ bonæ valde, & cum quadam die Manes, congregata turba, concionaretur, ac peregrina quadam, & aliena a paterna traditione populo, qui aſſabat, aſſereret, nullum omnino ex his formidans, quod ſibi poſſet obſistere, Diodorus videns proficere ejus nequitiam, deliberat Archelao mittere epiſtolam, continentem hæc.

• ARCHELAO EPISCOPO  
DIODORUS.  
S. D.

XL. Scire te volo, religioſiſſime Pater, quoniam niam advenit quidam in diebus iſtis, nomine Manes, ad loca noſtra, qui novi Teſtamenti doctrinam ſe adimplere promittit. Et quidem erant quædam in his, quæ ab eo dicebantur, noſtræ fidei; quædam vero aſſerebat longe diverſa ab iis, quæ a noſtra paterna traditione deſcendunt. Interpretabatur enim quædam aliene, quibus etiam ex propriis addebat, quæ mihi valde peregrina viſa ſunt, & inſida: Pro quibus doctrinæ tuæ perfectum, & pleniffimum ſenſum, quoniam latere te horum nihil poteſt: & ideo conſiſus ſum ad explananda nobis hæc, invidia te non poſſe prohiberi. Quamvis nec ego quidem in alterum aliquem inclinari potuerim ſenſum, tamen propter ſimplices quoſque tuæ auctoritatis compulſus ſum implorare ſermonem. Re vera enim vir valde vehemens tam ſermone, quam opere, ſed & aſpectu ipſo, atque habitu apparet.

Sed & pauca quædam, quæ retinere poſſum ex iis, quæ ab eo dicta ſunt, ſcribo tibi, ſciens quia ex iis etiam reliqua intelliges. Noſti quia morem hunc habent, qui dogma aliquod aſſerere volunt, ut quæcunque voluerint de ſcripturis aſſumere, hæc propenſius ſui intelligentia depravent. Sed hoc præveniens Apoſtolicus denotat ſermo dicens, *Si quis vobis annuntia- verit præter quod accepiffis, anathema ſit*. Itaque poſt hæc, quæ ſemel ab Apoſtoliſ tradita ſunt, ultra non oportet quicquam aliud ſuſcipere diſcipulum Chriſti. Verum ne ſermonem longius protraham, ad propoſitum redeo. Legem Moysi, ut breviter dicam, dicebat hic non eſſe Dei boni, ſed maligni Principis, nec habere eam quicquam cognationis ad novam legem Chriſti; ſed eſſe contrariam, & inimicam, alteram alteri obſiſtentem. Ego audiens, dicebam eis ſermonem Evangelicum, quomodo dixit Dominus noſter Jeſus Chriſtus, *Non veni ſolvere legem, ſed adimplere*. Ille vero ait, nequaquam eum hunc dixiſſe ſermonem; cum enim ipſam inveniamus eum reſolviſſe legem, neceſſe eſt nos hoc potius intelligere, quod fecit. Deinde cepit dicere plurima ex lege, multa etiam ex Evangelio, & Apoſtolo Paulo, quæ ſibi videntur eſſe contraria, quæ etiam cum fiducia dicens, nihil pertimeſcit; credo quod habeat adiutorem Draconem illum, qui nobis ſemper inimicus eſt. Dicebat ergo, quod ibi dixerit Deus, Ego divitem, & pauperem facio; hic vero Jeſus beatos diceret pauperes. Addebat etiam, quod nemo poſſit ejus eſſe diſcipulus, niſi renuntiaret omnibus, quæ haberet: ibi vero Moyses argentum, & aurum ab Aegyptiis ſumens cum populo fu- giſſet ex Aegypto: Jeſus autem nihil proximi deſiderandum eſſe præcepit. Deinde, quod ille oculum pro oculo, dentem pro dente in lege caſiſſet expendi; noſter vero Dominus percutienti unam maxillam, juberet etiam alteram præparari. Quod ibi Moyses eum, qui ſabbato opus feciſſet, & non permanſiſſet in omnibus, quæ ſcripta ſunt in lege, puniri, lapidarique præcepit, ſicut factum eſt ei, qui adhuc igno- drans in ſabbato ſalcem ligni collegerat; Jeſus vero in ſabbato etiam lectum portare præcepit a ſe curato; ſed & Diſcipulos in die ſabbati vellere ſpicas, ac manibus confricere non prohibet, quod ſabbatis utique non licebat fieri. Et quid plura dicam? multis, & variis aſſertionibus hujuſcemodi dogmata ab eo ſummo niſu, atque ſummo ſtudio affirmabantur. Nam ex auctori- tate Apoſtoli Moysi legem, legem eſſe mortis conabatur aſſerere; Jeſu vero legem, legem eſſe vitæ, per id quod ait, *In quo & idoneos nos facias Deus miniſtros novi teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu. Litera enim occidit, Spiritus autem vivificat. Quod ſi miniſterium mortis in literis, formatum in lapidibus, factum eſt in gloria,*

## NOTÆ ZACAGNI.

- 1 Fugere, & eſugere, pro fugare, in fugam conicere, ſuo loquendi more dicit antiquus interpres.
- 2 Nefcio, quo pacto Diodorum huic Tryphona vocet Epiphanius in hac Manichæorum hæreſi num. 11.
- 3 In Cæſarienſi codice, *continuatur*.
- 4 Meminit hujuſ epiſtola Epiphanius in hac hæreſi num. 11. ejuſque argumentum, non autem verba, ut Petavius interpretatur, breviter refert. In titulo hujuſ epiſtola vox, *ſalutem*, deſit in cod. Cæſarienſi, ſed litteram, & eam vocem indicantem repetere neglexit librarius, eo quod in fine præcedentis vocis exiſtat.
- 5 Videant hæretici quam clare, tam hic quam infra Diodorus antiquas Ecclēſiæ traditiones ſequendas, amplectendaque eſſe declarat.
- 6 Vulgata *facit Deus*, quod magis græco textui conſonum eſt.
- 7 Vulgata, *Miniſterio mortis, literis deformata in lapidibus*; ſed noſtri interpretis lectio magis ad ſenſum græci, quo nunc utimur, textus accedit.

ANNO  
CHRISTI  
1777.  
Eod. 14. 21.

1199  
gloria, ita ut non possent intendere filii Israel  
in faciem Moysi propter gloriam vultus eius, quo  
destruetur; quomodo non magis ministerium Spi-  
ritus erit in gloria? Si enim ministerium damna-  
tionis gloria est, multo magis abundabit mini-  
sterium iustitiae ad gloriam. Neque enim glorifi-  
catum est, quod gloriosum factum est in hac par-  
te propter eam, qua supereminet, gloriam: si  
enim quod destruetur per gloriam est, multo ma-  
gis, quod manet in gloria est. Sed hoc quidem,  
sicut ipsi nosti, in secunda ad Corinthios epi-  
stola. Addit autem ex prima epistola, terre-  
nos esse dicens discipulos veteris testamenti, &  
animales, & ideo carnem, & sanguinem reg-  
num Dei possidere non posse. Ipsum quoque  
Paulum ex propria sua persona dicebat asserere  
id quod ait, Si ea, qua destruxi, iterum ad-  
fice, pravaricatore meo asumo. Sed & illud eun-  
dem ipsum evidentissime de carnis resurrectione  
dixisse, non esse Judaeum, qui in manifesto est,  
neque qua in manifesto, in carne, est circum-  
cisio, neque secundum literam, legem quic-  
quam utilitatis retinero. Et rursus, quod A-  
braham habet gloriam, sed non apud Deum.  
Tantummodo agnitionem peccati per legem  
fieri. Sed & alia multa, legi obtrudans, infe-  
rebat, eo quod lex ipsa peccatum sit, in qui-  
bus simplices quique, dicentes eos movebantur;  
& uique ad Joannem igitur aiebat lex, & pro-  
phetae. Aiebat autem Joannem regnum celo-  
rum predicare; nam & per abscissionem ca-  
pitis eius hoc esse indicatum, quod omnibus  
prioribus, & superioribus eius abscissis, poste-  
riora sola servanda sunt. Ad haec igitur nobis,  
o religiosissime Archelae, paucis rescribe; au-  
divi enim non mediocriter tibi esse in talibus  
studium; Dei enim donum est, idcirco quod  
dignis, & amicis suis, sibi propositi socie-  
tate conjunctis, Deus donat haec munera. No-  
strum enim est propositum, preparare, & pro-  
ximos fieri benignae, ac diviti menti, & conti-  
nuo ab ea largissima munera consequimur.  
Quoniam ergo in iis voto, & proposito meo  
sermonis non sufficit eruditio (idiotam enim  
me esse confiteor) ad te misi, sicut saepius di-  
xi, quaestiones hujus solutionem plenissimam re-  
cepturus. Incolamus mihi esto, Pater incompa-  
rabilis & honorabilis.

XLI. Accepta hac epistola Archelaus admi-  
ratus est hominis audaciam; sed interim Dio-  
dori allegationibus, ut res suadebat celerem

da re responsum, continuo scripsit hoc mo-  
do.

ARCHELAUS DIODORO PRESBYTERO  
FILIO HONORABILI  
Salutem.

Acceptis literis tuis, valde gavisus sum,  
Dilectissime. Cognovi autem, quod vir  
iste, qui ante hos dies ad me venerat, & scien-  
tiam aliam, praeter eam, qua Apostolica est,  
& ecclesiastica, introducere cupiebat, ad te quo-  
que venerit, quem quidem ego non admisi, in  
praesenti enim nobis disputantibus confutatus  
est. Et velim quidem omnia, qua a me dicta  
sunt, scribere tibi, ut ex his agnosceres fidem  
eius; sed quia de vacanti fieri poterit hoc,  
nunc, quod instat, paucis respondere tibi ne-  
cessarium duxi, ad ea qua mihi scripsisti, quod  
ab illo diserentur. Erat ergo ei summum stu-  
dium legem Moysi ostendere non esse conso-  
nantem legi Christi, & haec ex nostris scriptu-  
ris asserere tentabat. Nos vero ex eadem ipsa  
scriptura non solum confirmavimus legem Moy-  
si, & omnia, qua in ea scripta sunt; verum  
etiam omne vetus testamentum convenire novo  
testamento, & consonare probavimus, unum-  
que esse textum, tanquam si una vestis videat-  
ur ex subtegmine, atque stamine esse con-  
texta. Hoc solum, quod veluti purpuram vi-  
demus in veste, novum testamentum in tex-  
tura veteris testamenti; gloriam enim Domi-  
ni in eodem speculamur. Non ergo abjicien-  
dum est speculum, cum nobis ipsam imagi-  
nem rerum similem, veramque demonstret;  
quin potius, & eo amplius honorandum est.  
Sed & puerum, qui ad Doctores a pedagogo  
perducitur, cum adhuc parvulus est, nunquid  
cum ad aetatem pervenerit dehonore? oportet  
pedagogum, propterea quod jam opera eius  
non indiget, & potest solus jam sine eius admi-  
niculo ad scholas pergere, atque ad auditoria  
properare? Aut rursus parvulus, qui lacte  
nutritus est, cum profecerit ad validiores ali-  
bos, cum injuria debet abjicere, atque exhor-  
rescere nutrices mammillas? quin potius vene-  
ratur, & colitur, & beneficii sui debitor sa-  
teatur. Aliud etiam, si videtur, adhibemus  
exemplum. Homo quidam projectum in terram  
cum vidisset infantem, & jam vehementer af-  
ficum, collegit eum, & nutrire apud se coe-  
pit.

## NOTE ZACAGNI.

- 1 Infra cap. 42. habet, aboleatur.
- 2 In Casinensi, nam & abscissionem, omnia, ut patet, propositione per. Sed & legi potest, abscissione.
- 3 In Casinensi codice legitur, preparares proximos: sicut benigna hoc diviti menti. Et infra, idiotam me esse confiteor. Sed ita emendandum esse, uti editum est, nemo, ut arbitror inficias ierit.
- 4 Hanc Archelae epistolam cum subsequentibus nonnullis usque ad caput 46. hujus operis edidit pariter ex codi- ce Bobienensi Valefius, cujus varias lectiones adnotamus.
- 5 Codex Bobienensis, sicut patet.
- 6 Cod. Bobienensis, sum studium.
- 7 In Casinensi est, ex subtegmine, & qua stamine. Sed nos Bobienis cod. lectionem meliorem esse censuimus.
- 8 Codd. Casin. & Bob. in texturam.
- 9 Corruptus est hoc in loco Bobienis codex, quem non recte Valefius correxit.
- 10 Casinensis non recte, speculum nobis per ipsam imaginem. Sed melior alia Bobienis codicis lectio, quam sequi iunus.
- 11 Bobienis, demonstrat.
- 12 Et hic melior Bobienis codicis lectio; nam Casinensis habet, qui a doctore est a pedagogo.
- 13 Codex Bobienis, abesse.
- 14 Codex Casinensis, oportet & pedagogum, propter quod res eius non indiget. Et paulo post, atque plan- ditata properare. Sed nos Bobienis codicis lectionem expressimus.
- 15 Bobienis, Ut rursus.
- 16 Casinensis, debitorum. Forte, & beneficii se debitorum fatetur.
- 17 Bobienis, adhibemus.
- 18 Idem codex, collegit, & nutrire apud se quart.

ANNO CHRISTI 177

ANNO CHRISTI 177

pit, usquequo ad aetatem adolescentiae perveniret, toleravitque omnes, qui evenire solent nutritoribus, labores. Accedit vero post tempus is, qui naturalis ei fuerat pater, requirere puerum, & invenit eum apud illum, qui nutrierat. Quid faciat hic puer, patre cognito? de iusto enim puero mihi sermo est. Nonne multis donis munerato eo, qui se educaverat, sequitur naturalem patrem pro respectu hereditatis? Ita mihi intelligendum est magnificum Dei famulum Moysen invenisse populum afflidum ab Aegyptiis, quem assumptum nutriebat in deserto, tanquam pater, docebat ut magister, regebat ut rector. Conservavit populum, usquequo veniret cuius est; & post aliquantum tempus adveniens pater, oves recepit. Nonne per omnia honorabitur quidem ab eo, cui tradidit gregem; gloriabitur vero ab iis, qui ab eo conservati sunt? Quis igitur ita mentis insanæ est, o Dilectissime Diodore, ut alienos a se dicat eos, qui inter se conjuncti sunt, qui pro se invicem prophetarunt, qui æqualia, & sibi similia, atque cognata, imò potius germana signa, ac prodigia demonstrarunt? Et primo quidem Moyses ad populum dixit: *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus noster sicut me.* Jesus deinde ait, de me enim Moyses locutus est. Vides quomodo dexteræ sibi invicem tradunt, quamvis alter Prophetæ, alter vero Filius sit dilectus; alter fidelis famulus, alter vero Dominus agnoscatur. Sed & quondam, volens quis sine pædagogico ire ad scholas, non suscipitur a magistro dicente, non cum suscipiam, nisi acceperit pædagogum. Quis sit autem, de quo dicimus, breviter exponam. Homo quidam erat dives, gentiliter vivens, in multa luxuria quotidie degens; alius vero pauper erat vicinus ejus, qui ut quotidianum quidem cibum poterat invenire. Accidit utrunque vita discedere, & in infernum descendere, & pauperem mitti in locum requiei, & reliqua, quæ nostris. Veruntamen erant divites fratres quidam, quæ ea quæ & ipse egerat, agentes, sine dubio quæ domi a tali magistro didicissent. Rogavit dives simul uno tempore, ut ediceret majorem doctrinam; Abraham vero sciens, quoniam adhuc indigent pædago, ait ei, ha-

Abent Moysen, & Prophetas. Si enim illos non susceperint, ut ab eo, velut pædago gubernentur, non poterunt majoris magistri capere doctrinam.

XLII. Sed & de aliis sermonibus, ut potero, exponam, idest, quod non contraria Moysi locutus est Jesus, aut fecit. Primum quod ait oculum pro oculo, dentem pro dente, hoc justum est; quod autem cæsum prestare jubet & alteram maxillam, hoc bonitas est. Nunquid justitia bonitati contraria est? Absit; profectus autem est de justitia ad bonitatem. Et rursus dignus est operarius mercede sua. Quod si voluerit quis fraudem facere, exigi ab eo illa, quæ per fraudem interceperat, justissimum est, maxime cum multa sit merces. Hæc autem dico, quando Aegyptii affligebant filios Israel per operum compulsiones in ingendis lateribus, quod cum supplicibus Moyses totum pariter intra unum momentum temporis exegit; nunquid hoc iniquitas appellanda est? Absit. Illa sane bonitatis est abstinentia, cum utitur quis frugaliter, renuntians omnibus, quæ superflua sunt. Quod vero in veteri testamento dictum est: Ego divitem facio, & pauperem; Jesus vero beatificat pauperes, non dixit secularis substantiæ pauperes, sed pauperes spiritus, idest, qui non superbia inflammantur, sed humilitate se mitigant, & inclinant, non plus sapientes quam oportet sapere. Quam quidem adversarius quæstionem non competenter aptavit. Hic enim video & Jetum libenter intuentem divitum munera, cum in gazophylacio offeruntur; & parum hoc est, si a tollis divitibus in gazophylacio munera offeruntur; imò vero etiam duo minuta pauperculæ viduæ libenter suscipiuntur, in quo amplius aliquid, quam quod Moyses præceperat, de suscipienda pecunia, demonstratur. Ille enim ab his, qui habebant, accipiebat; hic autem accipit etiam ab his, qui non habent. Sed ait, scriptum est, *Nisi quis renuntiaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Rursum video Centurionem valde divitem, & seculari præditum potestate, fidem habere plusquam omnem Israelitam; ut si quis fuit etiam qui renuntiaverat, a Centurione superatur

Dist. 1. 11.

Luc. 16. 19.

Luc. 14. 11. Marc. 8. 10.

Concil. General. Tom. I.

NOTE ZACAGNI.

- 1 Idem codex, qui venire solet nutritoribus laboribus.
- 2 Idem cod. Accidit vero post tempus, ut si qui etc. requireret puerum, & inveniret eum.
- 3 Codex Bobienſis, patrem proſpexit. Et mox, mihi intellige magnificum.
- 4 Male Caſinenſis, veniſſe.
- 5 Bobienſis habet, tanquam pater educabat. Ut magiſter regebat, & conſervabat populum etc. Et cum poſt aliquantum tempus adveniens pater proprias oves recepit.
- 6 Codex Bob. qui æqualia, atque cognata. Mox, ad populum: Prophetam.
- 7 Male Caſinenſis codex, Unde.
- 8 Male Caſinenſis, quam.
- 9 Codex Bobienſis, poſt mala teſtio.
- 10 Codex Bob. & ea quæ ipſe geſſerat agentes. Et infra, uno tempore diſcere majorem doctrinam ab Abraham.
- 11 Male Caſinenſis, autem fecit. At in Bobienſi cod. ſequitur, Primum quidem, quod ait.
- 12 Codex Bobienſis, in hoc.
- 13 In Bob. codice hic plura verba deſunt habet enim. hoc bonitas eſt. Abſit.
- 14 Cod. Bob. & exigi ab eo illa, quæ fraudem interceperat. Caſinenſis vero, exigi ab eo illa quæ fraudem interceperat. Nos ex utroque codice meliorem lectionem conſtavimus.
- 15 Bobien. exigit. Nunquid iniquitas.
- 16 Hinc patet Valeſium recte ad marginem emendaſſe Bobienſis codicis lectionem, quæ habet, abſentia.
- 17 Codex Bobienſis, Quod ergo, & mox, Jeſus beatificat.
- 18 Codex Bobienſis, ſeculari ſubſtantia.
- 19 Forte, inflamantur.
- 20 Codex Bobien. humilitate mitigant.
- 21 Codex Caſinenſis, offeruntur & pauperum hoc eſt. Bobienſis autem, offeruntur; & parum hoc eſt, quæ vera eſt huius loci leſio.
- 22 Codex Bobienſis, inferuntur.
- 23 Idem codex, ab his tantummodo, qui habebant, ſuſcepit.
- 24 Idem codex, omnium Iſraeli, ut ſi quis fuerit.

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777

1203

in fide. Sed dicit nobis quis, non est ergo A  
 bonum renuntiare divitiis. Bonum, inquam, his, ANNO  
 qui possunt; sed abuti divitiis ad opus justitiae, atque misericordiae, parem gratiam tribuit, CHRISTI  
 ac si universis pariter renuntietur. De eo autem quod dicit, destructum esse sabbatum, non plane destruxit; ipse enim Dominus erat sabbati: tanquam si sponsi quis custodiens thorum diligenter extrudum, a nullo alio extraneo vexari vel contingi patiatur, usquequo ipse sponsus adveniat, & cum advenierit, strato suo, sicut liberit, utatur, vel hi, quos ipse secum jussit introire. Testimonium etiam dedit his, quae dicimus, caelesti voce ipse Dominus Jesus Christus dicens, *Namquid potestis* 6  
 filios sponsi facere jejunare, donec cum ipse sit sponsus? Sed circumcisionem non objicit, quin potius ipse pro nobis in semetipsum causam circumcisionis excepit, labore nos relevans, & pati nos frustra doloris aliquid non sinens. Quid enim prodest circumcidenti se quidem, & adversus proximum suum pessima cogitanti? Voluit autem magis largissima via spatia compendiosius nobis tramite demonstrare, ne forte, cum longa spatia circumimus, ante nobis dies claudatur in noctem: & dum de foris quidem splendidi hominibus apparemus, intrinsicus lapsus rapacibus comparemur, aut sepulchris conteramur dealbati. Multo enim ille huic praetendus est, qui veste squalida, ac detrita circumdatus, nihil mali in corde suo conclusum retinet adversum proximum suum. Cordis enim circumcisio sola salutem confert; nihil praestat eis ista carnalis, nisi forte spirituali circumcisione muniantur. Audi etiam quid dicit Scriptura, *Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt*. Quid ergo mihi opus est laborare, cum cognoverim compendia viae, si possum mundus esse corde, sicut & si quis praevalcat in duobus mandatis omnem legem implere, & Prophetas? Post haec vero omnia edocet Apostolorum maximus Paulus dicens, *Aut experimentum quaeritis ejus, qui in me loquitur Christi*

flus. Quid ergo mihi opus est, circumcissione, cum possim & in praepitio justificari? & scriptum est, *Si quis circumcisus est, non adducat praepitium, aut si quis in praepitio est, non circumcidatur. Utrumque enim nihil est, nisi observatio mandatorum Dei*. Cum ergo nullum possit salvere circumcisio, non magnopere requirenda est; maxime cum si quis in praepitio vocatus fuerit, & circumcidi voluerit, continuo praevicator legis efficiatur. Si enim circumcisor, & mandata legis adimpleo, ut salvari possim, & in praepitio positus, multo magis mandata custodiens habebam vitam. In spiritu enim circumcisionem cordis accepi, non jam literae per atramentum, in quo laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Non ergo referatur ad me hujuscemodi inculatio. Sicut enim aliquis dives multis auri, atque argenti talentis, ita ut omne domesticum utus ministerium ex hujuscemodi metallis habeat structum in nullo valis fictilium speciem requirit, sed non propterea figuli opus, aut ars fictilium vasorum ab eo detestanda est; ita etiam ego gratia Dei dives factus, & cordis circumcisionem consecutus, nequaquam illius vilissimae circumcisionis indigeo, nec tamen malam esse dico. At si quod si diligentius de his voluerit aliquis edoceri, inveniet haec in epistola prima Apostoli plenissime tradata.

XLIII. De velamento vero Moysi, & de ministerio mortis, dicam sermone brevissimo. Non enim valde mihi haec insinuare aliquid adversus legem videntur. Ait ergo sermo propositus, *Quod si ministerium mortis in literis, formatum in lapidibus, factum est in gloria, ita ut non possent filii Israel intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quae aboletur, & relicta, tamen gloriam esse constitur in vultu Moysi; quod est amicum nobis. Quod si destruitur, & velamen habet lesio ejus, hoc me non exacerbat neque conturbat, si tantum in eo gloria sit. Neque vero omnigena in ignobilitatem redigatur, quod destruetur. Cum enim de gloria*

NOTAE ZACAGNI.

- 1 Codex Bobiensis, dicit.
- 2 Bobiensis codex, sed & abuti. Forte, sed & uti, vel, sed etiam uti.
- 3 Codex Casinensis, Deus.
- 4 Ita codex Bobiensis, nam Casinensis male, extruxit.
- 5 Idem codex, patitur. Et mox, quae secum.
- 6 In graeco est *auti requiritis, filii sabbati sponsi*, seu ut vertit Vulgata, *filii nuptiarum*, quae meliores sunt hujus loci versiones.
- 7 Codex Bobiensis, suscepit.
- 8 Codex Bobiensis, via compendiosum nobis tramitem demonstrare.
- 9 Idem codex, multum enim.
- 10 Idem codex, cordis ego. Et mox, nihil praestans carnali. Et infra, muniatur.
- 11 Idem codex, compendium via.
- 12 Idem codex, dicens experimentum.
- 13 Idem codex, circumcisio.
- 14 Melius Vulgata juxta fidem graecae textus, *Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat praepitium. In praepitio aliquis vocatus est, non circumcidatur. Circumcisio nihil est, & praepitium nihil est: sed observatio mandatorum Dei.*
- 15 Codex Bobiensis, *Pradicator legis* mala lesio.
- 16 Legendum forsitan, *litera*, ut cum D. Pauli loco in epistola ad Romanos, ad quem Archelaus respicit, conoordet.
- 17 Male Casinensis Codex, *aliter*.
- 18 Bobiensis, *talentis repletus, via omne*.
- 19 Codex Bobien. *figuli opus anseri, aut fictilium*. Casinensis vero, *figuli opus & ars, aut fictilium*; sed videtur legendum, *figuli opus, aut ars fictilium*, uti editum est.
- 20 Cod. Bobien. *dicit factus sum, & cordis circumcisionem consecutus, nequaquam*. At Casinensis, *dicit factus, & circumcisionem consecutus, nec quonquam*. Nos Casinensem ex Bobien. partim supplerimus, partim emendavimus.
- 21 Epistolam primam intelligit epistolam ad Romanos, quam ab antiquissimis Ecclesiae temporibus primum inter Pauli epistolas locum habuisse, vel ex hoc Archelae loco apparet. Vide Epiphanium in Haresi 43. ubi criminatur Pauli epistolam ad Romanos quarto loco inter D. Pauli epistolas collocaverit. Vide etiam supra cap. 34.
- 22 Male cod. Bob. *plurimum praestans*.
- 23 Male cod. Bobiensis, *prophetiam*. Et mox, *literis formatum*.
- 24 Bobiensis codex, *si habet*.
- 25 Cod. Bobien. & hic corruptam lesionem exhibet, nempe, *gloria; neque vero omni genere in nobilitate*. Vulgatus recte emendat, *in ignobilitatem*.
- 26 Cod. Bobiensis, *destruetur*.

ANNO CHRISTI 177. 1. C. 2. 4.

ANNO CHRISTI 177. 1. C. 2. 4.

ria disputat Scriptura, scisse se differentias A gloria testatur, *Alia enim, inquit, gloria solis, alia gloria Lune, alia gloria stellarum; sola enim a stella differt in gloria.* Si enim sol majorem habet gloriam, quam Luna, non continuo in ignobilitatem Luna redigitur. Ita & si Dominus meus Jesus Christus præcellit in gloria Moysen, quam Dominus famulum, non continuo respicienda est gloria Moysi; ipsa enim postquam satisfacere auditoribus, sicut & verbi ipsius natura persuadet; ex scripturis, quæ dicitur, affirmantes, vel certe etiam exemplis ea manifestius comprobantes. Si quis lucernam accenderit noctu, cum sol ortus fuerit, parvo lucernæ igne non indiget, propter splendorem solis ubique radiantis; sed non ideo abiecit lucernam, veluti contrariam Soli; quin potius comperto ejus usu, etiam diligentius servavit. Custodivit ergo populum lex Moysi tanquam lucerna, usquequo sol nobis verus Salvator noster oriretur, sicut & ait, *Et illuminabit Christus.* Sed quod dicit, *Obscurati sunt sensu eorum.* Usque in hodiernum enim ipsum exlatum manet in lectione veteris testamenti. Non revelatur, quia in Christo destruitur. Usque in hodiernum enim, cum legitur Moyses, *velamen est positum super cor eorum. Cum autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.* Dominus autem spiritus est. Quid inquit? Usque in hodiernum ne præiens est Moyses, non dormivit, non requievit, non abscisit e vita? Quomodo in hodiernum dicit? Sed intueri velamen, ubi dicit, *positum supra cor eorum* in lectione eorum. Hæc est vox, quæ arguit filios Israel legentes Moysen, & non intelligentes, neque convertentes se ad Dominum, quoniam ipse est, qui a Moysse prophetatus est venire. Hoc est velamen, quod erat positum super faciem Moysi, quod est testamentum ejus; ait enim in lege, *Non deficiet Princeps ex Juda, neque Dux de senioribus ejus, usquequo veniat, cuius est, & iste erit expectatio gentium.* Qui alligabit ad vitem pullum suum, & ad optimam vitem pullum asine sue. Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uva indumentum suum.

Epist. 11  
1. C. 2. 4.  
Gen. 49. 10.

16 *Suffragi oculi ejus a vino, & candidi dentes ejus a lacte, & reliqua.* Qui etiam & unde venturus esset designavit dicens, *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus vestris, sicut me; ipsum audite.* Et quidem quia non possit intelligi, hoc de Jesu Nave dictum esse, manifestum est. Nihil enim hujus circumcisionis in ipso invenitur; adhuc enim ex Juda Reges fuerunt post ipsum, & ideo aliena longe est ab eo hæc prophetia. Et hoc est velamen, quod est in Moysen: neque enim, sicut fortasse aliqui imperitorum putant, lineum aliquod, aut pellis fuit, quæ vultum ejus operiret. Sed Apostolus diligenter ostendit dicens, *velamen esse positum in lectione veteris testamenti, propter quod is qui appellatur antiquitus Israel, expectat adventare Christum, non intelligentes, quia defecerunt ex Juda Princeps, & ex senioribus ejus Duces; sicut nunc videmus Regibus eos, Principibusque subiectos tributa pendere, nulla sibi potestate, vel judicandi, vel puniendi concessa, sicut Judas habuit, quia Thamar, postquam condemnaverat, potuit iustificare. Sed & videbitis vitam vestram pendente ante oculos vestros.*

ANNO CHRISTI 177. 1. C. 2. 4.  
Gen. 49. 10.  
Deut. 18. 15.  
Gen. 18.  
Deut. 17. 17.

XLIV. Habet etiam hic sermo velamen. Uti que ad Herodem enim ex parte aliqua regnum tenere videbantur; ab Augusto autem prima adscriptio in eis facta est, & ceperunt tributa pendere, & census dare. Ex quo autem Dominus noster Jesus ceptus est prophetari, atque expectari, ex eo Principes ex Juda esse ceperunt, & Duces populi, qui rursus defecerunt, in adventu præsentis ejus. Si ergo auferatur velamen, quod in illa lectione positum est, intelligent virtutem circumcisionis, invenient & generationem ejus, quem prædicamus, & Crucem, & quæcunque de Domino nostro gesta sunt, ipsa esse, quæ de eo fuerant prædicta. Et velim quidem de scripturis discutere unumquemque sermonem, & ostendere, ut intelligi dignum est; sed quoniam nunc aliud est, quod urget, de vacanti nobis ista dicentur; hæc enim dixisse nunc sufficit, ut ostendamus non sine causa velamen positum super cor quorundam

GGG 2

NOTE ZACAGNI.

- 1 Idem codex, sicut esse differentias gloria; alia enim gloria. Mala lectio.
- 2 Vulgata, Irenæus lib. 2. cap. 24. & Cyprianus lib. 3. Testim. ad Quirinum cap. 51. habent claritas, pro gloria. Sed postrema vox placuit etiam Tertulliano de Refur. Carnis cap. 52.
- 3 Bobienis, natura demonstrat. Mox, exemplis manifestus. Et infra, sol exortus.
- 4 In cod. Bobien. servabit. Male Casinensis cod. observavit. Et infra, ante quam lucerna. E contra peior in 1. Bobien. cod. lectio, ubi sic se habet, *Sed nobis verus Salvator oritur, sicut ait, & illuminat isti Christus.*
- 5 Codex Bobienis, & Vulgata ita legunt, sed in Casinensi habetur, *tenet, & in lectione.*
- 6 Codex Casinensis, destruitur, lectio Vulgatæ contraria, quæ etiam habet, *non revelatum*, utrobique juxta textum græci textus.
- 7 Cod. Bobienis, *suavit quis ad Dominum, auferetur velamen.* Vulgata etiam habet, *auferetur.* At in Casinensi cod. est, *auferetur.*
- 8 Casinensis, quod, mala lectio.
- 9 Codex Bobienis, *abscessit vita? Quorundem ergo in hodiernum.*
- 10 Idem Codex, *supra cor eorum.* Ita est.
- 11 Idem cod. *ait enim intellige, & mox de Juda.*
- 12 Cod. Bobien. *de senioribus ejus usquequo ventus qui est.* Ceterum ista huius loci interpretatio longe diversa est Vulgatæ, & ab antiquioribus versionibus, quas exhibuit Tertullianus de Trinit. cap. 9. & Cyprianus adv. Julianos lib. 2. cap. 21. sed nec græco LXX. Interp. textus respondet, licet non una semper sit eisdem lectio in 1. Bobien. & apud Pates. Vide Nobilius in notis ad eum locum.
- 13 Cod. Casin. *quia alligabit;* sed tunc lectionem ex repetitione vocis, a, ortam puto. Bobienis, *alligavit.*
- 14 Cod. Bobien. *oculi.* Mox, *Dei enim.* Mox, *arguunt, Prophetam.*
- 15 In Bobienis inveni lectio, *Mox.*
- 16 Cod. Casin. *Et hoc est velamen, & ista, vel pellis.*
- 17 Cod. Bobien. *intelligentes.*
- 18 Male Bobien. cod. *Regibus eos, Regibusque subiectis.*
- 19 Cod. Bobien. *justificare. Sed videbitis.* Casin. *iustificari. Sed & videbitis.*
- 20 Bobienis *celex, adscriptio.* Mox, *ceperuntque.* Et infra, *Dominus meus.*
- 21 Idem codex, *in adventum.*
- 22 Idem cod. *intelligentes.* Et infra, *ipsa qua de eo.*
- 23 In cod. Bobien. mutilus est hic locus; habet enim, *sermonem, ut intelligi dignum est. Disasse non. Insig.*
- 24 In Casinensi est, *de vacantiis, sed legendum, de vacanti.* Sic supra cap. 41.

ANNO CHRISTI 1777

ANNO CHRISTI 1777  
Matt. 14. 25  
Evd. 16  
Matt. 8. 16  
Evd. 17

in lectione veteris testamenti. Quicumque vero ad Dominum convertuntur, ab iis velamen auferitur. Quae omnia quam vim habeant in sese, his qui sensu vigent, intelligendum relinquo. Veniamus etiam ad illum sermonem Moysi, quo ait; *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me*; in quo magnam video prophetiam famuli Moysi, scientis eum, qui venturus esset, amplius se quidem auctoritatis habiturum, similia tamen esse passurum, & similia, ac prodigia ostensurum. Ibi enim Moyses natus a matre sua in thibin positus exponitur ad ripas fluminis: hic Dominus noster Jesus Christus natus ex matre sua Maria, per Angelum fugatur in Aegyptum. Ibi Moyses educens populum de medio Aegyptiorum, salvavit; & hic Jesus populum de medio Pharisaorum educens, aeternae tradidit salutem. Ibi Moyses per orationem petens, caelo accepit panem, quo pasceret populum in deserto; hic Dominus meus Jesus virtute propria ex quinque panibus viros quinquemilia satiavit in deserto. Ibi Moyses cum probaretur, positus in monte jejunavit quadraginta dies; & hic Dominus meus Jesus a spiritu aëris in desertum, cum tentaretur a Diabolo, quadraginta diebus similiter jejunavit. Ibi in conspectu Moysi, propter infidelitatem Pharaonis, omnia Aegyptiorum primogenita perierunt; & hic Jesu nascente, propter infidelitatem Herodis, omne masculinum Judaeorum subito perierit. Ibi Moyses orat, ut parcatur a plagis Pharaoni, ac populo ejus; & hic Dominus noster Jesus orat indulgeri Phariseis, dicens, *Pater ignoscite, quoniam nesciunt quid faciant*. Ibi Moysi vultus resplenduit in gloria Domini, ita ut non possent huius Israel intendere in faciem ejus, propter gloriam vultus ejus; & hic Jesus Christus Dominus resplenduit sicut sol, & discipuli ejus non poterant aspiciere in faciem ejus, propter gloriam vultus ipsius, & immensum luminis splendorem. Ibi Moyses eos, qui vitulum statuerant, gladio deiecit; & hic Dominus Jesus ait, *Veni gladium mittere super terram, & dividere hominem a proximo suo*, & reliqua. Ibi Moyses in caliginem nubium aquas ferentium sine metu in-

cessit; & hic Dominus Jesus cum omni potestate super aquas ambulavit. Ibi Moyses imperavit mari; & hic Dominus Jesus cum esset in mari, surgens imperavit ventis, & mari. Ibi Moyses cum impugnaretur, extensis manibus cor-tavit adversus Amalech; & hic Dominus Jesus impugnavit nobis, & pereuntibus violentia erratici spiritus, qui nunc in justis operatur, extensus in Cruce manibus, salutem dedit. Sed & alia multa pretereo, dilectissime Diodore, dum festino ad te libellum hunc velociter mittere, quae tu pro tua prudentia facile poteris reparare. Scribe autem mihi omne, quod postea egerit adversariae partis minister. Incolorem anima, & spiritu custodiat Deus omnipotens.

XLV. Accepta hac epistola Diodorus, & collecto ex ea sensu, confixit adversus Manem, ita ut ab omnibus collaudaretur, quod diligenter, & competenter ostenderit, duorum testamentorum, atque utriusque legis inter sese cognationem: plura etiam ex semetipso inveniens, objecit ei valida valde & fortia pro veritate. Conclufit etiam adversarium Diodorus, ex nominibus, dicens ita; Dixisti duo esse testamenta, dic ergo duo esse vetera, aut duo nova? Eiusdem enim temporis, vel potius aeternitatis, duo asseris esse ingenita; & si duo sunt, duo esse oportet vetera testamenta, aut duo nova. Quod si hoc non dicis, sed unum esse vetus, & aliud novum, rursum unum utriusque auctor ostenditur, & ejus esse vetus, cuius & novum; consequentia ipsa edocet: veluti si quis dicat homini, loca mihi veterem domum tuam; nonne per hoc etiam veterem domum dominum cum esse pronunciat? Aut rursum si dicat ei, novam domum tuam praestata mihi; nonne eodem verbo etiam veterem cum habere designat? Deinde illud etiam pervidendum est, quia ex quo duo sunt, ingenitam habentes naturam, ex eo necesse est etiam habere unumquemque ipsorum veteris testamentum, & sicut duo vetera testamenta; si tamen ambos antiquos, & sine initio esse dicis. Ego autem non ita didici, neque ita continent Scripturae. Tu vero qui dicis legem Moysi esse maligni Principis, & non boni Dei, dic mihi, qui erant illi,

NOTAE ZACAGNI.

- 1 Codex Bobiensis, *velamentum*.
- 2 Codex Bobiensis, *quod ait*.
- 3 In Casinensi codice scribitur, *scientibus*, in Bobiensi, *scilicet*. Spd Valesius, *scilicet*, emendandum censuit, cuius sententiae ad stipulati sumus. Infra Bobien. & amplius.
- 4 Thibis, & o. apud LXX. est sicella serpea in Vulgata. Mox Bobiensis, *ripam*.
- 5 Cod. Bobiensis, *matre Maria*.
- 6 Cod. Bobien. tam hic, quam infra, *Dominus noster*. Mox, *salvavit*.
- 7 Idem, *masculum*. Mox, *pro populo*. Infra, *Phariseis, pater*. Mox, *quid faciunt*.
- 8 Codex Bobiensis, *in gloriam*.
- 9 Idem, *respiciere*. Mox, *vultus ejus*.
- 10 Cod. Bobien. *vitulum fecerant*.
- 11 Melius Vulgata, *separare hominem adversus patrem suum*, & Tertullianus adv. Gnosticos cap. 10, *dividere hominem &c.*
- 12 Bobiensis codex, *in caligine*.
- 13 Idem codex, *in navi*.
- 14 Codex Bobiensis, *in istis*.
- 15 Codex Bobien. *velociter libellum*.
- 16 Idem, *mibi, carissime, quid postea*.
- 17 Codex Casinensis, *Deus omnium*.
- 18 Male Casin. cod. *legis inesse cognationem*. Male & infra Bobien. *contens object*. Sed & Casin. pro. *object*, male habet, *obscilla*.
- 19 Ridicula est hic Bobiensis cod. lectio, in quo scribitur, *ex navibus*; e contra Casinensis mox habet, *dicentia, dicit*, mala itidem lectio.
- 20 Cod. Bobien. *spertes & vetera*.
- 21 Male Casinensis, *injustus omnis utriusque*.
- 22 Codex Casin. *docens*.
- 23 Hae est Bobiensis Codicis lectio; nam in Casinensi est, *homini dixisti mihi*, nullo sensu. Foete, *dimittite mihi*.
- 24 Codex Bobien. *non pro*, sed in seq. habet, *nonne*.
- 25 Hoc in loco lacuna est in Bobiensi codice, in quo scribitur, *ex quo duo sunt ingenita habentes naturam ipsorum testamentorum, & sicut &c.* Valesius ex ingenio ita emendavit, *ex quo duo sunt ingenita, habent ex natura ipsorum testamentum*. Sed ipsam male coevisse Casinensis codex ostendit.

ANNO  
CHRISTI  
377ANNO  
CHRISTI  
377

illi, qui resistebant in faciem Moysi, Jannem dico, & Mambrem? Omne enim quod resistit, non sibi metipsum resistit, sed alii, aut meliori, aut deteriori, sicut Paulus indicat ad Timotheum in secunda epistola sua scribens. *Quem admodum Jannes, & Mambres resistebant Moysi; ita & isti resistebant veritati, homines corrupti mente, reprobi, circa fidem; sed ultra non proficiunt.* <sup>11. Tim. 3. 8.</sup> *Insuperantia enim eorum omnibus nota est, sicut & illorum fuit.* Vides quomodo Jannem, & Mambrem hominibus comparat corruptis mente, & reprobis circa fidem; Moysen vero veritati. Sed & Sanctus Joannes maximus Evangelistarum ait, gratiam gratia prestare, & differre; ex plenitudine enim Jesu legem Moysi accepisse nos dicit; aliam autem gratiam pro illa gratia per Jesum Christum esse completam in nobis. Quod ostendens etiam ipse Dominus voster Jesus agebat, <sup>1. Joan. 1. 16.</sup> *Non patetis, quia ego vos accusabo ad patrem. Est qui vos accuset Moysi, & in quem vos speratis; si enim crederetis Moysi, crederetis utique & mihi; de me enim ille scripsit. Quod si literis illius non creditis, quomodo verbis meis crederetis?* Sunt etiam <sup>1. Joan. 1. 41.</sup> alia multa, quae dici possent & de Apostolo Paulo, & de Evangelistis, ex quibus ostendere possumus veterem legem non esse alterius, quam Domini, cuius est novum testamentum, quae nos competenter <sup>1. Joan. 1. 41.</sup> ponere, & aptare convenit. Jam vesper imminet, dies enim clauditur, & finem nos disputandi facere par est; crastino autem nobis, de quibus tibi videtur, quaestiones habeantur. Et his dictis discesserunt.

XLVI. Cum autem mane factum esset, subito adventavit Archelaus ad castellum hunc, in quo morabatur Diodorus, priusquam omnino quisquam ad publicum procederet. Manes vero ignorans praesentem esse Archelaum, rursus Diodorum provocabat ad publicum, ut cum eo disputatione contenderet, volens eum verbis opprimere, ex eo quod advertebat, eum hominem esse simplicem, & non satis scripturarum quaestionibus eruditum; Archelai enim doctrinae jam perceperat gustum. Cum ergo & turbae convenissent ad solitum disputationis locum, & Manes jam verba facere cepisset, subito in medio eorum apparuit Archelaus, ac Diodorum complexus, sancto osculo salutavit. Diodorus vero, & omnes, qui praesentes erant, admirati sunt opus divinae providentiae, ut in tempore ipso adventaret Archelaus, quo quaestio movebatur; re enim vera, quod latendum est, quasi ex parte aliqua religiosus Diodorus pertimuerat conflictum. Cum autem vidisset Archelaum Manes, cessavit quidem continuo ab insultatione, & supercilio non parum dejecto, manifeste intelligebatur, quod conflictum vellet effugere. Multitudo vero auditorum adventum

Archelai, velut Apostoli praesentiam, opinata est, pro eo quod ad verbi defensionem tam paratus, & tam promptus existeret. Et cum dextera silentium poposcisset a populo (tumultus enim non mediocri extiterat) hoc modo cepit Archelaus. Tamei prudentiam, gloriam etiam nostrorum nonnulli assecuti sunt, tamen hoc vos deprecor, ut eorum, quae ante mendicata sunt, testimonium reservetis. Scio enim, & certus sum, fratres, quoniam <sup>10.</sup> Diodoro non pro ipsius impossibilitate successi; sed quoniam istum ego novi tunc, cum ad loci mei partes improbus advenisset, Marcelli <sup>11.</sup> viri illustris gratia, volens eum divertere a nostra doctrina & a fide, videlicet, quo impietatis hujus idoneus efficeretur assertor; & tamen omnibus suis verbis in nullo eum divertere, & movere praevalluit. Similis enim inventus est religiosissimus Marcellus petrae, in qua aedificata est domus solidissimis fundamentis, & cum descendisset pluvia, & irruissent flumina, ac venti, & illisissent in domum illam, perstitit: fundata enim erat solidissimis, & immobilibus fundamentis: huic autem, qui praesens est, infamiam potius intulit conatus ipse, quam laudem. Non autem mihi venia dignus videtur, qui ignoraverit, quod futurum est: oportebat enim eum praenoscere, qui sunt proprii sui; siquidem Spiritus Paracliti habitat in eo. Sed quoniam ignorantiae tenebris obcaecatus est, in vanum cucurrit, cum iter faceret ad Marcellum; & similis <sup>11.</sup> facere Astrologo describenti quidem caelestia, ignorantem vero quae suae domui geruntur. Sed ne videar per haec verba differre quaestionem, jam fileam; de iis vero dabo ipsi potestatem, summat quodcumque vult propositionis, & quaestionis initium. Vos tantummodo, sicut superius dixi, indeclinabiles iudices esse quaeso, ut vera dicenti honorem verum, palmamque tradatis.

XLVII. Tunc Manes, silentio ab omnibus facta, ita exorsus est. Tu quoque, Archelae, bene me de Deo sentientem, dignamque opinionem de Christo retinentem, verbis molestissimis obrundis, licet tale sit Apostolorum genus, patiens, & ferens omnia, etiam si eos convitis quis, aut maledictis obtrectet. Si persequi volueris, paratus sum, & si inferre supplicia, non refugiam. Si etiam interficere me vis, non reformido; illum enim solum oportet timere, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam. Archelaus dixit. Abiit a me. Non est mihi tale propositum. Quid enim perpeffus es a me, vel a nostris? Et quidem um obtrectares, atque injuriam irrogares, & cum detraheres de paternis nostris traditionibus, & cum velles animas hominum bene institutas, ac diligenti cautela servatas interficere, quibus utique repensari non possunt universis mundi divitiis? Verum-

## NOTE ZAGAGNI.

- 1 Cod. Bobien. ita scribens.
- 2 Codex Bobienus. *Insuperantia enim illorum manifesta erit omnibus sicut &c.* quod magis ad Vulgata lectionem accedit.
- 3 Cod. Bobien. non perfecta, pessima lectio.
- 4 Casin. cod., *Moyses quem*, lectio rejicienda.
- 5 Codex Bobienus, *credidit Moysi, crederetis utique forsitan & mihi.*
- 6 Cod. Casin. alia plura jam, quae dici possunt.
- 7 Codex Bobienus, *exponere & a patre, ut contentis*, quae verba cum nullum habere sensum vidisset Valefius, *exponere, & aperire, ut contentis*, emendandum esse putavit. & quidem non recte, ut ex Casinensi codice apparet.
- 8 Codex Bobienus non recte, *ubi.*
- 9 Huc usque edidit Valefius.
- 10 In codice Casinensi erat, *Diodorus*, nullo sensu.
- 11 Male Casinensis, *vix in legis gratia.*
- 12 Forte, *factus est.*



ANNO  
CHRISTI  
177.

ANNO  
CHRISTI  
177.

tamen propter quod assumis, o Manichæe? Quid est quod indicas? Quæ salutis signa ad nos deferas, dicitis? Verborum enim nuda jactatio non poterit præsentî multitudinî satisfacere, ut agnoscant, qui nostrum rectius obtinet scientiam veritatis. De quo ergo vis nos capite disputare, hoc prius dicitis, cum prius dicendi acceperis facultatem. Manes dixit. Si non iterum his, quæ a nobis recte dicuntur, infideliter resistis, dicam: si autem talis existis, qualem te prius sensi, dicam adversus Diodorum, delinans inquietudinem tuam. Archelaus dixit. Prædixi jam, quod abutimur inanitate verborum. Si quis nostrum resistere infideliter, invenitur Judicibus hæc permitte discernere; tu autem quid afferas dicitis? Manes dixit, Si non iterum resistis his, quæ a me iterum recte, dicuntur incipiam. Archelaus dixit, Si non hoc est, si non illud, sermo est hominis ignorantis. Ignoras ergo quod futurum est. Sed hoc quod futurum ais, resistere me, aut non resistere, in mea est potestate. Quomodo ergo stabit sermo ille duarum arborum, in quo hinc, veluti secuto firmissimo? Si enim contrariæ partis ego sum, quomodo obedientiam meam requiris? Quod si obedientiæ in me est mens, quomodo pertimescis ne resistam? Ais enim, quia malum semper permanet malum, & bonum semper permanet bonum, vim verbi illius penitus ignorans. Manes dixit, Nunquid te advocatum meorum adhibui sermonum, ut etiam meæ scientiæ intelligentiam disponas; quippe qui propria explanare non valeas, quomodo aliena poteris explicare? Quod si victum jam te proficitur Diodorus, tunc mihi tecum sermo movebitur. Si autem stat ille, & est idoneus ad dicendum, desine tu, & noli perturbare substantiam veritatis. Es enim ovis aliena, efficiaris tamen postea in numero ejusdem gregis, sicut vox Jesus ostendit, ejus qui apparuit quidem in hominis specie, nec tamen fuit homo. Archelaus dixit, Ergo non putas eum ex Maria Virgine esse? Manes dixit, Absit ut Dominum nostrum Jesum Christum per naturalia pudenda mulieris descendisse conhtear; ipse enim testimonium dat, quia de sinibus Patris descendit. Et, *Qui me recipit, recipit eum, qui me misit.* Et, *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui misit me.* Et, *Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel.* Sunt & alia innumera testimonia hujusmodi, quæ indicant eum venisse, & non natum esse. Quod si potentior illo es, & magis scire potes, quod verum est, quomodo jam illi credimus? Archelaus dixit, Neque illo potentior sum, servus enim sum, & neque æqualis Domini mei esse possum; ego enim sum inutilis servus, verborum ejus discipulus, credens his, quæ ab ipso dicta sunt, & hæc indeclinabilia esse confirmo. Manes dixit, Similis tuiquidam cum ei aliquando dixisset, *Maria mater tua, & fratres tui foris sunt*, non libenter accipiens eum, qui dixerat, increpavit dicens, *Quæ est*

*A mater mea, aut qui sunt fratres mei?* & ostendit eos qui facerent voluntatem suam; & matres sibi esse, & fratres; sed autem vis dicere matrem ipsius Mariam, non est tibi sine periculo; sine dubio enim etiam fratres ex ea habuisse monstratur. Et dic utrum de Joseph generati sunt, aut ex eodem Spiritu Sancto? Ergo, & ruitos Christos, si ex eo in Spiritu Sancto generatos dixeris, habuimus. Quod si non ex eodem Spiritu, sed tamen dixeris eum fratres habuisse; sine dubio intelligendum est, quia post Spiritum, post Gabrielem, nuperit Joseph Virgo castissima, & immaculata Ecclesia. Quod si etiam hoc absurdum est omnino, eam quolibet modo concubuisse cum Joseph; dic an fratres habuerit? Nanquidnam etiam mechizæi erimen impingis? o prudentissime Marcelle? Quod si horum nihil convenit incontaminatæ Virgini, unde ei fuisse fratres astrues? Quod si fratres ei fuisse non potes adocere, quomodo Maria mater ejus erit, sicut ait ille, qui scribere ausus est, *Ecco Mater tua, & fratres tui foris sunt?* Quod etiam si ille ausus est dicere, illo ipso potentior, aut major esse nemo potest, qui ostendit nobis matrem, aut fratres suos; sed & Davidis esse non dignatur audire. Apostolus Petrus discipulorum omnium eminentissimus tunc agnoscere eum potuit, cum singuli opiniones suas, quas de ipso habebant, promerent, ait, *Tu es Christus filius Dei vivi*, & statim beatificat eum dicens, *Quoniam revelavit tibi Pater meus celestis.* Vide quanta sit differentia eorum, quæ ab Jesu dicta sunt? Illi enim, qui dixerat, *Ecco mater tua foris sunt*, respondit, *Quæ mihi est mater, aut fratres?* Et autem qui dixit, *Tu es Christus filius Dei vivi*, beatitudinem, benedictionemque restituit. Si ergo de Maria vis esse cum natum, mentitur ipse cum Petro; si autem verum dicit Petrus, sine dubio ille prior sefellit. Quod si prior sefellit, causam ad scriptorem rejicienda est. Unum igitur Christum nos scimus esse secundum Apostolum Paulum, cujus vocibus credimus consonantibus duntaxat adventui ejus.

XLVIII. His auditis turbæ permotæ sunt, veluti rationem veritatis continentibus, & Archelao nil habente, quod his posset opponere, hoc enim indicavit tumultus, qui inter eos exortus fuerat; sed cum multitudo conquiescisset, Archelaus hoc modo respondit. Vocis quidem Domini nostri Jesu Christi nullus poterit esse potentior, si neque nomen aliquod æquale ei esse invenitur, propter quod Deus eum exaltavit, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen; neque in testimonio quis æqualis ei esse poterit, & ideo ego vocis ejus tibi testimonia proferam, primum quidem dissolvens hæc, quæ a te dicta sunt, uti ne dicas, quoniam nec sibi ipsi consonant, ut est tibi consuetudo dicendi. Ais enim, quia eum, qui nuntiaverat ei de matre aut de fratribus increpaverit Jesus, quasi fallentem, secundum id quod scri-

NOTÆ ZACAGNI

- 1 Calinenſis codex, *noſtrum*.
- 2 In Calinenſi, *ignoras*.
- 3 In codice Calinenſi est, *aut etiam*, ſeſtio improbanda.
- 4 Calinenſis, *sicut vos Jeſu*.
- 5 In cod. Calin. est, *confiteor*, librarii errore, ut palam eſt.
- 6 In Calinenſi, *dicuntur habuimus*. Quid. Sed obvia eſt hujus loci emendatio.
- 7 Vox, *Ecce*, videtur ſuperflua, & per librarii errorem adjecta. Certe ſine ipſa integer eſt hujus loci ſenſus.
- 8 Ex his verbis colligi poſſe videtur, Marcellum cum Archelao ad Diodori caſtellum veniſſe.
- 9 Calinenſis Codex, *David Jeſu*.



ANNUS  
CHRISTI  
177

ANNUS  
CHRISTI  
177

concedis, negans, quod de Maria natus est; si enim confessus fueris eum de Maria natum, & passio subsequatur necesse est, & passionem resurrectionem, & resurrectionem iudicium, & salva nobis erunt scripturae praecepta. Non ergo iam vana est quaestio, sed plurima in hoc verbo. Sicut enim omnis lex, & prophetiae in duobus sermonibus constant; ita etiam nostra omnis spes in Beatae Mariae partu suspensa est; & ideo responde mihi ad singula, quae te interrogabo. Quomodo abjiciemus tantas, & tales Apostoli voces, quae dicunt, *Cum autem fuit Dei voluntas in nobis, misit filium suum factum ex muliere*. Et iterum, *Pascha nostram immolatus est Christus*. Et quia, *Deus, & Dominum suscitavit, & nos cum illo suscitabit per virtutem suam*. Et alia multa his similia dicta sunt, ut est illud, *Quomodo dicunt quidam in vobis, quia resurrectio mortuorum non est? Si enim resurrectio mortuorum non est, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo praedicatio nostra. Inveniamur etiam falsi testes Dei, qui testimonium perhibuimus adversus Deum, quia suscitaverit Christum, quem non suscitavit. Si quidem mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc estis in peccatis vestris; ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt? Si in hac vita tantummodo speramus in Christo, miserabiles sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis initium dormientium, & reliqua. Quis rogo tam temerarius, & imprudens invenitur, qui istis sacrosanctis vocibus non accommodet fidem, in quibus nulla est distinctio, nulla dubitatio? Quisnam quaerit etiam te, o stulte Galata, fascinavit, sicut & illos, *Quorum ante oculos Jesus Christus crucifixus est*? Unde arbitror sufficere haec testimonia ad ostensionem iudicii, & resurrectionis, & passionis, quibus consequenter, & pariter ex Maria partus ostenditur. Quid enim, si tu nolis acquiescere, sed evidentissime Scriptura proclamat? Veruntamen interrogabo te, tu autem mihi responde, quando Jesus de Joanne testimonium dat, & dicebat, quia *Major in nativitate mulierum nullus surrexit Joanne Baptista; qui autem minor est in regno caelorum, major est illo*. Dic mihi qua ratione major illo est in regno caelorum? Nunquid Jesus minor erat Joanne in regno caelorum? Dico, absit. Dic ergo in quo, ut vel te ipsum superare possis? Sine dubio minor erat Joanne Jesus inter natos mulierum; in regno autem caelorum major illo erat. Dic mihi illud etiam, o Manichae, si ais Christum non esse ex Maria natum, sed apparuisse quidem ut hominem, cum homo non esset, praestante hoc & agente virtute, quae in*

ipso est; dic mihi super quem Spiritus Sanctus sicut columba descendit? Quis est etiam qui baptizatur a Joanne? Si perfectus erat, si filius erat, si virtus erat, non poterat Spiritus ingredi, sicut nec regnum potest ingredi intra regnum. Cujus autem ei emittis emissa vox testimonium detulit dicens. *Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui*? Dic age nihil remoreris, quis ille est, qui parat haec omnia, qui agit universa? Responde, ita ne blasphemiam pro ratione impudenter allegas, & inferre conaris.

L. Manes dixit, Nemo quidem qui adversum haec, quae a te dicta sunt, respondere potuerit, blasphemiae crimen incurrit, quia potius est omni laude dignissimus. Oportet enim artificem rebus propositis responsione diligenter aptata, manifesta omnibus ea, de quibus quaeritur, vel dubitatur, ostendere, & maxime idiotis. Et quoniam tibi doctrinae nostrae non placet ratio, tanquam artifex bonus, etiam hanc mihi quaestionem rationabiliter exsolve. Mihi enim pium videtur dicere, quod nihil egerit filius Dei, in eo quod adventus ejus procuratur ad terras, neque opus habuerit columba, neque baptismate, neque matre, neque fratribus, fortasse neque patre, qui ei secundum te fuit Joseph; sed totus ille ipse descendens, semetipsum in quocumque voluit transformavit in hominem, eo pacto, quo Paulus dicit, quia *habitu repturus est ut homo*. Cujus igitur rei indignuerit is, qui semetipsum in omnia transformavit, ostende? Quando enim voluit, hunc hominem rursus transformavit in speciem solis, ac vultum. Quod si rursus resistis, mihi recte dicenti fidem nolis accommodare, audi definitionem tuam, in qua stas. Si enim hominem eum tantummodo ex Maria esse dicis, & in baptismo spiritum percipisse, ergo per profectum filius videbitur, & non per naturam. Si tamen tibi concedam dicere, secundum profectum esse filium, quasi hominem factum; hominem vere esse opinaris, id est qui caro, & sanguis sit. Necessesse est ergo, & spiritum, qui sicut columba apparuit, non aliud esse quam naturalem columbam; sicut homo enim dictum est, & sicut columba, & quocumque opinari potest de eo sermone, quod dictum est, sicut homo, hac opinione concipere etiam de eo, quod dictum est, sicut columba; necesse est & haec aequaliter recipere; ita enim in Scripturis, quae de eo scripta sunt, inveniuntur. Archelaus dixit, Sicut tibi ipse non potes, tanquam bonus artifex, neque ego tibi hanc quaestionem diligenter aptatam manifestarem, atque manifeste dissolverem, nisi propter hos, qui assistunt, & qui nos audiunt, & ideo, sicut convenit, quaestionis hujus quoque exponam rationem. Tibi quidem non videtur pie dici, ma-

NOTAE ZACAGNI.

1 Ita legendum censui, sicut in Codice Casinensi scribitur, *negasti id quod*, esque lectionem probant Irenaeus, Tertullianus, Cyprianus, & alii.  
 2 Vulgata editio graeco textui consona legit, *As ubi venit plenitudo temporis*, esque lectionem probant Irenaeus, Tertullianus, Cyprianus, & alii.  
 3 Verba, *cum illo*, non habent graeco, neque Vulgata, neque Irenaeus lib. 5. adv. haer. cap. 6. & 7. neque Tertullianus lib. 5. adv. Marcionem cap. 7. neque in lib. de Pudicitia cap. 16.  
 4 In cod. Casin. est, *in nobis*, & infra, *vana est fides vestra*. Sed Vulgata lectio huic praeferenda, deponere quae ex librorum oscitantia videatur exorta, Irenaeus quoque, Tertullianus, Cyprianus, aliique Vulgata lectionem sequuntur.  
 5 In eodem cod. legitur, *qui istam sacrosanctam vocem* &c. librarum, ut arbitror, errore.  
 6 Vulgata editionis melior lectio, *praescriptus est*.  
 7 Haec verba, *dico absit*, nisi mendum sit in codice, videntur tanquam ex Manetis persona ab Archelaus prolata.  
 8 Male in codice Casinensi, *conerit*.  
 9 In cod. Casin. scribitur, *sicut homo ac opinione*.  
 10 Codex Casinensis ita legit, *vana quaestioem diligenter aptare tam manifestam, atque manifeste dissolverem*. Sed ex Manetis interrogatione, cui Archelaus respondet, nos hunc locum restitimus.

ANNO  
CHRISTI  
177.

ANNO  
CHRISTI  
177.

1217  
matrem habuisse Jesum Mariam, & reliqua, quae A  
nunc persecutus es, quae quidem omnia repe-  
tere perhorresco. Interdum quidem cogi solet  
artifex propter imperitiam resistentis dicere, &  
facere ea quae tempus recusat, & ideo quia mi-  
hi est illata necessitas propter praesentem turbam,  
ad ea, quae a te non recte dicta sunt, paucis  
respondeam. Dic ego mihi, si Jesum hominem  
naturaliter factum intellexerimus, ex Maria, ha-  
bentem carnem & sanguinem intellexerimus, ne-  
cesse est etiam Spiritum Sanctum veram colum-  
bam fuisse, & non Spiritum. Et quomodo po-  
terit vera columba verum hominem ingredi at-  
que in eo permanere, caro enim carnem ingre-  
di non potest; sed magis si Jesum hominem  
verum confiteamur, eum vero, qui dicitur, si  
cut columba, Spiritum Sanctum, salva est no-  
bis ratio in utraque. Spiritus enim secundum  
rectam rationem habitat in homine, & descen-  
dit, & permanet, & competenter hoc, & fa-  
ctum est, & sit semper, sicut tu te ipsum an-  
te hoc tempus profitebaris esse Paraclitum Dei,  
ut dicam silex, non homo, qui frequenter  
oblivisceris ea quae dicis. Spiritum enim venis-  
se super te dixisti, quem promiserat Jesus esse  
missurum, & unde nisi de caelo descenderat? Et  
si descendit Spiritus super hominem dignum se,  
super te autem veras columbas descendisse sen-  
tiendum est, ut te columbarium potius furem  
accipiamus, insidias eis, ac laqueos molientem;  
dignus enim es, qui verbis ridiculis illudaris;  
ego tamen parco, ne auditores videat offende-  
re haec dicens, & maxime quia praeter propo-  
situm meum, in te ingerere, quae mereatis au-  
dire. Sed redeam ad rem. Memor sum enim  
transformationis suae, qua dicis, quia Deus trans-  
formaverit se in hominem, vel in solem, ex  
hoc volens ostendere Jesum nostrum habitu so-  
lo, & visu factum esse hominem, quod absit  
ab unoquoque fidelium dicere. Haec alioquin  
secundum te ad somnium nobis redeant univer-  
sa, & figuras; non solum autem, sed adventus  
nomen debebitur: poterat enim in caelo positus  
facere quae voluerat, si Spiritum eum esse, &  
non hominem, dices. Sed non ita est, quo-  
niam, *Exinanivit semetipsum formam servi acci-  
piens*. Dico autem de eo, qui ex Maria factus  
est homo. Quid enim? non poteramus & nos  
multo facilius, & lautius ista narrare? sed ab-  
sit ut a veritate declinemus jota unum, aut  
unum apicem. Est enim qui de Maria natus  
est filius, qui totum hoc, quo magnum est,  
voluit perferre certamen Jesus. Hic est Chri-  
stus Dei, qui descendit super eum, qui de Ma-  
ria est. Quod si non credis neque voci, quae  
exultis facta est, temperarium aliquid ipse pro-  
ducis, & si dixeris, nemo crederet. Statim enim  
in desertum a Spiritu ductus est Jesus, ut ten-  
taretur a Diabolo, quem cum Diabolus igno-  
raret, dicebat ei, *Si filius es Dei*. Ignorabat  
autem propter quid genuisset filium Dei, qui  
praedicabat regnum caelorum, quod erat ha-

bitaculum magnum, nec ab ullo alio parari po-  
tuisset; unde & affixus cruci, cum resurrexisset  
ab inferis, assumptus est illuc, ubi Christus fi-  
lius Dei regnabat, ut cum iudicium habere ce-  
perit, hi qui ignoraverant eum, videant quem  
compunxerunt. Ut autem credas; cum discipu-  
li ejus per animum integrum manserunt cum eo,  
quare nullus ipsorum procidit super faciem suam,  
sicut paulo ante dicebas, sed in una hora illa,  
quando sicut sol resplenduit vultus ejus? Non-  
ne propter habitaculum illud, quod ex Maria  
fuerat effectum? Sicut enim Paracliti pondus  
nullus alius valuit sustinere, nisi soli Discipuli,  
& Paulus, Beatus; ita etiam Spiritum, qui de  
caelis descenderat, per quem vox paterna testa-  
tur dicens, *Hic est filius meus dilectus*, nullus  
alius portare praevahit, nisi qui ex Maria na-  
tus est, super omnes Sanctos Jesus. Sed & ad  
haec quae objicio responde. Si habitu eum, &  
specie dicis esse hominem, quomodo ab his,  
qui ex viro, & muliere nati sunt, Pharisaeis  
teneri potuit, & ad iudicium protrahi,  
cum spirituale corpus a crassioribus corporibus  
non valeat comprehendi? Quod si habes ali-  
quid, quod ad verbum, atque ad propositum  
respondeas, qui nunquam ad proposita respon-  
disti, perge quaeso, & pugillum plenum solis  
mihi asser, aut modium plenum? Ipse vero sol  
pro eo quod subtilioris est corporis, cooperire  
te, & circumdare potest, tu vero eum, & si  
conculcaveris, nihil laedis. Dominus vero meus  
Jesus, si tentus est, ut homo ab hominibus  
tentus est. Si non est homo nec tentus est.  
Si non est tentus, nec passus est, nec bap-  
tizatus est. Si ille non est baptizatus, neque  
quisquam nostrum baptizatus est. Baptisma  
autem si non est, nec erit remissio peccato-  
rum, sed in suis peccatis unusquisque morie-  
tur. Manes dixit: Ergo baptisma propter re-  
missionem peccatorum datur? Archelaus dixit,  
Etiam. Manes dixit: Ergo peccavit Christus,  
quia baptizatus est? Archelaus dixit, Absit;  
quin potius pro nobis peccatum factus est, no-  
stra peccata suscipiens, propter quod ex mu-  
liere natus est, & propter quod ad baptisma  
venit, ut huius partis perciperet purificationem,  
ut Spiritum, qui descenderat in specie colum-  
bae, corpus, quod susceperat, portare possit.

LI. Haec cum dixisset Archelaus, admiratus  
sunt turbae veritatem doctrinae ejus, & laudes  
ei immensas cum clamoribus reddiderunt, ita  
ut omni studio conarentur, & ultra ei non  
sinerent ad propria remeare; & tunc quidem  
discesserunt. Postea vero congregatis eis, Ar-  
chelaus acquiescere sibi, atque audire verbum  
suadebat: non enim soli, qui cum Diodoro  
erant, audiebant eum, sed omnes quicunque ex  
provincia ejus aderant, atque ex vicinis locis;  
factoque silentio, hoc modo de Mane dicere  
aggressus est. Qualiter se quidem habeat nostra  
doctrina audistis, & fidei nostrae experimenta  
contulistis; prout potui enim intelligere Scripturas  
H h h h coram

Mat. 2.

Mat. 4.

NOTAE ZACAGNI.

1 Respondam, pro, respondebo, sic in cap. 48. edocam, pro, edocebo.  
2 Casinensis, et dicam filium non homo. Videant eruditi an recte emendatum sit.  
3 Forte quod.  
4 Locum hunc nostra conjectura ita corrigitur, ut aliquis inde sensus eliceretur; nam in Casin. cod. lectione magna obscuritas ex librarii erroribus exorta: sic enim se habet, Ignorabat autem propter qui genuisset filium Dei praedicabat regnum caelorum, qui erat &c.  
5 In codice Casinensi, quo usi sumus, adverbium, propter, desideratur, sed illud librarii oscitantia omisum fuisse sequentia clare demonstrant.  
6 Et hic particula, &, desit in codice Casinensi, quam tamen orationis series evidenter exposcit.

ANNO  
CHRISTI  
177.ANNO  
CHRISTI  
177.

coram omnibus vobis exposui. Sed nunc pau-  
cissime dicere volentem, deprecor, ut cum silen-  
tio audiat, ut agnoscat, qui sit, & unde, &  
qualis sit iste, qui advenit, sicut Sifinius qui-  
dam unus ex comitibus eius indicavit mihi,  
quem etiam ad testimonium eorum, quæ a me  
dicentur, si placet, vocare paratus sum. Sed  
ne ipse quidem dicere recusavit eadem, quæ  
nos dicimus, præsentem Manes; credidit enim do-  
ctrinæ nostræ supradictus, sicut & apud me alius  
Turbo nomine. Quæcumque ergo contestati sunt  
mihi, sed & ea, quæ nos ipsi deprehendimus  
in hoc viro, non faciam latere conscientiam vest-  
ram. Tunc vero turbæ eo amplius incitata,  
congregatæ sunt ad audiendum Archelaum; e-  
tenim ea, quæ ab eo dicebantur, plurimam eis  
oblectationem præbebant; propter quod & cer-  
tatim adhortabantur eum dicere quæcumque vel-  
let, quæcumque sentiret; paratos se esse ad au-  
diendum, & usque ad vesperum permanere, et-  
iam accensis luminibus, pollicebantur: quorum  
animositate incitatus Archelaus cum omni fidu-  
cia dicere exorsus est. Viri fratres, superiores qui-  
dem causas Domini mei Jesu audistis, dico autem  
cas, quæ ex lege, & prophetis judicantur; in-  
feriores vero Domini mei Jesu Christi Salvato-  
ris nostri non ignoratis, Sed quid plura? Ap-  
pellati sumus ex Salvatoris desiderio Christiani,  
sicut universus orbis terrarum testimonium per-  
hibet, atque Apostoli edocent; sed & optimus  
architectus eius, fundamentum nostrum, idest Ec-  
clesiæ, Paulus posuit, & legem tradidit, ordinatis  
ministris, & Presbyteris, & Episcopis in ea, de-  
scribens per loca singula quomodo, & qualiter  
oporteat Ministros Dei, quales & qualiter fieri  
Presbyteros, qualesque esse debeant, qui Episco-  
patum desiderant; quæ omnia bene nobis, &  
recte disposita, usque in hodiernum, statum  
suum custodiunt, & permanet apud nos hujus  
regulæ disciplina. Istius vero, qui nunc nobis  
ex Perfarum provincia ebullivit, Manes nomi-  
ne, adversum quem mihi disputatio jam secun-  
do commota est, genus vobis dicam, & totum;

sed & doctrina ejus unde descendat lucidissime  
demonstrabo. Ille non est primus auctor hu-  
jusmodi doctrinæ, nec solus; sed quidam ex  
Scythia, Scythianus nomine, Apostolorum  
tempore fuit sectæ hujus auctor, & princeps, si-  
cut & fuerunt & multi alii apostatæ, qui pri-  
matus sibi vindicare cupientes, falsa pro veris  
conscripterunt, simpliciores quosque ad suam li-  
bidinem pervertentes, quorum nomina, & per-  
fidias dicere nunc tempus non sinit. Hic ergo  
Scythianus dualitatem istam introducit contra-  
riam sibi, quod ipse a Pythagora suscepit, sicut  
& alii omnes hujus dogmatis sectatores, qui  
omnes dualitatem defendunt, declinantes Scri-  
pturæ viam directam; sed non in amplius pro-  
ficiunt.

III. Nullus tamen ita impudenter prevaluit,  
sicut iste Scythianus. Inimicitias enim inter  
duos ingenitos introduxit, & omnia hæc, quæ  
consequuntur hujuscemodi assertionem. Quique  
Scythianus ipse ex genere Saracenorum fuit,  
& captivam quandam accepit uxorem de supe-  
riore Thebaide, quæ eum suavitè habitare in Æ-  
gypto magis, quam in desertis. Atque utinam  
nunquam eum illa provincia suscepisset, in  
qua cum eum habitaret, cum Ægyptiorum  
sapientiam didicisset; erat enim, ut quod verum  
est dicamus, valde dives ingenio, & opibus,  
sicut hi, qui sciebant eum, per traditionem no-  
bis quoque testificati sunt. Discipulum autem  
habuit quendam, nomine Terebinthum, qui  
scripsit ei quatuor libros, ex quibus unum qui-  
dem appellavit Mysteriorum, alium vero Capi-  
tolorum, tertium autem, Evangelium, & no-  
vissimum omnium Thesaurum appellavit, & erant  
ei isti quatuor libri, & unus discipulus nomine Te-  
rebinthus. Quia ergo aliquantum temporis se-  
cum isti ambo decreverant soli habitare, pla-  
cuit Scythiano discurrere in Judæam, ut ibi con-  
grederetur cum omnibus, quicunque ibi vide-  
bantur esse doctores, & pervenit eum continuo  
vita defungi, nec potuisse aliquid promovere.  
Ille vero discipulus, qui cum eo fuerat conver-  
satus

## NOTÆ ZACAGNI.

- 1 Forte paucissima.
- 2 Cod. Casinensis nullo sensu habet; Sifinius quidam vos ex comitibus ejus indicavit mihi, quæ etiam &c.
- 3 Et hic emendavimus codicis Casinensis lectionem ita se habentem, ipse quidem me dicere recusavit &c.
- 4 Codex Casinensis, sed & optimus architectus ei fundamentum, cujus manifestam corruptionem modica muta-  
tione sustulimus.
- 5 Locus notandus de Hierarchia Ecclesiastica ordine ab Apostolis instituto. Episcopos autem, Presbyteros, &  
Ministros tantum nominat Archelaus, quod ministrorum, hoc est Diaconorum nomine omnes infra Presbyteratum  
ordines antiquissimi Patres comprehendere consueverunt: Ita Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum pag. 667.  
Tertullianus de baptismo cap. 17. Origenes homil. 2. in Hierem. & in Martham cap. 19. pag. 262. & alibi passim.
- 6 Qui Scythianus apud omnes alios veteres, qui de Manichæorum heresi tractarunt, appellatur, tam hic, quam  
in sequentibus a veteri Interprete Scythianus, & Scythianus vocatur, nisi ubique imperiti librarii sit error.

## ZACAGNUS LECTORI.

- 7 Cum post editam Archelai disputationem inter Regio-Alexandrinam Vaticanam Bibliothecam codices reperissem  
apographum cujusdam vetusti codicis, qui olim ad Monasterium S. Salvii, Ambianensis fortasse episcopi & mar-  
tyris pertinuit, & in eod. codice, una cum S. Augustini communitio adversus Manichæos inter ejusdem epistolæ edi-  
to haberentur excerpta quædam ex actis disputationis Archelai a cap. LI. usque ad cap. LV. operæ pretium cen-  
sui varias ex eodem apographo lectiones edere, cum ipsarum ope quædam Archelai loca restituantur. Quidam stu-  
tiano nomine; sic infra semper Stustianum vocat.
- 8 Cod. Alexandrin. pro veris confiterant.
- 9 In eod. Cod. Introduxit.
- 10 In Casin. codice, quæ cum sequuntur, mala lectio.
- 11 Hic nonnulla deesse palam est. Forte, in qua cum diu habitaret, depravatus est, cum Ægyptiorum sapientiam  
didicisset.
- 12 Cod. Alexandr. in qua cum habitaret & Ægyptiorum.
- 13 Idem Cod. testati sunt.
- 14 Idem Cod. quorundam qui scripsit.
- 15 Et hic manifestus est librarii error in Codice Casinensi in quo scribitur, Terbonum; nam Cyrillus Hieroso-  
lym. Catechesi 6. & alii omnes Terebinthum, Terbinthum, seu Terebinthum, Scythiani discipulum faciunt. Quia &  
in seq. ubique Terebinthus scribitur. Quod vero ait Archelaus hunc Scythiano scripsisse quatuor libros, quos re-  
tulerat, contrarium est Cyrilli mox laudati narrationi, aliique, qui Scythianum solum eorum auctorem agnoscunt.
- 16 Tertium vero. Cod. Alex.
- 17 Terebinthus. Quam ergo aliquantum temporis secum isti ambo esse decreverant, soli placuit Stustiano exterrere  
in Judæam. Sic infra ubique vocat Terebinthum Cod. Alex.

ANNO  
CHRISTI  
177ANNO  
CHRISTI  
177

(satus in fugam versus est, & Babyloniam per-  
tuit, quæ nunc provincia habetur a Persis,  
quæque abest nunc a locis nostris itinere die-  
rum, & noctium ferme sex; quocum venisset,  
talem de se famam pervulgavit ipse Terebin-  
thus, dicens omni se sapientia Ægyptiorum  
repletum, & vocari non jam Terebinthum,  
sed alium Buddam nomine, sibi que hoc no-  
men impositum, ex quadam autem virgine na-  
tum se esse, simul & ab Angelo in montibus  
enutritum. Parcus vero quidam Propheta, &  
Labdacus Mithræ filius arguebat eum men-  
daci, & erat eis quotidie animosa exaggeratio  
de huiusmodi negotio. Sed quid plura? Licet  
frequentius oburgaretur, tamen nuntiabat eis,  
quæ ante seculum essent, & de sphaera, & duo-  
bus luminaribus; sed & quo, & quomodo a-  
nimæ discedant, & qualiter iterum revertantur  
in corpora, & alia multa huiusmodi, & hor-  
rum nequiora, idest, bellum Deo commotum  
esse in principiis, ut ipse Propheta crederetur.  
Pro quibus dum argueretur, ad viduam quan-  
dam secessit cum suis quatuor libris, nullo ibi-  
dem discipulo acquisito, præter anum solam,  
quæ ejus particeps facta est. Tunc deinde ma-  
ne primo ascendit solarium quoddam excel-  
sum; ubi nomina quedam cepit invocare, quæ  
nobis Turbo dixit, solos septem electos didicif-  
te. Cum ergo ascendisset ritus nescio cuius,  
vel artificii gratia; solus autem ascendit, ne  
inde ab aliquo convinci posset, quod si diffi-  
mulasset, vel pro nihilo duxisset, cogitabat se  
a veris principibus pœnis esse subditum. Hæc  
eo cogitante, iustissimus Deus sub terras eum de-  
strudi per spiritum jubet, & continuo de sum-  
mo dejectus, exanime corpus deorsum præcipi-  
tatum est, quod anus illa miserta, collectum  
locis solitis sepeliit.

LIII. Tunc omnia illa, quæ secum de Ægy-  
pto pertulerat, manserunt apud eam, & ga-  
visa est valde de morte ejus duplici causa,  
Concil. General. Tom. I.

primo quod non libenter aspiceret artes illius,  
secundo pro his, quæ de hereditate fuerat con-  
secuta; erat enim multum pretii. Quæ cum  
sola esset, habere aliquem ad ministerium vo-  
luit, & comparavit sibi puerum annorum fer-  
me septem, Corbiciam nomine, quem sta-  
tim manamisit, ac literis erudit. Quique cum  
duodecim annorum esset effodius, anus illa diem  
obiit, ipsique universa bona sua tradidit, &  
cum cæteris reliquis, etiam quatuor illos libel-  
los, quos Scythianus scripserat, non multorum  
versuum singulos. Tunc ergo Corbiciam, sepa-  
ta Domina, bonis sibi derelictis omnibus uti  
cepit, & migravit ad medium civitatis locum,  
in quo manebat Rex Perfarum, & commu-  
tato sibi nomine, Manem semetipsum pro Cor-  
bicio appellavit; nec Manem, sed Manes, Per-  
farum enim lingua tali utitur declinatione. Ef-  
fectus autem puer ille annorum prope sexa-  
ginta, eruditus secundum doctrinam, quæ in  
locis illis est, & pene dixerim super omnem  
hominem, diligentius tamen hæc didicit, quæ  
in illis quatuor libellis continebantur, acqui-  
sit etiam discipulos tres, quorum nomina sunt  
hæc, Thomas, Addas & Hermas. Tunc assu-  
mit illos libellos, & transfert eos, ita ut  
multa alia a semetipso infereret eis, quæ anili-  
bus fabulis similia sunt. Habebat ergo tres istos  
discipulos conscios malorum suorum; nomen ve-  
ro libellis proprium adscribit, prioris nomine  
deleto, tanquam si eos solus ex semetipso con-  
scripserit. Tunc visum est ei mittere discipu-  
los suos cum his, quæ conscripserat in libellis,  
ad superiora illius provincie loca, & per di-  
versas civitates, & vicos, ut haberet aliquos se  
sequentes; & Thomas quidem partes Ægypti  
voluit occupare, Addas vero Scythiæ, solus  
autem Hermas residere cum eo elegit. Cum er-  
go illi essent profecti, Regis filius ægritudine  
quadam arreptus est, quem Rex curari deside-  
rans, edictum proposuit in vita, si quis eum  
H h h h 2 curare

## NOTÆ ZACAGNI.

- 1 Ille vero discipulus omnibus qui unquam ejus fuerant congregati in fugam versus est. Cod. Alex.
- 2 Nota quousque extendentur Imperii Romani limites, eo tempore, quo Archelaus cum Manete disputa-  
vavit.
- 3 Cod. Alex. habitatur.
- 4 Mire hic sese exeret librarii, qui Casinensem Codicem exaravit, oscitantia; scripsit enim, sed aliud inju-  
dam nomine; legendum autem esse, sed alium Buddam nomine, Cyrilli Hierosolym. Epiphani, & aliorum nar-  
rationes palam evincunt.
- 5 Cod. Alex. vocari jam non Terebinthum, sed Buddam.
- 6 Cod. Alex. simulabat pro simul.
- 7 De his Perfarum sacerdotibus, vide Epiphanium in hæc hæresi num. 3. & nos in Manichæorum historia.
- 8 Cod. Alex. Labdacus Mithræ filius.
- 9 Quotidie facti animosa certatio de huiusmodi negotio. Cod. Alexandr.
- 10 Et de duobus summantis mysteria. Sed & quomodo anima discedebant. Et mox, revertentur, Cod. Alex.
- 11 In cod. Casin. scribitur nunc; sed tunc, legendum esse non ambigo.
- 12 Ascendit ut no ab aliquo. Cod. Alex.
- 13 Codex Casinensis habet, ut inde ab aliquo convinci possit. Codex Alexandr. ascendit ut no ab aliquo. Con-  
trarius tamen sensus, quem expressimus, verior est; nam id sibi vult Archelaus, Manerem solam, cuiusdam præ-  
stigi) causæ, solarium ascendisse, ne a Parco & Labdaco Mithræ sacerdotibus, id egisse deprehensus, debitas  
pœnas Perfarum Regi persolveret.
- 14 Codex Alex. cogitabas se habere principibus. Male pro a veris; mox parti esse subdendum.
- 15 Cod. Alex. de Ægypto protrahant.
- 16 Ibid. valde de morte ejus duplici ex causa.
- 17 Cod. Alex. quæ hereditate fuerat consecuta; erat enim multum pecunia avida. Quæ cum Gr.
- 18 Cod. Alex. comparavit sibi puerum. Mox, quem sicut. Et paulo post, qui cum.
- 19 Christum, Kùßεξαρ hunc, non Corbiciam vocant Cyrillus, Epiphanius, & alii.
- 20 Cod. Alex. illa quæ abest ipsique Gr. Mox, cæteris reliquis. Forte, reliquis.
- 21 Cod. Alex. civitatis locum in qua manebat.
- 22 Ita constantè in Casinensi codice scribitur; verior tamen, ne in hoc annorum numero mendum sit. Co-  
dex Alex. prope septuaginta.
- 23 Cod. Alex. in locis illis est, pene dixerim super omnem hominem diligentius; tamen didicit ea quæ in qua-  
tuor illis libellis continebantur. Acquisivit etiam ipse discipulos.
- 24 Cod. Alex. libellos ut transferret eos, ita ut illa multa
- 25 Cod. Alex. scripserit.
- 26 Cod. Alex. ipsius provincie.
- 27 Cod. Alex. Addas vero Scythia.
- 28 Legendum fortasse, invitans; ita & legit cod. Alex.

ANNO  
CHRISTI  
177ANNO  
CHRISTI  
177

curare possit, accipere primum, multo propo-  
to. Tum iste, sicut illi qui cibum, quod no-  
men est tale cludere solent, presentiam suam  
Manes exhibet apud Regem dicens se esse pue-  
rum curaturum, quum cum audisset Rex, su-  
cepit eum cum obsequio, ac libenter habuit.  
Verum ne multa narrando, quum gessit, re-  
dium auditoribus inferam; mortuus est puer in  
manibus ejus, vel potius extinctus. Tunc Rex in  
carcerem detrudi jubet Manem, & ferri talento  
onerari. Illi vero duo discipuli ejus, qui missi fue-  
rant ad docendum per singulas civitates, quare-  
bantur ad penam. Quique fugientes licet, nun-  
quam cessant alienam hanc, & ab Antichristo  
inspiratam, per loca singula inferere doctrinam.

LIV. Post hæc ad magistrum suum redeunt,  
referentes quum eis acciderant; & audiunt etiam  
ea, quum in ipso collata sunt mala; accedentes  
ergo, ut dicebam, ad eum sui, & suggeren-  
tes ei de his malis, quum per loca singula pa-  
tiebantur; de reliquo converti se debere ad sa-  
lutem suadebant; pertimuerant enim, verentes  
ne quid sibi ex his malis, quum illi intereban-  
tur, accederet. At ille suadens eos nihil ve-  
ret, ad orationem conjuravit. Tunc deinde ju-  
bet, in carcere positus legis Christianorum li-  
bros comparari; valde enim hi, qui missi fue-  
rant ab eo per singulas civitates, ab omnibus  
hominibus execrationi habebantur, maxime apud  
quos Christianorum nomen venerationi erat.  
Sumpto ergo aliquantulo auri modo, abierunt  
ad loca, in quibus Christianorum libri con-  
terebantur, & simulantes se nuntios esse  
Christianos, rogabant præstari sibi libros ad com-  
parandum; & ut ne multa dicam, comparant  
universos libros scripturarum nostrarum, & de-  
terunt ad eum in carcere constitutum, qui-  
bus ille acceptis, homo astutus, cepit in nostris  
libris occationes inquirere dualitatis suæ, nec  
suæ quidem, sed Scythiani, qui hoc ante plu-  
rumum temporis protulerat, & in nostris libris,  
sicut etiam adversus me disputans fecit, asser-  
tionem suam proferre, quædam in his accusans,  
quædam permutans, solo Christi nomine ad-  
jecto; quem se idcirco suscipere simulavit, ut per  
civitates singulas sanctorum, & divinum nomen  
audientes Christi, minime execrantes eos, di-  
scipulos istius non fatigaret. Inveniens autem  
vocem etiam de Paraclito positam in Scripturis,  
semetipsum esse subiecit, qui non legerat

diligenter, quia Paraclitus jam tunc venisset,  
cum Apostoli adhuc essent super terram? His  
ergo tam sceleratis compositis mittit, & disci-  
pulos suos predicaturos intrepide fidos, simu-  
latoque errores, & novas falsaque voces an-  
nuntiaturos per loca singula. Quod cum Rex  
Perfarum cognovisset, dignis eum suppliciis sub-  
dere parat. Quo Manes agnito, admonitus in  
somis, elapsus de carcere, in fugam versus  
est, auro plurimo custodibus corruptis, & man-  
sist in castello Arabionis. Unde scriptam epi-  
stolam per Turbonem ad Marcellum nostrum  
misit, in qua significavit se esse venturum. Quo  
cum venisset, fuit nobis certamen tale, quale  
& hic vidistis, & audistis, in quo, prout po-  
tuimus, ostendimus eum Pseudopphetam. Sed  
custos quidem carceris, qui eum dimiserat, pu-  
nitus est; Rex vero eum requiri jussit, & in  
quibuscumque locis repertum comprehendendi. Hæc  
cum ego cognovissem, necessarium fuit me et-  
iam vobis indicare, quia requiritur iste a Rege  
Perfarum usque in hodiernum diem.

LV. His auditis, turbæ volebant Manem  
comprehensum tradere potestati barbarorum, qui  
erant vicini ultra Strangam fluvium, quoniam  
& ante tempus venerant quidam ad requiren-  
dum eum, quo nusquam reperto, discesserant;  
erat enim tunc in fuga constitutus. Cum ergo  
hæc ita Archelaus prodidisset, continuo se in  
fugam dedit Manes, & evadere potuit, dum nemo  
eum insequeretur. Sed populus, cum Archelai,  
quem libenter audiebant, relatione teneretur,  
quidam tamen crebre insecuti sunt post eum.  
Sed ille vias, quibus venerat, repetens,  
transito fluvio ad Arabionis castellum rediit,  
ubi postea comprehensus, oblatus est Regi; qui-  
que plurima adversus eum indignatione commo-  
tus, duas mortes in eum vindicare cupiens,  
unam filii, alteram carcerarii, jussit eum ante  
portam civitatis exoriatum suspendi; & pellem  
ejus medicamentis infectam, inflari; carnes ve-  
ro volucris dari jussit. Quibus postea agni-  
tis; Archelaus adjecit ea priori disceptationi, ut  
omnibus innotesceret, sicut ego qui inscripti in  
prioribus exposui. Congregatis igitur omnibus  
Christianis, ferri adversus eum sententiam pla-  
cuit, veluti epilogum quandam morti ejus  
transmittentes, consonantem reliquis vitæ ejus  
negotiiis. Addidit etiam hoc Archelaus dicens:  
Viri fratres, ne quis vestrum incredulus sit his,  
quæ

## NOTÆ ZACAGNI.

1 Locus valde corruptus. Forte legendum, qui cibum, quod nomen est tale, cludere. Hanc emendationem ven-  
dicat Codex Alexand. ita legens: curare possit, accideret primum multo propo-  
to. Tum iste, sicut illi, qui cibum, quod nomen est tale, cludere solent, presentiam sui exhibet Manes.

2 Cod. Alex. quædam sunt.

3 Cod. Alex. quædam sunt.

4 Hoc est, vinculis ferreis, ac eorum pondere, nam taliter interdum est pondus.

5 Cod. Alex. nec nunquam cessant alienam.

6 Cod. Alex. quid eis acciderit.

7 Cod. Alex. accedentes ergo, ut dicebat, ad eum sui, & suggerentes sui et de his.

8 In codice Calineni, ut dicebant, nos levi mutatione, dicebam, emendandum censuimus. Sed & fortasse, ut  
dicebat, legendum, melior amen vita est prior lectio.

9 In eodem codice, sequenti, scribitur, sed converti, legendum esse, quæ sequuntur clare, ut arbitror inveniunt.

10 Fortasse, accideret, ita etiam legit codex Alexand.

11 Cod. Alex. ad illa loca.

12 Vides ut arcani disciplinam in occultandis fidei mysteriis olim custodierint Christiani, & quanto curaverint  
studiosius, ne Sacrosanctæ Legis libri in gentium manus pervenirent, etiam antequam Diocletiani persecutio extor-  
ta esset, ac traditionis periculum immineret. Præterea hinc apparet non ubique, sed certis quibusdam in locis  
Christianorum libros vendi centurum.

13 Cod. Alex. se nuntios esse Christianos.

14 Cod. Alex. & ne multa dicam.

15 Cod. Alex. & referunt ad eum.

16 Et hæc præstans Imperii Romani hæc, quoniam Archelai ætate, & Probo imperante esset, designatur.

17 Forte, morti ejus.

ANNO CHRISTI 277.

ANNO CHRISTI 277.

que a me dicta sunt, idest, quod non ipse pri-  
mus auctor scelerati hujus dogmatis extiterit  
Manes; sed tantum, quod per ipsum aliquibus  
terra partibus manifestatum sit. Sed non sta-  
tim is, qui aliquid quocunque portaverit, au-  
dior ejus putandus est, sed qui invenerit. Si-  
cut enim gubernator acceptam navem, quam  
alius fecit, ad quocunque loca voluerit perdu-  
cere, alienus est tamen omni genere a constru-  
tione ejus, ita intelligendus est & iste; non  
enim ex initio huic rei ipse originem dedit;  
sed ea tantum, quae ab alio fuerant inventa,  
per se detulit hominibus, sicut certis testimo-  
niis notum est, quibus propositum est vobis o-  
stendere, non ex Mane originem mali hujus  
manasse; sed ab alio, & ante multum tempo-  
ris a barbaro quodam exorta, in silentio habi-  
ta, ab isto vero ignote latentia, veluti propria  
ejus esse prolata, deleto conscriptoris titulo, si-  
cut superius exposui. Fuit praedicator apud Per-  
sas etiam Basilides quidam antiquior, non  
longe post nostrorum Apostolorum tempora,  
qui & ipse cum esset verus, & vidisset, quod  
eo tempore jam essent omnia preoccupata, dua-  
litem istam voluit affirmare, quae etiam apud  
Scythianum erat. Denique cum nihil haberet,  
quod assereret proprium, aliis diis proposuit  
adversariis. Et omnes ejus libri difficultia que-  
dam, & asperissima continent. Extat tamen ter-

Atius docimus liber tractatum ejus, cujus ini-  
tium tale est, Tertium decimum nobis tractatum  
scribentibus librum, necessarium sermonem, ubi-  
vique salutaris sermo praestavit. Per parvulam  
divitis, & pauperis naturam sine radice, & si-  
ne loco rebus supervenientem, unde pullulave-  
rit indicat. Hoc autem solum caput liber con-  
tinet. Nonne continet & alium sermonem, &  
sicut opinati sunt quidam, nonne omnes offen-  
demini ipso libro, cujus initium erat hoc? Sed  
ad rem rediens Basilides interjectis plus minus,  
vel quingentis versibus ait, Desino ab inani, &  
curiosa varietate, requiramus autem magis, quae  
de bonis, & malis etiam barbari inquisierunt, &  
in quas opiniones de his omnibus pervenerunt.  
Quidam enim bonum dixerunt, initia omnium duo  
esse, quibus bona, & mala associaverunt, ipsa di-  
centes initia sine initio esse & ingenta, idest, in  
principiis lucem fuisse, ac tenebras, quae ex semet-  
ipsis erant, non quae esse dicebantur. Haec cum apud  
semetipsa essent, propriam unamquodque eorum vi-  
tam agebat, quam vellet, & qualis sibi compe-  
teret; omnibus enim amicum est, quod est pro-  
prium, & nihil sibi ipsum malum videtur. Post-  
quam autem ad alterutrum agnitionem uterque per-  
venit, & tenebra contemplata sunt lucem, tan-  
quam melioris rei sumpta concupiscentia, insecta-  
bantur ea commiseri.

Nonnulla fortasse desunt.

NOTAE ZACAGNI.

- 1 Male codex Casinensis, sed etiam
- 2 Aut nihil video, aut ita corrigenda est codicis Casinensis lectio, quae sic se habet; non ex Mane originem mali hujus Manes esse.
- 3 Est Basilides, qui paulo post Apostolorum tempora hereticum docuit, Alexandrinum fuisse, & in Aegypto scholas erroris aperuisse testatur Eusebius lib. 4. Hist. Ecclesiast. cap. 7. nihilominus, qui ab Archelao memora- tur, videm ac Basilides Alexandrinus esse videtur, licet apud Persas haereticum praedicasse dicat. Fieri enim potest, ut Basilides Alexandria digressus, Persas quoque haereticis dogmatibus inficere tentasset. Sane Basilidis Persa nul- la, quod sciam, apud veteres mentio. Scripsit autem Basilides Alexandrinus libros 24. in Evangelium, eodem Eusebio teste, qui non alii esse videntur a tractatum libri, quos laudat Archelao, & ab exageticis illis, ex quorum libro 21. quaedam loca refert Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 4. An autem Evangelium illud, in quod Basilides scripsit, Apostolorum esset, an aliud, quod suo Marte confinxit, cujus meminit Origenes Hom. 1. in Lucam, Hieronymus in prologo suorum Comm. in Matthaeum, & Ambrosius in prologo in Evangelium Lu- cae, non satis liquido constat.
- 4 Forte, alienum dicitur.
- 5 In codice Casinensi, & qualis sibi competeret.
- 6 Tenebras desiderio luctu adipiscenda adas fuisse Manes quoque asserit in cap. 13. hujus operis, & apud Ti- tum Boetium adversus Manichaeos lib. 1. pag. 48. editionis Casinensis.

FRAGMENTUM

Verborum ejusdem Disputationis ex Cyrilli Hierosolymitani Catechesi sexta.

Φείγει ἐκ τῆς φυλακῆς (Μανῆς) καὶ ἐρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν. ἀλλ' ἀπαντᾷ αὐτῷ ὁ πῶ-  
λον διωκτικὸς Ἀρχελαὸς ἐπίσκοπος. καὶ ἐπὶ φι-  
λοσοφῶν κειτῶ ἐλίγξας, ἀπροαίτητον ἑλλητικὸν συ-  
σπασμῶδες, ἵνα μὴ χριστιανῶν κενόντων, δοκῶσιν  
οἱ κειτῶ χεῖρεσθαι. λέγει φησὶν ὁ Ἀρχελαὸς πρὸς  
τὸν Μανῆν, ὁ κηρύσσει. ὁ δὲ, τῶρον ἀνωμύμου  
ἔχων τὸ σῶμα, ἀπὸ βλασφημίας ὀφῶτον τὸ ποι-  
τεῖν ἡ ἀπάντων ἤρετο, φάσκων, Ὁ τῆς παλαιᾶς  
Θεὸς κακοὶ εἰς τὴν ἑρῆτης, λέγων πρὸς ἑαυτῶν, Ἐ-  
γὼ πῶρ καταναλίσκων. ὁ δὲ σοφὸς Ἀρχελαὸς  
ὑπεξέλατ τὴν βλασφημίαν, εἰπὼν, Εἰ ὁ τῆς πα-  
λαιᾶς Θεὸς κατὰ τὸν σὸν λόγον, πῶρ ἑαυτὸν λέ-  
γει τῶρον υἱὸς εἰς τὸν λόγον, Πῶρ ἡλθὼν βαλεῖν  
ἐπὶ τὴν γῆν; εἰ μίσησιν τὸν λέγοντα, Κύριος θα-  
κασὶ καὶ ζωογονεῖ. διὰ τί τιμᾶς Πέτρῳ τὴν Θα-

FUGIT e carcere (Manes), & in Mesopo-  
tamiā venit: verum obstitit ei armis  
justitiæ Archelaus Episcopus: & sub philoso-  
phis eum judicibus reprehendens, collecto Gen-  
tilium auditorio, ne, si Christiani iudices  
essent, viderentur favisse. Age profer, ait  
Archelaus ad Manem, quod praedicas. At  
ille, cui os quasi sepulchrum patens erat,  
primum a blasphemia Creatoris omnium,  
initium sumpsit, inquiring, Veteris testamen-  
ti Deus, malorum inventor est, de se ipse  
dicens, Ego ignis consumens. Tum sapiens  
Archelaus hanc solvit, refutavitque blasphemiam  
his verbis: Si veteris Deus testamen-  
ti, ut ais, ignem se dicit, cujus est ille fi-  
lius, qui ait, Ignem veni mittere in terram? Si  
culpas eum, qui dicit, Dominus mortificas,  
& vivificas, quamobrem Petrum colis,  
qui



ANNO CHRISTI 177

MAI 11. 40.

16. 41. 7.

MAI 10. 14.

1. Cor 4. 4.

MAI 13. 11.

MAI 13. 19.

1. Cor 4. 4.

qui Tabitham a mortuis excitavit, & Saphiram morti tradidit? Si vitio vertis, quod ignem preparavit, quare hunc non carpis, qui dicit, *Discedite a me in ignem aeternum?* Si reprehendis eum qui dicit, *Ego Deus faciens pacem, & creans mala*, expone quo modo Jesus dicat; *Non veni pacem mittere, sed gladium?* Cum ambo paria dicant, e duobus alterum, aut uterque bonus, eo ipso quod verbis congruant: aut si Jesus haec dicens, abest a reprehensione, quare dignum reprehensione clamas eum, qui in veteri testamento similia profert? Tum Manes ei dicit; Et qualenam Deus excæcat? Pauli enim verba sunt, *In quibus Deus secuti hujus excæcavit cogitationes infidelium, ut ne fulgeat in illis illuminatio Evangelii.* Archelaus autem hoc præclare refellens, Quæ paululum antecedunt, inquit, lege. *Quod si etiam opertum est Evangelium nostrum, in iis qui pereunt, est opertum.* Videtne pereuntibus obiectum dici Evangelium? Non enim danda sunt sancta canibus. Præterea, solusne veteris testamenti Deus excæcavit cogitationes infidelium? Jesus etiam ipse nonne dixit, *Ideo ipse in parabolis loquor, ut videntes non videant?* Odio ne eos prosequens, volebat ut non viderent? An quia indignum erat, quoniam oculos ipsi suos occluserant? Ubi enim voluntaria malitia, illic & gratiæ donum abest. *Habent enim dabitur: ab eo autem qui non habet, etiam quod se putat habere, auferetur.* Quanquam etiam, ut interpretantur nonnulli, dici possit, qui sermo non malus est, etiam si excæcarit infidelium mentes, ad rem bonam excæcavit, ut ad sancta respiciant. Non enim dixit, *Excæcavit eorum animam, sed cogitationes infidelium.* Quod autem ait, tale est: *Excæca scortatoris scortandi cogitationes, & servatus est homo: excæca latronis rapiendi & latrocinandi studium, & salvus est homo.* Verum hoc modo non vis intelligere. Est & alia interpretatio; Excæcat & sollicitos, & oculorum imbecillitate laborantes excæcantur lumine percussi: non quod sol excæcandi facultate sit præditus, sed quod oculorum status non cernat: sic & quibus corda laborant incredulitate, si divinitatis radios confluere non possunt. Nec dixit, *Excæcavit cogitationes ne audiant Evangelium, sed ne fulgeat in illis illuminatio gloria Evangelii Domini nostri Jesu Christi.* Nam Evangelium audire ab omnibus expeditur: at Evangelii gloria, solis Christi germanis tribuitur. Dominus loquebatur in parabolis iis quidem, qui poterant audire: Discipulis vero privatim parabolæ & similitudines explicabat. Gloriæ fulgor eorum est, qui iam illustrati sunt: excæcatio, infidelium. Hæc mysteria nunc patefacit Ecclesia ei, qui ex catechumenis excedit: nec moris est, Gentilibus exponere. Non enim Gentili cuiquam de Patre & Filio & Spiritu Sancto arcana mysteria declaramus: neque palam apud catechumenos de mysteriis verba facimus, sed multa sæpe loquimur occulte, ut fideles, qui rem tenent, intelligant: & qui non tenent, ne laedantur.

βιδαν μὴ ἐξέρανται. τὴν δὲ Σαμφέραν θανάτωσαν; εἰ δὲ ἡ μίμνη, ἐπὶ τῷ ἡτοίμασε, διὰ τὴν εἰ μίμνη τῶν λέγοντων, Παύλος δὲ ἀπ' ἐμοῦ εἰς τὸν κύριον τὸ αἰώνιον; εἰ μίμνη τῶν λέγοντων, Ἐγὼ θεὸς ταῦν ἐφίλω, ἢ κτίζων κακὰ, ἔζηγασαι, καὶ λέγει Ἰησοῦς, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν ἐφίλω, ἀλλὰ μάχαιραν; ἀμφοτέρων τὰ ἴσα λέγοντων, δύοὶν ὁ πατέρων, ἢ ἀμφοτέρων καλεῖ διὰ τὴν ὁμολεξίαν. ἢ εἰ ἀνεγκλήτος Ἰησοῦς ταῦτα λέγων, διὰ τὴν ψήφου τῶν τῶ ὁμοίᾳ ἐν τῇ παλαιᾷ λέγονται; εἴτα ὁ Μάρκος ἀπὸ τῶν λέγει, Καὶ τοῖος θεὸς τυφλοῖ. Παύλος γὰρ ἐστὶν ὁ λέγων, Ἐγὼ εἰς ὁ θεὸς τὰ αἰώνος τῆς ἐτύφλωσι τὴ νοήματα τῆς ἀπίστων. εἰς τὸ μὴ διαγραῖσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ μαργαρίτου. ὁ δὲ Ἀρχέλαος, καλῶς ὑποκρίσας, Προαγαγῶσι, φασὶν, ὄλιγον. εἰ δὲ κεκαλυμμένον ἐστὶ τὸ μαργαρίτου ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένων. ὅρασι ὅτι ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις κεκαλυμμένοι; ἢ οὐ γὰρ δίδονται τὰ ἄγια τοῖς κρείστον. εἴτα, ἀρα μόνος ὁ τῆς παλαιᾶς θεὸς ἐτύφλωσι τὴ νοήματα τῆς ἀπίστων, Ἰησοῦς δὲ αὐτὸς ἐκ ἔρακε. διὰ τῶ αὐτὸς ἐν παραβολαῖς λαλῶν, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι. μὴ μισῶν αὐτὸς, ἐβλέπετο μὴ βλέπειν, ἢ διὰ τὸ ἀναξίον, ἐπειδὴ τὸς ὀφθαλμοῖς αὐτῶ ἐκαμύωνται; ὅτι γὰρ αὐτῶροαίρετες ποιηταί, ἐκεί ἢ ἀποχὴ τῆς χαλκίτου. τῷ γὰρ ἔρακε δόδαται. ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔρακε, ἢ ὁ δοκεῖ ἔρακε ἀρδῆται. εἰδὲ δεῖ ἢ ὡς τῆς ἐζηγῶνται, τῶ εἴπειν, ἢ φασὶν γὰρ τὸ ῥῆμα. εἰ ἢ ἐτύφλωσι τῆς ἀπίστων τὴ νοήματα, ἐπὶ καλῶ ἐτύφλωσι, ἵνα εἰς τὰ ἄγια ἀναβλέψωσιν. ἢ γὰρ εἴπειν, ἐτύφλωσι αὐτῶ τῶ ψυχῶν, ἀλλὰ τὰ νοήματα τῆς ἀπίστων. τὸ δὲ λεγόμενον, τῶ τῶ ἐστὶ. τύφλωσι τὸ πῶν τὰ πορνικὰ νοήματα, ἢ σίσεως ὁ ἀνθρώπος. τύφλωσι τὸ ληστῶν τὸ ἀρπακτικὸν ἢ ληστῶν, ἢ σίσεως ὁ ἀνθρώπος. ἀλλ' ἢ θίλεις ἐπὶ νοῆσαι. ἐστὶ καὶ ἄλλη ἐζηγῶσι. τυφλοῖ ἢ ὁ ἥλιος τὸς ἀμβλυωσῶνται. ἢ οἱ ὀφθαλμῶνται τυφλῶνται, βλαπτομένοι ὑπὸ τῶ φωτός. ἢ ὅτι τυφλωτικός ἐστὶν ὁ ἥλιος, ἀλλ' ὅτι ἢ ὑπόστασις τῆς ὀμμάτων ἢ βλέπει. ἐπὶ ἢ οἱ ἀπίστω νοῶνται τῶς καρδίαις, ἢ διαίανται εἰδῶν τῶς τῆς θεότητος ἀκτίων. καὶ ἐκ εἴπειν, ἐτύφλωσι τὴ νοήματα, εἰς τὸ μὴ ἀκῶσαι τὸ μαργαρίτου, ἀλλ' εἰς τὸ μὴ διαγραῖσαι τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ μαργαρίτου τὸ κῶν ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. τὸ μὴ γὰρ ἀκῶσαι τὸ μαργαρίτου, πῶσι εἴπειν. ἢ δόξα δὲ τὸ μαργαρίτου, τῶς χριστοῦ μοῖσις ὑποσταῖς ἀφώεσαι. εἴρα ὁ κῶσις, τῶς μὴ ἀκῶσαι διναμῶσις, ἐν παραβολαῖς. τῶς δὲ μαθηταῖς ἐπέλασε κατ' ἰδίαν τῶς παραβολαῖς, ὁ αἴρασις τῆς δόξης τῶς κῶσις, ἢ τύφλωσις τῆς ἀπίστων. ταῦτα τὰ μυστήρια καὶ ἢ ἐκκλησία διηγεῖται τῶ ἐκ κατηχημένων μεταβαλλομένων. ἐκ ἐστὶν ἴδιος ἔδιναῖς διηγεῖται. οὐ γὰρ ἔδιναῖ τῶ περὶ Πατρὸς ἢ Τῶ ἢ ἁγίου Πνεύματος διηγεῖται μυστήρια. ὅτι τῶ μυστήριον ἐπὶ κατηχημένων λαλῶσι καλῶν, ἀλλὰ πολλὰ πολλὰς λέγειται ἐπιτεκαλυμμένων. ἵνα οἱ εἰδῶσι πιστοῖ, νοῶσι. ἢ οἱ μὴ εἰδῶσι, μὴ βλαβῶσι.

ANNO CHRISTI 177

Hattenus Fragmentum disputationis Archelai Episcopi cum Mente Heretica. haec ex Cyrillo Hierosolymitano. VI.



Aug. in notis  
de inapp.  
Chr. tempore  
ut respondet.

• EPISTOLA  
G A I I P A P Æ

AD FELICEM EPISCOPUM.

Quod pagani non possint Christianos accu-  
sare: de accusatione episcopi ejusque accu-  
satoribus, de expoliatione aut expulsio-  
ne, & de incarnatione domini.

- I. Pagani & hæreticos non posse accusare Chri-  
stianos.
- II. Episcopum non accusandum apud iudices sa-  
culares.
- III. De episcopo, presbytero, aut diacono, vel re-  
liquis clericis apud episcopos accusandis.
- IV. De his qui negant Verbi Dei incarnationem.
- V. Quod ad spem vite aeternae perveniri non possit,  
nisi per mediatorem Dei & hominem Chri-  
stum Jesum.
- VI. De ordinibus ecclesiasticis.

Dilectissimo fratri Felici episcopo Gajus.

b Vigilus  
ep. 1.

c antiqui bo-  
ris.

7/et. 118

d 7/et. 118. ex  
vers. 5 Hier.

e credidimus

Directas ad nos tuæ b caritatis epistolas ple-  
nas catholicæ inquisitionis sollicitudine,  
gratanter accepimus, benedicentes domini nostri  
clementiam: quia tales ab extremis mundi par-  
tibus dignatur suis ovibus providere pastores,  
per quos & pascuis valeant salutaribus abunda-  
re, & ab e iniqui lupi rapacitate servari, ut in-  
sidias nequeant ejus subreptionis incurrere. Un-  
de certum est, quia promissa vos beatitudinis  
gratia subsequatur, quando a vobis celestium  
perfectio doctrinarum, tam votiva suscitatione  
perquiritur. Scriptum est enim: *Beati qui per-  
scrutantur testimonia ejus, & in toto corde exqui-  
runt eum.* Hoc ergo, frater carissime, propo-  
situm tuæ consultationis tota mente tractantes,  
de te quoque provenire confidimus, qui regu-  
lam catholicæ fidei iidem studioso tenere vestigi-  
is, quibus eam in apostolica sede cognoscis ef-  
fere fundatam. Et quamvis sonus d eorum toto or-  
be diffusus, & usque ad fines orbis terra verba eo-  
rum diffusa, dilectionis tuæ corda Christo pro-  
baverunt esse fidelia: tamen si quid ex his in  
ecclesia, quæ tuæ gubernationi (domino auxi-  
liante) commissa est, necdum plena luce cla-  
ruerit, ad eundem fontem, de quo illa salu-  
tatis manarat lympha, recurritis, id est, quod  
debita caritate sumus amplexi: quia fiducialiter  
de his, unde apud vos observantiam esse dixi-  
stis ambiguam, nostra voluistis responsione fir-  
mari. Quapropter dilectionem tuam in domino  
salutantes, de singulis, quid juxta catholicam  
disciplinam teneat apostolicæ sedis auctoritas,  
subjectis aliquibus etiam sanctorum capitulis re-  
gularum, te e credimus instruendum.

I.

Primo quidem scias, f paganos & hæreticos  
non posse Christianos accusare, aut vocem eis  
infamationis inferre.

1. q. 7. Pagani  
& hæretici  
non possunt  
accusare  
ad 31. Janua-  
rii, an. 121.  
ait. Oportet  
hac voce pri-  
mam fuisse  
ulium, tum  
Prudentium.

II.

Deinde nemo unquam episcopum apud iudi-  
ces seculares, aut alios clericos, accusare pre-  
sumat.

III.

Et si quis episcopus, presbyter, aut diaconus  
vel quilibet clericus, apud episcopos (quia alibi  
non oportet a qualibet persona, quæ rite reci-  
pienda est) fuerint accusati, quicumque fue-  
rit, sive ille sit sublimis vir honoris, sive ullius  
alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis  
intentionis arripuerit; noverit, probationis do-  
cumenta se debere inferre. Si quis ergo circa  
hujusmodi personas non probanda detulerit, au-  
thoritate hujus sanctionis intelligat se justuram  
infamiae sustinere, ut damno pudoris, estimati-  
onis dispendio discat, sibi alienis verecundis  
impune insidiari, saltem de cetero non licere.  
Nam qualiter ad concilium veniatur, aut qua-  
liter de suis rebus expoliati, vel ejeti a sedi-  
bus propriis, aut qui accusatores sint recipien-  
di, quive non sint, aut qualiter ejeti & ex-  
poliati sint omnia legibus redintegrandæ, quæ  
eis ablata sunt: & quia priusquam hoc factum  
fuerit, nullum crimen eis objici poterit, & qua-  
liter illis induciæ post integram instaurationem  
anniversariæ, vel sex mensium, indulgenda sint,  
& qualiter sua omnia licenter & pacifice, abque  
ullius gravi impedimento disponere, & suorum  
amicorum & ecclesiasticorum patrum conciliis uti  
debeant, sufficienter ab apostolis, eorumque suc-  
cessoribus, ac nostris prædecessoribus statutum  
esse putamus. Super his autem non reor amplius  
nunc fore disputandum, nisi si surrexerint talia,  
quæ adhuc non sunt manifesta. Si eorum autem  
statuta non habueritis, mittite fidelissimos scri-  
ptores, qui hæc coram fidelibus testibus excipe-  
re, vobisque reportare sub stipulatione valeant.

a Hac & si-  
milia in Cod.  
Theod. & A-  
lamo Mod.  
cap. 22.

1. q. 1. Epif-  
copus suis re-  
bus expolio-  
tus.

IV.

Ceterum, ut satisfaciam consultis tuis de Ver-  
bo incarnationis & veritatis, a quicumque illi b  
sunt ita obsecrati, & a lumine veritatis alieni,  
ut Verbi Dei a tempore incarnationis denegent  
veritatem, ostendant in quo sibi Christianum  
nomen usurpent, & cum evangelio veritatis qua  
ratione concordent, si beatæ virginis partu, aut  
caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne.  
Sicut enim negari non potest, evangelista di-  
cente, quod *Verbum caro factum est, & habita-  
vit in nobis*, ita negari non potest beato apo-  
stolo Paulo prædicante, quod *Deus erat in Chri-  
sto; mundum reconcilians sibi.* Quæ autem recon-  
ciliatio posset esse, qua humano generi repro-  
ciliaretur Deus, si hominis causam mediator  
Dei hominumque non susciperet? Qua vero ra-  
tione veritatem mediatoris impleteret, nisi qui in  
forma Dei æqualis est Patri, in forma servi  
particeps esset & nostri, ut mortis vinculum,  
unius prævaricatione contractum, unius morte  
(qui solus morti nihil debuit) solveretur? Ef-  
fusus enim justis sanguinis Christi, tam fuit di-  
ves ad pretium, ut si universitas captivorum in  
redemptorem suum crederet, nullum diaboli vin-  
cula retinerent: quoniam, sicut apostolus ait,  
*ubi abundavit peccatum, superabundavit & gra-  
tia.*

b S. Leo ep  
27. ex quo  
jam supra  
quendam de-  
libatam in 1.  
Eusebiano  
papa tributa  
epistola. Vide  
pag. 1117. A.

Joan. 1.

2. Cor. 1.

1 Tim. 2.

111.

Et cum sub peccati prejudicio nati, potestatem acceperint ad justitiam renascendi, validius factum est donum libertatis, quam debitum servitutis. Quam itaque sibi in hujus sacramenti presidio spem relinquunt, qui in Salvatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati: dicant quo sanguine sint redempti. *Quis est, ut ait apostolus, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis?* Aut quod unquam sacrificium sacratius fuit, quam quod verus & aeternus pontifex altari crucis per immolationem suae carnis imposuit? Licet in conspectu domini pretiosa ipsorum mors fuit, nullius tamen infantis occiso, redemptio fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederunt coronas. De fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiae, non dona justitiae. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo sine percolvit, cum filius hominis, unus solus dominus noster Jesus Christus, qui vere erat agnus immaculatus, extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepultri, omnes etiam sunt suscitati. De quibus ipse dicebat: *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.* Fides etenim justificans impios, & creans justos, ad humanitatis retracta participium, in illo acquirit salutem, in quo solo homo se invenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de ejus potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostrae humilitate congressus, his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphavit. Licet ergo in uno domino nostro Jesu Christo, vero Dei atque hominis filio, Verbi & carnis una persona sit, quae inseparabiliter atque indivise communes habeat actiones, intelligendae tamen sunt ipsorum operum qualitates, & sincerae fidei contemplatione cercendum est, ad quae provehatur humilitas carnis, & ad quae inclinatur altitudo deitatis: quid sit, quod caro sine Verbo non agit: & quid sit, quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret: & sine veritate carnis, obvoluta pannis infantia non jaceret: sine Verbi potentia, non adorarent Magi puerum, stella indice declaratum: sine veritate carnis, non juberetur transferri in Aegyptum puer, & ab Herodis persecutione subduci: sine Verbi potentia non diceret vox Patris, missa de caelo: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite:* & sine veritate carnis non protestaretur Joannes: *Ecco agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi.* Sine Verbi potentia non feret redintegratio debiliu, & vivificatio mortuorum: & sine veritate carnis, nec estus jejuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo, sine Verbi potentia non se dominus Patri profiteretur aequalem: & sine veritate carnis non idem diceret Patrem se esse majorem, cum catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat, quae secundum confessionem beati Petri apostoli, *unum Christum Dei filium, & hominem credit & Verbum.* Quamvis itaque ab illo initio, quo in utero virginis *Verbum caro factum est*, nil unquam inter utramque formam divisionis extiterit, & per omnia incrementa corporea, unius personae fuerint totius temporis actiones: ea ipsa tamen, ut ita dicam, quae inseparabiliter facta sunt, nulla permutatione confundimus, sed quid cujusque formae

fit, ex operum qualitate sentimus. Dicant ergo isti hypocritae, qui caecis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno domus majestatis Christus affixus sit, quid jacuerit in sepulcro, & revoluta lapide monumenti, quae tertia die caro resurrexerit, & in qua post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos arguebat, & habitationem constantium confutabat, cum diceret: *Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere:* & apostolo Thomae: *Infer manum tuam in latus meum, & vide manus meas & pedes, & noli esse incredulus, sed fidelis:* qua utique manifestatione corporis sui, jam haereticorum mendacia destruebat, ut universa ecclesia Christi innovanda doctrinis, hoc sibi non dubitaret credendum, quod apostoli susceperant praedicandum.

V.

At si in tanta luce veritatis tenebras suas haeretica obduratio non relinquit, ostendant, unde sibi spem vitae polliceantur aeternae, ad quam nisi per *mediatorem Dei & hominum*, hominem Jesum Christum, non potest perveniri. Sicut enim ait beatus Petrus apostolus: *Non est aliud nomen datum hominibus sub caelo, in quo oporteat nos salvos fieri:* nec est redemptio captivitatis humanae, nisi in sanguine ejus, qui *dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, & qui sicut praedicalis apostolus, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo: humiliavit semetipsum, factus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genuflectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.* Cum ergo unus sit dominus Jesus Christus, & vere deitatis, vereque humanitatis in ipso una profus eademque persona sit, exaltationem tamen, qua illum (sicut doctor gentium dixit) *exaltavit Deus, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen*, ad eam intelligimus pertinere formam, quae distanda erat tantae glorificationis augmento. In forma quippe Dei aequalis erat Filius Patri, & inter genitorem atque unigenitum nulla erat in essentia discretio, nulla in majestate diversitas: nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat Verbo, quod ei Patris munere redderetur. Forma autem servi, per quam impassibilis deitas sacramentum magnae pietatis implevit, humana humilitas est, quae in gloriam divinae potestati, eversa est in tantam unitatem, ab ipso conceptu virginis, deitatis & humanitatis conferta, ut nec sine homine divina, nec sine Deo agentur humana. Propter quod, sicut dominus majestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate aequalis est Deo, dicitur exaltatus: quia inseparabiliter, manente unitate personae, unus atque idem est & totus hominis Filius propter carnem, & totus Dei Filius propter unam cum Patre deitatem. Quidquid ergo in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui, quae non habuit, conferrentur. Nam secundum potentiam divinitatis, indifferenter omnia, quae habet Pater, etiam habet Filius: & quae

1. p. 1.

2. p. 1.

Joan. 11.

Mat. 1. & 19.

Joan. 1. Marc. 6. Joan. 11. Act. 4.

Joan. 10. & 14.

Mat. 16.

Joan. 1.

Joan. 19. Mat. 16.

Joan. 10. Mat. 16.

1. Tim. 4.

Act. 4.

1. Tim. 2. Philip. 2.

Philip. 2.

Joan. 10.

1235

Joan. 1.  
Joan. 10.  
Joan. 1. 6.  
Joan. 1.  
Matth. 23.  
1. Cor. 3.  
Joan. 1.  
Biden.

& que in forma servi a Patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donavit. Secundum Dei enim formam, ipse & Pater unum sunt. Secundum formam autem servi, non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius qui misit eum. Secundum formam Dei, sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso. Secundum formam servi, tristis est anima eius usque ad mortem. Et idem ipse est, sicut apostolus prædicat, & dives & pauper. Dices, quia evangelista dicente, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Pauper vero, quia propter nos verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Quæ autem

\* cum ipse deitatis honorando  
\* precurrentem, 1. Cor. 6.

Arum lumen obscurant: & per omnia sæcula læa veritatem inveniunt coruscantem, ut magnum hoc & mirabile sacramentum ab initio videant creditum, quod est in fine completum. De quo cum sanctorum literarum nulla pars sileat, sufficit quedam consona veritatis signa posuisse, quibus diligentia fidei in splendidiſſimam latitudinem dirigatur, & sinceræ intelligentiæ luce perspicat, quod in Filio Dei, qui se incessabiliter filium hominis, & hominem profitetur, non sit Christianis erubescendum, sed constantissime gloriandum: quoniam, sicut ait beatus apostolus: Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

1. Tim. 3.  
Hæc usque verba S. Leonis ex quibus videtur, aliter esse interpretandos.

V I .

De episcoporum vero, & presbyterorum, diaconorumque, & sequentium clericorum ordinationibus, sanctos apostolos & successores eorum, & præcipue Anacletum, & præterea alios, sufficienter statuiffe cognoscimus, & ideo non est necesse nunc replicari, nisi quod illi non statuerunt: Illud tamen nos statuente, vobis & omnibus servare mandamus, ut ad ordines ecclesiasticos sic ascendant in ecclesia, qui ordinari merentur, id est, si quis episcopus esse meretur, sit primo ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur acolythus, demum vero subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter, & exinde, si meretur, episcopus ordinetur. Et regiones, sicut in hac urbe fecimus, per singulas urbes, quæ populose fuerint, diaconibus dividantur. Et quæcumque difficiles quæstiones per singulas provincias exortæ fuerint, semper ad sedem apostolicam referantur. Bene vale, frater, & ora pro nobis. Data Kalendis Martii, Diocletiano sexto & Constantio secundo viris clarissimis consulibus.

b epistola 2. nullius fidelis apud doctos. non replicare, nisi  
c Verba pontificales.  
d Innocentius ep. 1. S. Leo ep. 84. cap. 7. Vigilius epistol. 1.  
e an Christi 296.

NOTE SEVERINI BINII.

a Quicumque illi sunt. ) Hæc verba quibus Pauli Samosatæni aliorumque hæreticorum Filii Dei incarnationem negantium sententia doctissime ex scriptura vincitur ac refutatur, hinc usque ad finem epistolæ haberi epistola 1. Leonis ad Leonem Augustum, in margine hujus epistolæ Surius annotavit.  
b Illud tamen nos statuente, &c. ) Quod hic & supra in vita Galli de hierarchia ecclesiastica constituta, a Gallo pontifice instituta dicantur, nequaquam sic sunt intelligenda, quasi ipse primus instituerit, ut ad summum ordinem ascensus, per inferiorum ordinum gradus sublimè fastigium sacerdotii conscenderet: nam ejusmodi hierarchia ordinem, temporibus apostolorum in ecclesia stabilitum fuisse supra pluribus locis est enarrata. Galli igitur decretum nihil aliud constituisse videtur, quam quod ad thronum episcopalem nemo proveheretur, nisi qui in singulis inferioribus ordinibus debito ac consueto tempore ministrasset. Vide Baron. anno 296. num. 2.

Decretum Galli, de hierarchia ecclesiastica, quomodo intelligendum.



1239

cus vel infideli esse non potuit... cuius rei poenitentia...

Marcellini martyrium sub Maximiano coactum.

Ab eodem Diocletiano... Cum hoc anno Diocletianus...

Quantum interregnum fuerit post obitum Marcellini...

In cubiculo clavi... Vide notas Baron. ad Marcellinum...

confessi sunt obtulisse, ex ipsius regis ac tyranni, qui eos in fornacem ignis mitti preceperat...

Et ut hanc omnia, superius designata, Christo Filio Dei doceamus fuisse oblata...

EPISTOLA I.

MARCELLINI PAPEE

AD SALOMONEM EPISCOPUM.

Confutatur error dicentium Patrem esse Filio majorem &c

Marcellinus episcopi sanctae ecclesiae catholicae urbis Romanae, Salomoni coepiscopo, in domino salutem.

S. Joep. 1.

Quam laudabiliter pro catholicae fidei veritate movearis, & quam solite dominico gregi devotionem officii pastoralis impendas...

Matth. 23.

Matth. 23. c. 11.

Daniel. 1.

Si autem ex evangelio Filium Dei cognoscere altissimum nuncupatum, nunquam filio derogans, hoc de solo Deo Patre didum poneret testimonium...

ejusdem Theoc. c. 12.

Genf. 1. Genf. 11.

Genf. 10. Joan. 1. Joan. 7.

ejusdem Theoc. c. 12.

Luc. 1.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24. c. 11.

Joan. 8.

a. Hormilda ep. 11.

b. Eiusdem Hormilda ep. 14.

c. Eiusdem ep. 22.

7/et 77.

7/et 1.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4. MSS cod. Jul.

d. Hormilda ep. 29.

e. anno 396.

relinquit me salum, quia, qui placita sunt ei, facio A  
 semper. Unde pro surreptione mandamus, ut  
 omnis cura atque sollicitudo invigilet, ne fides  
 temeretur aut violeatur. Jam nullus est ignoran-  
 tia locus, nullus utatur simplicitate excusatio-  
 ne praeterita. Scienti peccare, necessaria est con-  
 fessio: & quod ore contraxit, scientia reformetur.  
 Ista, frater, tene, & haec doce. b Utinam  
 ad plenioris affatus satietatem praesentis tuae  
 nobis gaudia contigissent, ut gratularemur nos  
 & colloquio & praesentia tui frui, quam sumus  
 ante scripto complexi. Verumtamen probasti,  
 dilectissime frater, quo Christianam fidem vene-  
 raris affectu, dum ea, quae ad regulas patrum  
 pertinent, & ad mandata catholica, sine ali-  
 qua cupis transgressione servare: & spreta erra-  
 tica & nociva doctrina, catholica & apostolica  
 tenere praecipua, & rectae fidei regulas docere  
 atque servare. Haec, frater carissime, & alia, c  
 quae patrum regulis continentur, in labiis &  
 cordibus nostris indivisa retractione meditemur,  
 & sicut scriptum est, narremus ea filiis  
 nostris, ut ea meditentur in cordibus suis, seden-  
 tes in domo, ambulantes in itinere, dormientes at-  
 que surgentes: quia beatus in domino qui in lege  
 ejus meditabitur die ac nocte. Haec etenim magister  
 gentium secutus, discipulum suum instruens,  
 admonet: Haec meditare, in his esto subjiciens  
 plenitudinem. Attende tibi ac doctrina: quoniam  
 si fidelibus sine intermissione incumbimus inli-  
 titis, separamur a vitis, dum impensa cura di-  
 vino operi, humano locum non relinquit er-  
 rori. Quod d si ea quae praedicta sunt validis te-  
 neantur fixa radicibus, nec a paterna traditio-  
 ne receditur, & constanter questionibus obvia-  
 tur, ac pravorum intentio cassatur, bonorum-  
 que fides & constantia roboratur. Data octavo  
 Idus Septembris, Diocletiano sexto & Constan-  
 tio secundo viris e clarissimis consulibus.

EPISTOLA II.  
 MARCELLINI PAPAE  
 AD ORIENTALES EPISCOPOS.

Ut laico clericum non liceat accusare.

- I. De contentione inter Christianos ortis ad ecclesiam deferendis; & ab ecclesiasticis jure terminandis.
- II. Quod major a minori judicari non debeat, nec episcopi ullum praedictum inferre pontifici a quo consecrari probantur.
- III. Quod clericus absque permisso episcopi suum neminem ad iudicium saeculare trahere praesumat, nec laico quemlibet clericum accusare liceat.
- IV. Quod injustum iudicium metu regis, vel iustis, a iudicibus factum non valeat: & quod statuta infidelium delebantur.

Dilectissimis fratribus universis episcopis, per  
 orientales provincias constitutis,  
 Marcellinus episcopus.

Quid tam dulce sollicito, quam quod mihi  
 de vobis innotescunt illa quae cupio? Quid  
 tam religiosus conveniens institutus, quam ut  
 vel unica om. inter se sacerdotes pacem, quam necesse est aliis

Hormilda ep. 61. CUB. VEL UNICA OM.

pro officio annunciare, conservent? Plena ( fa-  
 reor ) gratulatione suscepi, quod votiva mihi  
 de caritate ( quam inter vos est ) ecclesiarum &  
 pace, in litteris indicastis spontis: mihi quid-  
 quid hortari poteram, quidquid monere, delat-  
 tum est. Confirmet hoc Deus, quod est operatus in  
 nobis: & qui praecipit pro animarum salute fa-  
 cienda, haec ipse qui praecipit, pro ea, qua nos  
 redemit, pietate faciat. Et his tam bonis nun-  
 ciiis, nos quoque religiosam sanctorum vicem  
 reddimus nunciorum. Quidquid eorum orientali-  
 bus, quos ad ecclesiam corpus unitatamque revocatos,  
 dudum Dei nostri ope literis significavimus de-  
 stinatis, denuo, cum aptum fuerit, repetitis  
 vobiscum participamus iudiciis, mox pro nostro  
 edicto ab orientalibus missa legatio est: certa spe-  
 ravit, certa consuluit. Sed facinus de his,  
 quae fuerunt dicenda, compendia ipsi potius ad  
 instruendam notitiam vestram, quam nobis sunt  
 responsa, dirigentes, ne quid sibi sub spatio pro-  
 lixiore terrarum, aut opinio vindicet, aut er-  
 ror assumat, cum ad rem fidem, ipsam tene-  
 ri sufficiat veritatem. Quid autem ad continen-  
 tiam nostrarum pertinet literarum, oportuit quidem  
 desideria plenius expedire. Quapropter  
 scitote, vos a persecutione fratrum, & ab om-  
 ni litigio abstinere debere, dicente scriptura:  
 Servorum Dei non oportet litigare, nec quemquam  
 nocere, sed omnes persecutores ecclesiae, ser-  
 vorumque eius, vestris redargutionibus corrige-  
 re, testante Apostolo: Argue, obsecra, increpa-

nos pseudo-  
lidi mer-  
ces erorit  
proscribitur  
eruditorum  
vitorum ju-  
dicio.

religiosorum  
vicem red-  
dentes nua-  
ciorum, quid-  
quid.

Hic videas  
fraudem mali  
sufficere sole  
meridiano  
claritas emi-  
care.

hic Iulianum  
captum soli-  
m Mercator  
tunc cantones  
7. Tim. 4  
euiquam

11. quest. 2.  
Quaecumque

I.

Quaecumque ergo contentiones inter Christia-  
 nos ortae fuerint, ad ecclesiam deferantur, &  
 ab ecclesiasticis viris terminentur.

II.

Major autem non potest a minore judicari,  
 nec episcopi pontifici, a quo consecrari pro-  
 bantur, praedictum inferre ullum possunt. Quod  
 si praesumptum fuisse cognoscitur, viribus ca-  
 rere non dubium est, nec posse inter ecclesia-  
 stica ullo modo statuta censeri.

III.

Clericus vero cujuslibet ordinis, absque pon-  
 tificis sui permisso, nullum praesumat ad sae-  
 culare iudicium attrahere. Nec laico quemlibet  
 clericum liceat accusare. Detractiones tamen &  
 accusationes atque persecutiones inter Christia-  
 nos oppido vitandae sunt: quia licet pauci si-  
 mus in comparatione aliorum, si tamen una-  
 nimes fugimus, facilius adversariis resistemus.  
 Sanctus etenim protomartyr Stephanus lapida-  
 batur, sed Jesus suscipiebat plagas. Ideo uni-  
 cuique providendum est, ne aliqua iniuste  
 iudicet aut puniat. Et dominus in evangelio ait:  
 Nolite iudicare, ut non iudicemini: quo enim ju-  
 dicio iudicaveritis, iudicabimini. Unde & doctor  
 gentium loquitur, dicens: Hoc igitur dico, & te-  
 stificor in domino, ut iam non ambuletis, sicut  
 gentes ambulantes in vanitate sensus sui, tenebris  
 obscuratum habentes intellectum, alienati a vita  
 Dei per ignorantiam, quae est in illis propter ca-  
 citatem cordis ipsorum, qui desperantes, semetip-  
 sos tradiderunt impudicitiae, in operationem im-  
 munditiae, omnisque aversitiae. Vos autem non ita  
 didi.

Clericum  
nullum  
ad saec. iudicium  
attrahere  
Nec laico  
quemlibet  
clericum  
licet accusare.

11. quest. 2.  
coll. 64

1. Tim. 4.



didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu, deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renovamini autem spiritu mentis vestrae, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra. Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, jam non furetur. Magis autem labores operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad edificationem opportunitatis, ut des gratiam audientibus. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Estote autem invicem benigni & misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos, aut turpitudinis, aut stultitium, aut scurrilitas quae ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter haec enim venit ira Dei in filios disfidentes. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Ut filii lucis ambulate, (sicut enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate) probantes quid sit beneficium Deo. Et nolite communicare operibus iniquitatis tenebrarum, magis autem redarripite. Quae enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere. Omnia autem quae arguuntur, a lumine manifestantur. Omne enim, quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chri-

stus. Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quae sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini Jesu Christi, Deo & Patri. Subjelli invicem in timore Christi. <sup>a</sup> Omne enim quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia. Non licet ergo imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra mandata divina presumere: nec quidquam quod evangelicis propheticiisque & apostolicis regulis obviat, agere.

IV.

Injustum enim iudicium & definitio injusta, regis metu vel jussu a iudicibus ordinata, non valeat: nec quidquam, quod contra evangelicam, vel propheticae, aut apostolicae doctrinae constitutionem, successoremve eorum, sive sanctorum patrum, actum fuerit, stabit. Et quod ab infidelibus aut haereticis factum fuerit, <sup>b</sup> omnino callabitur. Vos autem stete in fide, viriliter agite, & omnia vestra cum caritate fiant. Hujus rei gratia, ut ait apostolus, stete genus meum ad Patrem domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelis & in terra nominatur, ut des vobis secundum divitias gloriae suae virtutem, corroborari per Spiritum ejus, in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris, in caritate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, longitudo, & profundum, scire etiam supereminentem scientiam caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Et autem qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem, quae operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Jesu, in omnibus generationibus saeculi saeculorum. Amen. Data quinto Idus Septembris, Diocletiano septimo, & Maximiano sexto viris clarissimis <sup>c</sup> consuli-

ca. verban. italica

Epist. 1.

ca. 6

Can. 9. Nicenus conc. VI. Rom. sub Symmacho

ss. q. 1. Omne quod.

b. haereticus conc. VI. sub Symm. 1. 67. 16. Epist. 1.

c. & sublimi

c. anno 329.

## SYNODUS INCERTI LOCI

Pro afferendo jure patriarchico in totam Persidem archiepiscopo Seleuciensi, a quatuor Patriarchis, ut fertur, circa annum Christi 300. habita.

### PRÆMONITIO COLLECTORIS.

*Timotheus Jacobitarum in Syria patriarcha, qui circa annum Christi 1280. floruit, epistola Synodica a Patribus hujus Concilii scripta mentionem exhibet, scriptamque illam circa annum Christi 300. constituit a Patriarchis Occidentibus in Synodum coactam, videlicet a Romano, Constantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino. Epistola eiusdem fragmentum reperitur Solersii Episcopi scriptor Arabi sæculi decimi quarti, ex quo illud dedit Cl. Assemani Biblioth. Orient. tom. III. part. I. pag. 56. En. in. ad.*

### OCCIDENTALES.

Quod autem a Patribus nostris spiritualibus dictum est, Judicium videlicet Patriarchæ Orientis nostris Patriarchis esse reservatum; quia habita exacta inquisitione compertum fuit, Patriarchæ accusatores in suis delationibus fuisse falsitatis convictos, & Patriarchas illorum criminum omnino immunes: nunc definitus in potestate, & verbo vivo Dei, nullum deinceps habere jus Metropolitæ & Episcopos, sed nec Christianos Orientis ad accusationes criminationeive instruendas adversus propriam Patriarcham, easque ad Patres nostros Occidentales verbo aut scripto deferendas. Quod si rursus aliud quippiam obijciant, sicut hactenus fecerunt, ipsis respondemus; Patriarcham omnium

Christianorum Orientis esse judicem, ipsius autem Patriarchæ judicem esse Christum. Et post alia. Estimavimus Ecclesiæ Dei nostræ, vestraque regionis illud utile esse, quod veteres Patres nostri æquum & justum conveniunt, quando vestra Sedi, quæ est in magna Ecclesiâ Coeheni, concesserant, ut ipse Metropolitæ instauraret, sicut idem utile esse iudicasset; ut nimirum ipse super eos potestatem haberet, eosque pro merito constitueret, vel propter illorum delictum deponeret: similiter & super omnes Episcopos Orientis: & ipse Patriarcha iudex & vindex fieret in universa Ecclesiâ Orientis, idemque regeret & gubernaret. Id igitur nos quoque in scriptis & sequimur.

ANNO  
CHRISTI  
109

### CENSURA D. ASSEMANI IN HANC EPISTOLAM.

ANNO  
CHRISTI  
109

Verum ut ab hac epistola incipiam, in qua privilegium Seleucensium Primati a Patribus Occidentibus concessum dicitur, ut neque ab Orientalibus iudicari possit, neque ad Occidentales eius causa deferatur, sed iudicium illius Christo duntaxat reservetur; in primis non assentior Timotheo, qui eam circa annum Christi 300. scriptam vult a Patriarchis Occidentibus, Romano, scilicet, Alexandrino, Antiocheno, Ephesino, & Hierosolymitano: tum quia non potest designari locus, in quo Patriarchæ citati conveniunt: tum etiam quia diversis temporibus clarere, quos Timotheus æquales facit. Ut enim accurati historia Ecclesiasticæ Scriptores tradunt, Cæsar Pontificatum Romanum inire exeunte anno Christi 283. quem annis duodecim gessit. Petrus Alexandrinus ab anno 300. ad annum 312. sedit. Paulus Samosatensis Antiochenam Ecclesiam occupavit ab anno 300. ad annum 372. quo depositus fuit. Alexander Hierosolymitanam Sedem rexit ab anno 399. ad annum 353. Gregorius Thaumaturgus circa annum 265. obiit. Flavianus Ephesinus ignotus est. Deinde quum Ecclesiæ Orientalis regimen ad Antiochenum Patriarcham spectet, nulla erat causa, cur Archiepiscopo Seleuciensi id privilegium ab omnibus simul Patriarchis concederetur, neque Seleuciensis Præsul apud idoneum scriptorem legimus supplicationem suam in aliqua Synodo exhibuisse, in quo duntaxat casu ceteri Patriarchæ de Privilegio Episcopatum Sedium sibi minime subiectarum iudicantes, ea vel ampliare soliti erant, vel coardare, ut ex

Basilis Synodorum Nicæna, Constantinopolitana, & Chalcedonenfis liquet. Denique si id Privilegium verum iussit, ne usquam dixissent Patres in Canone Arabico Nicæno 38. de Primatu Seleucis, ea nunc permittatur ei constituere Metropolitæ: nec Canone 40. de Episcopis Persidis subiunxissent, non permittitur magna Synodus, ut congregentur in provincia Persidis, ne constituant leges, nisi per licentia Patriarchæ Antiocheni, quia suorum eorum Domini (id est Episcopus Seleucis) factus sit in dignitate Patriarchæ, in hoc tamen consilium est eorum utilitati, & exemptioni a damno & nocentis, atque eorum paci & tranquillitati profuturum. Non propterea tamen ipsi licet salvere, aut ligare, vel constituere ullas Ecclesiasticas leges, vel addere, vel diminuisse quidquam propria auctoritate, sed potius in omnibus sine obedientia principibus, & Patriarchæ: vel ut verè sit Turrianus Can. 35. Sed potius in omnibus, nisi Metropolitani Patriarchæ obedienter. Quum enim dicitur, ea nunc permittatur ei constituere Metropolitæ, significatur, id antea ipsi permissum non fuisse: quinque subiungitur, non permittitur magna Synodus, ut congregentur in Provincia Persidis, ne constituant leges, nisi per licentia Patriarchæ Antiocheni, ostenditur commentitium esse privilegium illud, de Appellationibus a Seleuciensi ad Antiochenum minime faciendis. Ut voces illas Metropolitæ, & Patriarchæ ante Nicænum Concilium minime usurpatas omittam.

ANNO  
CHRISTI  
303.

# CONCILIIUM CIRTENSE,

## QUO IN LOCUM TRADITORIS.

ANNO  
CHRISTI  
303.

Traditorem episcopum substituerunt,

Anno CCCIII. \* sub Marcellino Papa.

Tempus Con-  
cilio.Causa concilii.  
Qui & quomodo  
interfuerunt.

**C**oncilium.) Hoc concilium habitum est A Cirtæ in Numidia anno domini 303. sub Marcellino pontifice, & Diocletiano ac Maximiano imperatoribus, Secundo Tigisitano episcopo, Numidarum episcoporum primæ, auctore. Episcopi, qui ex imperatorum edicto, codices sacros, resve alias sacras comburendas tradiderant, aut thurificarant, eo sine convenerunt, ut in locum defuncti Cirtensis episcopi alium sufficerent & subrogarent. Celebrata est hæc synodus in domo Urbani Carisi, quia basilicæ nondum erant restituta. De traditione sacrorum librorum, interrogante Secundo Tigisitano, reliqui præfentes quaesiti, traditionis crimen confessi sunt, suumque primatem interrogantem, ejusdem delicti redarguerunt. Qua de re ipse se literis ad Mensurium Carthaginensem episcopum scriptis omnino purgare & excusare frustra est conatus. Episcopum Cirtensem, quæ fere præcipua conveniendi causa fuit, ordinarunt quemdam Paulum, qui hoc eodem anno magistratibus conventus, libros & ecclesiæ suppellectilia tradidit, sicut & Silvanus, ejusdem subdiaconus, postea vero etiam Cirtensis episcopus, ut constat ex actis proconsularibus, quæ prolixè recitantur a Baron. hic nu. 7. Ex his traditoribus impii Donatistæ fluxerunt, quorum causa Africana ecclesia tot cladibus multis sæculis in pœnam criminis exagitata, ac deinde a Vandalis primo, demum ab Arabibus penitus devastata fuit. Baron. an. 303. nu. 29. Fragmentum hujus synodi recitatur ab Optato Milevitano lib. 1. summatim dumtaxat, sed a S. Augustino contra Cresconium libro 3. cap. 26. in fine & 27. his verbis: *De vestris autem majoribus extat Secundi Tigisitani concilium cum paucissimis quidem factum apud Cirtam, post persecutionem codicum tradendorum, ut illic in locum defuncti ordinaretur episcopus. Ibi quæ gesta sunt, accipe: nam quæ necessaria fuerunt, infra scribere curavi.*

Acta Cirtensia  
6 die Idibus  
Majarum,  
Optato I. p.  
contra Per-  
mentarum.  
† Optatus  
idem Cirtensium  
nominat.

pondit: Scis quantum me quaesivit Florus ut thurificarem, & non tradidit me Deus in manu ejus, frater: sed quia Deus mihi dimisit, ergo & tu serva me Deo. Secundus dixit: Quid ergo facturi sumus de martyribus? Quia non tradiderunt, ideo & coronati sunt. Donatus dixit: Mitte me ad Deum, ibi reddam rationem. Secundus dixit: Accede una parte. Secundus Marino ab Aquis Tibilitanis dixit: Dicitur & te tradidisse. Marinus respondit: Dedi Pollo chartulas; nam codices mei salvi sunt. Secundus dixit: Transi una parte. Secundus Donato Calamensi dixit: Dicitur te tradidisse. Donatus respondit: Dedi codices medicinales. Secundus dixit: Transi una parte, & alio loco. Secundus Victori a Russicade dixit: Dicitur te tradidisse quatuor evangelia. Victor respondit: Valentianus curator fuit: ipse me coegit, ut mitterem illa in ignem. Sciebam illa delectitia fuisse. Hoc delictum indulge mihi, & indulget mihi Deus. Secundus dixit: Transi una parte, & alio loco. Secundus Purpurio a Limata dixit: Dicitur te necasse filios sororis tuæ, duos Milei. Purpurius respondit: Putas me terrei a te, sicut & alteri? Tu quid egisti, qui tentus es a curatore & ordine, ut scripturas dares? quomodo te liberasti ab ipsis, nisi quia dedisti, aut jussisti dari quodcumque? nam non te dimittebant passim: nam ego occidi & occido eos qui contra me faciunt: ideo noli me provocare ut plus dicam. Scis me de nemino tractare. Secundus minor patruo suo Secundo dixit: Audis quæ dicat in te? Paratus est recedere, & schisma facere, non tantum ipse, sed & omnes quos arguis: quos scio quia dimittere te habent, & dare in te sententiam, & remanebis solus hæreticus. Ideo quid ad te pertinet, quis quid egit? Deo habet reddere rationem. Secundus Felici a Rotaria Centurionis, & Victori a Garbe dixit: Quid vobis videtur? Responderunt: Habent Deum, cui reddant rationem. Secundus dixit: Vos scitis, & Deus: Sedete. Omnes responderunt: Deo gratias.

O B.

1 Epochæ istius Concilii varie jactata huc usque fuit, donec vir clarissimus Henricus Valeſus in annotationibus ad Eusebium pag. 163. certis argumentis ostendit celebratum fuisse anno Christi trecentesimo quinto. Etenim cum cœterum sit persecutionem cepisse in Africa anno ecc. 297. Invenit, & ex Augustino in Breviculo collationis diei tertie cap. xv. i. certo colligatur Cirtense Concilium fuisse habitum tredecim mensibus post passionem martyrum Saturnini, Dativi, & aliorum qui passi sunt apud Carthaginem mense Februario anni mox laudati, manifestum est veram esse ejusdem Augustini sententiam, qui ait gesta episcopalia decreti Cirtensis consignata fuisse 111. Nonas Martias post consulatum Diocletiani IX. & Maximiani VIII. Ex quo confici etiam posse puto mendosam esse apud Optatum notam mensis, quo synodus Cirtensis celebrata est, qui ibi dicitur esse Majus. *Saluſtus in nova Collect. Concil.*

OBSERVATIO ANTONII PAGI.

Ad annum CCCIII. NUM. 3.

Concilium Circese Baronium & Beravium in 2. parte Rationarii Temporum inducit, ut crederent, persecutio-

A. Affert Valentinianus, aliud argumentum, quo convinci potest Circesis Concilium Consulari Diocletiani VIII. hoc anno gesto collectum non fuisse.

CONCILIIUM SINUESSANUM, EJUSQUE ACTA OMNIA,

De Marcellini Papae condemnatione.

Celebratum anno Christi CCCIII. tempore ipsius Marcellini Papae.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. J.

Sequentis concilii apud Sinuessam, ut ferunt, celebrati tres inter se in pluribus diversis editiones, literis A, B, & C. distinctas, ac columnatim dispositas representavit post Petrum Crabbam, Laurentium Surium & Dominicum Nicolinum Severinus noster Binus.

DE MARCELLINO EPISCOPO Urbis Romae & de Urbano pontifice capitoli. Marcellini papae condemnatio: An potius commendatio apud Diocletianum scilicet?

Diocletiano & Maximiano augustis, cum multi in vita sua (a) mentis suae vacillitate aspersi, deorum mentiebantur originem, Concil. General. Tom. I.

dicentes, quod de eorum superstitione vanissima sentiant, & ad sacrificandum eodem tempore multi inducerentur per pecuniam, ut sacrificarent diis: Marcellino itaque urbis Romae episcopo, venit quidam nomine Urbanus, qui erat pontifex Capitolii, & repletus multitudine malitiae, cepit cum eo habere altercationem de thurificando diis, & dixit ad Marcellinum urbis Romae episcopum: Si Christus vester, quem dicis sacrificarent

Aeta hujus Sinuessani Concilii, aequae ac Marcellini lapsus, commentitia esse docuit post Papebrochium in Prologo ad Aeta SS. Malli, & Natalem Alexandrinum, alioque Antonius Pagi in Critica Annot. Baronii ad an. 303. num. 18. & seqq.

(a) aspersu mentis suae vacillitate mentiebantur origine dicentes, quod deorum superstitione vanitatis super se sentiant.

ANNO CHRISTI  
107  
a prima

ANNO CHRISTI  
107  
a Vestianum  
& ad Iudam

citatis natum de virgine Mariæ, (a) Deus est, quare ad ipsum (b) prævia luce missi Magi ab Herode, obtulerunt ei munera? quæ? aurum, thus, & myrrham. (c) Quare hoc, nisi ut scirent sacerdotes, per quid (d) placarent hunc, quem dicitis resurrexisse, & vivere, & sedere super thronum? Dicit ei Marcellinus episcopus: Non obtulerunt ei, ut sacrificarent vanitati, sed ideo ut Deum ac dominum (e) altissimum eum, quem postea negabant (f) Judæi, ostenderent. Urbanus ad eadem respondit, dicens: Una nocte stemus simul ante dominos imperatores invictissimos Diocletianum, & Maximianum, atque clementissimos principes, & dabo tibi questionem de thurificando. Venientibus autem eis die, quem dicunt (g) Vulcanalia, dicit ei Urbanus: Faciamus hinc & inde duas chartulas, quasi (h) instrumenta petitionum, & offeramus clementissimis principibus. Feceruntambo similiter, sicut dixerant, Marcellinus & Urbanus. Et venientes ad sacratissimos principes, offerebant eis, Marcellinus itaque urbis Romæ episcopus fidem servans, Christum prædicans, dicit ad principes: Quid mihi & vobis principes terribiles universo mundo, quoniam vana est superstitione thurificandi? Dicit autem Urbanus: Loquemur nos contra pontifices, o clementissimi atque invictissimi principes, (b) qui deum Jovem, & invictum Herculem corporeos fabricantur, & Jovem quoque, quem dicimus cælum, terram, mareque simul cum Saturno mensurantem? Quare ergo hic Marcellinus pontifex non thurificat, sicut & ego, majestatis? Dicit itaque Diocletianus: Non (i) execrate hominem hunc, quoniam (k) nobis nullam difficultatem exhibet, qua (l) offendamur, sed eius consilium accipiamus, (m) quoniam (n) intelleximus eum non esse adversum nobis; nec contra deos immortales dare sententiam. Romanus itaque & Alexander dixerunt secreto Diocletiano: Si hunc, domine atque invictissime princeps, consilio \* tueris & blandimentis, habebis omnem urbanam plebem \* in unitate conservare, & gentes \* propter sacrificia fidelissima objugare.

fit inimica. Veni itaque, & eloquentia tua (p) nostro incrementum facias favori. Veniens autem ad templum (q) \* Vestæ & Iudis, introduxit episcopum. Qui dum introissent, erant (r) (cum eo duo diaconi, Gajus & Innocentius, & tres presbyteri, Urbanus, Castorius & Juvenalis.) Et dum vidissent eum introeuntem, non tamen mittentem & thurificantem, fugerunt hi omnes ad compresbyteros, & invenerunt eos in Vaticano palatii Neroniani, & dixerunt rem, quam gestam vidissent. Euntes autem multi Christiani, b propter veritatem ad templum abierunt, & viderunt eum mittentem, & thurificantem, & factum archiepiscopum principum. Qui autem abierunt ad eum, ut testimonium veritatis exhiberent, isti sunt.

b per veritatis exemplum

B Boposus, Maximus, Carpilio, Cyprianus, Olympius, Priscus, Hercules, Androphemus, Victor, Benenatus, Epiphanius, Crispinus, Theodolus, Alexander, Romanus, Bajulus, Quiriacus, \* alias Quiricus, Theodolus, Caritotus, Omitasio alias Octavianus, Honoratus, Crescentio, Maximus, Probinus, Urbicus, alias Urbicus, Concordius, Neapolus, Refrigerius, Sebastianus (s) Calphurinus, Julianus, Epiphorus, Habedeum, (t) Crispianus, alias Crispinianus, Crescens, Rapula, alias Rabula, Cyprianus, Abentius, alias Habentius, alias Subentius, Exquiro, alias Exper, Venerius, (u) Oyfius, alias Orphitus, Carpulianus, alias Carpulianus, Constantius, Ursus, alias Ursus, Valentinianus, alias Valentinus, Priscus, Severus, Probus, Faustus, Antonius, Quirillus, Homobonus, (x) Abulus, alias Aibulus, Pulfanus, alias Pulfatus, Caritto, alias Carotto, Crispianus, alias Crispinianus, Herculentius, alias Herculentius, Petrus, Nonnosus, Tespius, Marinus, Fabius, Honestulus, alias Honestatus, Furinus, alias Firminus, Domitianus, alias Dominicus, alias Dominus, Hymnius, alias Hymnius, Cappillatus, alias Catellus, Lugundinus, alias Lucundus, Venerosus, alias Benerosus, Aurelianus, Impeditus, Agapitus, Concordius, Bonifacius, Cyprus, alias Cyprius, Major, alias Majoranus, Reparatus, Auxentius, Corporanus, alias Corporalis, Bonus-homo, Salustius, Origanus, Abundius, Tinius, alias Terula, Nepotianus.

Hi omnes electi sunt viri d libra occidua, qui testimonium perhibent, se vidisse eundem Marcellinum thurificasse.

De Diocletiano, & de thurificatione Marcellini episcopi urbis Romæ.

Dicit autem Diocletianus ad Marcellinum episcopum urbis Romæ: Video prudentiam tuam, quoniam magna est, (o) nostraque inimicitia, quam diis & universo mundo

b incrementa c affectus

d non probabatur post serenitatem esse obscuro. At non probabatur post serenitatem esse obscuro.

e tenuerit blandimenti \* unitam munitam f per

- (a) Deus Deus est
- (b) Prima
- (c) Deus quare hoc
- (d) Placarentur
- (e) Deus altissimum
- (f) Deus Judæi
- (g) Vulcanibus
- (h) Quoniam
- (i) Execrate
- (k) Nostra clementia
- (l) Inflammemur
- (m) Injuri utramque
- (n) Non probamus nostram serenitatem esse obscuro, non eum contra Deos immortales dare sententiam.
- (o) ut nostra sit amicitia quam Diis, & universo mundo sit inimica.
- (p) nostrum incrementum facias favori eloquium.
- (q) Vestianum, & ad Iudam, & consule, incisa desunt in Luc.
- (r) Calphurinus.
- (s) Crispianus.
- (t) Oyfius.
- (u) Abulus.

\* Quæ charactero Italico habentur variantes sunt ex editione Veneta Nicolini, qui gemino usus est codice MS.

De

ANNO CHRISTI 303.

De synodo, & de negatione Marcellini episcopi, quod non thurificasset.

ANNŌ CHRISTI 303. A taduorum testimonia ipse iudex, ipse reus, ipse semetipsum, in praesentia eorum se innocentem servaret, aut infidelem, se damnaret: quoniam in septuagintaduorum libra occidua in reparationem resurgit annus. Hoc quoque factum est novi, ut introiret unus de testibus, qui cum & uxorem haberei, & filios ex ea, ipse tamen illi spretæ adulteram superinduxit, & dedit uxori repudium. Et introierunt alii decem, & alii (e) quatuor, dicentes: Nos te vidimus mittentem & thurificantem d' Herculi, Jovi & Saturno. Dixit ergo Marcellinus: Quo die? Respondit unus eorum, & dixit: Quo die exuisti purpuram, & induisti coccum, & gaudebat super te Diocletianus, (e) & quos paulo ante negabas, & ante ejus tribunal eis thurificabas. Athanasius episcopus dixit. Itane vera sunt que testantur isti? Et respondit Petrus episcopus, & dixit: Loquere pontifex, & judica causam tuam. Et subscriperunt quinquaginta episcopi, qui supra dicti sunt, cum quatuordecim viris, qui ex uno ore loquebantur cum septuagintaduobus, & firmabant iudicium.

FACTA est itaque synodus, non tamen collecti sunt in integro sacerdotes, quia curriculum urgebatur persecutionis. Veniens autem episcopus Marcellinus, negabat se thurificasse. Nam dixit, & hanc sententiam proposuit, quia dimiserunt eum, qui cum eo esse videbantur in eodem loco presbyteri, Urbanus, Castorius, & Juvenalis, & diacones Gajus & Innocentius. Synodus autem universa hoc dixit cunctorum iudicio: Tu eris iudex: ex te enim damnaberis, & ex te justificaberis, tamen in nostra presentia. Illuc vero dum veneris ad iudicium tuum, ex te nunc damnaberis, & ex te justificaberis. Tu enim iudex tu reus: presbyteri autem & diacones (quoniam pontificem, qui eos creavit in ordinem presbyterii vel diaconatus honorem, (& dimiserunt arcam,) & evacuaverunt horreum) ad probandum eos, a amisso ordine, intrent examen, quoniam evacuaverunt horreum. Debuit enim pontifex potius mori cum quinque, quam ut viveret, suo iudicio condemnatus. Introivit autem universa synodus in cryptam Cleopatrensem in civitate (a) Sinuessana. Et quia tota multitudo non recipiebatur in crypta Iygoti, quinquageni introibant.

\* sui eris interioribus anulis inclusi defant in Luc. a adm: 60

b clero Patrensem in c. Sessuana vel corrup-elus Senfua-na.

De trigintatribus presbyteris urbis Roma, qui celebrabant synodum servandam.

De damnatione Urbani & Castorii, & de testimonio episcoporum adversus Marcellinum urbis Roma episcopum.

Alia autem die venerunt trigintatres presbyteri urbis Romæ, & in eorum iudicio Urbani, Castorii, & Juvenalis presbyterorum, & Gaii & Innocentii diaconorum damnationem integram perspexerunt, ac ipsi de suo ordine, suo iudicio iustitiam tenuerunt, dicentes: Amisso ordine negent se esse horum qui sunt socii ecclesiæ. Convenientibus autem eis secundo die post damnationem presbyterorum Urbani, Castorii & Juvenalis, Gaii & Innocentii diaconorum, venerunt alii quinquaginta episcopi, & introierunt in cryptam, ut tertia pars synodi compleretur. Et dum ingressi fuissent in cryptam propter tempestatem temporis, introivit & Marcellinus urbis Romæ episcopus, cum adhuc nomen tenens episcopatus, nondum enim fuerat damnatus, nisi numerus secundum ordinem synodi (f) libræ probaret exemplum. Introivit autem,

PRIMA autem die synodi introierunt hi damnantes Urbanum, Castorium & Juvenalem presbyteros, & diacones Gajum & Innocentium. Hi sunt qui introierunt episcopi, audientes, non tamen iudicantes pontificem:

Petrus, Castorius, Habetdeum, Castinus, Victor, Felicianus, Parterius, Majorinus, alias Majoranus, Auxentius, alias Amplexus, Jacintus, alias Jacynthus alias Hyacinthus, Savinus, alias Sabinus, Felix, Paulus, Constantius, alias Constantinus, (b) Catelus, alias Castellus, Anastasius, alias Athanasius, Castalius, Spefindeo, Castinus, Tranquillinus, Victor, Anastasius, Laurentius, Benefervantius, Bonosus, Joannes, Friminius, Epiphanius, Herculanus, Castus, Orsytus, alias Orsitus, Cyprius, Gaudiosus, Reparatus, Fortunatus, Quadratianus, Cyprianus, Sebastianus, Paschasius, Innocens, Valerius, Servulus, Cerasianus, Quintilianus, Montanus, Polycarpus, Hermias, Nepotianus, Petrus, Aristonicus, alias Aristo.

Hi introeuntes in cryptam propter metum Augustorum, uno ore quasi trecenti, uno die in concilio iudicantes, damnaverunt Urbanum, Castorium & Juvenalem presbyteros, & diacones Gajum & Innocentium, qui evacuaverunt horreum, & dimiserunt arcam apertam, ut introiret immundus, & comederet triticum: presbyteros & diacones damnabant, qui Marcellinum papam dimiserunt, ipsos etiam iudicabant, non tamen iudicabant pontificem, quia sic ex uno ore erant corroborati, ut intra horum septuaginta Concil. General. Tom. I.

e ojusconstitio

\* quia

coacordati,

Castinus, (f) Carpunianus, alias Carpulianus, Domitianus, alias Dominus, alias Dominicus, Deus dedit, alias Dominus dedit, Dominus, alias Domininus, Crescentius, alias Crescentio, Asterius, Crispus, Major, alias Majorinus, alias Majoranus, Quirillus alias Quirinus, Quiricus, alias Quiriacus, Anastasius, Valentinus, alias Valentinianus, Ultius alias Vitus, Urtius, alias Ursinus, Anthimus, Ambrosius, Agatho, Bonus, Alexander, Venerosus, Felix, Joannes, Honestatus, alias Honestulus, Marcus, Urbanus, Crescens, Salustius, Firminus, Spectator, Sebastianus, Trifstator, Serius, Marcus, Montanus, Andreas, Philippus, Placentianus, alias Priscillianus, alias Priscilianus, alias Pulsanus, Magnus, Exuperantius, Adrianus, Petrus, Gorgonius, Simplex, Victor, Veneriosus, Honestatus, Benenatus, Petrus. Introibant autem in cryptam.

damnandus liberæ, al. libra

- (a) Luc. Sessuana
- (b) Luc. Castalius
- (c) Luc. rees
- (d) Etiam in Luc. est Patulius.
- (e) Luc. eo quod
- (f) Luc. Carpunianus.

ANNO CHRISTI 313  
Anastasi

De responsione Anastasii & Anthimi episcoporum.

Arographo, nostro eloquio, nostro auxilio, nostra constantia & veritate fixa, & preclara dispositione auditionis exhibemus ligamen. Non enim nostro ore justificaberis, aut nostro ore condemnaberis.

ANNO CHRISTI 313  
legamen.

a. anticipantes

b. conforti

c. heretice un-  
cam tregerunt

d. formatz  
de tortuace  
justi coctz

e. admisso  
amido

Respondent Anastasius & Anthimus episcopi, & dixerunt: Tuo ore judica causam tuam, & non nostro iudicio solve conditionem. Respondens autem Sebastianus episcopus, dixit: Noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam, & introduce testes, ut testificentur veritatem, quoniam ex te justificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis, quoniam regere (a) prescripti patres nostri & coepiscopi damnaverunt, sicut & nostro ore petimus, & uno (b) conformi iudicio damnari Urbanum, Castorium & Juvenalem presbyteros, Gajum & Innocentium diaconos. Unde quia isti ex spelunca fugerunt, & sepe fatum Marcellinum episcopum hi dimiserunt, amisso ordine intrent examen, quia omnes tegulae (dicit Petrus episcopus) dum culte in fornace fuerint coctae, iterum coquantur sole & pluvia, & ibi probantur, ut sint super habitaculis hominum. Moram ergo non facientes, (ut damnationi eorum jam ante dictorum subsciberent hi quinquaginta episcopi) omisso ordine, introierunt in synodum.

De testimonio adversus Marcellinum episcopum, quod vidissent eum thurificantem.

f. manifestavit,  
sic & Luc.

g. testimonia

h. testimonius  
anticipantibus

i. sanctificaveras  
h. sic caveras  
manifestare

k. quinquaginta

l. in uno cum  
his anticipantibus

Et ecce introierunt & 14 testes, qui dicebant se vidisse Marcellinum thurificantem. Respondit unus episcopus nomine Salustius, dicens: Dicite coram veritate. Respondit Petrus, & dixit ad Marcellinum episcopum: Jam audi, (b) pontifex, & judica causam tuam, quoniam ex ore tuo justificaberis, & ex ore tuo condemnaberis, quoniam nulla membra sana esse possunt, si caput mortuum fuerit. Respondit Marcellinus episcopus, & dixit claravocem. Non diis sacrificavi, sed tantum grana levatis manibus super prunas combussi. Levaverunt se omnes quinquaginta prescripti episcopi, dicentes ad 14 testificantes: Quid vidistis hunc facientem? Qui ex ore suo testati sunt, quasi uno ore loquentes. Et subscriperunt omnes 55. (c) in testata 14 virorum, ita ut 28. completerentur cum (d) participantibus. Unus autem de episcopis, nomine Quirinus, dixit: Infudisti cor tuum, pontifex, malitia, quod (e) decem & octo annis siccaveras castitate, presul, vulnerasti universa membra tua. Propterea ego non recedam de omni cœtu synodi, donec purpureum cor tuum manifestetur.

Altera autem die hi ducenti episcopi constituerunt, quatenus & ipsi introirent in synodum. Et facta colloctione in simul cum prescriptis centum, sederunt in eadem civitate, omnesque uno examine trecenti alligaverunt, & damnaverunt hos, Urbanum, Castorium, & Juvenalem presbyteros, Gajum & Innocentium diaconos. Respondit Sebastianus episcopus: Huic tribunali nostro sermone, nostro chi-

rographo, nostro eloquio, nostro auxilio, nostra constantia & veritate fixa, & preclara dispositione auditionis exhibemus ligamen. Non enim nostro ore justificaberis, aut nostro ore condemnaberis. Quapropter consue tunicam tuam, & quam paulo ante induebas sutam, modo concessam consue ex toto corde tuo, & ex manibus tuis involvere in peccato tuo, Marcelline pontifex Romae. Respondit Urbanus episcopus ad Sebastianum episcopum; & dixit: Introducantur testes viri veridici, numero quadragintaquatuor, ut libra occidua compleatur a multis, quod a multis fabricatum est. Et introierunt testes: Tranquillinus, Priscus, Bonus, Servulus, Cyprianus, Petrus, Quadratianus, (f) Aristo, alias Aristonicius, Telpias, Quadrus, (g) Epiphorus, Maximus, Gordianus, Gaudiosus, Saturninus, Urbanus, Priscus, Reparatus, Exper, alias Exquiro, Jacintus, alias Hyacinthus, Nicorus, alias Noricus, Probianus, alias Probatianus, Probus, alias Probinus, Terula, alias Tinnulus, Ursus, alias Ursinus, Venerosus, Romanus, Exuperius, Crispianus, Barbarus, Leforianus, Bacauda, Ambrosius, Jubentius, alias Juventius, alias Habentius, Proculus, Octavianus, Valerianus, Romanus, Mellicianus, Petrus, Claudius, Urbanus, Joannes.

non indubas sutam, modo concessam sue

viriliter

quoniam

Non cognoscis & lacera vel macera macerationem tuam  
Tuo enim pontificio condemnaberis & nostro testimonio explicaberis.

Dei super constructam

exhorres synodum, cecidisti in terram  
ex ore synodum cecidisti in terram.  
jacente moram faciente damnaverunt synodum & presulum, &c.

Singulis autem adstantibus in gremio trecentorum episcoporum, & triginta presbyterorum Romanorum, & vigintio octo testium supradictorum, ut libra completeretur; quoniam 12. unctis in libra probabitur census, & in 72. comparentibus damnabitur presul; respondit Quiriacus episcopus; & dixit ad Marcellinum: Nunc cognosce universum velamen cordis tui. Judica ipse causam tuam, & dissectam a te maceriem tuam ipse scrutare. (b) Non enim nostro, sed tuo ipsius iudicio condemnaberis, nostro autem testimonio excusaberis. Nihil time, quoniam nos in tui damnationem nihil apponimus causale, nihil defendimus, sed damnamus eos qui evacuaverunt templum, & dimiserunt fabricam manu desuper constructam, ut introirent lupi, & facerent speluncas, & comederent agnos immaculatos, & eos qui ex veteri ad novum venerant, inveterarent. Te enim non condemnamus, presul; quoniam ex ore tuo justificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. Marcellinus autem in conspectu synodi cecidit in terram. Ibi ergo jacente, & moram eum facientem, damnaverunt. Synodus autem & presbyteri triginta voce clara chirographum firmaverunt super Urbanum, Castorium, & Juvenalem presbyteros. Hi, Priscilianus, alias Priscilianus, alias Placentianus, alias Priscilianus, Herculanus, alias Herculanus, alias Herculentius, Homanus, alias Homanus, Valentinus, alias Valentinianus, Corporalis, alias Corporanus, Virus, alias Ultius, Audax, Capuanus, Colleditius, Cyprianus, Castinus, Castorius, Eusebius, Castorius, Homobonus, Innocentius, Petrus, Quiriacus, Sere-

- (a) anticipantes nostri.
- (b) Luc. ex pontifex.
- (c) Luc. in testimonia.
- (d) Luc. anticipatis.
- (e) Luc. XVII.
- (f) Luc. Aretho.
- (g) Luc. Opeforus.

(h) Sic legit Luc. Lacera macerastionem tuam Non ex nobis judicaberis. Tuo enim pontificio condemnaberis, & nostro testimonio explicaveris metas, quoniam nos in damnatione, nihil Et.







justit in eadem ecclesia iterum & planca extiterat  
ni, ut ibidem animalia catabuli congregata sta-  
rent, & ipsa beatus Marcellus deserviret. Qui  
tandem in servitio animalium pudus, amicus  
cilio, defunctus est. Cujus corpus collegit bea-  
ta Lucina, & sepelivit in cimiterio Priscilla-  
via Salaria, decimo septimo Kalendas Februarii.  
Et cessavit episcopatus dies viginti. Lucina ve-  
ro proscriptioe damnata est.

NOTÆ SEVERINI BINII.

**Marcellus** quando pon-  
tiffex factus. *a Marcellus.* Subrogatio, qua Marcellus Marcellino  
in pontificatu successit, contigit 21. Novembris an-  
no Christi 304. qui est Constantii & Galerii imperato-  
ris annus 1. Quod auctor pontificalis scribit in vita  
Marcellini, post Marcellinum, sedem annis 7. vacasse,  
mendosum ac surreptitium, ideoque pro annis septem  
& septem mensibus legendum esse supra diximus. Quod  
Euseb. in chron. Marcellino Eusebium pontificem im-  
mediate subjungat, Marcellum medium inter utrumque  
omittat, hominis errore accidit. nam propter similitu-  
dinem nominum Marcelli & Marcellini, ille utrumque  
unum eundemque pontificem esse putavit: sed male,  
cum non tantum tabula ecclesiastica, in quibus series  
Romanorum pontificum adscripta habetur, martyrolo-  
gia, vetusque ille scriptus liber de Romanis pontifici-  
bus, ac demum tabula Crefconiana, verum etiam Latini  
omnes, qui Romam urbem episcoporum catalogum  
repererunt, & inter alios ex antiquioribus Opratus Mi-  
levitanus lib. 2. contra Parmen. S. Agust. epist. 165.  
unanimes consensu Marcellinum simul ac Marcellum in  
catalogum Romanorum pontificum referant. Baron. an-  
no Christi 296. num. 4. & 304. num. 26. Anno primo  
pontificatus Marcelli, Galerius nomine Augusti sum-  
pto, anno ab ultima persecutione tertio, aliam atro-  
ciores & magis generalem persecutionem pro sua feru-  
tate & infensissimo in Christianis animo indicit. Euseb.  
libro 8. hist. cap. 14. & 15. Edictum verum novum in  
Christianos tale promulgatum est, ut qui deos colere de-  
trederent, haberentur infames, nulloque legum admini-  
culo a votis calumniosos in se insurgentes juvenen-  
tur aut sulcerentur, quo ipso Christiani omnium injuriis  
impune exponerentur. Quia persecutione cum frequens  
esset lapsum numerus, ac quidam sceleris admissi po-  
nitentes, ut in ecclesiam reciperentur, urgerent, non est  
visum patribus omnes sine discrimine recipere, ne nimia  
indulgentia ecclesiastica disciplina solveretur. Quare Pe-  
trus Alexandrinus episcopus, diversos lapsum casus  
considerans, diversa adhibens pro conditione cujusque me-  
dicamenta vulneribus, canones aliquot scripsit, qui ab  
orientalibus patribus cogniti, usu recepti atque probati,  
tomo 7. biblioth. sanctorum patrum, & apud Balsamo-  
nem in Nomocanone extantes, huc consulto translati  
sunt. De hac eadem disciplina ecclesiastica retinenda in  
occidentis laborantem episcopi Hispanie, atque ideo in Ba-  
etica Hispania provincia concilium Elibethinum, seu Elibe-  
ritanum celebrant, de quo infra. Hoc pontifice, cum  
per abdicacionem Maximiani, & Constantii successorem  
ecclesia pax reddita esset, episcopi Africanæ ecclesie Car-  
thaginæ convenientes in locum Mensurii Cæcilianum dia-  
conum episcopum Carthaginensem ordinat, adversus qui-  
bus ab ambrosio traditoribus, in Cirtenfi concilio crimina  
sua confessi, in justis & avariis presbyteris, ac demum a  
Lucilla lasciva & perniciose femina correctionis impa-  
tiente auctore Donato a Cæsis nigri schisma Donati-  
starum constituit, sicut in Egipto adversus Petrum  
Alexandrinum auctore Meletio schisma Meletianum,  
qui de idololatria convictus, & a synodo depositus,  
nullam penitentiam agere volens, schisma fecit, cui  
Meletiani schismatis nomen indidit. Baron. anno 304.  
& sequentibus.

*b Sedis annis 5. menses 6. dies 21.* Annis 5. mense  
uno, diebus 25. Obiit enim 17. Kalendas Februarii  
anno 309. Ab initio enim pontificatus Marcelli nimi-  
rum 21. Novembris anni 304. usque huc, tot quot  
diximus, anni, menses ac dies numerantur.

*c Consulatus Maxentii quarto.* Si verum est id quod  
infra auctor scribit, Melchiamdem secundum a Marcello,  
usque ad Maxentium consulatum secundum sedisse, quo-  
modo se subsistat non video, nisi quod lux varietatis  
& inconstantia novum indicium præbeat. Baronius an-  
no 304. num. 25.

*d Cimiterio, &c.* Quod olim lege 12. tabularum,  
testis Cicero libro 2. de legibus verum erat, ne defun-  
ctorum corpora intra urbem sepelirentur, id favore Ma-  
xentii Romam ecclesiam concessum fuit, ut scilicet Chri-  
stianorum martyrum corpora intra mœnia sepelirentur.  
Baron. anno 309. num. 4.

*e Viginti quinque titulos.* Cum major in digni-  
tate ex Gentilibus ad ecclesiam accessio fieret, hæc pa-  
rochias per diversas urbis regiones publicæ commoditati  
consecravit. Tantum abfuit ut quod persecutoribus im-  
peratoribus erat in votis de religione Christiana penitus  
tollenda, effici potuerit, ut potius longe lateque eadem  
amplius propagata fuerit. Baron. anno 309. num. 4.

*f Episcopi per diversa loca.* Inter quos enumeratur  
Eusebius episcopus Nicæensis, qui sub Diocletiano  
persecutione marcyrii coronam accepit Nonis Augusti.  
Baron. num. 4.

*g Damnatum est in catabulum.* Id est destinatus est ad  
alendos equos imperatorum. Catabulum enim est stabulum  
jumentorum, quæ publicæ utilitati inserviebant, ut pro-  
bat Baronius in notis ad martyrolog. Roman. die 16.  
Januarii. De hoc supplicii genere quo episcopi confren-  
tes ad majorem contumeliam, quam si milles mortis  
supplicio afficerentur, curæ jumentorum adscribebantur.  
Vide Euseb. lib. 8. hist. cap. 22.

*h Planca planca.* Planca, ut Festus declarat, sunt  
plana tabula.

Fidelium nu-  
merus auge-  
tur.

Eusebius epi-  
scopus Nicæ-  
ensis

Catabulum  
quid.

Episcopi sta-  
bulis & ju-  
mentis præ-  
ficiuntur.

Planca quæ  
dicuntur.

a Supposita  
utraque.

• EPISTOLA • I.  
**MARCELLI PAPÆ I.**  
AD EPISCOPOS ANTHIOCHENÆ  
PROVINCIAE.

De Romanæ ecclesie primatu & auctoritate, &c.

*Dilectissimis fratribus universis episcopis per  
Antiochenam provinciam constitutis  
Marcellus.*

Solicitudinem omnium ecclesiarum juxta apo-  
stolorum circumferentes, divinx circa nos  
gratias memores esse debemus, qui nos per di-  
gnationis suæ misericordiam, ob hoc ad fidei  
gnum sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius  
inherentes, in quadam sacerdotum ejus specula  
constituti, prohibeamus sollicita, & sequenda  
doceamus. Unde directis per Bonifatium dia-  
conum nostrum literis, admonemus, ut quæ  
male pullulant, abscindantur, & malefacta  
decorriganur, atque bona sectentur, & patrum  
nostrorum exempla & statuta imitentur. Rogamus  
ergo vos, fratres, ut non aliud doceatis  
neque sentiat, quam quod a beato Petro apo-  
stolo, & a reliquis apostolis & patribus accep-  
istis. Ab illo enim primo instructi estis: ideo non  
oportet vos proprium derelinquere patrem, &  
alios sequi. Ipse enim caput est totius ecclesie,  
cui ait dominus: Tu es Petrus, & super hanc  
petram edificabo ecclesiam meam: & reliqua. b  
Ejus enim sedes primitus apud vos fuit, & quæ  
postea, jubente domino, Romam translata est,  
cui, adminiculante gratia divina, hodierna præ-  
sidemus die. Nec ab ejus dispositione vos de-  
viare oportet, ad quam cuncta majora ecclesia-  
stica negotia (divina disponente gratia) iusta  
sunt referri, ut ab ea regulariter disponantur, a  
qua sumpserunt principia. Si veltra vero Antio-  
chena, quæ olim prima erat, Romæ cecidit  
sedi, nulla est quæ ejus non subiecta sit ditioni,  
ad quam omnes quasi ad caput, juxta aposto-  
lorum eorumque successorum sanctiones, episco-  
pi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit,  
suffugere, eamque appellare debent, ut inde ac-  
cipiant tuitionem & liberationem, unde acce-  
perunt informationem atque consecrationem.  
Quod omnibus minime convenit denegare epis-  
copis

Cor. 11.  
Acacius ep-  
CP ad Sim-  
plicium Pa-  
pam  
Hilarius pa-  
pa ep ad Af-  
ricanum.

c mala  
d quam hæc  
distant a fa-  
perioribus  
e q. Ro-  
gamus vos  
fratres.

Matt. 16.

e Inoc ep 4.

Nulla synodus fieri debet præter sedis Romane auctoritatem. a Socr. lib. II. cap. 8. Sozom. III. p. 6. Hadr. col. cap. 1.

c. Inoc. ep. 3. c. 1. S. Leo ep. 84. 1. 27.

d. Hadr. col. 29.

e. Inoc. ep. cap. 1.

f. Hadr. col. 29.

g. S. Greg. ep. 11. lib. VII.

h. S. Leo ep. 97. Let. 11.

Jan. 1.

operacionem suam

scopis, sed absque ulla custodia, aut excommunicatione, vel damnatione, vel expoliatione, libere ire concedatur. Simulque idem (inspirante domino) d. constituerunt, ut nulla synodus fieret præter ejusdem sedis auctoritatem, nec ullus episcopus, nisi in legitima synodo suo tempore apostolica auctoritate convocata, super quibuslibet criminibus pulsatus audiat<sup>b</sup> vel iudicetur: quia (ut paulo superius prælibatum est) episcoporum iudicia, & summarum causarum negotia, sive cuncta dubia, apostolicæ sedis auctoritate sunt agenda & finienda. Et omnia comprovincialia negotia, hujus sanctæ universalis & apostolicæ ecclesiæ pontifex retractanda iudicio<sup>d</sup> si hujus ecclesiæ pontifex præceperit. Nec cui liceat sine præiudicio Romane ecclesiæ (cui<sup>B</sup> in omnibus causis<sup>e</sup> debet reverentia custodiri) relictis his sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei ecclesiæ nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias, vel aliarum provinciarum episcoporum iudicium experiri vel pati, sed omnium ejusdem provincie episcopis congregatis, iudicium auctoritate hujus sedis terminetur: quod tamen (ut præfatum est) per ejus vicarios, si libuerit, erit tractandum: & quidquid injuste actum est, reformandum. Pastoralis ergo cura officii nos admonet, & destitutis succurrere, & cuncta neglecta vel male acta reformare, ut ignis ille, quem dominus veniens misit in terram, motu crebro emendationis vel crebræ meditationis, agitatus, sic caleseat, ut ferbeat: & sic inflammetur, ut luceat.

Sæpe enim dicendum & agendum est, quia mala pullulantia fraterna caritate oportet rescari, ut bona crescendi & augmentandi amplissimum locum inveniant. Nolite ergo (ut Jacobus apostolus ait) plures fieri magistri, fratres mei, scientes quoniam majus iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes: si quis in verbo non offendat, hic perfectus est: potest etiam frano circumducere totum corpus. Si autem in eorum ora frangis mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus. Ecce & naves, cum magna sint, & a ventis validis minentur, circumferuntur autem a modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis voluerit: ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis, quam magnam hircam incendit. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis lingua constituitur in membris nostris, quæ maculas totius corporis, & inflammat rotam civitatis nostræ, inflammata a gebenna. Omnes enim naturæ bestiarum & volucrum & serpentum, etiam ceterorum dominantur & domita sunt a natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest. Inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum & Patrem, & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore benedictio procedit & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amarum aquam? Numquid potest, fratres mei, ficus olivas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem potest facere aquam. Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione opera sua in mansuetudine sapientia. Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse adversus veritatem. Non enim est ista sapientia de sursum descendens, sed terrena, ani-

malis, & diabolica. Ubi enim zelus & contentio ibi inconstantia & omne opus pravum. Quæ autem de sursum est sapientia, primum quidem pudica est, acinde pacifica, modesta, suavis, bonus consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, iudicans sine dissimulatione. Fructus autem iustitia in pace seminatur facientibus pacem. Propter quod succincti lumbos mentis vestre, sobrii, perfecti, sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam in revelatione Jesu Christi, quasi filii obedientia, non configurati prioribus ignorantia vestra desideris, sed secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, ut & ipsi sancti in omni conversatione sitis, quoniam scriptum sit: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et si patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat, secundum uniuscujusque opus, in timore incolatus vestri tempore conversamini, scientes quod non corruptibili auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paterna traditionis, sed pretioso sanguine agni quasi incontaminati & immaculati Jesu Christi, præcogniti quidem ante constitutionem mundi, manifestati autem novissimis temporibus, propter vos, qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitavit eum a mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides nostra & spes esset in Deo; animas vestras castificanter in obedientia caritatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde invicem diligite attentius, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei vivi & permanentis: quia omnis caro ut fenum, & omnis gloria ejus tanquam flos fani. Exaruit fenum, & flos ejus decidit, verbum autem domini manet in æternum. Hoc est autem verbum, quod evangelizatum est in vobis. Deponentes quidem omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationale sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustatis, quoniam dulcis est dominus: ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum & honorificatum; & ipsi tanquam lapides vivi, superedificamini domos spirituales, sacerdotum sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum. Propter quod continet scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum, angularem & electum, pretiosum: & qui crediderit in eum non confundetur. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis quem reprobaverunt edificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. Estote ergo, carissimi, prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes, quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hospitales invicem sine murmuratione, unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen. Data Kalendis Aprilis, Maxentio & Maximo viris clarissimis consulis.

1. Petr. 1.

Lev. 19. 1. Petr. 1.

1. Cor. 13. 1. Petr. 1.

1. Petr. 1.

domus spiritualis

1. Petr. 1.

1. Petr. 1.

1. Petr. 4.

b anno 309. diebus 21. a morte S. Marcelli que contigit die 16. Januarii.

No.

1 Non sunt in factis hi Consules.

NOTA SEVERINI BINII.

*a Epistola*) Multas pontificum auctoritates de primatu sedis Romanæ, vide supra post vitam Petri.

*Sedes Antiochena.* *Hæc sedes primitus apud nos fuit.* Quando & quamdiu Petrus Antiochia sedavit, vide quæ diximus in notis ad vitam Petri supra, verbis, *Primo sedis in cathedra episcopatus.*

*Romanæ ecclesiæ pontificatus quando, & a quo.* *Hæc postea jubente domino Romanam transfusa est.* Quo tempore, quæve ratione Petrus Romanam ecclesiam fundaverit, quem Antiochia, quem Roma successorem designaverit, cur Romanus, non Antiochenus, in pontificatu succedat, vide quæ diximus in notis præditis ad vitam Petri.

*Sedes Romanæ pontificiæ est generale concilium indicere & convocare.* *Hoc loco beatus Marcellus scribit, apostolico canone statutum esse, ne præter sententiam Romani pontificis ulla generalia concilia celebrentur.* Eundem renovavit concilium Nicænis primum ut testatur synodus Alexandrina in epistola synodica ad Felicem, & Julius primus in epistola ad orientales, quæ hunc canonem allegans, ipsos reprobavit, quod sine tuo consensu Antiochia concilium celebravit. Unde in concilio Chalcedonensi adione præmissa. *Dioscorus Alexandrinus jubetur inter episcopos non sedere, eo quod sine auctoritate apostolica sedis synodum facere ausus fuisset.* Quod, inquit, nunquam licuit, nunquam factum est. Et merito. Legitimum enim alter non est concilium, nisi quod in nomine, & auctoritate Christi congregatum est. Quod vero a Petro & Petri successoribus est indicium generale concilium, id ab eo convocatum est, qui habet auctoritatem congregandi, a Christo sibi concessam, secus quod a Romano imperatoribus est indicium. Nam Petro ejusque successoribus, non Tiberto aut posterioribus imperatoribus dictum est, *Pascite oves meas, Pascite agnos meas.* Verissimum est igitur illud Pelagii secundi in epist. 1. ad orientales: *Generalium synodorum convocandi auctoritas apostolica sedis, beato Petro singulari privilegio tradita est.* Item illud Valentiniani imperatoris, qui, ut refert Sozom. libro 6. cap. 7. cum ab episcopis rogaretur, ut permitteret eis concilium celebrare, respondit: *Mihi, qui sum in sorte plebis, fas non est, salia christifidelium presbiterari: sacerdotibus, quibus ipse cura fuit, & quocumque voluerit loco conveniant.* Quod obicitur adversariis, a Constantino Nicænum, a Constantino Sardinense, a Theodosio seniore Constantinopolitanum, a Theodosio juniore Ephesium, a Marciano imperatore Chalcedonense concilium convocatum aut indicium esse, infra suo loco diluemus. Vid. Bell. lib. 1. de concil. cap. 12. & 13.

**Ares.** Caritas enim exercet corda, sensus corroborat, ut nihil grave, nihil difficile, sed totum fiat dulce quod agitur, dum ejus sit proprium nutrire pacifica, servare composita, dissociata conjungere, prava dirigere, & virtutes reliquas perfectionis suæ munimine solidare. De ipsa ergo, omnes monens apostolus ita loquitur, dicens: *Si linguas hominum loquar & angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut as sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero omnem prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Caritas patienti est, benigna est. Caritas non amulat, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quarit quæ suæ sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia sustinet, omnia credit, omnia sperat, omnia suffert. Caritas nunquam excidit.* Quisquis ergo in ejus radice se inserit, nec a viriditate deficiet, nec a fructibus inanescit, quia amore tenduntis opus efficaciter non amittit. Licet modo caritas in persecutoribus ecclesiæ servorumque Dei arefacta sit, viget tamen in amatoribus ejus, & in eis qui patienter propter justitiam. De quibus ipsa per se veritas testatur, dicens: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* Et alibi: *Si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Potius enim nos & omnes domini sacerdotes, qui ejus videlicet sunt veri sacerdotes, eligimus propter justitiam & veram fidem persequi, & pro Christi nomine pati, quam multis divitiis ditari, honoribusque copiosissimis abundare, & cælesti regno carere.

Ista enim temporalia sunt, illa æterna: illa caduca, & ad horam transeuntia, illa vero perpetua, & sine fine mansura. Tu ergo qui nos suades cultum dimittere divinum, & a recta fide recedere, diisque immolare, melius tibi foret, ut tu prius mutabilem te præberes, Domnesque exhortaretis fidei documenta & divini cultus ministeria ita tenere, sicut patres nostri sancti apostoli sibi tradita prædicaverunt & docuerunt. Boni enim principis ac regis est, ecclesias contritas atque scissas restaurare, nova ædificare, & Dei sacerdotes honorare atque tueri. Unde sanctos apostolos, eorumque successores sub divina contestatione constituisse legitimus non debere fieri persecutiones, nec inferri afflictiones, nec invadere laborantibus in agro dominico, neque expellere æterni regis dispensatores: sed, si qui expulsi fuerint, aut suis rebus expoliati, primo omnia legaliter reddi, quæ eis ab inimicis aut a persecutoribus ablata sunt, & sedes proprias, cum omnibus ad se pertinentibus, regulariter restitui, & postea tempore congruo vocari ad synodum regulariter congregatam. Nec liceat ei, priusquam fiant hæc, de se, juxta statuta prædictorum, respondere, aut de suis impetitionibus, si se viderit prægravari, reddere rationem. Sed his rite peractis, suisque omnibus libere dispositis, si tum juste videtur, suis respondeat accusatoribus, & inducias, si ei necesse fuerit, accipiat non modicas, ut explorare valeat ea quæ obiciuntur ei, ne aliqua delusio fraude, inno-

EPISTOLA II.

MARCELLI PAPÆ I.

AD MAXENTIUM TYRANNUM

Commonet tyrannum; ut desinat sævire in Christianos.

Marcellus episcopus sanctæ apostolicæ & catholice urbis Roma, Maxentio.

S. Greg. ep. lib. VII.

Phil. 2.

**M**agistra bonorum omnium caritas, quæ nihil rapit extraneum, nihil agit asperum, nihil confusum, nihil factiosum, nihil quod honori divino repugnet, animæ propriæ noceat, aut proximi commodo derogat, oblita sui, non qua sua sunt, sed qua Dei vel proximi querens, nemini invidens, omnibus consulens, non sæviens sed compatiens, non rapiens sed largiens, non murmurans sed omnia æquanimitè tolerans, si in te perfecte habitaret, temperares animum a malis, sævire desineres, Dei ecclesiam, ac sanctos ejus persequi cessares, tyrannidi modum imponeres, furorem cohiberes, humanitati invigilares, modestiam amplectereris, & bonis potioribus frui satage-

Magistra bonorum omnium caritas, quæ nihil rapit extraneum, nihil agit asperum, nihil confusum, nihil factiosum, nihil quod honori divino repugnet, animæ propriæ noceat, aut proximi commodo derogat, oblita sui, non qua sua sunt, sed qua Dei vel proximi querens, nemini invidens, omnibus consulens, non sæviens sed compatiens, non rapiens sed largiens, non murmurans sed omnia æquanimitè tolerans, si in te perfecte habitaret, temperares animum a malis, sævire desineres, Dei ecclesiam, ac sanctos ejus persequi cessares, tyrannidi modum imponeres, furorem cohiberes, humanitati invigilares, modestiam amplectereris, & bonis potioribus frui satage-

S. Greg. lib. VII.

Cor. II.

Idem Gr. eadem ep.

Matth. 1.

Joan. 11.

Cariculus I. ep. 11.

Dist. 96. Boni principis est

quæcirca id notandum, paucos aut hæc fuisse

summos pontifices qui hæc non constituerunt.

religiosi concussas, vel concussas

Edictum imp. Valent. & Valentia. c. 2. lib. VII. hist. Tripertita habet regni. Vide locum. Hadr. col. cap. 1.

Justum 199. Non oportet.

centos ruat: quoniam non oportet quemquam A  
 judicari vel damnari, priusquam legitimos ha-  
 beat presentes accusatores, locumque defen-  
 dendi accipiat ad abluenda crimina. Unde ait  
 propheta: Priusquam agnoscat, non iudices quom-  
 quam. In hoc ergo quod episcopi & reliqui servi  
 Dei persecutionem patiuntur, non tantum ipsi  
 persecutionem patiuntur, quantum ille cuius vi-  
 ce funguntur, sicut scriptum est: Qui vos tan-  
 git, tangit pupillam oculi mei. Et alibi: Qui  
 vos contristavit, me contristavit. Et qui facit  
 injuriam recipiet id quod iniquus gessit. Vos er-  
 go licet corpora nostra possitis occidere, ani-  
 mas tamen non potestis occidere: nec gradus  
 nobis divinitus collatos potestis auferre. c Syn-  
 nodum ergo, absque hujus sanctæ sedis aucto-  
 ritate, episcoporum (quamquam quosdam episcopos  
 possitis congregare) non potestis regu-  
 lariter facere: neque ullum episcopum, qui hanc  
 appellaverit apostolicam sedem, damnare, an-  
 tequam hinc sententia b finitiva procedat. Nam  
 si seculares in publicis judiciis libellis c utun-  
 tur appellatoriis, quanto magis sacerdotibus  
 hæc eadem agere licet, qui super jillos sunt? De  
 quibus dictum est: Ego dixi, dii estis, &  
 filii excelsi omnes. Et ideo nullus d episcopus,  
 nisi in legitima synodo, suo tempore, aposto-  
 lica aut regulari auctoritate convocata, super  
 quibuslibet pulsatus criminibus, audiatur vel  
 judicetur, ne innocens damnetur, aut perdat  
 communionem. Quod laici aut suspecti episco-  
 pos non debeant accusare, neque accusatoribus  
 de inimici domo prodeuntibus credendum sit,  
 & a beato Clemente, ipsi eum instruentibus  
 apostolis, legimus definitum, & nos eadem fir-  
 mamus: quoniam iidem odio multoties infensi,  
 recte viventes atque credentes perturbare nitun-  
 tur. Propterea persona, e fides, vita, & con-  
 versatio, atque suspicio accusantium, enuclea-  
 tim primo inquirenda est: deinde, quæ obji-  
 ciuntur, fideliter pertractanda: quia nihil ante  
 fieri debet, quam impetitorum vita & suspicio  
 atque odium inquiretur. Et si bonæ conversa-  
 tionis non fuerint, aut laici, vel manifesti ini-  
 mici, aut odio respersti fuerint, nequaquam in  
 episcoporum recipiantur accusatione. Hæc vo-  
 bis, a quibus nimis infeste persequimur, scien-  
 da mandamus, ut ab his vos caveatis, & ces-  
 setis persequi eos qui Deo ministrant, quorum  
 orationibus & terrena bella sedantur, & Deus  
 peccatoribus conciliatur. Et si amplius nos  
 elegeritis persequi, quam Deo placere; & nos  
 magis elegimus sustinere persecutionem, quam  
 regulam confundi ecclesiasticam, hortante nos  
 ipsa veritatis voce, atque testante ita: Nolite  
 timere eos qui occidunt corpus, animam autem  
 non possunt occidere. Et iterum; Si quis vult  
 post me venire, abneget semetipsum, & tollat  
 crucem suam, & sequatur me. Qui enim volue-  
 rit animam suam salvam facere, perdet eam.  
 Qui autem perdidit animam suam propter me,  
 inveniet eam. Quid enim prodest homini, si mun-  
 dum universum lucratur, anima vero sua detri-  
 mentum patiatur. Aut quam dabit homo com-  
 mutationem pro anima sua? Filius enim homi-  
 nis venturus est in gloria Patris sui cum ange-  
 lis suis, & tunc reddet unicuique secundum e jus  
 opus. Ista vobis valde timenda & cavenda sunt,  
 a quibus ecclesia Dei ejusque ministri vexan-  
 tur & persecutionem patiuntur, quibus domi-  
 nus per prophetam minando loquitur dicens:

Homo in honore non commorabitur: assimilatus  
 jumentis, exaquatus est. Hæc est via eorum, insi-  
 pientia eorum, & post eos iuxta os eorum currens.  
 Quasi oves in inferno pasci sunt, mors pascet eos.  
 Et subjicient eos recti in matutino, & signa eorum  
 conteretur in inferno post habitaculum suum. Ve-  
 rum tamen Deus redimet animam meam de ma-  
 nu inferi cum assumpserit me. Noli timere, cum  
 ditatus fueris vir, cum multiplicata fuerit gla-  
 ria domus ejus. Neque enim moriens tollet omnia,  
 nec descendet post eum gloria ejus. Quia anima  
 sua in vita sua benedictet. Laudabunt te, cum  
 bene fuerit tibi. Intrabit usque ad generationem  
 patrum suorum, usque in finem non videbit lum-  
 en. Homo cum in honore esset, non commo-  
 rebatur: assimilatus jumentis, exaquatus est.  
 Et alibi: b Quid gloriaris, qui potens miseri-  
 cordia Dei tota die? Invidias cogitavit lingua  
 tua, quasi novacula acuta faciens dolium. Dile-  
 xisti malum magis quam bonum, mendacium magis  
 quam loqui justitiam. Dilexisti omnia verba ad  
 decorandum, lingua dolosa. Sed Deus destruet te in  
 sempiternum, terreat te, & evellat te de taber-  
 naculo tuo, & eradicabit te de terra viventium.  
 Et videbunt iusti, & timebunt, & super eum ri-  
 debunt. Ecce vir, qui non posuit Deum fortitu-  
 dinem suam, sed speravit in multitudine diviti-  
 rum suarum, confortatus est in insidiis suis. Ego  
 autem sicut oliva virens in domo Dei, speravi  
 in misericordia Dei in seculum, & in æternum.  
 Confitebor tibi in seculum, quoniam fecisti, &  
